

LUIS DA CONCEIÇÃO (O.SS.T.)

Examen veritatis theologiae moralis,
per singulares casus, atque quaestiones
: pars prima / a Fr. Ludovico de
Conceptione... Ordinis Discalceatorum
Sanctissimae Trinitatis... -- En Madrid
: Por Gregorio Rodriguez, 1655

[68], 513 [i.e. 503], 12 p., [1] h.
de grab., \$8, @-4@6, 5@2, A-Z6, 2A-2V6 ;
Fol.

Antep. -- Front. calc.: "Marcos de
Orozco inbentor... Año 1699". --
Colofón. -- Texto a dos col. -- Error de
pág., de p. 321 pasa a 332

1. Moral cristiana 2. Kristau-morala I.
Título

R-6327 Enc. perg. -- Ex-libris autógr.
en h. de guarda: "... Padre San Augustin
de Bilbao perteneze 1688"

EXAMEN
VERITATIS
THEOLOGIAE
MORALIS.

PER
SINGVLARES
CASVS, ATQVE
QVÆSTIONES.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 354

LECTURE 1

LECTURE 1



EXAMEN
 VERITATIS THE-
 OLOGIÆ MO-
 RALIS.

AVCTORE FR.
 LVDOVICO DE CONCEP-
 TIONE ORDINIS DIS-
 CALCEATORVM SS.^{III}Æ
 TRINITATIS.

1. The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions and activities. It emphasizes that proper record-keeping is essential for transparency and accountability, particularly in financial reporting and auditing. The text highlights how detailed records can help identify discrepancies, prevent fraud, and ensure compliance with relevant regulations and standards.

2. The second part of the document focuses on the role of internal controls in risk management. It explains that well-designed internal controls can help an organization identify and mitigate risks before they become significant issues. This includes implementing policies and procedures that govern the flow of information, the handling of assets, and the execution of operations. The text stresses that internal controls are not just a defensive measure but also a tool for improving operational efficiency and effectiveness.

3. The third part of the document addresses the importance of communication and collaboration in achieving organizational goals. It notes that clear communication is essential for ensuring that all team members understand their roles and responsibilities, as well as the overall mission and vision of the organization. The text encourages a culture of open communication, where team members feel comfortable sharing ideas, concerns, and feedback. It also emphasizes the importance of collaboration, where team members work together to leverage their strengths and overcome challenges.

4. The fourth part of the document discusses the role of technology in modern organizations. It highlights how technology can streamline processes, improve data management, and enhance decision-making. The text notes that organizations must stay up-to-date with the latest technological advancements to remain competitive in the market. It also discusses the importance of cybersecurity, as organizations must protect their sensitive data and systems from cyber threats.

5. The fifth and final part of the document focuses on the importance of continuous improvement and innovation. It explains that organizations must regularly evaluate their performance and identify areas for improvement. This can be done through various methods, such as benchmarking, self-assessments, and customer feedback. The text emphasizes that innovation is key to long-term success, and organizations must foster a culture that encourages creative thinking and experimentation. It concludes by stating that a commitment to continuous improvement and innovation is essential for staying ahead in a rapidly changing business environment.

EXAMEN
VERITATIS
THEOLOGIAE
MORALIS,
PER
SINGVLARES
CASVS, ATQVE
QVÆSTIONES.

PARS PRIMA.

DICATVM,

ILLVSTRISSIMO.
CATHOLICÆ ECCLESIAE
PRINCIPI, PLACENSI EPISCOPO; SVPREMO
FIDEI RERVM CENSORI, REVERENDISSIMO,
DOMINO, DOMINO DIDACO DE
ARCE REYNOSO.

*A Fr. LVDOVICO DE CONCEPTIONE,
Lusitano, Oppidi de Anis, Ordinis Discalceatorum Sanctis-
sime Trinitatis, Redemptionis
Captiuorum.*

CON PRIVILEGIO.

En Madrid. Por Gregorio Rodriguez. Año de 1655.

MEMORANDUM

TO : THE ATTORNEY GENERAL

FROM : THE DEPARTMENT OF JUSTICE

SUBJECT: [Illegible]

DATE: [Illegible]

1. [Illegible]

2. [Illegible]

3. [Illegible]

4. [Illegible]

5. [Illegible]

6. [Illegible]

7. [Illegible]

8. [Illegible]

9.

10. [Illegible]

11. [Illegible]

12. [Illegible]

D I C A T V M,

ILLVSTRISSIMO

CATHOLICÆ ECCLESIAE

PRINCIPI, PLACENSI EPISCOPO; SUPREMO

FIDEI RERVM CENSORI, REVERENDISSIMO

DOMINO, DOMINO DIDACO DE

ARCE REYNOSO.



MARIANIS, in Immaculata sui Conceptione, laudibus (Illustrissime Princeps) hæc incipit, finemque accipit, de veritatis Examine moralis Theologiæ pars prima; vt, sicut exterius intra tantam clauditur puritatem, sic in se (quòd exopto) maculosum nihil, nilque reperitur impurum. Ad hunc assequendum

finem non minus inclinatio, quam desiderium me propendit. Fælicem mihi sortem spondet illud *Genesisos 2. cap.* accommodatitè, mysticèque interpretatum.

Tulit ergo Dominus hominem, & posuit illum in Paradyso voluptatis. Cur Etiam de Adami, extra Paradysum creati, costa, & non de Paradyfi terra, Dominus fabricauit? Rursus: si, post creatum Adamum, statim illū in Paradyso posuit Deus, cur (vt sic loquar) recusauit, illum in Paradyso, & de Paradyfi terra formare?

Communis est (Illustrissime Princeps) Sanctorum, Doctorumque consensus, per Paradysum, Mariam intelligi. Ergo, quia Paradyfi terra nec originaliter, neque actualiter, propria, & quasi naturali, fuit culpa, delictoque maculata, decuit, (& sanè) ne naturalis aliqua, & de terra Paradyfi facta, creatura Paradysum fædasse diceretur.

Fateor, in Paradyso, serpentis suggestione, commissum

fuisse, & actuale, & originale (Prohdolor) peccatum; sed non à Naturalibus (ratione saltem materiæ) Paradyfi, sed ab extraneis tantum. Decebat enim, vt Deus Optimus Maximus pluris Mariam, quàm coelum æstimaret.

Et quia Naturales coeli (hoc est Angeli) coelum ipsum, extrinsece dico, macularunt; dato, quòd in Paradyso locus sit ruinæ culpabili; non à Naturalibus, sed ab extraneis hæc culpa descēdat: siquidem, nec naturalem aliquam culpā (hoc est, propriā) in Mariano Paradyso Catholica patitur fides; nec extranei peccati (originalis scilicet) macula fores eius, & limina, quod, eadem credere certitudine, firmiter speramus, attingit vnquam.

Opusculi huius initium à Marianis laudibus (Immaculato scilicet Paradyso) incipit: &, in illo, ex illoque ortum habuisse, semper optavi: vt, sicut Paradyfus Marianus, de Naturalibus suis, nil sinistrum, toruumque admisit, sic in opusculo hoc, (per participatam scilicet sufficientiam) quasi in Maria, & de Maria (ô vtinam) orto, & veluti Naturali, nil indecorum, maculosum nihil, nilque reperiatur fædaturum. Ad hunc ergo finem opusculum hoc intra tantæ puritatis limites clausi. Et quia veritatis nuncupatur examen, semper illud, Tibi, Supremi de veritate Tribunalis Præsidi Supremo, destinavi dicandum.

Sed dicent, & non pauci. Rigidum apparet, Tribunalis tremendi Censori, Præsidi que Supremo, à quo, statera æquissima, lanceque iustissima, omnia iudicātur, opusculum hoc, & plus alijs defectibile, dedicare. Seueritatem namque, in fronte veluti, ostentat; & in ipsius percipientibus sonitum, amaritudinem, non indebite, causat.

Sed ad hoc sic, & resolutoriè, dico: si veritatem semper inquirere exoptavi, & inuenire, quomodo creatam veritatis Arcem, culmenque effugiam? Si, tremenda, & amara veluti, fronte, seueritatem Sanctissimum hoc Tribunal ostentat exterius, in corde tamen, & veritatis, & refrigerij dulcedinem retinet.

In inquietum, amaritudineque plenum, mare præcipitem Nautæ Ionam dederunt; 2. cap. Et, de abyſſu in abyſſum, ad ſecretum cor maris (diſponente Deo) deſcendit. Teſtator ipſe Ionas: *Proieciſti me in profundum, in corde maris.* Inquiro: quid ſaltem bibit, ut (aliquantulum inſpecta natura) vitam conſervaret? Amariffimæ enim ſunt aquæ maris.

Interrogationem ipſe ſolvit Propheta, ſic dicens: *Et flumen circumdedit me.* Sed quomodo dulciſſima, quæ ſorbete poſſet, fluentia circumdabant illum, in falſos maris fluctus proiectum? Amariffimum fateor eſſe Pontum. Sed, (quia Doctori Maximo adhibenda eſt Fides) in corde maris aquæ ſunt dulciſſimæ. *Cum inter amaras aquas fuerit (verba ſunt Hieronymi) non ſenſit aquas amaras; alijs bibentibus falſos fluctus, ego (inquit) in medijs tentationibus dulciſſima fluentia ſorbebam.*

In amariffimum igitur (fronte tenus) Sanctiſſimæ Inquiſitionis Tribunal, eiufque Supremum Cenſorem, (ob iuſtiſſimam, æquiſſimamque ſeveritatem, ad inſtar veluti maris) parviſſimum hoc opusculum, quaſi nativè, deſcendit. Sed bene noſcens, quòd, licet in via amaritudo ſit, in corde (veluti in centro) dulcedo reſideat.

Quis dicet, inter duriffimas, aſperiffimasque res, petram, (& ſaxum melius) non computari? Negabit nullus. Quis exiſtimabit item, aliquid eſſe, revera, viatoribus dulcius Dei domo, Porta; cœli? Omnes negatione firmabunt.

Recurrant ergo ad illud Iacob, *Genef. 28. cap. Non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & Porta cœli.* Vbi eras Iacob, quando tam dulciter, ſuaviterque delectabaris? *Tulit de lapidibus,* (ſic pro eo reſpondet Spiritus Domini) *qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormiit in eodem loco.* Quaſi diceret. Reclinatorium de duris lapidibus composuit; & de eorum, amara duritie gaudium prodiit, in domo Dei, in Porta cœli, & in Angelis, viſis.

Et ſi Patriarcha tantus, lapideæ (veluti amaræ) duritie gra-

tus, *Talis lapidem* (sic Sacer Textus) quem supposuerat capiti suo, *Ter exit in titulum, &c.* Quid mirum, quòd, (veluti in huius opusculi Titulum) ad Supremum Fidei, & veritatis, Censorem, pro dulcedine confugiam recipienda? Iure ergo optimo, opusculum de examine veritatis ad Supremum quasi deuoluitur veritatis examen. Ergo (& ex debito) Tibi (Illustrissime Princeps.)

*Quem generis Clarum Solem Pro sapia monstrat,
Atque Fides superum statuit esse diem;
Quem, sic fama volat, bene virtus circuit omnis,
Talis, ut Oceanum transeat ampla mare.*

Hæc dicat, sacrat, consecratque

Addictissimus, humilimusque ex debito seruus.

Fr. Ludonicus de Conceptione.

**APPROBATIO RR. PP. Fr. FRANCISCI DE
Sancto Iuliano, Fr. Thomæ de sancto Gregorio, & Fr. Ildephonsi de
Spiritu Sancto, Generalium Diffinitorum, Ordinis Discal-
ceatorum Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis
Captiuorum.**

IVSSV Nostri Diffinitorij Generalis, vidimus primam de Examine veritatis Theo-
logiæ moralis partem, à P. Fr. Ludouico de Conceptione, eiusdem Ordinis, Sa-
cræ Theologiæ professore, elaboratam sèlecte. Opus sane, nil continens veritati
contrarium, nilque moribus dissonum; cum tamen plurima, vel in expressione,
quoad substantiam noua, vel, in modo illa resoluendi, nouiter inuenta complectat-
ur. Vnum dicimus; quòd nulli hoc opus tædio erit, & omnibus, præsertim doctis,
& studio deditis vtile, & delectabile. Vtile, (inquam) quia, quæ plurimæ patiun-
tur sententiæ, & communes, argumentorum tela, ingeniosè soluit. Delectabileque;
quia, vt in plurimum, quæ singulariter examine indigent, in examen vocat. Præ-
terquamquod, quia bene notus est Author, hoc sat esset, vt ipsius opera in gloriam
Dei, Catholicæ Ecclesiæ vtilitatem, Matrisque Religionis decorem, in lucem pro-
deant. Sic exoptamus; iudicamus sic; sicque sentimus. Marriti die 3. Aprilis, anni
Domini 1648.

*Fr. Franciscus de sancto Iuliano.
Diffinitor generalis.*

*Fr. Thomas de sancto Gregorio.
Diffinitor generalis.*

*Fr. Ildephonsus de Spiritu Sancto.
Diffinitor generalis.*

LICENTIA GENERALIS SUI ORDINIS.

FR. Martinus de Assumptione, Maior, ac Generalis Minister Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum. De consensu Nostri Diffinitorij Generalis, vt quæstiones morales selectæ, quarum titulus est: *Examen veritatis Theologiæ moralis*, à Patre Fr. Ludouico de Conceptione, nostræ Sacræ Religionis Theologiæ professore, compositæ, & à grauioribus, & doctioribus eiusdem Ordinis Theologis recognitæ, & approbatæ, typis mandentur, tenore præsentium facultatem concedimus. In quorum fidem has litteras, manu nostra, & sigillo, ac Secretarij nomine subscriptas, dedimus Matriti die vigesima septima Iulij anni millesimi sexcentissimi quadragessimi octauo.

*Fr. Martinus de Assumptione.
Minister Generalis.*

Mandato Patris nostri Ministri Generalis.

*Fr. Franciscus de Mater Dei.
Secretarius.*



LICENTIA GENERALIS SUI ORDINIS.

FR. Gaspar de Iesu, Generalis Minister Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis Captiuorum. Quia prædecessor Noster Generalis, de consensu Nostri Diffinitorij, tenore præcedentium litterarum, vt opus, cuius titulus est: *Examen veritatis Theologiæ Moralis*: ab Authore, infra iterum referendo, elaboratum, in lucem prodiret, facultatem concessit, & tempore durationis officij præfati prædecessoris Nostri, prælo mandari non potuit; ideo facultatem prædictam approbantes, illam denuò sequentium tenore concedimus. De consensu igitur Nostri Diffinitorij Generalis, vt prædicti selecti casus morales, selectæque similiter quæstiones, à Patre Fr. Ludouico de Conceptione, Nostræ Sacræ Religionis Theologiæ professore compositæ, & à grauioribus, doctioribusque eiusdem Ordinis Theologis recognitæ, & approbatæ, typis mandentur, tenore præsentium, facultatem concedimus. In quorum fidem has litteras, manu nostra, & sigillo, ac Secretarij nomine subscriptas, dedimus. Matriti, die 5. Iunij anni Domini 1653.

*Fr. Gaspar a Iesu.
Minister Generalis.*

Mandato Patris Nostri Ministri Generalis.

*Fr. Lucas de Sanctissima Trinitate.
Secretarius.*

APPRO-

APPROBAT R. ADMODVM P. DOCT. FR.
Christostomus Cabero, in Academia Complutensi, primum, Phi-
losophiæ Moralis, deinde Sacræ Theologiæ Vespertiæ Cathe-
dre, postea Sacrorum Bibliorum Interpretes, & nunc
Primariæ Cathedræ Moderator.

VIR Doctus quis? scribens, non transcribens. Non iuuenis, sed Pater familias de thesauro suo, non de alieno, de promens vetera non tantum, sed noua, & vetera simul. Depinxit sic virum Doctum Christus Dominus *Matth. 13. Omnis Scriba Doctus similis est homini Patri familias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera.* Qua sub similitudine, præfiguratum, arbitror, fuisse R. P. Fr. Ludouicum de Conceptione, harum quæstionem, casuumque, (quæ omnia commissione per illustris D. D. Ioannis de Narbona, vtriusque iuris Doctoris, Curiaque Complutensis Vicarij Generalis, attente legi) verè Authorem, inuentorem verè, proprio calamo scribentem, propria mente ruminantem. Non vt alij, qui (& verbis vtor Quintiliani, *lib. 10. cap. 2.*) *quemadmodum quidam pictores in id solum student; vt scribere tabulas mensuris, an lineis sciant.* Vir non iuuenili ardore, & præcipiti gradu, typis excurit casus hos, quæstionesque, sed post multos magistrj annos, post ingentem Theologiæ, & Iuris Canonici notitiam, ætate iam in senectutem declinante, ex suo proprio eruditionis gazophilacio miscens nupera veteris, opus edidit formosum ob sui venustatem amabile vniuersis. Veneratè antiqua, mirare moderna, carpenda nullatenus. Antiquas sæpe rimatur sententias, &, eis minimè contentus, amplexatur modernas, quas illius ingenium rarum, vel inuenit, vel prorsus illustrauit. *Numquam autem inuenietur* (inquit Seneca *Epist. 33.*) *Si contenti simus inuentis* Opustane pium, doctum, vetuitate generosum, nouitate delectabile, nil dilionum fidei, nec moribus continens; sed dignum omni plausu, omni elogio. Sic sentio in Cysteriensi D. Bernardi Collegio. Compluti die 8. Maij, anno Domini 1648.


Fr. Christostomus Cabero.

CENSURA R. P. MAG. FRANCISCI ILDE-
phonsi, Societatis Iesu in Complutensi Collegio Primariam
Regentis Cathedram.

IAm olim sacra mihi discendi ambitio parauerat volumen hoc, cuius titulus est *Examen Veritatis*, à Reuerendo Patre Fr. Ludouico de Conceptione ex nobilissima Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis familia conscriptum (quod D. D. Ioannes de Narbona, vtriusque iuris Doctor, Toletanæque Diocesis Vicarius Generalis, examinandum tradidit) non enim adeo me parcum Authoris æstimatorem fatebor, vt ab alienis manibus hanc mihi fabricari fortunam sperarem. Quomodo ergo fiet, vt hoc velut censor castigem, quod attente, & cum admiratione perlectum reuerenter colo? Illustrior hic liber est, quam
nostra

nostra mereatur iudicia; dignior, qui omnium ora plausibus occupet. Si ergo iudicium posset in laudes desinere: laudarem primum in hac feraci librorum ætate, in qua libido eudendi propria cogitata vel fecunda mater, penè infinitos parturit liberos, & libros, tot potuisse Authorem noua inuenire. Non enim hic transcribit, sed meditat, non, quæ prælo data sunt, excudit, sed, veteribus alijs relictis, noua de thesauro suo profert, & quod mirere magis, plerunque ita ea refert ad principia inter Doctores generaliter recepta, vt nihil videatur proferre, nisi quod ipsi rogati dicerent. Laudarem, quòd inter tot vitæ Religiosæ exercitia, & Discalceatorum præcipuè Sanctissimæ Trinitatis, vbi omnes contemplationi inhærentes maiorem diè insumunt partem, huius libri eruditioni suppetierit tempus, ita vt, qui Religiosæ perfectionis est idæa, scholasticæ disciplinæ appareat speculum. Laudarem, cum omnis Complutensis Academia viderit, ea assiduitate cubile R. Patris Fr. Ludouici de Conceptione, velut gymnasium generale à tota nostra Hispania frequentari, ea solo sui ingenij ductu inuenisse, quæ nullius extricarunt vigilæ, & modo ea scribere, non quæ interrogata, sed quæ interrogari possunt non communia. Quid ergo iam mirer Complutensium voces, publicam harum lucubrationum lucem anhelantes? Ego primus clamorem augebo. Ergo prodeat liber felicitis ingenij primus partus; & cum Aurelio dicam: *Quantus erit feruor meridianus, cui tantum primæ lucis riserunt crepuscula.* Ergo lucem videat, Authori honorem, omnibus allaturus lucem. Sic voueo: in hoc Nostro Societatis Iesu Complutensi Collegio, die duodecima septima mēsis Iunij. Anno 1648.

Franciscus Ildephonsus.



IUDICIUM R. P. ET DOCTORIS, GASPARIIS
de Ribadeneyra, primariam modo, in Collegio Complutensi
Societatis Iesu, Cathedram
regentis.

Selected hæc opera concinne iuxta, ac erudite elaborata per R. admodum Patrem Fr. Ludouicum à Conceptione perlustrauit accuratius: nescio sane, an attentione, an voluptate maiori. Eorum namque tantâ animum meum incunditate perfudit lectio, vt me ab alijs muneribus otiosam haud inuenerit, sed effecerit. Opus quippe hoc, sicut mira eruditione illustratur, & incredibili acumine conscribitur, ita maturo, solidoque iudicio pensatur. Aded denique numeris omnibus est absolutum, vt Panegirista indigeat, non Censore; cum summus Authoris in Theologiæ sacris exedris vsus, atque experientior id effecerit, vt huic, quod rescindat, reliquerit poenitus nihil; illi verò, quod laudibus efferat, plurimum suppeditauerit. Tanta enim felicitate in hanc scribendi Prouinciam incubuit, vt de ditissimo eruditissimi pectoris thesauro non solum vetera, sed etiam noua quàmplurima depromat. Itaque, sic poenitus censeo, in omnium manibus hoc opus ita posse versari, vt par, & Authori laus, & Christianæ Reipublicæ utilitas sit prouentura. In hoc Nostro Collegio Complutensi, die 8. Iunij. Anno 1648.

Gaspar de Ribadeneyra.

CENSURASAPIENTISSIMI DOCTORIS
D. Ioannis de Lagueruela, in Alma Complutensium, Uni-
uersitate, olim liberalium artium, nunc verò sacræ Theo-
logiæ publicè Professoris, & in sanctorum Mar-
tyrum Iusti, & Pastoris Magistrali Ec-
clesiâ Canonici.

DE commissione D. Doctoris Don Ioannes de Narbona, in hac Complutensi Archiepiscopali Curia Vicarij Generalis, & in Magistrali Ecclesia Canonici meritissimi: Vidi, & perlegi *Examen hoc Theologiæ Moralis* à Sapientissimo Magistro Fr. Ludouico à Conceptione elaboratum. Opus quidem, quod fama Authoris fecit plausibile, diuque desiderabile mihiq; semper fuit in votis, in re morali Authorem recentem videre, qui vere sit Author, & non compiler, aut scriptor, iuxta explicationem Bonauenturæ: *in Prologo sententiarum*. Neque enim multum rei literariæ interest, supra tot, tantosque Authores, vnum, aut alterum recentem priscais subscribere addendo numerum, non illustrando doctrinam: Vis ergo illa, & ardor ingenij, qui tantum in scholasticis disputationibus feruet, maiori cum laude exercetur in moralibus, in quibus Authores ferè semper solum apprehensiones præbent: Noster verò Ludouicus discursum ex varijs tam Theologiæ Moralis, quam ex iuris prudentiæ principijs deducum, & illustratum. Alij Doctores, pecudum more (vt ait Seneca *de Vita beata*) attendunt, quâ itur; Noster verò Ludouicus, non quâ itur, sed quâ eundum est, inquit. Neque potest inuidia, quæ semper magna scripta venenato dente errodit, vitium nouitatis tanto Authori impingere, non enim sic noua, quæ dicit, quasi ex nouis deducta principijs, sed potius sic noua, vt priscais innixa sint fundamentis; non ædificat, sed super ædificat; nouitas ergo erit veteris, aut sane vetusta nouitas. Iuxta illud Tertuliani *lib. 4. contra Marcionem, cap. 20. O Christum, & in nouis veterem!* Inuenienda ergo inuentis non obstant, vt simili calumniæ respondet Baldus *in decret.* cuius hæc sunt verba: *Adhuc multum restat operis, multumque restabit; quia inueniendis inuenta non obstant.* Immo Doctissimus Pater Thomas Sanchez, in re morali nulli secundus, magis rationibus, quàm antiquis Authoribus consulens, plura sine Authore noua, nulla sine graui rationum pondere scribit. Censeo tandem, opus Nostri Ludouici esse perfectum omni veneratione, & plausu dignum, nihilque continere, vel nostræ fidei, vel bonis moribus oppositum: de quo doctissimo opere, iure dici possit:

Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Compluti die decima octaua Iunii, à Natiuitate Domini, anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octauo.

Doctor. D. Ioannes de Lagueruela.

CENSURA R. P. Fr. LEANDRI DE SAN-
ctissimo Sacramento, Diffinitoris Generalis, Ordinis
Discalceatorum Sanctissimæ
Triados.

COMMISSVM mihi hoc Examen veritatis, &c. à Sapientissimo Doctore, D.
Ioanne de Narbona, Canonico Ecclesiæ Magistralis Sanctorum Iusti, & Pa-
storis, nec non Vicario Generali totius Diocesis Toletanæ; in Archiepiscopali
Curia Complutensi, quod in Orbis lucem profert, R. P. Frater Ludouicus de
Conceptione, olim apud Salmanticensem, nunc & Complutensem Scholam in
nostro Collegio Sacræ Theologiæ publicus Professor, diligenti recognitione
perpendi. Opus sanè pulchrum, subtile, varium, & nouum, ac cum tanta Autho-
ris vbique laude diffusum, vt in eo miretur pulchritudinem ex robusto sententiarum
pondere; subtilitatem in explicanda veritate, è quarum vis difficultatum
notæ in lucem eruenda; varietatem, vt placida menti, diuersis quæstionum flo-
ribus, quasi in calato, refertum propinans; ac nouitatem casuum, quæ non tam
arcana magnetis rapacitate trahi videatur, quàm tacito veritatis ductu Autho-
ris iudicium latentia hæc referasse. In hoc enim opere, & præsentis studij fecun-
ditas in inueniendo conspicietur, & conscientia nodos, quibus præcipuè suam
curam impendit, ita perspicuè dissoluit, vt hac in re, licet sit primus sui ingenij
felix partus, vltimam manum imposuisse videatur. Sed quid laudibus immo-
ror? Cum dicat stagirita; *Magnorum non est laudatio, sed admiratio.* Assentior ita;
quia totum hoc opus; in hoc feraci librorum æuo, totum est admiratio. Non est
panegyrica hæc vox, nam calamo arare, quod omnes plausibiliter vocibus in-
tonant, plus debitum soluit, quàm censuram profert. Et quamvis iam, vt typis
mandetur, aproximatur hoc opus, non possum non, pro crastinationem arguere
verbis secundi Plinij ad Octanium amicum: *Nominem te patientem, vel potius du-
rum, ac pœne crudelem, qui tam insignes libros tam diu tener, quos vsque tibi, & nobis in-
uidebis? Tibi maximam laudem, nobis voluptatem.* Ex vno scopo oriri mihi videntur
feliciter ambæ, & Authoris laus, & nostra expectata voluptas. Faxit Optimus
Deus, vltimus in dies progrediatur calamus. Verùm interim tantas, ac nouas in-
genij opes, & prælo, & æternitate dignissimas iudico. Sic censui; in hoc nostro
Complutensi Collegio Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, Redemp-
tionis Captiuorum. Die 20. Iunij anno 1648.

Fr. Leander de Sanctissimo Sacramento.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOs, el Doctor D. Juan de Narbona, Consultor del Santo Oficio de la Inquisicion, Refrendario Apostolico *viriusque signature*, Canonigo de la Santa Iglesia Magistral de San Iusto, y Pastor, de la villa de Alcalà de Enares, y Vicario General de todo el Arçobispado de Toledo, residente en la Audiencia, y Corte Arçobispal de dicha villa, por el Eminentissimo señor D. Baltasar de Moscoso y Sandoual, Cardenal de la Santa Iglesia de Roma, del titulo de Santa Cruz en Ierusalen, del Consejo de Estado de su Magestad, Canciller mayor de Castilla, Arçobispo de Toledo, Primado de las Españas, mi señor, &c. Auiendo visto, y examinado con parecer, y censura de hombres muy doctos desta insigne Vniuersidad, el libro, intitulado *Examen veritatis Theologiæ Moralis*, &c. compuesto por el P. M. Fr. Luis de la Concepcion, Lector de Teologia en el Colegio de Descalços de la Santissima Trinidad de dicha Villa, y por no contener cosa, que repugne à nuestra santa Fè Catolica, dogmas Chistianos, y buenas costumbres, damos licencia, y permission, en quanto Nos toca, para que pueda imprimirse, por ser en vtilidad publica, y bien comun de los Fieles Chistianos. Fecho en Alcalà de Enares à 23. de Junio de 1648. años.

*Doctor Don Juan
de Narbona.*

Por su mandado.

Felipe Enriquez.

*CENSURA, IVSSV SUPREMI SENATVS A R.P.Fr.
Didaco de Fortuna, in Cœnobio Sancti Francisci Matri-
tensi, Theologiæ Moralis prælectore
conscripta.*

L Egi, & perlegi *Examen veritatis Moralis*. Semel, iuxta mandatum Celsitudinis Vestræ, & iterum, iuxta satisfactionem formidinis meæ in dignoscendis regulis, spectantibus ad scientiam simul, & conscientiam. Nam in his agendis (vt ait Noster Cardinalis Petrus Aureolus *in lib. de rosa distinctione cap. 7.*) *primò debet informari intellectus veritate, quasi narratiuè: iterum ponderatiuè: tertio fruitiue, experiendo rationem.* Imò; hoc viuificat (ait IurisConsultus, Sanctus Ioannes de Capistrano, Noster, *in explicat. Extrauag. cap. de verb. significat. contra Berbegallum*) *Ethimologia Censoris, quæ non solum importat iudicium, sed & veritatem, qua intenditur soluere censum attentionis, pensionemque rationis.* Et ratio est; quia cæteri, si errant, bona fide Censoris excusantur; si autem ipse, omnino pro cunctis errat, & à bona fide (aut, dicere non putabam) accusatur. Quod ait Hieronymus *in Matth. lib. 1. si doctor errauerit, à quo alio Doctore emmendabitur.* Hoc totum me intendisse in scrutinio huius operis, & nihilominus superatum ab examine veritatis (adæquato reuera titulo) correspondente fateor. Nihil habui, quod ignoscere; nec quod fidei iuberem pro distione bonis moribus; vt affirmem cum Hieronymo *Epist. 89. Cumque tu vincis, & ego vinco, quia errorem cognosco; & superior à veritate.* Et, si Aureolus, vbi supra, requirit in moralibus non solum practica, sed experta; medicamenta spiritualia, iam probata, & applicata, secundum prudentiam, proponit Author hic, excedens alios; & nunc instructores Confessoriorum solum in munere Iudicis, & Doctoris, non autem in medici sanantis; quod in eis præcipuum desideratur, vt pote magis fructiferum; (ait Innocentius III. in celebri textu, *cap. Licet quibusdam, de Regularibus. Quamquam enim (ait) contemplatiua sit secura, ista tamen vita (actiua) est magis frugifera; cum in fecunditate sobolis lipritudo Lya, ex qua natus est Christus, prælata sit Rachelis pulchritudini.* Tandem, iuxta Capistranum, Censoris studium est soluere censum communi vtilitati. Prædictum opus non solum vtile Theologis, IurisConsultis, sed vniuersim prudentibus, affirmo; ideoque, posse ipsi facultatem legari. Datum Matriri, die 19. Septembris. Anno 1648.

Fr. Didacus à Fortuna.

SVMA DEL PRIVILEGIO.

Tiene privilegio por diez años el Padre Fr. Luis de la Concepcion, de la Orden de Descalços de la Santissima Trinidad, Redempcion de Cautiuos, para que pueda imprimir vn libro intitulado *Examen veritatis Theologiae Moralis*, con las prohibiciones, y penas en el contenidas, contra los que en el dicho tiempo lo imprimieren, y vendieren sin su licencia. Firmado del Rey N. S. y de Don Iuan de Oralora Gueuara, Secretario de su Magestad. Despachado en el oficio de D. Diego de Cañizares y Arteaga, Escriuano de Camara: su fecha en 16. de Enero de 1649.

D. Diego de Cañizares y Arteaga.

SVM ADE LA TASSA.

Taxaron los Señores del Consejo este libro intitulado: *Examen veritatis Moralis*, compuesto por el Padre Fr. Luis de la Concepcion, del Orden de la Santissima Trinidad Descalça, à seis maravedis cada pliego, y a esto mandaron se venda, y no mas, y tiene ciento y quarenta y vn pliegos, sin principios, ni tablas, despachado en el oficio de Don Diego de Cañizares y Arteaga. Madrid, y Nouiembre à 12. de 1655. años.

D. Diego de Cañizares y Arteaga.

E R R A T A S.

PAg. 13. col. 1. lin. 10. ex sui, dic. ex vi, pag. 36. col. 2. lin. 19. pralata, dic. prolata, pag. 48. col. 1. lin. 33. numque, dic. cumque, ibid. lin. 34. coisit, dic. possit. ibid. lin. 35. postro, dic. nostro, pag. 59. col. 1. lin. 19. nnn, dic. non, pag. 79. col. 2. lin. vlt. esse, dic. esset, pag. 114. col. 1. lin. 48. validē, dic. validū, pag. 143. col. 2. lin. 42. ignarauerit, dic. ignorauerit, pag. 175. col. 2. lin. 28. valito, dic. volito, pag. 192. col. 2. lin. vlt. extrinsecē, dic. intrinsecē, pag. 208. col. 2. lin. 30. vnt, dic. sunt, pag. 226. col. 1. lin. 12. respdōeat, dic. respondeat, pag. 230. col. 1. lin. 16. pro, dic. per, pag. 238. col. 1. lin. 35. sequitis, dic. sequiti, pag. 240. col. 2. lin. 37. per, dic. pro, pag. 245. col. 2. lin. 11. enim, dic. cum, pag. 262. col. 1. lin. 4. etiam, dic. tam, pag. 271. col. 1. lin. 29. Regurem, dic. Regularem, pag. 302. col. 2. lin. 46. dīctim, dic. dicti, pag. 320. col. 1. lin. vlt. quōd, dic. quoād, pag. 332. col. 2. lin. 53. conuentu, dic. Conuentus, pag. 357. col. 2. lin. 4. partienlaria, dic. particularia, ibi. lin. 153. esū, dic. effus, pag. 372. col. 2. lin. 25. indidua, dic. indiuidua, ibi, lin. 47. mari, dic. maiori, pag. 386. col. 1. lin. 27. Claritas, dic. Claritatis, pag. 389. col. 2. lin. 17. per, dic. pro, pag. 395. col. 2. lin. 10. acrsamenti, dic. Sacramenti, pag. 398. col. 2. lin. 41. nos, dic. non, pag. 399. col. 1. lin. 39. mediate, dic. medietate, pag. 408. col. 1. lin. 12. non absoluendi, dic. absoluendi, pag. 424. col. 1. lin. 31. vnam, dic. vnum, pag. 429. col. 1. lin. 11. possidetis, dic. possidentis.

Este libro intitulado: *Examen veritatis Theologiae Moralis*. Compuesto por el Padre Fr. Luis de la Concepcion, de la Orden, de Descalços de la Santissima Trinidad, Redempcion de Cautiuos, corresponde, con estas erraras, con su original. Dada en Madrid à 11. de Nouiembre de 1655.

Zic. Don Carlos Murcia
de la Llana

AD LECTOREM



Patiosissimum (Amice Lector) Moralis Theologiae mare, innumeris, & valde pulcherrimis, ratibus, plenissime fere, transfretarum contemplor. Tot namque Theologorum, vtriusque iuris Doctorum, Summistarumque ingressae sunt mirandae Naues, feliciter adeo Pontum hunc, de ipsius profundi abyssis plenae diuitijs, vt non modicus plures, & me magis, occupet timor, ne in illum, post tot ab ipso extracta mirabilia, ingrediat. Ea propter stant, quae à caeteris omnibus (& sane doctissime) sunt dicta, iterum non repetere. Est enim duplicatum pretium ab studiosis extrahere, scientiae nihil addendo, & in superflua narratione pretiosum tempus consumere. Igitur, quae in hac prima parte continentur, & si non substantialiter noua, (quia, in hoc sensu, nihil sub sole nouum) aliquomodo tamē, vel quoad materiam, vel quoad circumstantias; aut quoad modum, qui substantiam tangit; vel tandem quoad illationem, vel approbando, vel reprobando per examen, tibi (vt in plurimum) apparebunt & noua. Ex quibus, quae postulauerint Scholastico resoluī stylo; sic faciam. Quae autem morali methodo; ita. Quae tandem Iurisprudentiae modo; conabor sic illa declarare; vt omnibus (quod intendo) seruiam. Fateor, non omnia, quae desiderantur, in hac prima contineri parte. Haec tamen (& si pauca, & parua; ex affectu tamen plurima, magnaque) accipe. Caetera, iuxta proprium (& si parvissimum) regulata captum, in secunda, tertiaque parte, Deo auspiciente, in posterum recipies, à doctioribus plus illustranda. Vale.

IN NOMINE SANCTISSIMÆ TRIADOS; AMEN.

Præambula, pro Immaculata, & absque originalis labe peccati, Beatissimæ Dei Genitricis Conceptione, iam sine questione, quæstio, Oratioque prædictæ manifestatiua veritatis, quàm Discalceati filij, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, Redemptionis Captiuorum, in cordibus suis, Patrum etiam in filios successione, retinent.

ANTHOYAM hanc, quasi præambulam ad hoc, & si paruisimum, opusculum, quæstionem, iam sine quæstione, exordiar; dicet aliquis; imò & quicumq; valebit dicere. Ad quid (& mecum solummodo loquatur) ad quid (dicet) in Christo, mi frater, post tot, tamque fecundos, vberesque de veritate hac, in lucem editos, tractatus, imò & integros libros, omnes fere, Sacris ex literis, Sacraque traditione, & Doctoribus Sacris, meliores, pulcherrimosque flores continentes, modo in lucem præambula prodit oratio tua?

Quantum ad me attinet, humilis, libensque succumbo; & si verum sit, omnes Scriptores esse Marianis laudibus vestigales. Sed liceat pro Fratribus meis, & specialiter talibus, qualemqualè satisfactionē præbere. Primo: quòd huius, præambulæ quasi, quæstionis, factura nouē, imò magis, ab hinc retro annis. (Plures, sine exceptione maiores, de hoc adhuc extrât testes) incepit, & cõplementū accepit; imò & per aliquas Religionescursauit

Secundo: Sat est, fatei (vt fateor) me nil de me dixisse; sed, Hortulani more, de varijs Sanctorum Patrum, Ecclesiæ Doctorum, Catholicæque Nostræ Religionis Authorum, circa veritatem hanc, floribus, fasciculum, & si breuem, componere, vt nomine Discalceatorum in Christo Redemptorū, illum Sūmolpſius Christi Iesu Ecclesiæ Pastori præsentarē.

Tertio; quia Religio mea prima fuit, quæ, à sui prima conditione, immaculatam Deiparæ Conceptionem verbo, & scriptis defendit, celebravitque, iustum est, quòd de hoc omni tempore, (hoc præsertim) eius testificentur filij. Olim Reuer. Pater Mag. Frater Emmanuel Reynoso ex Calceatis PP. nostri Ordinis, tom. Sermonum pro Deiparæ Conceptione Immaculata fol. 2. col. 3. hoc iddem testificatur, dicens: Pnes todo este tiempo ha, (scilicet, 456. años) que

esta Sagrada Religion celebra la Concepcion purissima de la Virgen MARIA, con el titulo celestial de preservacion; como consta de nuestro Breuiario antiguo, que se rezò generalmente en toda la Religion; y aora actualmente se reza en todas las Prouincias de Francia, y Flandes. Et fol. 4. col. 2. in princip. sic habet: Alcancè yo tiempo en esta Sagrada Religion, que el dia de la Purissima Concepcion, no solo quedana dispensado el ayuno, pero como dia de Pasqua de Navidad, de las que caen en Viernes, se comia aquel dia carne; y nadie se espantara ver esta deuocion tan desde sus principios en esta Sagrada Religion; si considera que nuestro primer Patriarca, &c. Fue San Ioan de Mata; Doctissimo Varon, y graduado en santa Teologia por la Vniuersidad de Paris. Sic ille. Sed de hoc infra num. 112.

Quarto denique; vt omnibus innotescat, quòd, si antiquitus veritatem hanc de Immaculata Deiparæ Conceptione proprijs nominibus firmatumus; præteritoque anno illam pro rostris defendere promissimus, & iuramento confirmatumus, rationes, quibus ducebamur, & ducimur, non ignorauimus. His etenim ablati, audacia foret, (de me solummodo loquor) in tam fecundam messem, à tot, tantisque, & Illustrissimis viris, & Scriptoribus, tam Doctoribus, quàm Magistris, mirabili valde Methodo; profundissimo sane ingenio, eruditissima cultam cultura, manuum meam inferre. Sed iam omnibus innotescit, quibus Campū hunc, summopere apacibilem, ad instar maris spatiosum, & cælo, radiantibus condecorato planetis, splendidiorē, motiuis ductus ingrediar. Igitur.

Dignare me, Laudare te, Virgo Sacratā,

BEATISSIME PATER.

ET si fides humanæ rationis transgrediatur fines, (cum Melissuo Bernar-

do incipio; serm. 28. in *Cantica* fol. mihi 155. lit. A. Item; Epist. 188. lit. H. Item; cum *Diuo Isidoro*, serm. 1. lib. de modo bene viuendi, fol. 294. lit. E. & fol. 182. lit. E. & fol. 158. lit. B.) naturæ vsum, experientia terminos; & nō sit iustū, quod sibi humanum ingenium omnia usurpet, nihil fidei reseruans; nec fides sit vi extorquenda; at tamen exemplis, atque ratione suaderi valet.

Rufus; cum proprium sit fidei, circa res, per ipsam apas credi, lucem non extinguere, sed custodire; videamusq; hanc Conceptionis Deiparæ purissimam lucē, tot (& si apparentibus tantum) non obstantibus tenebris, pro tanta temporum diuersitate pululantibus, nunquam extinctam fuisse, sed auctam adeo, vt per fidē ipsam (& si nō dum explicatam; ad quod Fideles omnes inhiamus) in se custoditā affectiuē credamus; non solum inuitat nos, sed quodammodo cogit, ipsius purissimæ Conceptionis amor, omni ex parte debitus, quæ postea sequentur, Vestræ Beatitudinī præsentare rationes.

Igitur purissimæ, & absque originalis labe peccati, Conceptionis Deiparæ Virginis definitiuam declarationem ad hanc fore etatem reseruata, in tantum existimo verum, vt non solū deuotionis causa, sed veritatis etiam, quæ in præ requisitis ad definitionem, & iam existentibus fundatur, firmum credam. Nam sicut in cognitione Mediatoris Dei, & Domini Iesu Christi, (ait Gregorius homil. 15. in Ezechielem) quibusdam gradibus ad altiora peruenimus; in tantū, vt prius Mathæus 1. cap. dicat, Ioseph esse virū *MARIÆ*, de qua natus est *IESVS*, quin eius Patrem declararet; postea Lucas cap. 3. asserat, Iesum fuisse Filium putatiuum Ioseph, dum dicit Filius, vt putabatur, Ioseph: etiam inexplicatum relinquens, cuius vere Filius fuisset; quod reseruatum fuit Ioanni cap. 1. & 17. dicenti: In principio erat Verbum, &c. Et rursus: Hæc est vita æterna, vt (& quasi incohatiuē) cognoscant te verum Deū, & (completiuē equidē) quem misisti Iesum Christum.

Sicut (inquam) hæc de Filio Dei, quasi per successionem complete fuerunt declarata; sic (ita ego existimo) ad hoc vsque tempus voluit Deus Optimus Maximus Conceptionis Matris suæ gloriam, non omnino antea declaratam, proten-

dere; vt per te (Beatissime Pater) qui, quod, in re, excellentiæ magnæ, pulchritudinis maioris, decorisque maximi, vt fama testatur, omnesque Filij tui credimus, possides; hoc iddem Sanctissimi Patris Alexandri Septimi nomē præ se fert; cunctis fidelibus certa proponeretur de fide.

Plenitudinem namque significat primo septenarius numerus; teste Augustino tom. 8. pagin. mihi 361. col. 2. lit. B. in versum illum Dauidicum Psalm. 78. Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vbi sic habet: nō mala optat, sed iusta prænuntiat; quia (paucis interiectis) isto numero plenitudo significari solet. Secundo; numerus septenarius perfectionem demonstrat: nam perfectus est: ait Augustinus tom. 2. pag. 214. col. 2. lit. A. Et hoc, perfectione vniuersitatis: to. 4. pag. 118. col. 2. lit. A. & pag. 379. col. 2. lit. B. Tertio; quia septenarius numerus Sancto dedicatur Spiritui. tom. 3. pagin. 227. col. 2. lit. B. & tom. 4. pag. 379. col. 2. lit. B.

Et tandem reparatio est; de quo, cum ceteris omnibus, in te (Beatissime Pater) Nostro Capite gloriamur. Perbellè Augustinus tom. 8. in Psal. 147. pag. 700. col. 2. lit. D. sic: Reparata est Hierusalem (id est *MARIA*) post septuaginta annos captiuitatis. (Captiuitatem prout ad Virginitatem attinet, existimatam, à paucis tantummodo, intelligo; quæ septenario hoc numero omnino cessabit, & gloria puritatis suæ Conceptionis vndequaque stabilis ostendetur.) Sic illo numero (prosequitur Augustinus) omnem volubilitatem huius temporis signat. Septenario enim numero voluūtur dies. Ergo, quod prima primi numeri die inceptum fuit, in die voluitur septimo. Misterium, in his congruenter inclusum, sic expendo.

Primus felicitatis recordationis Alexander, Summus Pontifex, Sanctusq; Martyr (testatur Platina de vitis Pontificum pag. 14.) aquam (figuram *MARIÆ*, dico ego, de quo infra) quàm Sanctam appellamus, sale (sapientiæ scilicet) admixtam ad effugandos demones destinauit; & illam voluit coniungi, & commisceri vino in consecratione sanguinis, & corporis, Iesu Christo; & propter hæc, & alia Martyrij coronam accepit. Sic Platina. Ergo & sic primus Alexandrorum Summorum Pontificum numerus.

Si ergo in septimo numero dies voluuntur, (ait Augustinus) redibunt sane in septimo, Sanctissimoque Alexandro, quæ in primo fuerant incepta. Voluat ergo in te (Beatissime Pater) memoria puritatis Marianæ Conceptionis, quam figuraliter, omnino purâ, Primus felicis recordationis Sanctus Martyr Alexander monstrauit; vt, quæ vsque modo in vestræ Sanctitatis Antecessoribus, quoad omnimodam Marianæ Conceptionis, & purissimæ, certitudinem, requiem non inuenit, in te inueniat Sancte Pater.

Hoc non leui, sed maximo cum fundamento affirmo; quod Sancti Petri Damiani (sicet ad alium finem & si huic cõsonum, de Virgine loquentis) lib. 2. Epistol. 5. autoritate sic probõ: septimus numerus talem perfectionem designat, vt nullatenus tenebras aliquas admittat. Fetiuæ fatis hoc expendit Moyses, de omnibus creationis mundi diebus sermone instituens. Etenim vniciq; diei, ex primis sex, mane, & vespere artibuit, dum dicit: & factum est vespere, & mane, dies vnus: dies secundus, & c. vt ex contextu apparet. Dum autem de septima loquitur die, Sabbatho scilicet, ad laudes B. V. MARIÆ destinato (qui dies Virgini MARIÆ faceret) consulto nec mane, nec vespere assignat: solum nam que ait Moyses: Et requieuit die septimo ab vniverso opere, quod patrat: ergo septima dies, quia tenebrarum vespere negat, dignum Deo reclinatoriam perficit. Si ergo Deus Optimus, Maximus in solo dierum septimo requieuit; non mirum, quod Marianæ Conceptionis puritas, & purissima, in Beatitudine Vestra, Septimo Alexandrorum Summo, & Sanctissimo Catholice Ecclesie Capite, & Pastore plenissime requiescat?

Ad huc etiam finem, super illud ad Galatas 4. & Roman. 8. Misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra clamantẽ; Abba Pater: sic in Apostolorum Symbolo cap. 3. asseruisse Diuum Ambrosium reor: vtrunq; dictum est, & Deum misisse in corda nostra clamantẽ, & c. & nos accepisse Spiritũ, in quo clamamus, Abba Pater; exposuit ergo, quod dixit, clamantem, id est, clamare facientem. Hæc Ambrosius; quæ & Augustinus etiam super illud Roman. 8. & Genes. 22. ad litteram, cap. 9. & sæpè alibi. Et ad hunc sane à Diuino Spiritu finẽ tradita, vt Sancti-

tas vestra veritatẽ hanc, nobis pro illa clamantibus, inconcusse clamet credendã.

Non ergo incongruit, nec ob stare valet, quod vsque modo veritas hæc priuatio definitionis velo exterius fuerit occultata. Nam, præterquãquod congruebat dilatio, vt in nobis dilatata cresceret desideria; attende tamen (Pater Sancte) quod in tantum creuerunt, vt dignum iam sit, capiant, quod Vestro restauratio Nomine expressius, & efficacius inueniunt.

Rursus: ob dilatatum silentium voluerunt antiquitus Damascenus, & alij ex Patribus Græcis, quod, circa processionem Spiritus Sancti, non adderetur in Symbolo illud; Filioq; procedit: eo quod etiam Sacris in literis solũ sic haberetur: Spiritus, qui à Patre procedit: & nõ obstante dilatione, Ecclesia Latina hoc definiuit. Ergo si Deiparæ Virginis omnimoda, & ab actuali omni, & etiam ab originali, peccato, libera puritas, in illo Cantic. 4. Et macula non est in te: & in alijs etiam Sacræ pagine textibus, includitur, & continetur (de quibus postea) in tantum, vt propter hoc Sancta Mater Ecclesia firmiter credendum decreuerit, B. V. MARIAM ab omni actuali peccato, & imperfectione, minima etiã, fuisse semper immunem; cur debet ob stare dilatio sola, (nam silentium locum nõ habet, cum semper fideles clamauerint, & ex corde) vt intuitu etiam continentie huius veritatis in prædicto Cantic. 4. & alijs, per te modo vt fidei dogma tradatur, ipsammet Virginem ab originalis labe peccati exemptam fuisse?

Denique; quia congruebat, vt omni tempore Sedis tuæ definiendi potestas practice constaret. Sicut ergo (& circa dilatatum silentium iterum propè finem sermo redibit) teste Gregorio vbi supra, Rebecca, Isaac viso, quis ille homo sit, requisito puero, cognoscit; sit Catholica Sedes tua, hoc Hispaniæ Regno viso; imò & vniverso iam Orbe, de eiusq; assensu requisito; quàm aliena fuerit hæc Beatissima Virgo ab originali peccato, iustũ est, agnoscat. Quia quotidie (prosequitur Gregorius) Sancta Ecclesia adhuc per Prophetarum, atq; Apostolorum dicta, quid de Redemptore suo, in cuius laudẽ cedit suæ Matris omnimoda puritas, credere debeat, intelligit: etsi (vt ait Augustinus lib. cõtra Cresconum Gramaticum,

cap. 33.) hoc facimus credendo, quod vniuersa iam placuit Ecclesiae, quam Scripturam Sacrarum commendat Authoritas; placeat tibi iam, Beatissime Pater, cunctis Ecclesiae membris, veritatem hanc firma ex affectu fidei credentibus, illam ore tuo declarare.

Etenim si membra sunt Ecclesiae Doctores vniuersi, illa per Apostolum ad Ephesios 4. infalibili veritate firmati, vt, scilicet, non circumferantur omni vento doctrinae; vt exponunt Augustinus lib. 1. & 2. contra Iulianum, & Hieronymus super illa ad Philemonem Apostoli verba; scilicet, audiens fidem, quam habes in Domino Iesu, &c. proferat (rogamus) os tuum, quod vniuersa iam mistica mistici Ecclesiae corporis membra tot conantur conatibus.

Rursum; si, propter doctrinae lumen, Doctores id sunt in Ecclesia, quod oculi in corpore; & quod oculus videt, aut non videt, id ipsum corpus videre, aut non videre, necesse est; si iam omnes Doctores Immaculatam Deiparae Conceptionem definibilem dicunt, & pro illa clamant definienda, quid superest, nisi vt Beatitudo vestra sic assentia ur, agnoscat sic, sic que declaratorie definiat. Nam vt Paulus 2. ad Corinthios 4. ait; & nos credimus, propter quod & loquimur; quod & fecit Regius Psalter, dum dixit: Credidi, propter quod loquutus sum; loquere iam (Sanctissime Pater) quod te praecipue, cum membris tuis, credere non dubitamus.

Et tandem, (repeto que Augustini verba vbi supra) si hoc credendo facimus, quod vniuersa iam placuit Ecclesiae; ecce iam vniuersa Ecclesiae, vniuersalitate quadam, in omnes etiam fideles distributa, (vt Doctorem Angelicum, eiusque discipulos, in ipsum, discipulus debito, compromissos, non excludam, de quo infra) haec placuit, placetque veritas, a vestra Beatitudine, inconcussa sententia in aperto, vt assatum poscimus, confirmanda.

Sed antequam praedicta in praemio, de Immaculata B. V. Conceptione, probare incipiam, iterum fateor, non meis viribus, aliquid me de nouo proferre; cum solum intendam, quos apud alios comperio pulcherrimos, de huiusmodi veritate flores, hos in fasciculum, vt inam suauissimo odore refertum, Sanctissimae Triados componere; praestantibus, Patre,

quod per potentiam valet praestare, Filio, quod per sapientiam docere potest; & Sancto Spiritu, quod, ad te (Beatissime Pater) alliciendum, & mouendum, per internam quae illustrationem contribuere. Quod trina conclusione resoluiam. Quarum prima, praestare Patre luminum probabit, posse vestram Beatitudinem veritatem hanc definire; secunda, aeterna docente sapientia, hoc idem te posse, absque Generalis Concilii Congregatione; & tertia tandem, Spiritu Sancto mouente complete, vt spero, probabit, sufficientia iam Vestram Beatitudinem habere fundamenta, & motiua, ad praedictam veritatem, tanquam fidei dogma, declarandam. Sit igitur.

PRIMA CONCLUSIO.

INDUBITATVM Iudico, posse modo Sanctitatem vestram Beatissimam Deiparam sine originali peccato fuisse conceptam, vt fidei dogma, declarare. Pro conclusione hac faciunt, quae sequuntur, rationes. Et prius vnum suppono, quod, his temporibus, a probationibus alijs excusare iam poterat. Hoc vnum est, scilicet, veritatem hanc quasi in procinctu iam esse, vt de fide credenda proponatur, ex eo, quod de ea iam in tota Ecclesia festum celebretur. Etenim veritas illa, quae tenet, Christum Dominum eodem momento simul animam, & corpus accepisse, maximum accepit ad definitionem robur ex celebratione, festoque solemnium Annuntiationis B. V. MARIAE: ergo a festo purissimae, & Immaculatae eiusdem Virginis Conceptionis sufficientis robur admittendum est ad illam definiendam.

Nec obstat dicere, rem hanc rem esse facti, siue historiam quandam; quae, quia talis est, probari nequit, nisi in Sacra continetur pagina. Non (inquam) obstat. Et in primis, vt unicuique tribuam, quod suum est, dico, hanc obiectionem sibi proponere Sapientissimum Patrem Christophorum de Vega Societatis Iesu, 1. p. Theologiae Marianae, pag. 107. num. 352. vbi ad illam sic primo respondet. Vnde, & in quo volumine (ait Sapientissimus Pater) reuelauerit Deus Sacrorum, Canonico-rumque librorum Syllabum; quae tamen ad factum, Historiamque spectare, ambigit nemo; & nihilominus inter fidei Dogmata a Sacrosancto Tridentino Co-

cllo scribitur Catalogus Canonicoꝝ libroruꝝ tã veteris, quã Nõni Testamenti?

3 Deindẽ Virginitas B. V. **MARIAE** nullibi ita perspicue Sacris in Scripturis exprimitur; & tamen in re facti Eluidius, & in controuersia Historiali iam olim à Sede Apostolica, hæresis damnatus est, quòd perpetuam Dei Genitricis denegauerit Virginitatẽ. Deindẽ: vbi nam ab omni actuali culpa, leuissima etiam, Mariarum puritatis existit immunitas, cum neq; in Sacris voluminibus, neque in Apostolica traditione aliqua reperiatur; & tamen de fide creditur, & tenetur, vt à Sacrosancto Tridentino Concilio decernitur? Deindẽ in cap. firmiter de Summa Trinitate, & fide Catholica, condemnatur de hæresi assertum illud, quòd dicebat, Angelos ante corporeum hunc mundum creatos fuisse; & tamen disputatio est de facto, & ad Historiam, à Dei pendente voluntate spectat. Tandem; quia aliarum passim Historiales sunt veritates (ait & bene, Doctissimus Vega) quæ tamen solum ab Ecclesia, illas declarante, infallibilem hanferunt fidem.

4 Quòd, si aliquis dicat, hæc in aliquibus Sacrae paginae locis aliquomodo contineri. Ostendat (rogo) primo, vbi illud Confessionis præceptum, antea sub opinione positum, iuxta illud Ioannis 20. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: sub fidei dogmate postea à Tridentino Concilio, ab Spiritu Sancto edocto, eisdem Ioannis verbis definitum est?

Deindẽ: si Ecclesia Mater Beatissimam Dei Genitricem ab omni actuali, etiam leuissima, culpa immunem declarauit de fide, & Tridentinum postea expressius roborauit, eo quòd Patres, & Doctores Ecclesiae illa Ganticorum verba: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: de Virgine intelligebant, quoad exclusionem totius actualis ab ea culpa, vt infra ex Angelico etiã Doctore dicam; cur eadem Ecclesia Mater, eodem modo ducta fundamento, non poterit declarare, de fide tenendum, eandem Dei Genitricem ab originali etiam contagio semper liberam extitisse, & immunem? Igitur sit.

PRIMA RATIO.

ILLUD parte (Beatissime Pater) definiiri valet, quòd aliquomodo Sacris in literis continetur: atqui, sic se habet, absque originali peccato B. V. **MARIAE** Conceptio: ergo. Minorem propositionem probant quamplurima Sacrae paginae testimonia; ex quibus tria præcipue eligo, quibus cetera consequenter concordant.

Proponitur primum Sacrae paginae testimonium.

5 **S**IT igitur primum Sacris ex literis testimonium, pro Immaculata Dei Genitricis Conceptione; quòd, ex vna parte præstauit Prothoparens Noster, Adam; ex alia, Magnus ille vas electionis, Doctor Gentium, Paulus Apostolus. Adami sunt, quæ sequuntur, verba: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea; & c. sic Adam, Genes. 2. cap. vers. 23. (de quo etiam Paulus 1. Corinth. 11. vers. 9. Matth. cap. 19. vers. 5. Marc. cap. 10. vers. 7. & idem Apostolus Paulus ad Ephes. 5. vers. 31.) Item: Quam obrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne vna. Sic Prothoparens Noster. (De quibus Apostolus, 1. Corinth. 6. cap. vers. 16.) Quæ verba protulit Adam; dum, in statu innocentiae, de Eva, uxore sua loquutus fuit.

Prædicta ergo Adami verba, ad literam, literalemque sensum, declarans Apostolus Paulus, sic ait ad Ephes. 5. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit, & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Quia membra corporis eius, & de carne eius, & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sic Apostolus, vtens Prothoparentis Nostri verbis: illaque ad literam exponens, sic profæquitur: Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico, in Christo, & Ecclesia. Sic ille. Ex quibus sic formo rationẽ.

6 Illa Prothoparentis Nostri verba, secundum omnia, quæ ad literam sonant, quoad spiritum, intelligit Paulus de Christo, & Ecclesia; quòd nullatenus negari valet: ergo omnis excellentia, dignitas omnis, omnis decor, & gratia, gratiaque; nitor,

quæ fuerunt in Adamo, & Eua, pro tempore, quò Adam prædicta, & prophetica, protulit verba, fuerunt postea in Christo, & Ecclesia: ergo originalis iustitia, quæ, pro tunc, fuit in Adamo, excellentiori modo, & ratione, fuit in Christo; quòd est de fide: ergo & originalis etiam iustitia, & Innocentia, quæ, pro tunc, fuit in Eua, Ecclesiæ Matris figura, fuit etiam excellentius in ipsa Catholica Ecclesia: ergo in Ecclesia Catholica, quæ est fidelium congregatio, non defuit hæc originalis innocentia, & iustitia: ergo, vt hæc innocentia, originalisque iustitia, in Ecclesia sit, in aliquo Ecclesiæ membro necessario esse debuit. Rogo ergo, vt assignetur mihi, in quo Ecclesiæ membro talis innocentia, originalisque iustitia ad fuit? Ergo fuit in Dei Genitrice MARIA.

7 Confirmatur hoc (& si mysticè aliquantulum) figuratè tamen, satis efficaciter, ex illo Genesis 12. vbi sic habetur: cumque propè esset, vt ingrederetur Ægyptum, dixit Saray, vxori suæ: nunc cognoui, quòd pulchra sis mulier. Hæc Abraham. Sed ego inquirò: quare nunc, & nõ antea, pulchra apparuit Sarra Abrahamo viro suo, siquidem cum ea, in teneri, iuuenilique ætate, per tot antea annos fuerat conuersatus? Communis est (sic ego, Beatissime Pater, interrogationi responsum præbeo) communis (inquam) est Sanctorum consensus, in Sarra præfigurari MARIAM: communis etiam est ipsorum sententia, per Ægyptum, hunc mundum significari: ergo communis debet esse ipsorum Sanctorum assensus, per ingressum in Ægyptum significari ingressum in hunc mundum: ergo per ingressum Sarrae in Ægyptum, figuratus fuit ingressus Marianus in hunc mundum: ergo per ingressum Sarrae in Ægyptum figurata fuit Mariana conceptio in mundum hunc; nam omnes per conceptionem in hunc mundum primo ingredimur. Hucusque, communis est Sanctorum assensus. Sic autem prosequor.

8 Ergo, quia Sarra, B. V. MARIAE figura, dum propè esset, vt ingrederetur Ægyptum, pulchra tunc, & non antea, apparuit Abrahamo, vt Sacra testatur pagina: nunc cognoui, quòd pulchra sis mulier: non erit à veritate alienum asserere, mysterium hoc, de pulchritudine tunc ab Abrahamo visa in Sarra vxore sua, non pro Sarra secundum se, sed pro illa, vt fi-

gura est Genitricis Christi, in Isaac, filio Sarrae proprie figurati, stare. Ergo nunc, (ait Abraham) quando tu, Sarra, vxor mea, in ingressu ad Ægyptum, significas ingressum Dei Genitricis in mundum, per conceptionem; tunc cognosco, quòd pulchra sis, & tu sola, quatenus MARIAE figura es.

Omnes enim, antequam in hunc, per conceptionem, ingrediamur mundum, quia in sola omnipotentia Dei existimus, aequalis (negatiuè dico, in nostro tunc esse) pulchritudinis sumus: & omnes alij præter B. V. MARIAM, in ingressu in hunc, per humanam cõceptionem, mundum, pulchritudine gratiæ carent.

Tu tamen, (prosequitur Abraham, iuxta mysterium interpretatus) Sarra, quia figura, & prout figura es MARIAE Dei Genitricis, cum in Ægyptum primo passu, pedeque ingrederis, & ipso ingredu, Marianum, per ipsius conceptionem, ingressum in hunc mundum, præfiguras; tunc cognosco, quòd pulchra sis; non nouiter ex te, cuius pulchritudinem antea notam habui; sed nouiter, quia figura es illius, cuius, per conceptionem, ingressus, in mundi huius Ægyptum, pulcher, imò & pulcherrimus, erit. Ergo (Beatissime Pater) aduerbium hoc, nunc, ab Abrahamo tunc pronuntiatum, concordat sanè cum illo, nunc, ab Adamo in statu innocentia dicto; dum dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis est, & caro de carne mea.

9 Quòd si dicatur, talem innocentiam, originalemque iustitiam adfuisse in creatione (vt sic loquar) ipsius Ecclesiæ, & in ipsa Ecclesia, vt à Christo nouo Adamo, & Cœlesti, proueniente. Obstat, primo Authoritas Sextæ Synodi Generalis, sub Agathone Papa, actione 11. & 12. vbi, ad intentum, sic Sacra concludit Synodus. A Diuinitate (inquit) assumpta est nostra natura: illa, quæ ante peccatum creata est: non, quæ post præuaricationem vitata. Sic Sacrosancta Synodus. Ergo ex carne Adami in statu innocentia, & ante peccatum, & ante omnem maledictionem, reservata est caro Christi: ergo, in aliquo humanæ naturæ individuo, caro adfuit, nunquam maledicta, vitata nunquam; vt ex ea Diuinum Verbum carnem assumeret: ergo in illa creatura, vel nature nostræ creato individuo, ex quo Verbum carnem assump-

sumpsit, caro adfuit, vitata nunquam, nunquam maledicta.

10 Pulchre Chrysostomus homil. 78. in illud Genes. 4. Adam vero cognouit uxorem suam Eua: sic habet: Hoc post inobedientiam factum est: Itaque ab initio uirginitas palmam principatus accepit: sed postquam per desiderium peccatum intrauit, & illa quidem auolauit, ut pote ab his, qui indigni tantæ uirtutis magnitudine facti erant. Sic Doctor Sanctus; quem exponendo, sic inquisitione interrogo. Quæ uirginitas auolauit, quando Chrysostomus, de uirginitate loquens, ait: & illa quidem auolauit? Si personalis esset uirginitas, hæc etiam auolaret, & si nulla in Adamo inobedientia præcessisset, si in itatu innocentie uxorem suam Eua agnosceret. Quænam ergo uirginitas auolauit? Credo, uirginitatem fuisse realem, scilicet MARIAM, quæ in Adamo peccato, quoad factum, minime comprehensa fuit.

Rursus, credo, carnem uirginæam; quæ auolauit, carnem fuisse, à Verbo Diuino postea assumendam, & assumptam, quæ ante peccatum creata est; non, quæ post præuicationem vitata; ut Sacrosancta testatur Synodus: ergo ad Ecclesiam, in aliquo eius membro, caro uirginæa, ex qua Verbum nostrum assumeret naturam, auolauit: ergo in MARIA illam posuit Deus: ergo Mariana caro nunquam maledicta fuit, fuit nunquam vitata.

11 Secundo: (& rursus ad Adamum uerba recurro) ergo, sicut Eua de aliquo fuit, nunquam maledicta, & iam extra Adamum existente, uelut materia, de qua ipsa Eua fabricata fuit, sic Ecclesia, per Christum, & à Christo edificata, de aliquo etiam, extra Christum existente, & nunquam maledicta, fabricata fuit. Ergo, antequam Christus Ecclesiam, suam Sponsam, fabricaret ex credentibus in ipsam, aliquod erat nature humanæ indiuiduum, nullatenus, nulloque adhuc prætemporis instanti maledictum. Notanter enim, Diuino ductus Spiritu, primus parens asseruit: Hoc nunc os ex ossibus meis est, &c. Notet ergo, Beatitudo uestra, aduerbium illud, nunc. Quare, nunc, uel tunc, quando Adamus dixit, os illud ex ossibus esse suis, & non postea? Et quare prædicta Adamo prophetica uerba, cum aduerbio, nunc, ait Apostolus,

intelligenda esse de Christo, & Ecclesia? Solutio in promptu est: quod tunc, tam Adam, quam os illud, ex Adam existens, nullo comprehensi erant maledicto, sed originali iustitia, & innocentia fruebatur: ergo, &c.

12 Deinde: erunt duo in carne una: asseruit Adamus: ergo (& iuxta Apostolum) erunt duo (scilicet Christus, & Ecclesia) in spiritu uno: atqui, quando Adæ illa prophetica protulit uerba, erant duo, & carni, & nulla antecedente macula fedari: ergo (& iuxta Apostolum) erunt duo (scilicet Christus, & Ecclesia) in spiritu uno, nulla unquam fedati macula: ergo, &c.

13 Tandem: iuxta prædicta uerba; scilicet; erunt duo in carne una: sic Augustinus ait, tom. 2. de Gratia noui Testamenti. Epist. 120. ad Honoratum, pag. mih. 223. col. 2. lit. C. sed erunt duo in carne una: Sacramentum magnum dicit Apostolus, in Christo, & Ecclesia: igitur non iam duo, sed una caro. Si ergo caro una, profecto competenter etiam uox una. Et tom. 10. pag. 235. col. 2. lit. B. sic: Sponsa cum Sponso suo, quasi singulariter loquitur, apud Esaiam cap. 61. certè vnus, idemque loquitur. Velut Sponso, alligauit mihi nitram, & uelut Sponsam, induit me ornamento. Et Sponsus, & Sponsa: Cum dicit Sponsum, secundum caput; Sponsam, secundum corpus; duo uidentur, & vnus est. Sic Doctor Sanctus; qui iddem in substantia ait tom. 8. in Psal. 44. pag. 162. col. 2. à lit. B. & sæpè alibi. Et in ferm. de tempore sic: si duo in carne una, cur non duo in uoce una?

Ergo (secundum Augustinum) Christus, & Ecclesia sunt duo in uoce una. Si ergo uox Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ pro purissima, immaculataque est Dei Genitricis conceptione, eadem sane erit & uox Christi. Atqui si Christus Dominus, uel ut Diuinus Cantor, uel ut Sacerdos Summus, in Ecclesia aliqua uocem extolleret, caneretque Purissimam, & Immaculatam fuisse suæ Matris Conceptionem, uel de illa Sacrum celebraret, nullus foret, qui de hac dubitaret ueritate, tanquam de fide: ergo, si Ecclesia Mater nostra, Christique Sponsa, Immaculatam canit, celebratque, Beatissimæ uirginis MARIÆ Conceptionem; & uox Ecclesiæ, uox est Christi, quia si duo in carne una, cur non duo in uoce una, (ait

(ait Doctor Sanctus) nullus erit iam, qui prædictæ non assentiatur veritati. Sufficiens ergo huius veritatis continentia in prædictis Genesis, & Pauli Apostoli testimonijs, adest, ut Beatitudo vestra illam de fide valeat declarare.

Propozitur secundum Sacræ paginæ testimonium.

14 **S**IT iam secundum Sacræ Scripturæ testimonium, illud Cantic. 4. vers. 7. Tota pulchra es amica mea; & macula non est in te. Suppono tamen duas aliàs Sacræ Scripturæ veritates. Primam Pauli Apostoli ad Rom. 3. vers. 22. Non est distinctio: omnes in Adam peccauerunt, & egent gloria Dei: Item: ad Rom. 5. vers. 12. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit; & per peccatum mors; in quo omnes peccauerunt. Alteram; Prouerbior. 24. scilicet; Septies in die cadit iustus: de qua etiam loquitur Tridentinum sess. 6. cap. 11. Quibus positis, sic ex prædicto Cantic. 4. intentum probo.

15 Nomen illud, macula, quantum de se est, significat, comprehenditque non solum actuale, sed etiam originale maculam, vt patet: sed quia macula prædicto Cantic. 4. de Virgine negatur, (& sic Doctor Angelicus 3. p. q. 27. art. 4. in fine corporis) negatur etiam actualis peccati, etiam venialis, etiam leuissima macula, in ipsamet Virgine, ob speciale priuilegium; quod Catholica postea admisit Ecclesia, extatque in Tridentino vbi supra; & hoc, quin contrarietur illi Prouerbior. 24. septies in die cadit iustus: ergo, quia similiter illud, macula non est in te, ad originale etiam de se extenditur maculam, illam negando, non erit contra illud Apostoli: in quo omnes peccauerunt: Beatissimam Virginem, siuilliter ex priuilegio, per ipsummet Deum æqualiter manifestato dicentem: Et macula non est in te; ab originali eximere. Iddem ergo est fundamentum, eademque continentia in prædictis Canticorum verbis, quoad hoc secundum definiendum, ac fuit, vt illud primum, scilicet de relegatione totius, etiam leuissimæ, actualis culpæ, & maculæ à B. V. MARIA, definiretur.

16 Nec obstat, si dicatur, prædictum Cantic. testimonium, non intelligi ad litteram de ipsa Dei Genitrice. Non (inquam) obstat. Et primo, quod locus iste communiter à Sanctis Patris de Virgine intelligatur, probatione non indiget. Secundo; quod intelligentia hæc, seu acceptio in literali sensu procedat, videretur perspicuum; nam, quia Canticorum verba ænigmatica sunt, ideo literalis eorum sensus est, qui in illis, tanquam in cortice, includitur, & non quem in exteriori verba sonant; sicut Christi Domini, & Salomonis etiam Parabolæ.

Denique: vel est literalis sensus prædictorum verborum, secundum id, quod continent, & significant in ordine ad Virginem; vel non est. Si primum: ergo, cum prædicta verba omnem maculam comprehendant, & omnem negent, æquali profecto ratione debent à B. V. MARIA originale, ac actuale maculam auferre. Si non est literalis sensus; quod pronunc permissio: ergo qualis qualis sit, sufficiens fuit fundamentum, vt Ecclesia Mater, prædicta verba de Beatiss. V. MARIA intelligendo, illam ab omni actuali, etiam leuissima, culpa immunem fuisse, de fide declararet: quare ergo non erunt sufficientia prædicta verba, quomodolibet sensus eorum ad Virginem compareretur, vt, (si æqualiter vtramque negant maculam, quod negari non potest; & contra vtramque negatam maculam, adest æqualis certitudinis testimonium in Apostolo Paulo, & in Sapiente Salomone, vt fide tenemus) definita veritate de exclusione totius actualis, etiam leuissimæ, culpæ à B. V. MARIA, definiti etiam non possit ipsius B. V. MARIA ab originali contagio immunitas?

17 Confirmatur primo prædicta ratio: nam, loco illorum verborum: Tota pulchra es: sic habet Hebraica lectio: Tota pulchritudo es amica mea: vt verum teneat illud Psalm. 92. vers. 5. Quod ex ea pulchritudine decorem induerit Christus; dum Rex Cytharisticus ait: Dominus regnauit, decorem induerit; & Psalm. 103. Confessionem, & decorem induisti; amictus lumine, sicut vestimento: atqui, nomine totius pulchritudinis, æque negatur originalis, ac actualis fe-ditas: ergo, sicut actualis omnis, etiam leuissima, culpa, fuit per hoc à Virgine relegata, non obstante illo Sapientis; sep-

septies in die cadit iustus : sic similiter non obstabit illud Apostoli; in quo omnes peccauerunt ; vt ab illa , ex vi totius pulchritudinis ; etiam originalis scditas relegetur.

18 Quod si sic opponas ; cum Spon- sus dicat : Tota pulchra es amica mea ; & macula non est in te : cur Cantic. 6. di- citur : Pulchra ; vt Luna ; cum ex omnibus cœlorum pulchritudinibus , quæ nos in sui aliciunt amorem , sola Lunæ pulchri- tudo creditur maculata ? Huius opposi- tionis , apparentis sane tantummodo , so- lutionem ex Sapientissimo Patre Vega Societatis Iesu , vbi supra depromam. Igitur i. p. pag. 60. num. 215. refert di- uersa Stoicorum , aliorumque , qui Me- gistanes vocantur , & tandem quorum- dam hominum , Philosophorum nomine indignorum , placita , falsa sane ; vel quia ex sola voluntate prodeuntia , vel quia certo ex errore manantia.

Et postea ait , secundum rectam Astro- nomorum Philosophiam , hoc non esse ; Lunam maculas habere ; sed , propter eius raritatem , maculosam , ob oculo- rum ; Lunam ipsam intuentium , imbeci- litatem , apparere. Hoc est ; sicut Luna in pulchritudine vera , & à sui principio absque vlla macula , Marianæ puritatis est figura ; sic Mariana puritas nunquam , reuera ; maculam in se habuit. Sicut ram- men aliquibus V. MARIÆ pulchritudo ad instans (aliquando ; modo non) ma- culosa apparuit ; appareat etiam ; appa- renter solum , & Lunæ pulchritudo ; quasi MARIÆ præfagium , maculosa.

19 Præterquamquod , D. Hierony- mus , iuxta illud Psalm. 88. Tu dominaris potestati maris : (idest mundi) sic habet : sicut Luna semper mare , ita MARIA su- per totum mundum. Vel vt Sanctus Do- ctor Ambrosius in Hexam. sic : Luna est decor noctis , Mater roris , humorum mi- nistra , Dominatrix maris , temporum Mêsura , Emulatrix solis , Mutatrix aeris. Vndè Philosophus de generat. lib. 4. cap. vlt. vocat Lunam minorem Solem : Moy- ses ; Luminare minus. Item , Plutarchus asseruit , Lunam esse terram cœlestem : alijs dicentibus , eam esse benevolentiae symbolum. Item ; à prisca Romanis di- cebatur Luna genitrix Orbis , noctis ocu- lus ; cœli Regina.

Vndè sic habes Hierem. 7. filij colli- gunt ligna , & Patres succendunt ignem ,

& mulieres conspergunt adipem , vt fa- ciant placentas Reginæ cœli : (idest , Lu- næ , ait Hieronymus.) Deindè ; Ecclesia- stici 43. sic dicitur : A Luna signum diei festi ; hoc est : à MARIA in nos felicitas , festiuitasque promanat. Et ob hoc , Pul- chra vt Luna , ab Sponso dicitur.

20 Sed respondeo & ego sic : si in Luna B. V. MARIÆ significatur : ergo si- cut Luna à sui prima conditione , & or- tu , fabricatione vè , absque vlla prodije macula ; sic B. V. MARIÆ in sua Concep- tione. Rursus ; si postea Luna (hoc est , post sui creationem) maculosa actuali- ter apparet ; quis non videt , sic Lunam maculosam ; (& gratis do , quod vere sit) non posse esse Deiparæ Virg. MARIÆ figuram ; cum de fide teneamus , illam nullum vnquam ; etiam leuissimum , actuale commississe peccatum ?

Ergo si cõparatio Lunæ ad MARIAM , debet esse , vel in primo esse Lunæ , à Deo facto , cū primo esse MARIÆ , in Concep- tionis instanti ; vel in duratione entitatis ipsius Lunæ ; cum duratione Marianæ entitatis ; si primum sit ; ergo MARIA in sui Conceptione purissima fuit : si secun- dum ; obstat fides ; omnem actualem ; etiam leuissimam , à B. V. MARIÆ ex- cludens maculam. Ergo pulchra , vt Lu- na ; in primo sui esse , per Conceptionem acquisito. Nullus enim , ratione ductus , dicere valet , Lunam , primo à Deo fa- ctam , cum macula aliqua effectam fuis- se.

21 Sed iam primam rationem , su- pra positam , sic secundo confirmo ; & à non contemnendo simili ; quia Sacris etiam ex literis deducto. (Et specialem precor attentionem.) Igitur sic confir- mo : probatio propriæ conscientie ad Eucharistiam suscipiendam , iuxta illud Pauli , i. ad Corinth. 11. Probet autem seipsum homo , &c. probatio (inquam) hæc requisita , non est magis indifferens ; vt per ipsum possit fieri hominem ; ex- tra , vel intra Confessionem Sacramen- talem ; ac est ly macula non est in te ; res- pectu originalis , vel actualis maculæ ; atqui stante illa probationis indifferen- tia , in verbis Pauli Apostoli inclusa , ad probationem scilicet , extra , vel intra Confessionem faciendam ; & præceden- te ante Tridentinum , circa hanc proba- tionem ; Emin. Doctissimi que Cardi- nalis Caietani sententia ; quæ non igno-
ra-

tatur, decreuit Sacrosanctum Concilium Tridentinum, verba D. Pauli de vtraque probatione debere intelligi, stante copia Confessoris: ergo stante (vt certo stat) æquali indifferentia, in illo Cantic. & macula non est in te; ad vtramque maculam, tam actualem, quàm originalem, optime potest hodie Vestra Beatitudo, extremum illud originalis culpæ, æqualiter negatæ per ly, & macula non est in te, definire dicendo, B. V. MARIAM ab originali peccato immunem semper extitisse.

22 Et certè mirum est, quòd Catholica Ecclesia definiat vtrumque extremum probationis, cum indifferentia æquali, ab Apostoli verbis, in affirmatiua propositione, inspectum, & non ad sit sufficiens fundamentum in illa propositione negatiua, (quæ, quia malignantis est nature totum à fortiori negat) ad vtramque maculam negatam æqualiter indifferente, vt Vestra Beatitudo neganter definiat, nullam maculam in B. V. MARIA locum habuisse?

23 Sic se habet (Beatissime Pater) ratio, hæc, hocque fundamentum, in testimonio, & dicto ipsius Dei fundatum, quo ducor ad affirmandum, posse Vestra Beatitudinem veritatem prædictam definire. Nam, si ad Canonizandos Sanctos testimonium hominum accipimus (ait Apostolus & Euangelista Ioannes 1. cap.) testimonium Dei maius est. Si ergo à Deo, solo iudice, in quem (asserit Clemens Alexandr. p. 2. pedagogi) peccatum non cadit, Beatissima Virgo sine macula iudicatur, quid desideratur amplius. Item: Pulchritudinem quis potest (ait Ambrosius super Cantic. 4.) maiorem existimare decore eius, quæ amatur à Rege, probatur à Iudice, dedicatur Domino, consecratur Deo? Ecce ergo à Iudice, in què peccatum non cadit, ita qualificata est MARIA, vt nulla in illa, per ipsum inueniatur macula, dum dicit: Et macula non est in te. Ergo sufficienter ex prædicto Cantic. 4. hæc comprobatur veritas; vt sic, cum omni certitudine, quæ sequuntur, Sacræ Scripturæ testimonia alia, de ipsamet Purissima Virgine, quoad intentum finem, propriè etiam intelligenda veniant.

24 Igitur primo: quia si fœderis Arca dicitur, & in illa Noe fuit præfigurata; Ecce Nazianzenum orat. 23. de ipsa Dei.

para, sic afferentem: Arca illa Noè in diluuium vim diluuij euasit. Secundo; si Testamenti Arca nuncupatur; 1. Paralipom. 13. ecce etiam percussione Osee, extendentis manum, quia cassuram existimauit. Licet enim calcitrarint boues 2. Reg. 6. hoc est, Virginis Parentes, non sine concupiscentia eam generando, nunquam tamen illa cecidit; quia adiuuabit eam Deus mane diluculo; de quo postea. Vnde & Damascenus, de MARIA & Patre Ioachimo differens, vt infra videbimus, sic habet: O beati lumbi, ex quibus Immaculatissimum semen fluxit. Et de Anna Matre sic: O præclaram Annæ vulnâ, in qua, tacitis incrementis, ex ea auctus, & formatus fuit fœtus Sanctissimus: O beatum ventrem, qui viuum cœlum, cœlis ipsis latius, peperit.

25 Tertio; quia sic Dauidicum illud Psalm. 84. & adiuuabit eam Deus mane diluculo: de illa rectè intelligitur. Etenim, si adiuuabit: ergo ne caderet. Et si mane diluculo: ergo ne originale contraheret.

26 Quarto; quia si illud, Dauidicum etiam, scilicet: Benedixisti Domine terram tuam: intelligit Ambrosius de B. V. MARIA: & iterum: Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus: ecce; sicut primus Adam formatus fuit de terra, antequam esset maledicta, ita secundus Adam formatus est de terra virginea, nunquam maledicta: asseruit B. Andreas Apostolus; vt refert Abdias Babilonicus lib. 4. Historiæ; & continetur etiam in, approbato per Apostolicam Sedem, officio Conceptionis Purissimæ, Patrum Minorum, lectione 6. in die Octauæ; quodque de Beatissimo Patriarcha Sancto Dominico infra etiam dicemus.

27 Quinto; quia si illud Exodi 24. Et erit quasi opus Lateris Zapherini, quasi cœlum, cum serenum est, etiam Virgini adaptatur: sicut & illud, Ezechielis 43. Hæc est lex domus Domini in Summitate montis: omnis finis eius in circuitu Sanctum Sanctorum: Igitur, de cornu ad cornu; id est, de Conceptionis principio in hac domo Domini, vsque ad mortis finem, & in circuitu, totum est gratia. Quare Damascenus lib. 2. de Natiuitate Virginis, sic ait: Quia natura voluit in conceptu Virginis gratiæ cedere, vt Virginis Conceptio gratiæ Dei, non viribus naturæ, tribueretur. Hæc ille. Dicemus ergo,

ergo, quod in Templo hoc virgineo erat primo collocandum idolum Dagon, aut Baal, hoc est; Diabolus, per originale peccatum? Absit.

28 Sexto; quia predictis consonat illud quartum, quod penitus latuerat Salomonem, Prouerb. 6. vers. 36. scilicet; & viam viri in adolescentia: Quæ verba, vt plures testantur, translata habentur in Paraphrasti Caldaico in hæc: Viam viri, idest Geber à radice Hebrææ (Gabar habet Hebræa versio) in alma Virgine: hoc est; viam potentis in Conceptione Virginis Sanctæ. Septimo; quia, hac stante veritate, sic rectè de Virgine verificatur, & absolutè, quod fuerit aquæ ductus du cissimæ, illius Fontis Christi; iuxta illud Zachariæ 13. Erit fons patens domui Israel. Quod cum tanta proprietate non esset, si amaras, turbidaq; originalis peccati aquas degustasset. Etenim si Adâ non peccaret, traduceret vtique; iuxta promissionem, in omnes eius filios originalem iustitiam.

29 Octauo; quia sic proprius dicitur Cantic. 3. Egredimini filia Sion, & videte Regem Salomonem, &c. Nam sic habet Gillibertus Abbas ferm. 21. in Cantica cap. 3. Felix caro, quam sibi Christus, quasi coronam, assumpsit. Nos omnes in carne, quasi in domibus carcerum absconditi sumus, compediti; & feruientes legi peccati. Infelix ego homo; quis me liberabit de corpore mortis huius. Hæc ille. Ex quibus sequitur, hanc Christi coronam, scilicet Virginis carnem; esse etiam MARIÆ coronam. Quæ enim fuit in Christo per Spiritum Sanctum pura, sic pura fuit per gratiam in Virginis Conceptione; ita vt eadem caro, quæ, in Christo pura, ipsius est corona; sic antea, eadem pura in MARIA, ipsius esset; dicereturque corona. Quod non leuiter probat Zacharias cap. 6. dum dicit: Factum est Verbum Domini ad me dicens: Summe ab Holdai, & à Tobia; & ab Iadai; & summes aurum, & argumentum, & facies coronas, & pones in capite Iesu, filij Iozedech, Summi Sacerdotis; & coronæ erunt Helon, & Tobia, & Idaia.

30 Nono; quia si Beatissimæ Virgini adaptatur etiam illud Esaia 19. Onus Egypti: Ecce Dominus ascendit super nubem leuem: de quo iterum sermo redibit. Ecce ex Hieronymo plures sic explicant; leuem, idest; nullo peccatorum pondere prægrauatam.

31 Decimo; quia Ecclesiastici 24. sic habetur: quasi plantatio Rosæ in Iericho: vbi consulse Spiritus Sanctus MARIAM Ierichūtinæ Rosæ comparauit. Nā Rosæ Iericho reliquas omnes terræ Promissionis longe antecellebant, in maioriq; pretio ea propter habebātur, quod non tam naturæ cursu, quam Dei miraculo procreatæ censerentur. Miraculum autem hoc fuit; quod Propheta Elizæus, Iosue cap. 3. & 4. Reg. 2. per Iericho pertransiens; audiensque Incolas dicentes; Ciuitas quidem optima est; sed aquæ pessimæ sunt; & terra sterilis; ipse, cōtinuo, pusillo salis in aquas immerso, miraculosè eas fecit potabiles; & terras frugiferas. Intervarias autem plantas, quæ terræ planitiem exornarunt, ita pulchritudine, & odoris fragrantia, superabat Rosa, vt in ea solum magis, quam in omnibus reliquis Elizæi virtus, & miraculum efflgeret. Ideo namque apud omnes celebris erat plantatio Rosæ in Iericho.

32 Sic similiter Diuinus Elizæus, Christus scilicet Dominus, non solum pusillo salis Sapientiæ, sed proprio sanguine sterilem hanc mundi terram; quæ spinas, & vepres antea ferebat; irrigans, Ecclesiam frugiferam reddidit adeo, vt innumeram Martyrum, Virginum, Confessorum, Eremitarūque, &c. multitudinem germinarit. Inter omnes tamen has plantas Rosa Iericho; MARIA, tam longè reliquas aliās præcellit; vt in ea sola virtus sanguinis Christi, & eius Redemptionis, incomparabiliter magis, quam reliquis omnibus prælucere merito videatur. Vndè quemadmodum pulchritudinis Rosæ Ierichūtinæ excellentia virtuti terræ Iericho, ex se sterilis, non tribuebatur, sed Elizæi virtuti, miraculorum effectrici; ita immunitas ab omni labe, candor, & pulchritudo Dei-paræ Virginis; non erat sibi connaturalis; nec ex se illam germinabat, sed virtuti Diuini Elizæi, Christi Domini, illam præseruantis, multisque celestibus Charismatibus, eam locupletantis, adscribi debet, & tribui.

33 Et ob hoc Ecclesia Mater, Beatissimam Virginem multis cupiens efferre præconijs, Rosæ metaphoram vsurpat in officio Assumptionis, & Visitationis eius, dicens: Sicut dies verni circumdabant eam flores Rosarum: Hebraismus est iste: nam Hebræi adiectiuis carent, & illo-

Illorum loco, substantiis vtuntur, significantes filium iniquum, per filium iniquitatis, &c. Quare, idē est apud illos, flores Rosarum, ac flores Rosacei. Sed altius Ecclesiam Matrē tendere non dubitamus; & secretum est: quod reliqui Sancti, Rosæ sunt inter tentarionum spinas; MARIA vero Rosa fuit, inter celestium flores donorum concepta, & enata. Vnde inquit Sponsus Cantic. 2. Sicut Rosa inter spinas, sic amica mea inter filias: filias inquit; non peccato infectas; alias non essent filiae. Si ergo inter filias hæc est præcipua; hæc est amica; ad initium eius, & conceptionem hæc etiam prærogatiua debet extendi.

34 Discursum istum sic ex Ecclesiastici cap. 40. confirmo: ibi namque, loquente Spiritu Domini de strage originalis peccati in filijs Adæ, sic Sacro continetur in textu: Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturae in matrem omnium. Sic Domini Spiritus; qui nec nobiles, nec ignobiles diuites, nec pauperes, vasallos, nec Reges, nullumque denique à prædicta strage excludit, & cede; vt ex contextu appareret. Enumerantque huius cædis calamitates, sic profequitur: Ad hæc mors, sanguis, contentio, & Romphæa, oppressiones, fames, & contritio, & flagella; super iniquos creata sunt hæc omnia, & propter illos factus est Cataclysmus. Omnia, quæ de terra sunt, in terram conuertentur, & omnes quæ in mare reuertentur. Sic Sacer textus. Apponens autem omnibus remedium, profequitur sic: Omne munus, & iniquitas delebitur, & fides in sæculum habit. Pro coronyde autem ad præfens intentum, sic ait Spiritus Domini: Vita sibi sufficientis operarij condulcabitur, & in ea inuenies thesaurum filij, & ædificatio Ciuitatis confirmabit nomen; & super hæc (attende Beatissime Pater) mulier immaculata computabitur. Sic Sacer textus. Cuius verba liceat mihi sic breuiter ponderare.

35 Igitur primo loquitur de omnibus Adæ filijs; vt patet ex illis verbis: Omnibus hominibus. Secundo; Spiritus Domini mala enumerat, certè, ex Adæ peccato, omnibus communia. Tertio; remedium culpæ, à Christo descendens, & fidem in eum, in sæculum duraturam;

commemoratur, dum dicit: Omne munus, & iniquitas delebitur, & fides in sæculum stabit. Quarto; de Ciuitate loquitur, cuius ædificatio confirmabit nomen; ibi: Et ædificatio Ciuitatis confirmabit nomen. Ergo vel Ciuitas hæc est cœlestis Hierusalem, vel militans Ecclesia? Si cœlestis Hierusalem: ergo super omnes eius Ciues, filios Adæ, vna mulier immaculata computabitur. Ergo, si militans est Ecclesia; in ea etiam vna mulier immaculata computabitur. Ergo quæcumque sit illa Ciuitas, de qua loquitur, in qua inuenietur thesaurus filij, & cius Ciuitatis ædificatio nomen confirmabit; in ea, inquam, Ciuitate, quæcumque sit, in qua cuiuscumque filio Adæ vita sufficientis operarij condulcabitur: in hac inquam; super omnia, in superioribus verbis contenta, mulier immaculata computabitur.

Rogo ergo: quæ nam ista sit mulier? Nihil absurdi sequitur, asserendo, esse MARIAM, cum Ecclesia Catholica eius Conceptionem Immaculatam celebret: ergo illa est: ergo, cum fere omnes Prophetæ, & plures plurics, aliqua, huic veritati concernentia, sint loquuti, mirabor sane, & valde mirabor, quod sit aliquis (quod non credo) qui in singulis, & omnibus dictis, dicendisque, Sacræ pagine verbis sufficiens non inueniat fundamentum, vt veritas hæc, quam exoptamus, fidei habeat firmitatem?

36 Vndecimo tandem; quia sic, rectè de B. V. MARIA intelligitur illud Danielis 4. Succidite Arborem: Sumptram pro Adam, qui tot cumulatus diuitijs, ad instar Nabuchodonosoris, haberi voluit, vt Deus: Succidite (inquit) arborem; verum tamen germen radicam eius seruate: hoc est; reseruate virgam quandam, ex qua germinetur flos, & tota arbor renouiscat, iuxta illud Esaiæ: Egre dietur virga de radice Iese; & flos de radice eius, &c. vt grauiissimi interpretantur Doctores. In quibus verbis notandum est verbum, Seruate. Noluit enim Deus poenam imponere illi, quam per priuilegium à culpa liberauerat. Vnde, & si Virgo mortua fuit, nõ fuit tamen in puluerem, poenam scilicet originalis peccati, reuersa. Cum ergo illi corresponderet poena, qui comprehendebatur in culpa; estque signum comprehensionis in culpa, ipsum luere poenam; erit etiam sig-

signum non comprehensionis in culpa, ipsius culpæ poenam non subire.

37 Audi ergo originalis poenam peccati, Geneseos 3. Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es; quia pulvis es, &c. Undè rectè Sanctus Damasus oratione de dormitione **MARIAE**, sic asseruit: omnes commendat terræ corpus suum; sed Christus in manus Patris commendauit Spiritum: moriturus erat; sed protestauit, mortem non fore in præiudicium suæ sanctitatis, ideoque dixit: in manus tuas commendo Spiritum meum. Sic Virgo similiter protestans asseruit: in manus tuas, fili, commendo Spiritum meum: suscipe tibi charam animam, quam conseruasti alienam ab omni reprehensione: meum corpus tibi traddo. Hæc Sanctus Damasus. Et hæc pronunc sufficiant, non parum concernentia, testimonia Sacra, illi Cantic. 4.

Proponitur tertium Sacris ex literis testimonium.

38 **TERTIVM** ergo, quod, ad probandum intentum, eligo testimonium Sacrum, illud est, Geneseos cap. 3. inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum. Hæc Sacer textus; quæ de **B. V. MARIA**, ad literam intelligunt, Ambrosius, Augustinus, Gregor. Hieronym. Chrysostomus, Sanctus Leo Papa; Eucherius, Sophronius, & communiter Sancti Patres, quos videre est apud Petrum Canisium in Mariali lib. 5. cap. 9. fol. 597. & cap. 26. fol. 753.

Ex hoc ergo Sacræ paginæ testimonio sic, inductiuè, arguo: ergo, si inimicitia ponenda est inter **MARIAM**, & serpentem, ea proculdubio esse debet, quæ amicitia inter Euam, ipsumque serpentem contrarietur: atqui non solum amicitia per actuale peccatum Eux, & Adæ, sed etiam per originale in ordine ad nos, ad fuit inter serpentem, & mulierem primam, cum consensu Adæ coniunctam: (ob quod Diuus Bernardus homil. 2. super Missus est, & serm. de Assumptione **B. Virg.** sic habet: Ipsa proculdubio caput contriuit venenatum, quæ omnimodam maligni suggestionem, tam de carnis illecebra, quam de mentis superbia

deduxit ad nihilum:) sic Bernardus: si-
milis ergo inimicitia posita fuit inter mulierem hanc Deiparam, ipsumque serpentem: quomodo ergo stare similis potuit inimicitia, si Beatissima Virgo, per originale peccatum aliquando, licet peccatans, serpentis fuisset amica?

39 Rursus: si semen serpentis est originale peccatum, quod in Adamo fuit actuale, per Eux consensum incipiens, fuitque quasi zizanix granum, in ipso Adami puluere proiectum, vel in terram; consequenter, vt sic loquar, maledicta; ergo, à contrario, mulieris Deiparæ semen tale esse debuit, quod & originale careret macula, quod est de fide; & in terra, nec antecedenter, nec consequenter maledicta, fuisset proiectum, vel (vt proprius loquar) de ea; nunquam maledicta, ortum habuerit. Denique: si ipsa Deiparæ Virgo serpentis contriuit caput, vsque ad illam, semper per originale erectum; quomodo ipsa proprie illud foret contritura, si originale ipsum contraxisset?

40 Nec valet dicere, **B. V. MARIAM** mediate contriuisse caput serpentis, hoc est, medio vnigenito filio suo Christo Iesu. Non inquam valet. Tum; quia hoc Sanctorum Doctorum aduersatur sententia. Et primo audiamus Chrysostomum tom. 1. homil. 15. pag. mihi 45. col. 2. lit. D. in prædicta Genesis verba, ubi sic habet: Neque hoc contentus ero (de Deo, & pro Deo loquitur) quod super terram reptes, sed & inimicam, fœderisque nesciam, faciam tibi mulierem. Neque eam solam, sed & semen eius semini tuo hostem perpetuum faciam. Sic Chrysostomus: atqui cum illis verbis: neque eam solam, sed & semē eius, &c. & cum antecedentibus, videlicet: Sed & inimicam, fœderisque nesciam faciam tibi mulierem; non bene compatitur, quod Virgo solum mediante Christo, esset serpenti contraria, vt patet; ergo.

41 Sed pondero rursus **D. Chrysostomi** verba; ergo mulierē vnā, (**MARIAM** scilicet Deiparā) fœderisque nesciam, hoc est immunem, & exemptam à fœdere, vel meo, quod pepigi cū Adam, si peccasset, de traducendo scilicet originali peccato in eius filios, & descendentes: vel fœderis nesciam, hoc est immunem, & exemptā à fœdere tuo (hoc est serpentis) quod pepigisti cum Eua, & cum Adam, circa Dei

inferos descendens; aliter tamen, & aliter. Nam dolores poenarum soluit preferendo quando ab eis: sicut Medicus dicitur, solvere morbum, à quo præservat per medicinam. Dolores autem, causatos ex dilatione gloriæ, actualiter soluit, præbendo eis gloriam. Hæc Angelicus Magister.

44 Ergo quod q. 27. tertiæ partis, asseruit, mutavit hac quæst. 2. eiusdem 3. p. Nam, si dicta q. 27. fundatus in ratione Redemptionis, & Sanctificationis, suppositus, Beatam Virginem originale contraxisse; (quod, relictis explanationibus dictis, pro nunc gratis admitto) ecce rationem illam hac in q. 52. eiusdem 3. p. retractatam videmus. Si enim ratio, conclusionisq; fundamentum unicum retractatur, necesse est, ut ipsa etiam conclusio maneat retractata. Ergo nullum est absurdum adhuc in Angeli Præceptoris sententia. Si ergo ad literam intelligendus venit Sacer textus Genes. 3. & in literali sensu, absque vilo hoc saluatur absurdo; verba que Sacræ Scripturæ sunt propriè intelligenda, ubi nulla reperitur absurditas; quis prohibet (quæso) illa sic intelligi? Ex verbis Angelici Præceptoris, supra relatis, sequitur, talem Angelicum Magistrum non ignorasse illum modum præservatiuæ Redemptionis; ut quidam asseruit in quodam, circa hæc materiã, memoriale.

45 Nec obstat etiam, quod Beatissima Virgo dicatur Aurora, de qua Iob c. 3. sic ait: Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo; expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis Auroræ. Nec etiã obstat, quod Angeli, MARIAM Laudando, assererent; scilicet: quæ est ista, (Cantic. 6.) quæ progreditur, quasi Aurora consurgens. Nam ad utramque euidenter fit satis. Primò; quod quidam ex Authoribus originalis Hebræi, loco illius; quæ progreditur consurgens, ita legunt: quæ apparet, quasi Aurora. Alij sic: quæ desursum aspicit. Alij denique: quæ inclinatur.

Secundò, quia aliud, & longe, est, consurgere: aliud, resurgere. Hoc secundum supponit aliquando sedisse; non primum. Tertio; quia si Aurora hæc est etiam nubes illa parvula, quæ 3. Reg. 8. ascendebat de mari, quasi vestigium hominis; quod communiter à Sanctis Patribus Virgini adaptatur; certè totum esse præfatam nubem in ascensione consistit. Etenim, quatenus est in aqua, nubes non est. Quod iddem, dicendum venire de nube,

cula ista, expressius docuit Ioannes, Quadragesimus quartus Patriarcha Alexandrinus, lib. de instit. Monach. cap. 32. affirmans, quod in talis Nebulæ, vel Nebulæ origine nulla reperitur amaritudo peccati.

46 Quarto, iddem constat ex Regio Propheta, Psalm. 131. ibi: Surge Domine in requiem tuam, Tu, & Arca Sanctificationis tuæ: super quæ verba, sic ait Augustinus: ipse, caput nostrum; Arca eius, Ecclesia eius. Sic Augustinus. Atqui de Ecclesia, in sui prima constitutione formata dicitur, quod sit sancta, pura, & immaculata, sine vlla ruga, &c. Et nihilominus quod surgat, ut ait Propheta Rex, eius nomen inuincit sanctitatem; ergo. Deindè; Davidis verba æqualiter significant Propheticum desiderium de eo, quod Caput nostrum, Arcaque sanctificationis eius surgant: ergo si, ly, surge, non derogat capitis Sanctitati per naturam, nec derogabit Arcæ sanctitati per gratiam. (Et omitto, quod ex Abbulensi q. 14. Prologi in Matthæum, ait Bellarminus tom. 1. lib. 3. in fine; ubi ait, per Candellam illam, quæ in triduo Hebdomadæ Sanctæ inextincta reseruatur, significari Virginem, &c.) Ergo veritas hæc etiam in Sacro prædicto Genes. 3. testimonio sufficienter continetur ad finem, ut per illud, sic supra à Sanctis Ecclesiæ Doctoribus acceptum, & ab alijs etiam, infra referendis, possit etiam Beatitudo Vestra veritatè prædictã, ut fidei dogma, declarare.

47 Iam ergo, quomodo alia Sacræ pagine testimonia, quæ Virgini Deiparæ, mysticè ad minus, adaptantur, cum prædicto Genes. 3. testimonio concordent, per inductiones quasdam, videamus. Igitur primo; si per Spiritum Cantic. 7. hæc Beatissima Virgo Palmæ (id est victoriæ) assimilatur; ibi: statura tua assimilata est palmæ; quomodo, tanquam palma, quæ victoriam denotat, serpentis erat caput contritura, si ab originali fuisset peccato denicta?

48 Secundo; igitur, si stetit Regina à dextris tuis (inquit Psalmista Psa. 44) scutulatam vestem habens, ut legunt septuaginta, & Hieronymus; ergo semper inexpugnabilis stetit. Nam paulo antea dixerat Regius vates: Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te) cadent in corda inimicorum Regis. Et rationè reddens huius potètiæ, ait: assistit Regina à dextris tuis; ergo stetit (inquit ex Hebræo Hierony.) coronata triumphis,

phis. Astitit ergo à dextris; hoc est, (ait Emmis. Doctissimusque Cardin. Gaetanus) in potioribus bonis tuis, qualia sunt spiritualia. Pariter ergo, (& si per gratiam) Beatissima Virgo, caput Draconis confregisti. Nam ideo Dominus à dextris tuis (ait ipse Regius Vates, Psalm. 109.) confregit in die iræ suæ Reges. Et si Dominus, in te conceptus, ex te natus, & vt sic per te, Reges confregit; non mirum, sed verissimum, & si mirandum, quòd tu ipsa serpentis caput còrriueris? Ipsa conteret caput tuum.

49 Tertio: ergo cum hoc quadrat illud Exodi 14. Iamque (sic ibi dicitur) aduenerat Vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super Castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis (ecce columnam, & nubem, superius memoratam) interfecit, &c. sed quare, vt interficeret, respexit Dominus per columnam (idest Virginem) qui nullo indiget ad euertendum totum creatum? sane, quia illam colocauerat à dextris suis; & ex illa voluit ad interficiendum, quæ præstiterat, arma suscipere.

50 Quarto: ergo ideo hæc Virgo, mulier (Apocalypf. 12.) stetit amicta sole; quia contra tenebrosum serpentis semen, semper splendens, ita ab initio præfigurata stetit, vt non solum in iure, & actione, verum, & in opere, fuerit, per priuilegium, semper rutilans, semper clara; vt ait Bernardus; de quo infra. Quinto: ergo, si fuit turris Dauid, quæ in sui principio, & origine ædificata est cum propugnaculis; vt verum teneret, quòd ex illa mille pendebant Clypei, omnique etiam fortium armatura, certè etiã originalis fragilitas à Deipara Virgine releganda est.

51 Sexto, & vltimo: ergo, si fundamenta, idest, primi lapides, (vt sic loquar) in huius Virginis, & Templi ædificio, locum habent in montibus Sanctis; hoc est; in optimo totius Militantis, Triumphantisque Ecclesiæ bono; teste Dauide Psalm. 86. fundamenta eius in montibus sanctis: cui consonat illud Esaiæ 54. fundabo te in Saphiris, & ponam Iaspidem, propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos; vbi Esaias quasi abiectos ponit, pro huius Virginis fundamento, (idest Conceptione) Zaphiros lapides; (nam Regius vates supra sic profequitur: Diligit Dominus portas

Sion (idest Conceptionis eius ingressus) super omnia tabernacula Iacob; (hoc est, supra omnes vtriusque Testamenti Sanctos, & electos) rectè sane, etiam hoc, cù illo Genesis tertio, ipsa conteret caput tuum: testimonio coaptatur. Si ergo hæc omnia Sacræ Scripturæ testimonia, & plura alia, de quibus infra, sic roborant illud Cantic. 4. & macula non est in te: & illud etiam Genesis 3. ipsa conteret caput tuum: quid amplius restat dicendum, nisi, quod vniuersa iam desiderat Fidelium Congregatio? Vt, scilicet, de fide credendum traddatur, quòd sufficienter satis Sacris in literis continetur. Quod, rursus, sic pondero.

52 Quòd ab omnibus, licet tanquam à testibus singularibus, Ecclesiæ Patribus vnanimi firmatur consensu, ita verum esse debet, vt rectè illis valeat adaptari, quòd scilicet, non circumferantur omnivento doctrinæ: si ergo omnium finis, intentumque eo tendit, vt vel in literari sensu, propriè, vel impropriè, in Scriptura Sacra includatur Purissima B. V. MARIÆ COCEPTIO; licet probationes materialiter sint diuersæ, dicendum ne erit omnes errare? Videat hoc aliquis, si forti aliquis est. Et videat Beatitudo Vestra, qui Catholicæ Ecclesiæ Matris nostræ gubernacula tenet. Et hæc pro prima ratione sufficiant.

SECUNDA RATIO.

53 ILLUD definibile est, & per te (Beatissime Pater) definiti valet, quòd, vt ad cultus rationem pertinens, còmuniter à Sanctis Patribus tradditur, tanquã verum, licet non ita certè in Sacris contineatur literis: atqui sic se habet hæc de Purissima Virginis MARIÆ CONCEPTIONE veritas: ergo definibilis est, & definiti valet. Maior propositio quoad primam partem ita vera est, vt, aliquibus adhuc dissentientibus Patribus, aliqua fuerint à Summis Ecclesiæ Pastoribus definita. Nã qui volebant, Pascha celebrandũ fore 14 Lunæ, licet Dominica non esset dies, a consensu aliorum erant segregati. Et nihilominus à Pontificis Sede Romani còtra illos fuit sancitum, & decretatum, vt ex alijs informibus, ipsi Sedi Apostolicæ, quoad prædictum siem, præsentatis, satis constat; quodque tradit doctissimus Pater Valentia, de controu. fidei, tit. Analisis fidei Catholice. lib. 8. c. 11. f. 121. col. 1. ergo, &c. ¶ Quoad

54 Quoad secundam verò partem prædictæ Maioris propositionis, videlicet: licet non ita certè in Sacris continetur literis; probatur eadem Maior propositio. Tùm quia veritas de non rebaptizandis, rite baptizatis, Hæreticis, adeo antiquitus fuit dubia, vt Cyprianus cum multis contrarium senserit, teste Doctissimo, & non minus pio, & Sancto, Societatis Iesu, Patre Suario, olim secundo appellato Augustino, tom. de defensione fidei, lib. 1. cap. 18. num. 7. Et nihilominus (licet de hoc ex Sacris literis certè non proferatur exemplum, vt ait Augustinus, infra citandus) fuit postea ab Ecclesia definita: (quòd sine dubio ad fidei sufficit certitudinem; vt rectè Sanctus Doctor Augustinus, qui de hoc loquens lib. 5. de Baptismo, contra Donatistas, cap. 23. & lib. 1. contra Ciceronem, cap. 32. & lib. contra Cresconium Grammaticum cap. 33. sic ait: Quamvis huius rei certè de Scripturis Canonicis non proferatur exemplum, earundè tamen Scripturarum, etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cum hoc faciamus, quòd vniuersæ iam placuit Ecclesiæ, quàm ipsarum Scripturarum commendat authoritas. Quòd iddem tenuit postea ipse Cyprianus, Epist. ad Pompeium; quàm Epistolam ipse Sanctus Doctor Augustinus, primo loco citatus, commemorat; vt videri etiam potest apud citatum Valentiam, & alios) ergo, &c.

55 Tùm etiam; quia, licet probatio conscientie per Confessionis Sacramentum, stante copia Confessoris, vt quis ad Sacram accedat Eucharistiam, in Sacris literis expressa nõ fuerit, siquidem olim Emin. Cardin. Caietanus oppositum tenuit, quia Beatus Apostolus Paulus 1. Corinth. 11. solum dixerat: Probet autem se ipsum homo, & sic, &c. nihilominus ab Ecclesia Catholica, postea, iuxta Tridentinum definitum fuit.

56 Denique; quia, licet Sacro in textu antiquitus solum diceretur, Spiritum Sanctum à Patre processisse, iuxta illud: Spiritus, qui à Patre procedit; de quo supra: ob quòd quibusdam Patribus ex Græcis placebat, quòd non adderetur in Symbolo, ly, Filioque; procedit; vt voluit Damascenus, & alij; nihilominus Ecclesia Latina hoc definiuit

Alia, & plura, videri possunt exempla

in citato Valentia; & in Bellarmino; lib. 4. de Romano Pontifice cap. 3. col. 718. in medio. Addeque, quòd in rebus dubijs non est Ecclesiæ absque Pontifice iudicare, sed solius Pontificis; à quo in decretis non datur appellatio ad Concilium, bene tamen à Concilio ad illum, vt communiter traddunt Doctores. Sufficiens ergo manet Maior propositio comprobata.

57 Probatur ergo Minor; videlicet, quòd communiter, tanquam verum, à Sanctis Patribus traddatur hæc de Immaculata B. V. MARIÆ Conceptione veritas. Cumque huius probatio fieri debeat allegando Sanctorum Ecclesiæ Doctorem, & Patrum testimonia; licet hæc iam Sanctitati Vestræ ex alijs, & Doctissimis sane, consent informibus, liceat mihi, pro mea Religione, illa hic breuiter adducere. Sit ergo primum, & maxima dignum Authoritate, illius Africani Solis, Sancti scilicet Augustini testimoniū; in cuius sententia, mihi euidentis est, esse dicendum, B. V. MARIAM absque originali peccato fuisse conceptam. Igitur sit.

Primum pro hac veritate Augustini testimonium.

58 SVPRONO prius, vt certum, tempore huius Africani Solis, non fuisse, vt dogma fidei, declaratum, ipsam Dei Genitricem nullum vnquam commisisse, etiam minimum, actuale peccatum. Quòd postea Catholica Mater Ecclesia recepit, & in Tridentino definitum extat, vt patet. Ad quam veritatem, pianum, planissimumque est, attendisse Augustiniani ingenij profunditatem, dum tom. 7. lib. vnico, pag. mihi 316. col. 2. in fine, loquens de natura, & gratia, contra Pelagianos, hæc habet verba: Excepta itaque Sancta Virgine MARIA, de qua, propter honorem Domini, nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo quæstionem. Vndè enim scimus, quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere, ac parere meruit enim, quem constat, nullum habuisse peccatum? Hæc Augustinus.

Ex quibus, & si aliqui dicant, inferri etiam, Augustinum noluisse loqui de

B. V. MARIA, etiam quantum ad peccatum originale, propter Christi Domini honorem; ex contextu tamen verborum Augustini, & ex fine, intento in dicto libro, adminus euidenter constat; ipsum de actuali loquutum fuisse peccato; in quo, cum de omnibus alijs Sanctis, & iustis, in ipso, post rationis usum, comprehensis, loqueretur, Beatissimam Virginem comprehendere in, quam agebat, noluit quaestione. Hoc, inquam, verissimum est adeo, ut à nullo, Augustinum legente, negari possit. Quo posito, sic euidenter demonstro, quod supra in doctrina, & ex doctrina ipsius, pro purissima Dei Genitricis Conceptione, promissi.

59 Igitur ipse Africanus Sol. tom. 7. post iam rellata, sic pag. mihi 428. col. 2. in principio, contra Pelagianum habet: Illud sane magnum, verumque dixisti, cum posuisses testimonium Petri, (Epistola scilicet prima cap. 2.) dicentis: qui peccatum non fecit: notandum esse, quod iudicauerit Apostolus, sufficere ad ostendendum, in Christo nullum fuisse peccatum, quia dixit, nullum eum fecisse peccatum, (ut doceret, inquis, quia, qui non fecit, habere non potuit) omnino verissimum est. Sic Augustinus. Et statim, nullis interiectis verbis, ita prosequitur. Profecto enim peccatum etiam maior fecisset, si paruulus habuisset. Nā propterea nullus est hominum, præter ipsum, qui peccatum non fecerit, grandioris ætatis accessu; quia nullus est hominum, præter ipsum, qui peccatum non habuerit, infantilis ætatis exortu. Hæc Augustinus. Qui dicto libro loquitur expressè de originali peccato. Et præsertim cap. 7. in fine paginae 424. col. 2. Et expressius cap. 15. per totum, de originali peccato, à Christo relegando. Ad quod sufficit, (inquit Augustinus) ipsum Dominum Iesum nullum commisisse actuale peccatum iuxta Petri Apotoli verba (à Iuliano adducta) qui peccatum non fecit, &c.

Ex quibus sic ego: sufficit ad affirmandum, tanquam verum. in Augustini sententia, illum non habuisse originale peccatum, qui, grandioris ætatis accessu, peccatum aliquod non commisit: sed de fide est, B. semper Virginem Dei Genitricem nullum vnquam, etiam minimum, commississe actuale peccatum: et

go quia infantilis ætatis exortu, hoc est in Conceptione sua, nullum originale habuit, nec contraxit.

60 Ad hoc accedit, & congruentissime, quod idem Sanctus Doctor Augustinus ait tom. 9. in fine; vbi, expositione tribuens Cantico ipsius Deiparæ Virginis, illamque Eux contraponens, sic habet: Id, quod superba perdidit, humilis recepit. Sic ille. Atqui Eua originalem iustitiam, & gratiam, si ab illa distinguitur, amisit superba: ergo MARIA hoc iddem, humilis consequenter, in sui Conceptione recepit.

61 Accedit etiam aliud D. Augustini testimonium; ut refertur in officio de Purissima Cōceptione B. Dei Genitricis, apud Patres Minores; quod sic se habet: Sicut primus Adam de limi materia figuratus est, ita secundus Adam, quasi de intacta, ac rudi terra, de Virginis carne formatus est. Hæc Sanctus Doctor.

Denique; quia pro hac veritate illum refert Diuus Bernardus serm. super Salue Regina. Licet quidam dicant, sermonem illum non fuisse Diui Bernardi. Sed de hoc infra, dum Melliflui Bernardi, pro hac veritate, adduxero testimonia. Ex quibus omaibus satis clare constat, tantum Doctorem hanc non negasse veritatem; quam certissimè expressisset, si suo tempore esset de fide, B. Virginem nullum vnquam actuale, etiam minimum, commississe peccatum. Vndè quod ait serm. 2. in Psalm. 34. expressè procedit de morte corporali, ut ex contextu apparet verborum:

Secundum pro hac veritate Hieronymi testimonium.

62 **A**D Doctorem Maximum veniamus, de quo multa dicam. Igitur tom. 4. sermone de Assumptione. B. V. MARIAE, fol. 35. col. 2. lit. E. sic habet: sed quid dicam pauper ingenio, cum de te, quidquid dixerò, minus profecto est, quam dignitas tua meretur? si Matrem vocem gentium, præcellis: si formam Dei appellem (& hoc etiam asseruit Augustinus) digna existis: si nutricem cœlestis panis vocitem, lactis dulcedine repleas. Lacta ergo Mater cibum nostrum, lacta cibum Angelorum, lacta eum, qui talem te fecit, ut ipse fieret in

te: qui tibi munus fecunditatis attulit conceptus, & decus Virginitatis non abstulit natus: qui, priusquam nasceretur, te Matrem creauit, ex qua nasceretur, vt illinc procederet tanquam Sponsus de thalamo suo, quo mortalibus oculis posset videri, &c.

63 Item: eod. 4. tom. fol. 30. lit. I. vbi, etiam de Assumptione B. V. MARIAE sermonem habens ad Paulam, & Eustochium, sic ait: Hæc est Virgo, quæ sola interim vniuersam prauitatem: sola, post Deum, quæ nos confirmet in omni veritate. Sic Hieronymus. Quis ergo negabit, in vniuersa prauitate non includi originalem maculam? si ergo, iuxta Hieronymum, B. V. MARIA, sola vniuersam prauitatem interemit, destruxit etiam ipsa originalem culpam; quàm, quomodo interemisset, si in illa fuisset comprehensa?

64 Item: eod. tom. 4. fol. 32. lit. E. de ipsa B. Virgine loquens, sic habet Maximus Ecclesiæ Doctor: Veni (inquit) de lybano, veni coronaberis. Non immerito igitur venire de lybano iubetur, quia lybanus candidatio interpretatur. Erat enim candidata multis meritorum virtutibus, & dealbata niue candidior Spiritus Sancti muneribus, simplicitatem columbæ in omnibus representans: quoniam quidquid in ea gestum est, totum puritas, & simplicitas, totum veritas, & gratia fuit, totum misericordia, & iustitia, quæ de cælo prospexit: & ideo (attendente Beatissime Pater) immaculata, quia in nullo corrupta.

65 Item: eod. 4. tom. fol. 33. lit. M. sic habet: Nam Angelorum quamvis celsior natura sit, non tamen gratia maior. Ex his verbis sic possem arguere: si maior gratia MARIAE fuit, quàm gratia Angelorum; & hoc secundum Hieronymum, sine limitatione loquentem; rogo; quomodo extensius maior, si creatis Angelis in gratia, MARIA in peccato fuisset concepta? Ergo prosequitur Sanctus Doctor: (Et iterum immediata antecedentia verba repeto, illa cum sequentibus coniungendo:) Non tamen gratia maior, quia & ipsi gratuita gratia, ne corruerent, sunt saluati. Et, paucis interiectis, sic: Vnde & si mirabilis est eorum (Angelorum scilicet) virtus, & firmitas perpetuitatis: mirabilior tamen in MARIA, quàm obumbrat virtus Altissimi,

&c. quàm viderunt omnes filia: Sion, & Beatissimam prædicauerunt: ac Virginem Laudauerunt eam, quoniam tantam eam viderunt, quantam nullus narando expleuit mortalium, quanto magis Deum, qui talem, ac tantam fecit eam, vt ipse fieret per eam. Sic Hieronymus. Ergo si Deus eam, dum ipsa concepta fuit, effecit, vt ipse fieret per eam; quomodo talem, ac tantam tunc fecisset, si illam ab originali peccato non reseruasset?

66 Item: eod. tom. 4. fol. 34. lit. F. sic ait Doctor Sanctus. Quoniam hæc est ortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viuentium, ad quam (notet Vestra Beatitudo sequentia verba) nulli potuerunt doli irrumperere, nec præualuit fraus inimici, sed permansit (ergo sic semper, & pro semper, antea fuit) sancta mente, & corpore, multis donorum privilegijs sublimata, &c.

Item: in cap. 10. Ecclesiastes, ait sic: Fuisse scilicet Virginem (de hac enim loquitur) liberam ab omni peccato, & cortice peccati. Et quod de originali loquatur, euidenter ex ipso Hieronymo in fra ratione tertia constabit. Obiter tamẽ sic ferm. de Assumptione ait: si diligenter attendas, nihil est virtutis, nihil splendoris, nihil gratiæ, & nihil cædoris, quod non resplendat in Virgine gloriosa: ergo, &c.

67 Deniq; eod. 4. tom. fol. 71. ferm. de Resurr. Domini, lit. F. sic habet: quomodo MARIA Virgo Mater Domini inter omnes mulieres principatum tenet; ita inter ceteros dies, hæc (& loquitur Sanctus Doctor expressè de die Resurrectionis Dominicæ) omnium dierum mater est. Rem nouam dico, sed quæ Scripturarum vocibus comprobatur. Hæc est dies, quæ appellatur octaua. Vnde & in quibusdam Psalmorum super scribitur pro octaua. Hæc est in qua synagoga finitur, & Ecclesia nascitur, &c. sic Hieronymus. Et ex ipso sic ego: si hæc Dominica dies, ex Hieronimo, MARIAE comparatur, quomodo si in ea die nata est Ecclesia absque omni ruga, imponenda est hæc in MARIA secundum Hieronymum? Prosequitur Doctor Sanctus sic: hæc octaua dies de cuius Sacramento, & omnium nationum in Christi fide, octauus quoque Psalmus incipit; Domine Dominus Noster; quàm admirabile est

est nomen tuum in vniuersa terra. Sic Hieronymus, sicque comparans diem hanc cum MARIA. Quomodo ergo, incipiente Dominica die, admirabile est nomen Dei in vniuersa terra; propter splendorem talis diei, &c. &, incipiente in sui primo esse MARIA, admirabile erit nomen Dei, si in illa tunc originalis contagij tenebræ permittantur? Ergo à Hieronymo veritas hæc admittitur.

Tertium pro hac veritate Athanasij Magni testimonium; Cum Richardo de Sancto Laurentio.

68 **S**ANCTVS DOCTOR Athanasius Magnus, in magnis suis operibus, fol. mihi, 325. col. 2. loquens de B. V. MARIA, sic habet lit. D. propè finē. Variiegata rursus est, quantum attinet ad ossa sanctissima, quæ eius carnem suffulciunt. Nam ex carne eius, & ex ossibus eius, veluti ex veteri Adamo nouus iste Adam, (idest Christus) vt vicem eius expleret, costam sibi finxit, nimirum istam incarnationem, eamque, semel iadutam, perpetuo gestat. Ac proinde ista noua Eua Mater vitæ appellatur, variegataque permanet ad primitias vitæ immortalis omnium viuentium. Sic Doctor Sanctus Athanasius, Beatissime Pater. Ex cuius verbis sic illatiuè deduco. Ergo Sanctus Doctor Beatissimam Virginem comparat cum Adamo, in statu originalis iustitiæ existente. Ergo, sicut, quando Deus, vt Euan formaret, ab Adamo, vel dormiente, vel per extasim raptò, de costis eius vnã tulit, nulla alicuius peccati macula antea foedatam; sic, quando Diuina Spiritus Sancti præsentia, & virtute conceptus fuit Christus, assumpta fuit de Virgine caro, nulla vnquam peccati labe foedata. Ergo, & si Sanctus Doctor B. V. MARIAM ab originali contagio immunem expressè, & formaliter non dixerit, per figuras tamen sic illam demonstrat.

69 Sed ad Athanasium magnum redeo. Homilia namque de Verbo Incarnato, sic habet: Deipara Mater sola ex Adam deriuatur; aut cum Sponso suo Ioseph, ex Abraham, & Dauid stemma suum duxit. Sic ille; qui allussisse videtur

illi Cantic. 6. vna est matri tuæ, electa genitricæ suæ. Ergo, si sola ex Adam deriuatur, sola sine originali; in quo sensu necesse est intelligere, quod vna sit Matri suæ, quia electa Genitrici suæ. Vnde circa hoc Richardus de Sancto Laurentio, lib. 1. cap. 4. sic habet: Spiritu Sancto in eam superueniente, integritatem naturalium, secundum dignitatem primæ conditionis, sola inter filias Eux accepit: ideo Cantic. 6. dicitur; vna est matri suæ. Ergo, &c.

Quartum pro hac veritate Basilij Magni testimonium.

70 **S**VBSEQVITVR Sanctus Basilus Magnus; qui homil. de humana Christi generatione pag. mihi, 164. col. 2. lit. D. sic de B. V. MARIA loquens, ait: Quia vero parem puritate MARIÆ ea hominum ætas neminem habebat, vt in se agentem Spiritum reciperet, electa est MARIA Virgo, &c. Et antea ead. lit. D. sic habet Sanctus Doctor. Habeo & aliam rationem, nihilo superioribus ignobiliorem, videlicet, quod idoneam illud tempus, ad Incarnationem Domini, olim præfinitum, & constitutum à condito Orbe, tunc instabat, cum à Spiritu Sancto, & virtute Altissimi Dei fera caro illa condenda esset. Sic Basilus Magnus: Ex quo sic & ego. Præfinitum illud tempus olim, & à condito Orbe constitutum, determinatum fuit, vt Vnigenitus Æterni Patris Filius carnem assumeret, & ita Purissimam, vt Deifera caro foret: Item; hæc carnis assumptio, vt in Virgine, & ex Virgine fieret, præfinita ab ipso Deo fuit.

Ergo, (iuxta Basilium) quia parem puritate MARIÆ ea hominum ætas neminem habebat. Ergo, vt Diuinum Verbum carnem ex carne Virginis assumeret, aduentum puritatis carnis Virginæ, respectu cuius nulla esset, & fuisset par, expectauit profecto: atqui tunc temporis plures aliæ femine etiam Virginæ carnis in infantili saltem ætate non defuere: ergo vltra rationem Virginæ carnis, omnibus vere Virginibus communem, aliquã virgineam carnem, cui par non esset, & ex qua Deifera Christi caro prodiret, & procederet, Verbum ipsum Diuinum, iuxta Basilij sententiam, expectauit. Er-

go si tunc eam virginem inuenit carnē, siue secunda primam, certē talis, necessē est, fuisse secundum Basilium, vt non solum communi Virginitatis gauderet ratione (quo in sensu alix, præcisse quantum ad carnis virginitatem, in teneri ætate pares reperirentur) sed etiam talem, & singularem carnis virginæ puritatem haberet, vt nulla in ea ex traduce impuritas reperiretur, & macula; vt sic absolute, in Magni Basilij sententia, verum teneat, talem fuisse virginæ carnis puritatem, vt par nulla inueniretur.

Ergo æquiualentibus verbis, & purissimam Marianam conceptionem implicantibus, immaculatam fuisse eius conceptionem, Magnus etiam testatur Basilus, à Diuino (quoad hoc maxime) Spiritu ductus; quamvis si de hoc expresse fuisse interrogatus, vel dubitasset, vel ab eo, quod tunc ab Ecclesia non erat receptum, discessisset. Ergo implicitis verbis tenuit Basilus, quod modo vniuersa tenet Catholica Ecclesia: Et certē prædictæ veritati, ex eius verbis deductæ, rectē quadrant alia ipsius Doctoris verba loc. cit. lit. C. vbi, dicens, inter alia, Deum in carne venisse, vt, per carnis assumptionem debilitatam corroboraret carnem, hæc habet verba: sed quæ huius dispensandi negotij officina? Et respondet: Virginis corpus. Quæ principes causæ generationis? Et responsum præbens, ait: Spiritus Sanctus, & virtus Altissimi obumbrans. Lucæ 1. sic Basilus. Ergo officina, apta Spiritui Sancto, & Altissimi virtuti, ad hoc peragendum Incarnationis negotium, corpus fuit Virginis, Mariana caro, cui par non inueniebatur modo, supra expōito, secundum Basilium.

Quintum pro veritate hac Diui Ambrosij testimonium.

70 **A**MBROSIVS ergo ser. 22. in Psal. 118. sic ait: Virgo per gratiam libera fuit ab omni integra labe peccati. Et alludens ad locum Esaiæ cap. 11. sic habet: Hæc est Virgo, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit. Ad hæc rectē alludit comparatio Diui Ambrosij, inter medium terræ Paradyfi, Genesis 2. in qua plantatum est lignum illud, de quo Psalmista Psalm. 1. dum dicit: Et erit tanquam lignum, &c. & inter

MARIAM. Nam tom. 2. col. mihi, 663. lit. F. sic ait: Quid esse hoc lignum dicimus, nisi per quod nobis salus venit? Et lignum hoc terra produxit, quia eum Virgo generauit, quæ erat terra, &c. sic Ambrosius. Atqui terra illa, in medio Paradyfi, nulla præcessit maledictione fœdata: ergo si terra illa pro tunc figura fuit Marianæ terræ, in qua plantatum est lignum, Christus, certē, secundum Ambrosium, nulla præcessit maledictione fœdata, nulla vniquam contagiosi peccati labe coinquinata.

Sextum pro eadem veritate Diui Anselmi testimonium.

71 **I**GIVR Sanctus Anselmus in 2^o ad Corinth. 5: sic ait: Omnes mortui sunt in peccatis, nemine profus excepto, dempta Matre Dei, siue originalibus, siue voluntate additis, vel ignorando, vel sciēdo, nec fauendo. Et sermo de concepta Virgine, ait, Virginem esse extra originale peccatum. Sed de Anselmo infra iterum sermo redibit.

Septimum pro veritate eadem Sancti Laurentij Iustiniani testimonium.

72 **E**REO Sanctus Laurentius Iustinianus lib. de casto connubio Verbi, & animæ cap. 7. sic habet: Quotquot ex ipsa nati sunt, dumtaxat Mediatore Iesu, & eius Matre exceptis, sub hac peccati lege conditi sunt. Et lib. de gradibus perfectis sic: ab originali delicto nullus excipitur, præter illam, quæ genuit Saluatorem. Et sermone de Annuntiatione sic: Ab ipsa Conceptione in benedictionibus est præuenta dulcedinis. Sic Sanctus Laurentius Iustinianus.

Octauum pro hac veritate Sancti Cyrilli Alexandrini testimonium.

73 **I**GIVR sic Sanctus Cyrillus lib. 1^o 6. in Ioannem cap. 15. Excepto solo

solo Christo, & Beatissima Matre eius, omnes in peccato nascimur. Sic ille. Et indubitatum est, quod Sanctus Doctor de Conceptione loquatur, sicut loquutus fuit Beatus Apostolus Ioannes, dum dixit: Omnes nascimur filij iræ. Tum; quia æquiparat Virginem Christo. Tum etiam; quia non ignorabat sanctificationem Hieremiæ, & Præcursoris Domini.

Nonum pro hac veritate Gregorij Magni testimonium.

74 **F**ATEOR, Sanctum Doctorem veritatem hanc clare, & expresse non affirmasse. Figuratiue tamen, sic sensisse videtur. Igitur tom. 1. lib. 1. Reg. (qui & Samuelis dicitur) cap. 1. scilicet; fuit vir vnus de Ramathâ Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Helcanâ, filius Hieroboam, filij Helui, filij Thât, filij Suph, Ephraeus, &c. sic habet Doctor Magnus col. 147. lit. E. & F. De Ramathâ quippè Sophim fuit, idest Christus; quia & si incomparabilis hic refulsit, magnitudo tamen excellentiæ eius non capitur, nisi vbi eius perfecta cognitio æternis Ciuibus exhibetur. Nâ hic eum in excellentia virtutis aspexerat, qui dicebat. Quod vidimus (1. Ioan. 16.) & audiuimus, & manus nostræ contractauerunt de Verbo vitæ: sed quia magnitudinem excellentiæ eius non viderat, in Ramathâ eam nobis promissit dicens: cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est. Sic Magnus Gregorius. Ergo iuxta illum, Ramathâ gloria beata est, vbi nullum esse potest peccatum. Prosequitur autem Sanctus Doctor sic. Potest autem huius montis nomine Beatissima semper Virgo MARIA, Dei Genitrix, designari. Mōs quippè fuit, qui omnem electæ creaturæ altitudinem electionis suæ dignitate transcendit. Sic ille.

Et rursus sic Ramathâ in lingua nostrâ iddem sonat, quod visio consummata: Sophim, specula: Ephraim, frugifer, siue fructificans. Dicitur autem Ephraeus; vt qui ex loco (idest Ephraim, idest gloria, idest MARIA) ostenditur, de stirpe etiam propaginis agnoscat. Nam ille (idest Christus) de se ipso dicit: Ego sum panis viuus, qui de cælo, (de Ramathâ, de Sophim, de Ephraim) (ergo & de MA-

RIA) descendi. Et col. 148. in fine, addit: Quo in loco, dum Redemptoris vitæ descriptur, latenter etiam Diaboli perditio demonstratur. Nâ de monte Ephraim fuit, & tamen Ephraeus non fuit; quia de cælo quidem cecidit, sed arbor pessima bonum fructum non dedit. Sic Sanctus Doctor. Ergo si Ramathâ gloriam, seu consummatam significat visionem, de qua Dominus venit, & Ramathâ mōs est B. V. MARIA, quæ (& verba sunt Diui Gregorij supra) omnem electæ creaturæ altitudinem, electionis suæ dignitate, transcendit, quid mirum, quod, in huius etiam Doctoris Magni sententia, dicamus, illum veritatem hanc per figuras satis ostendisse; quamvis expresse de illa questionem non habuerit.

Decimum pro eadem veritate Athanasij implicitum testimonium.

75 **E**RGO Doctor Athanasius serm. de Sanctis. MARIA pag. mlii, 639. in principio sic habet. Decet enim te Matrem regeneratricē, Dominam, ac Heram cognominari; eo quod ex te prodijt Rex Dominus, ac Deus Noster, assistentem illi, (hoc est, assistentem MARIAM Deo) nobis quidem terribili, tibi (idest MARIAE) autem dulci, omnemque gratiam largienti. Sic Athanasius. Si ergo omnem gratiam MARIAE largitus est Deus, vt expresse fatetur Athanasius, cur non gratiam in Conceptione eius? certe omnis gratia Conceptionis gratiam non excludit. Rursus: si illud, omnes in Adam peccauerunt, cum affirmatiua sit propositio, ad omnes homines extenditur, cur illud, omnis gratiæ largitio in MARIAM, iuxta Athanasium, ad omnem quamcumque gratiam protendi non debet; cum pro Athanasij dicto non solum sit modo Ecclesia Catholica, ita sentiens, sed etiam, supra adducta, Sacræ pagine testimonia, ab alijs etiam Doctoribus Ecclesiæ Sanctæ, pro Purissima B. V. MARIAE Conceptione, accepta, declarata, & explicata? Ergo sic implicitè veritatem prædictam tenuit Athanasius.

Undecimum pro veritate hae Damasceni, & Chrysostomi testimonium.

76 **N**ON ignorantur Damasceni verba, quæ sequuntur: sermone nâque 1. de Natiuitate Virginis, sic habet: natura gratiam anteuertere non est aucta. (Et hoc iddem est, quod assernit Bernardus, de quo infra) sed expectauit donec gratia effectum suum produxisset. Et alibi sic: O præclaram Anæ vuluam, in qua, tacitis incrementis, ex ea auctus, & formatus fuit fetus sanctissimus: O beatum ventrem, qui viam cælum, cælis ipsis latius, perperit. Et de MARIAE Patre Ioachimmo dicens, sic ait, teste Canisio supra. O beati lumbi, ex quibus immaculatissimum semen fluxit. Deinde, communissima sunt inter Doctores, quæ, pro hac veritate, sequuntur, Damasceni verba. Totius gratiæ deperditæ facta est in MARIA restitutio. Sic ille. Ergo in MARIA reuocata est sententia, Adæ imposta. Nunc in greditur Chrysostomus, de quo iam supra num. 26. & 27. huius præambulæ quasi quæstionis. Igitur Chrysostomus tom. 1. homil. 20. in Genesim, pag. mihi 39. col. 1. prope finem, super illud Genes. 5. Henoch cum Deo ambulauit, & non apparuit, quia tulit eum Dominus: sic habet, Et quia post transgressionem Adæ inuentus est, qui ad virtutum culmen ascenderet, & primi Parentis peccatum reuocaret, ob suam, quam apud Deum habebat, gratiam. Vide Domini Dei excellentem misericordiam. Num, quia inuenit aliquem, qui potuit peccatum Adæ reuocare: monstrando re ipsa, quia non volens mortem humano generi inferre propter mandati transgressionem, cum eum, qui mandatum acceperat, condemnauerit, nunc viuentem illum transfert. Hæc Chrysostomus.

Qui, & si clarius (quamvis implicite) pro hac veritate sic supra, dictis numeris 26. & 27. liceat mihi eius profundissima verba ponderare taliter, quod, attendendo ad superius dicta ex ipso Chrysostomo, num. 26. & 27. quæ dixero, non videantur extranea. Ergo, si in Henoch reuocatum fuit Adæ peccatum, potiori iure in MARIA. Rursus: si reuocatio illa fuit quoad poenam, & hæc non tantum

fuit exitus, è Paradyfi loco, sed, & præcipuè originalis, quoad filios Adæ, contagij contractio; fiat utique reuocatio poenæ exilij de Paradyfi loco in Henoch, homine, quia illum inuenit Deus (Et videtur ipsius Doctoris Sancti verbis) qui potuit peccatum Adæ reuocare: & fiat reuocatio poenæ originalis contagij in MARIA, fœmina, quia similiter inuenit gratiam, non solum maiorem, sed, & maximam, apud Deum. Quæ Virgo, ne in priuilegijs inferior sit Henoch, maxime perire potuit Adæ, quoad totam poenam, peccatum reuocare.

Et mirabiliter sane; vt ex Mellifluo Bernardo infra dicam. Etenim sicut in Paradyso, Homo, & Mulier, vir, & Fœmina, Adam, & Eua per peccatum prædictas intulere poenas; sic postea. (Et, quæ sequuntur, verba sunt Chrysostomi) monstrando (Deus scilicet) re ipsa, quia non volens mortem humano generi inferre, propter mandati transgressionem, cum eum, qui mandatum acceperat, condemnauerit, in Henoch, Viro, & homine, exilij poena cessasset; & in fœmina MARIA originalis contagij macula locum non haberet. Ergo, &c.

Duodecimum pro veritate hae Sancti Petri Damiani, & Sapientissimi Idiote testimonium.

77 **S**ubsequitur ergo Sanctus Petrus Damianus, qui serm. 4. sic, de B. V. MARIA loquens, ait: Regina gloriosior Angelicam reuerberabat dignitatē. Sic ille: ergo talem, quæ nunquam peccatum agnouit, sicut Sanctorum Angelorum dignitas. Quibus verbis sane congruunt, quæ Sapientissimus Idiota in contemplatione Virginis cap. 1. cū ipsa alloquens, sic ait: Non defuit tibi puritas Angelorum, &c. Et serm. 40. sic: Caro Virginis, ex Adam concepta, maculas Adæ non admisit; singularis enim continentiæ puritas in candorem lucis æternæ conuersa est.

Sic ille.

Decimum tertium pro eadem veritate Sancti Bonaventurae testimonium.

78 **I**GITUR Sanctus Doctor Bonaventura tom. 3. serm. 2. de Sancta Virgine, sic habet: Solus Filius Virginis fuit ab originali culpa immunis, & ipsa Mater eius Virgo: credendum est enim, quod non sanctificationis genere in eius Conceptionis primordio Spiritus Sanctus eam à peccato originali (non quod infuit, sed quod infuset) redemit, atque singulari gratia præservavit. Sic Seraphicus Doctor. Sed, ut, quæ præcedunt, & quæ postea sequentur, Sanctorum Patrum, & Doctorum, pro hac veritate, testimonia coronentur; sit iam B. Andræ Apostoli testimonium. Igitur sit.

Decimum quartum pro eadem veritate B. Andræ Apostoli testimonium.

79 **T**ESTIMONIUM hoc (quod plus est) Beatus præstitit Andræ Apostolus, teste Abdia Babilonico lib. 4. historiarum. Quo teste, sic asseruit Beatus Apostolus: Sicut primus Adam formatus fuit de terra, antequam esset maledicta, ita secundus Adam formatus est de terra virginæ, nunquam maledicta. Sola B. Apostoli Andræ Authoritas, si Canonice constaret, sufficeret, ut veritas hæc, ut fidei dogma, haberetur. Sed contemnenda non est Abdia Babilonici testificatio; cum sola Beati Antonij Abbatis Authoritas suffecerit, ut Catholica Mater Ecclesia Paulum Primum Heremitam in Sanctorum numerum referret. Sed Abdia dictum confirmat Sanctissimus Patriarcha Dominicus, de quo infra, eadem proferens verba.

80 Item Sanctissimus eius Filius Vincentius Ferrariensis; qui serm. 2. de Nativitate Virginis, sic habet: Non credatis, quod fuerit, sicut in nobis, qui in peccatis concipimur, & nutrimur; statim ac anima fuit creata, fuit sanctificata, & statim Angeli in coelo celebrarunt festum Conceptionis. Sic Sanctus Vincentius. Sed, quia, dum rationem secundam Illustratissima Dominicanorum familia coronauero, iterum de Sanctissimo eius Pa-

triarcha sermo redibit, cetera omitto; & ad Diuum Bernardum accedamus; licet in eius pro hac veritate testimonio componendo aliquantulum immoremur. Sit igitur.

Decimum quintum, pro hac veritate, Mellisui Bernardi testimonium; & verum, quidquid aliqui dixerint.

81 **E**RGŌ, ne Mellisuum Bernardum omittere videamur, ecce illum, sic, serm. 4. super Salve Regina, fol. mihi, 407. col. 3. lit. H. propè finem, dicentem: Innocens fuisti (Virgo scilicet) originalibus, & actualibus peccatis. Nemo ita præter te. Sic Bernardus.

Sed iam occurrit oppositio ex Epistola 117. vel 174. iuxta aliam editionem, Venetijs anno Domin. 1549. ad Canonicos Lugdunenses seripta; & inter alias Diui Bernardi contenta; quæ maiorem fidem facere debet, quàm citatus sermo. siquidem, sub dubio est, quod fuerit Diui Bernardi.

82 Ad hoc tamen, quod latius examinandum est; in primis aliqui dixerunt, Diuum Bernardum in tali Epistola (data hypotesi quod sua foret) solum voluisse destruere errorem quendam, per antiquas picturas demonstratum; videlicet B. Virginem fuisse conceptam per solum amplexum Ioachim, & Anæ. Quod videtur constare ex illis verbis, in prædicta Epistola contentis; scilicet: An forte inter amplexus maritales sanctitas se ipsi conceptui immiscuit, ut simul, & sancta fuerit; & concepta. Et in illis: Nisi forte quis dicat, de Spiritu Sancto eam, & non de viro conceptam fuisse. Sed id hæcenus inauditum.

83 Secunda solutio est Doctiss. Patris Fratris Ioannis Baptistæ de Lezana; qui in lib. Apologetico cap. 30. fol. 135. pro explanatione Diui Bernardi, ait, illi duas excogitasse MARIÆ Conceptiones: aliã Conceptionem ferus inanimati; aliam verò animati; & primæ sanctitatem denegare, non secundæ. Quod demonstrant illa prædictæ Epistolæ verba; scilicet: Quia non dum valuit sancta esse, quàm esse. Siquidem non erat, antequam conciperetur. Deinde, illa: An for-

re inter amplexus maritales, & c. de quibus iam supra. Rursus illa; Aut certe, peccatum quomodo non fuit, ubi libido non desit? Cumque in animatione fetus libido non fuerit, euidenter colligitur, Mellifluū Bernardum de prima loquutum fuisse Conceptione, non de secunda, quam Ecclesia celebrat.

84. Et licet obstare videatur id, quod infra ait Bernardus, scilicet; Si igitur ante conceptum sui sanctificari minime potuit, quoniam non erat; sed neque in ipso quidem conceptu, propter peccatum, quod inerat, restat, ut, post conceptum, in utero iam existens sanctificationem accepisset credatur, quæ, excluso peccato, sancta fecerit natiuitatem. Sic ille. Quod tamen non obstat. Nam, dum dicit, ante conceptum, de prima loquitur conceptione. Deinde; dum ait: sed neque in ipso quidem conceptu, propter peccatum, quod inerat: etiã de prima loquitur Conceptione; quæ, & si peccatum non sit; quia tamen ex Tridentino sess. 5. ex peccato est, & in peccatum inclinat, recte dicitur; propter peccatum, quod inerat: restat ergo (prosequitur Bernardus) ut post conceptum, & c. quæ verba etiam de primo intelliguntur conceptu. Nam, si, quando ait, ante conceptum, de primo intelligitur; & particula in conceptu, & post conceptum supra antecedentem cadunt conceptum, necesse est, quod hæc omnia de vno, & primo; intelligantur conceptu. Sic in substantia citatus Pater Lezana.

85. Quod, si ulterius dicas, primam conceptionem non esse capacem originalis peccati. Formaliter loquendo, verum est; non tamen causaliter, ex generatiua, & iã cum effectu aliquo, commixtione maris, & feminae. Vel dic, Diuum Bernardum scripsisse hoc contra antiquam existimationem, de Virginis sanctitate per Parentum amplexus. De quo supra num. 71.

86. Tertia aliorum, Doctissimorumque solutio est, & verissima; quæ sane ex contextu prædictæ Epistolæ, alijsq; ex circumstantijs deducitur. Et quæ, talem Epistolam non fuisse à Diuo Bernardo scriptam, sed illi suppositam. Et primo; quis crederet, tantum Doctorem tam infirmo affectu se deuotum Virginis demonstrasse, ut, quod de illa tota modo canit Ecclesia, & tunc multa Prouincia, hoc illi denegaret; cum possimus intelligere D. Bernar. veritatem hanc non negasse, sed, quasi de illa mirando, illatiuè, & persequellam, Dauidico Regi accõmo-

datam, quasi interrogando processisse. Sic enim habet prædicta Epistola. Videris etiã tu, an de Sancto Dauid, id ipsum liceat opinari, pro eo, quod dicebat Deo Psal. 70: In te confirmatus sum ex utero: item: de ventre matris meæ Deus meus es tu; ne discesseris à me. Sane Bernardi erga MARIAM deuotio, quomodo sustinere valuit, pro Dauide Rege, prædicta verba in sequellam adducere.

87. Secundo: sunt ne etiam, quæ propè finem dictæ Epistolæ continentur Mellifluis; mansuetissimiq; Bernardi verba? Hæc scilicet: Alioquin, nulla ei ratione placebit contra Ecclesiæ ritum, præsumpra nouitas; mater temeritatis, soror superstitionis, filia nouitatis. Nam, si sic videbatur, cõsulenda erat Apostolica Sedis Authoritas, & non ita præcipitanter, atq; inconsulte, paucorum sequenda simplicitas imperitorum. Hæc ibi: quæ certe neque modestiæ, neq; humilitati congruunt Bernardi.

88. Tertio: quia si adeo talè repugnauit festiuitatem; cur sola vna Epistola fuit contentus? Nam si in rebus minoribus, labori non parcens, plures scribere consueuerat; ut supra festum Machabæorum, duas; scilicet 98. & 313. & circa res alias, in amplius Epistolas multiplicauit: ut sunt; 222. 275. 276. & 280. quomodo in re tanti ponderis Epistola vna contentus foret?

89. Quarto: quomodo credi potest, quod D. Bernard. aliàs eidem Lugdunensi Ecclesiæ Epistolas scribens; ut sunt: 22. 165. & 171. hoc ignoraret, quod ab Authore illius Epistolæ nouitas appellatur?

90. Quinto: nam, dato, quod sua foret, quid modo diceret, qui tunc (& gratis cõcedo) sic assererat? Consulenda (inquit) erat prius Apostolica Sedis Authoritas. Quæ, præsertim (& sunt verba prædictæ Epistolæ) in officijs Ecclesiasticis, haud facile vnquam repētinis visa est nouitatibus acquirere; nec se aliquando iuuenili passiva est decolorati leuitate Ecclesia plena iudicij. Sic ibi. Si ergo (Et continentur etiã in citata Epistola) honor Reginae iudiciū diligit: quomodo falsus erit purissimæ suæ Conceptionis honor, illi præstitus ab Ecclesia plena iudicij?

91. Sexto: quia, si in fine prædictæ Epistolæ correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ se subijcit Pater, Doctoreq; Mellifluus, quid amplius de eo desiderari valet? Imo (ait Petrus Canisius, supra relatus, pag. 46.) dubitantis, ac pauidæ mentis est huiusmodi Epistola Oratoria.

92 Septimo: quomodo etiam credi potest, Diu. Bernard. tot Sanctorum ignotaile Authoritates, duosque sermones Diui Anselmi, expresse eleganter, & sapius iterato sermone Deiparam ab originalis contractione liberantis, quos prolixitatis euitandæ causa omitto?

93 Octano: quia mirum est, quod in tota Diui Bernardi vita, à Guillelmo Bernardo, & Gosfrido scripta, nullum de hoc contineatur verbum?

94 Nono: cum Diui Bernardi tempore tot præclarissimi, doctissimi que florent viri, (vt fuerunt Algerus Scholasticus, & Monachus Cluniacensis, Hildebertus Archiepiscopus Turonensis, Petrus Cluniacensis, Hugon Victorinus, Richardus Victorinus, Petrus Bleccensis, & alij) solus Diuus Bernardus hoc, quasi offendiculum, inuenit?

95 Decimo: quomodo etiam credi potest, quod ad solos Lugdonenses scriberet Canonicos? Quod si dicatur. (Et ad hoc, Epistolæ Auct. or, positam quasi præuidēs replicam, sic se præparauit) hoc fecisse Mellissium Bernardū, quia magis erat Lugdonensis Ecclesiæ filius. Astuta sane euasio; & forte deducta ex Epistola 171. vbi ad Dominū Papam Innocentiū, pro Falcone Lugdonensi Archiepiscopo sic ait Mellissius Pater. Ergo, Domine mi, causam Archiepiscopi mei meā dico. Astutam dico euasionem. Sed scio, scriptum esse: non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum; & existimo etiam, nullam fore astutiam contra Domini Matrē. Vndē, qui simili astutia veritatem fugere tentauit, sciat, simile filiationis genus habuisse etiam Diu. Bernar. cum Ecclesia Lingonensi; vt ex ipsius vita constat; vbi eam domesticam appellat. De quo videri etiam potest lib. 1. cap. 14.

96 Vndecimo: quia prædictæ Epistolæ stilus ita Scholastico procedit modo, & more, vt ab alijs Diui Bernardi operibus alienus profus videatur.

97 Duodecimo: quare non assignatur Canonicorum Lugdonensium responsio, sicut aliæ solent assignari?

98 Decimo tertio: quia, si prædicti Canonici responderunt, efficacissimi debuit esse responsio, quæ tan cito Sanctū placauit, & illi satisfecit; siquidem operibus suis purissimam Deiparæ Conceptionem defendit.

99 Denique: quia, dato rursus, quod illius foret prædicta Epistola, se retractauit loco supra citato; quem esse D. Bern. affirmant Canisius lib. 1. de Deipara c. 7. & Locus lib. 3. thesauri Catholici art. 1. & alij, quos breuitatis causa omitto. Quod, si dicant, hoc esse dubium. Miror sane, quod dubiæ Epistolæ retractationē postulent euidētem. Et si tandem dicatur, sermonem prædictum super Saluæ Regina non habere eundem stilum; ac alios: Ecce solutionem ad hoc præstat ipse Diu. Bernar. in Epist. 18. ibi: Aliquē fratres ex his, qui me coram audire loquentem, (Et non loquitur de scriptis à se, sed de verbis, ab ipso prolatis) suo stilo acceperunt, & penes se retinent. Sic ille. Ergo vel vtraque est Epistola sua; & sic se retractauit: vel nulla; sicque ad superioris dicta ex ipso pro hac veritate debet attendi. Et hæc pro aliorum solutione; & pro mea etiam.

100 Allam tamen addo, quæ in examine quodam consistit. Igitur ad examen voco Mellissii Patris verba, sermone illo (quem dicunt non esse suū) super Saluæ Regina. Per quæ verba declarat B. V. MARIAM fuisse ab originali exemptam. Sic ergo, inter alia, habet: Te Dominus benedixit te, inquam, benedixit Dominus; vt per te benedictam vita veniret, sicut mors per Euam processerat maledictam. Hæc ibi, quibus simili verba sunt, quæ affert fol. 62. col. 3. super illud Apocalypsis: Signum magnum apparuit in celo, &c. vbi sic habet. Vehementer quidem nobis, dilectissimi, vir vnus, & mulier vna nocere: sed gratias Deo, per vnū nihilominus virū, & mulierem vnā omnia restaurantur; nec sine magno fenore gratiarum; neque enim sicut delictum, ira & donum, sed excedit damni æstimationem beneficii magnitudo; sic nimirū prudentissimus, & Clementissimus Artifex, quod quassatū fuerat, non cōfregit, sed vtilius omnino refecit; vt videlicet nobis nouum formaret Adam ex veteri, Enā trāsunderet in MARIAM. Et quidē sufficere poterat Christus: siquidē & nūc omnis sufficiētia nostra ex eo est; sed nobis bonum non erat esse hominē solum. Cōgruam magis, vt adesset nostræ reparationi sexus vterque; quorū corruptionē neuter deficeret. Hæc ibi Mellissius Pater; quæ certe cum, supra citatis, verbis prædicti sermonis conueniunt.

Ergo, & iuxta Bernardum, hoc secundo loco, reparata fuit Eua per MARIAM sine peccato, sicut primus Adam per secundum sine peccato. Et si, quia primum decuit Adamum non esse solum, factum fuit ei de ipso adiutorium simile sibi in originali iustitia; sic (ait Bernardus) nobis bonum non erat, esse hominem Christum solum, sed cum adiutorio, scilicet MARIA, ipsi Christo Iesu, per ipsius gratiam simili: ergo, si nostræ reparationi uterque congruebat sexus, ut illorum corruptioni (ex congruitate dico, & quia nobis non erat bonum, hominem Christum esse solum) neuter defuisset reparator, sicut quod per peccatum primus, in se, & in nobis perdidit Adam, sine illo peccato secundus Adam reparauit; sic quod Eua in se perdidit per peccatum, sine illo etiam peccato in se reparauit MARIA.

101 His similia sunt etiam verba, quæ diu Bernardus habet serm. 2. Pentecostes. Quia (inquit) in te, & per te, & de te benigna manus omnipotentis, quidquid creauit, reparauit. Quibus etiam verbis annuit Innocentius III. sic asserens: Quidquid damnauit Eua, saluauit MARIA. Nam si primus homo reperatur (& proprie) per ipsam, & de ipsa, & in ipsa; ergo quod primo, ante occasum, in primo homine fuit, (id est originalis iustitia) hoc in Virgine ipsa proprie splenduit.

102 Sed redeamus iterum ad prædictum sermonem; ubi sic profertur Bernardus, & si non receptus. De te secretorum celestium conscius Salomon dicit: quæ est ista, quæ procedit sicut Aurora conurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol; terribilis ut Castrorum acies ordinata? Aurora semper noctem sequitur. (Ait Bernardus hoc loco) quod similiter, de Virgine loquens, asseruit fol. 112 col. 2. lit. E. scilicet; ut Aurora sit finis noctis, & initium diei. Ergo citati sermonis verba de Aurora cum prædictis conueniant. Unde, in dicto sermone sic profertur Mellifluus Pater: Quid autem est nox frigida, & obscura, nisi originale peccatum; frigidum concupiscentia, obscurum ignorantia? Tu verò processisti ut Aurora lucida, & rubicunda, &c. Quibus consentanea sunt ipsius Bernardi verba illa, quibus prosa Rhythmica fol. 387. col. 4. Christi laudat Natiuitatem, sic dicens.

Angelus consilij,
Natus de Virgine,
Sol de stella.
Sol occasum nesciens;
Stella semper rutilans,
Semper clara.

Et colum. 3. in fine sic:

O Sanctarum Sancta dulcissima,
Sola tanto partu dignissima,
Ut de tua carne mundissima,
Nasceretur Maicetas maxima
Homo Deus.

Quæ verba correspondent illis, quæ in sermone illo, probante exceptionem Virginis ab originali, continentur, fol. 407. col. 3. infra principium, ibi: Alterum, quædo ex carne tua sancta, ac digna, carnem Filij Dei formauit, &c. Quibus etiam correspondent illa, quæ fol. 8. col. 3. lit. H. homilia 4. super Missus est; sic habet ipse Bernardus: Ut quid enim ita simpliciter Sanctum, & absque adimento? Ad quod sic respondet: Credo, quia non habuit quid proprie, digne uenire nominaret illud eximium, illud magnificentum, illud reuerendum, quod de purissima videlicet Virginis carne cum sua anima Vnico Patris erat uniuendum.

103 Rursus, in citato sermone sic de Virgine habetur: Tu es ager ille plenus. Quibus verbis respondent ea, quæ à Mellifluo Doctore cap. 7. de Passione Domini fol. 282. col. 1. in fine, sic, de Virgine, & cum Virgine loquente, habentur, seu afferuntur, scilicet: Numquid non alios flores habes? Habeo inquam. Tota enim florea, nullius floris expertis, quia nulla virtute careo, cum tota speciosa sim, & macula non sit in me. Ut sic vincere diceretur omni ex parte peccatum; ut dicitur in dicto sermone, ex Augusti. author.

Quibus etiam accedunt & alia eiusdem Patris verba, quæ habet fol. 75. serm. de festo S. Martini, col. 1. lit. A. ibi: Itaque licet quodammodo celum sit homo, celestibus sine dubio spiritibus similis, substantia simul, & forma, substantia quidem quoniam spiritalis; forma uero, quia rationalis est: minime tamen leuare eum duo ista sufficiunt, ut mereatur audire: quia celum es, & in celum. ibi. Frustra gloriatur de libertate arbitrij, quæ in mente est; captiuus dicitur in lege peccati, quæ in carne est. Hæc Bernardus. si ergo non sic in Virgine, quid amplius ex Berna. pro hoc desiderari valet? Indigemus ne alia ex-

pres.

pressionē maiori? Hęc sanē intelligere volenti, quid Sanctus Doctor senserit, satis sunt.

104 Et vt de illis, intelligere nollentibus, vt bene sentiant de Bernardo, amplius constet; audiamus illum serm. 3. de Vigilia Natiuitatis Domini fol. 11. col. 4. in princip. sic de Virgine dicentem: Et sicut prædictum est per Angelum Gabrielem: Benedicta tu in mulieribus. O Beata, sola inter mulieres benedicta, & non maledicta, sola à generali maledicto libera, & à dolore parturientium aliena. Hęc ille.

105 Qui, dicta complectens omnia, sic habet fol. 63. operum suorum (sicut & sunt supra relata) col. 1. propè finem, in serm. de Natiuitate B. Virginis, ibi: Verè beneplacitum fuit Deo habitare in te, quando ex ipsa illibata carnis tuę substantia, quasi de lignis lybani Architectura ineffabili domum sibi ædificauit Dei Sapientia: suffulit eam septem columnis argenteis, ac reclinatorium aureum in ea collocauit. Et col. 2. in medio, sic habet: O quanta mundo contulisti, quæ tã salubris aquæductus esse meruisti. Et in fine eiusdem columnæ sic. Tu ergo pulchra es, vt Luna; imò & pulchrior Luna; quia tota pulchra es, & macula non est in te, neque vicissitudinis obumbratio. Et columna tertia in principio, sic: Tu terribilis vt castrorum acies ordinata. Quid enim? An non horrerunt Principes tenebrarum, quando viderunt, præter morem, armatura omni fortiore instructam contra se procedere foeminam, foeminam fortem, &c?

Et paulo inferius sic. Vt pote, qui custodirent lectulum Salomonis gratissimum, ac prouiderent, ne præparatum æterno Regi hospitium alienus hospes in vaderet. Nimirum, timor, & tremor venerunt super eos, ita quòd dicerent. Ecce plulquam Eua hęc. Et paucis interpositis sic. Tu & ardorem vetitæ concupiscentiæ, virtute castitatis in tua carne virginea carenus extinxisti, vt is, in cuius conspectu nec astra munda sunt, tantæ munditiæ carnem tuam iudicauerit, vt etiam suæ Diuinæ puritati agglutinare non despexerit. His ergo primarijs ducibus tenebrarum à te fortiter expugnatis, omnis ante faciem tuam spiritualium nequitiarum malitia in fugam conuersa est

106 Et tandem fol. 63. col. 1. de MA

RIA etiam, vt de aquæductu, loquens, sic in medio columnæ ait: intucere o homo consilium Dei, agnosce consilium sapientiæ, consilium pietatis. Coelesti rore areã rigaturus, totum vellus prius infudit; Redempurus humanum genus; pretiũ vniuersum contulit in MARIAM. Vt quid hoc? Forte, vt excusaretur Eua per filium, & querella viri aduersum foeminam deinceps sopiretur. Ne dixeris vltra, o Adam; mulier, quàm dedisti mihi, dedit mihi de ligno verito: dic potius, mulier, quàm dedisti mihi, me cibauit fructu benedicto. Hęc omnia ex Bernardo. Quis ergo amplius dubitabit, Diuinit Bernardum in hac etiam stetisse firmum veritate? Vndè de B. V. MARIA loquentes, quoad hunc finem dicamus, illam potius fuisse filiam gratiæ, quàm naturæ.

Et non vacat mysterio quòd nec parentes eius, nec conceptus, nec ortus sacris in literis recenseantur. Cui consonat illud, à pluribus relatum Authoribus, Melchisedechi Patris dictum; scilicet: MARIA Mater Dei est à natura reuerenter conseruata. Non dixit: producta fuit; sed conseruata. Et si Apostolus Paulus ad Hebræos 7. de Melchisedech loquens, ita habet: Hic enim Melchisedech Rex salem, Sacerdos Dei Summi sine Patre, sine Matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei, manens Sacerdos in æternum; quid de B. V. MARIA venit dicendum? Dico & ego, quòd eius excellentia singularis, eiusque sublimiora priuilegia ex dignitate maternitatis Dei, reuerenter natura conseruante, vt ait Bernardus, demetienda sunt.

107 Ij sunt, Beatissime Pater, Sancti, præter alios, infra referendos, hanc veritatem firmiter defendentes, vel, implicitè saltem, astruentes. Quòd iddem omnes expresse efficerent, si Ecclesiam Matrem, sic assentiri, vt modo assentitur, viderent viuentes. Nec egregia, insignis, omnibusque per illustris vijs Dominicana familia, hoc, præsertim à sui principio, hacque in ætate, denegat, sed firmat. Nam huius Illustrissimæ Familiæ propugnatio, defensioque pro immaculata Deiparæ Conceptione, firmatur primo authoritate Sanctissimi ipsius Patriarchæ Dominici; cuius sententia perspicue apparet ex libello, de venerando Sacramento corporis Christi, in lucem

edito. Vbi Sanctus Patriarcha, & Doctor hæc habet verba: sicut primus Adam, &c. quæ, quia iam supra retuli à Beato Apostolo Andrea dicta, hic omitto. Aduerto tamen, quòd libellus iste, ter iniectus in ignem, ter exijt illæsus; vt constat ex Beato Antonino, & ex Breuiario Hispalensi anno Domini 1563. in festo sancti Dominici, in Responsorio tertie lectionis; vbi prædicta continentur verba; scilicet: Ter iniectus in ignem, ter exijt illæsus, vt refert Vega supra citatus; pag. 67. num. 235.

Secundo firmatur pro eadem Dominica familia huius veritatis defensio. Nam Reuerendiss. Pat. Fr. Ioannes de Palencia in Martyrologio Sanctissimi Patriarchæ, & Doctoris, Dominici, de mandato sui Generalis edito, festum apposuit B. V. MARIÆ Conceptionis. Item; eiusdem Ordinis Magister Heruanus Natal. & Generalis ipsius Ordinis XIV. in Commentar. ad Epistol. D. Pauli 2. Corinth. 5. ibi: Ergo omnes mortui sunt: hæc habet. Omnes itaque mortui sunt in peccatis, nemine excepto, dempta Matre Dei, siue originalibus, siue voluntate additis. Et nota, quòd titulus huius commentarij, teste Pofeuino in apparatu Sacro, sic erat: Interpretatio literarum Doctoris Gentium, quam Heruanus à Maioribus, vel ab ipso Deo sumens, composuit. Sic refert Doctissimus Vega, immediate citatus.

108 Qui pag. 68. num. 236. sequentes, pro purissima, & immaculata Dei Genitricis Conceptione, refert Dominicanæ Familiæ Authores. Hi sunt; Albertus Magnus; Frater Iustinianus Antistes; Iacobus de Voragine; Roberrus Hocolt; Taulerus Doctor Illuminatus; Leonardus de Vliino; Viguerius Guillielmus Pepin, celebris Concionator; Sancius de Porta; Baltasar Sorius; Ioannes de Fenario, Magister Generalis Ordinis. Aluaradus Pizanus refert Sanctum Vincenrium Ferrariensem, Sanctum Raymundum; ac Beatum Ludouicum Bertran. Item, Dominicus Soto, Primarius Professor Theologiæ Salmanticensis; Iustinianus Antistes ex eadem Familia; Magister Mancius, Primarius Salmantinae Vniuersitatis professor; Cabrera; Medina, Peña; Ludouicus Granat; Herrera; Gutierrez; Abrahamus Bzouius; Dominicus Florentinus; Ægydius Fuscarius;

Philippus Diaz; Ioannes Herolt, Generalis; Ioannes Lopez; Leonardus Marinus; Albertus Agnano, Episcopus Astorgæ; Melchior Cano; Ferdinandus Oxca; Hugo de Prato Florido; Mauritius de Villa probata; Vincentius Bellonat; & alij innumeri; qui, tanquam filij tantiparentis, & Patriarchæ, Doctorisque Sanctissimi, ipsius sanctitatem, doctrinamque æmulati sunt.

109 Item; Hugo Cauello, tanquam ocularis testis, refert, se in Rosario vidisse Syllabum, in quo continebantur expressa testimonia quadraginta & octo scriptorum, ex Sacra Dominicanorum Familia, pro Purissima B. V. MARIÆ Conceptione. Hæc refert Doctissimus Vega citat. num. 236. vbi etiam alios ex eadem Dominicana Familia pro hac adducit veritate Doctores.

110 Deinde, citatus Vega num. 237. ait, quòd in Manuali prædicti Ordinis, Hispali in Hispania edito, anno Domini 1524. in cap. vltim. sic habetur: Quia Ordo Prædicatorum solitus est semper Sanctorum doctrinæ adherere, sustinuit hucusque opinionem, quòd Beata Virgo fuit concepta in originali. Sed iam de hoc non est curandum, cum sit materia nullius vtilitatis, & valde scandalosa; præsertim, cum rota fere Ecclesia, cuius vsus, & Authoritas, secundum Diuum Thomam, præualeat dicto Hieronymi, & cuiuscumque Doctoris, iâ asserat, quòd fuit præseruata. Sic in prædicto Manuali; sicque in multis Committijs Prouincialibus, Hispali habitis, hoc idem statutum est. Sed non miror de facto hoc, de hacque dispositione, & determinatione, tantæ prudentiæ, tantæque scientiæ plena. Quid enim, nisi hoc à tam Catholica, tam sancta, doctissimaque Familia, satis nunquam laudata, expectandum erat?

111 Denique; vt præfata Familia, circa veritatem etiam hanc, inter omnes aliàs Familias, gloriari posset, testificarique, se ore, voce, & scripto, pro rostris defendisse, & defendere, purissimam, & immaculatam fuisse Dei Genitricis Conceptionem, attende, Sanctissime Pater, admirabile, mirandumque (imò & mihi Diuina dispositione effectum) factum; sciatque Vestra Beatitudo, quòd in maximo Cymbalo Cœnobij Valentini præfata Dominicana Familiæ, scriptus continetur, circum prædicti Cymballi ora, titulus ille.

*Maria Virgo ab omni peccato
originali fuit immunis.*

Ergo sacra, & nunquam satis laudata, Familia hæc veritatem hanc non solum ore, scriptisque, sed & voce etiam defendit, atque diuulgat. Nullus ergo est, qui huius veritatis definitionem differre amplius valeat. Ergo hæc in atate, casu, quo Præceptor Angelicus absolute contrarium dixisset, pro hac staret veritate. Pro illa ergo referri valet. Constat hoc ex argumento etiam, quod Angelicus Præceptor 3. p. q. 21. art. 2. sibi objicit, & soluit. Sic enim habet: Præterea, sicut dictum est, non celebratur festum, nisi de aliquo sancto; sed quidam celebrant festum Conceptionis Beatæ Virginis; ergo videtur, quod in ipsa sua Conceptione fuerit sancta, & ita quod ante animationem fuerit sanctificata. Sic se habet argumentum. Solutio autem sic: Ad tertium dicendum, quod licet Romana Ecclesia Conceptionem Beatæ Virginis non celebret; (Hoc modo non tenet, cum Ecclesia Catholica iam celebret immaculatæ Virginis Conceptionis festum) tolerat tamen consuetudinem aliquarum Ecclesiarum, illud festum celebrantium. Sic ille.

112 Circa quod, dico primo, Ecclesiam non solum tunc tolerasse, sed & approbasse talem festiuitatem. Siquidem credi non potest, officium de eadem Conceptione ab aliquibus Religionibus, & à mea præcipue (ex qua tot habuit Virgo suæ immaculatæ Conceptionis defensores, quot fuerunt, & modo sunt Religiosi; inter quos, qui eam, contra Vincentium Baldellum, efficacissimis defendit rationibus fuit Doctissimus Pater Fr. Robertus Gaguinus, dicti Ordinis Generalis, vt testatur etiam Pater Fr. Franciscus de Torres Seraphici Ordinis, in Cæsar Augustano Collegio Theologiæ Lector, in opere, cuius titulus est: Consuelo de los deuotos de la Inmaculada Concepcion, edito anno Domini 1620.

Videatur, ex Nostri Calceatis Patribus, Pater Figueras pag. 189. vbi multa de præfato Roberto Gaguino profert encomia, non filiatione, vel fraternitate ductus, sed desumpta ex Abbate Tritemio in suo Cathalogo virorum illustriū,

in quo scribit, quod tam in Scripturis Diuinis, quàm sæcularibus literis, eruditissimus fuerit, Theologus celeberrimus, Philosophus Maximus, Poeta clarus, & melituus, Orator facundus, & qui sua tempestate adeo disertus habebatur eloquens, vt qui disertus videretur, Gaguinare diceretur. Omitto alia, & miraculum quodam à B. V. MARIA factum pro salute sui defensoris Gaguini, in egritudine iam fere animam exalantis, vt videri potest apud citatum Figueras. Credi (inquam) non potest, officium de eadem Conceptione (cuius inuitatorium erat hoc: Immaculatam Conceptionem Virginis MARIAE celebremus; Christum eius præseruatorem adoremus Dominū) contentum in Breuiario dicti Ordinis, non fuisse approbatum.

Secundo; quia si Ecclesiæ Catholicæ officium est, impedire cultum, rebus nõ sanctis indebitum; quomodo indebitum existimans tolerabat? Tertio; quia argumentum, quod sibi objicit Angelicus Doctor, expresse tendit ad sanctificationem Conceptionis Virginis ante animationem; vt Consequentia syllogismi clare demonstrat, ibi: ergo videtur, quod in ipsa sua Conceptione fuerit sancta; & ita quod ante animationem fuerit sanctificata. Quod autem intenditur, modoque Ecclesia Mater celebrat est, non sanctificatio ante animationem, quia est de subiecto non supponente; sed sanctitatem celebrat in Conceptione, pro animatione sumpta.

113 Nec sequentia D. Thomæ verba aliquid contra veritatem istam conuincunt. Scilicet: Nec tamen per hoc, quod festum Conceptionis celebratur, datur intelligi, quod in sua Conceptione fuerit sancta: sed hæc dicimus primo, non coherere cum prædicto inuitatorio, vt patet. Deindè solutionem ad positum argumentum sic complet Angelicus Doctor: sed quia, quo tempore sanctificata fuerit, ignoratur, celebratur festum sanctificationis eius (sed inuitatorium tenet: Præseruatorem eius Christum adoremus Dominum) potius quàm Conceptionis, in die Conceptionis ipsius. Sic Diuus Thomas.

Cuius contrarium, primo tenet Ecclesia Catholica. Secundo; non obstante notitia de tempore sanctificationis Præcursoris Domini in vtero Matris suæ, sola

la eius Natiuitas celebratur, & non dies, in qua sanctificatus fuit. Tertio; quia Eminentiss. Cardin. Caietanus tria distinguit tempora, in quibus poterat hæc, tunc quæritio, modo veritas, agitari. Primum, ante animationem; de quo ait Doctor Angelicus negariuè. Secundum, post animationem; de quo, stando in rigore sanctificationis, quasi præsupponitis id, quòd sanctificatur, iam supradictum est ex ipso Diuo Thoma. Tertium denique tempus est, in ipso animationis instanti. De quo (ait Dominus Caietanus) non disputauit Doctor Sanctus. Et hæc pro explanatione Diui Thomæ satis sint.

114 Præterquam quod plures fuerunt ex Antiquis Patribus, & Doctoribus, qui aliquid dixerunt, cuius contrarium modo tenet Ecclesia Catholica, vt patet; & videri potest apud plures Scriptores Catholicos, & nouiter apud Patrē Vega Societatis Iesu vbi supra, à pagin. 107. certamine 13. à num. 353. vsque ad 360. Vndè notatu sunt digna Augustini verba, qui lib. 2. contra Donatum cap. 5. tom. 7. sic habet: In nullo aliter sapere (decertent Authores) quam res se habet, Angelica perfectio est. Qui itaque homines sumus, sed spe Angeli sumus, quibus æquales in Resurrectione futuri sumus; quandiu perfectionem Angeli non habemus, præsumptionem diaboli non habemus. Ideo dicit Apostolus: tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Humanum est ergo aliquid aliter, quam res se habet, sapere. Hæc Africanus Sol. Non ergo mirum est, quòd aliqui ex sanctis Patribus, & Doctoribus, aliquid senserint circa materiam aliquam. Vndè sicut ob hoc, non ipsorum dictis subditur Ecclesia Mater, quia Spiritu Sancto edocita; sic nec in præsentia, casu, quo aliqui oppositum prædictæ dixerint veritati, ligata manet Ecclesia ad oppositum non discernendum, & vt fidei dogma declarandum.

115 Nec obstat etiam, si pro Angelici Præceptoris scriptis (quæ, quoad intetum, iuxta meam sententiã, contraria non sunt) dicas; diuersos Summos Pontifices ipsius Doctoris Angelici scripta approbasse. Nam rectè ad hoc, quasi ad hominem arguens, respondet Doctissimus Vega vbi supra, pag. 110. num. 361. dum, quasi in substantia, sic habet: Hæc approbatio non habet maiorem vim, ac

illa, quam Gelasius Papa cap. Sancta Romana Ecclesia in decretis, dist. 15. tribuit libris Diui Augustini: & tamen postea Sancta Ecclesia in aliquibus oppositum decreuit; ergo non obstat.

Imò ipse Vega num. 362. aliquas propositiones refert in doctrina Diui Thomæ, (sed ego in existimata tantum Angelici Præceptoris doctrina iudico) quas tamen Gregor. XIII. in Bulla, Ascendente Domino, refutauit, damnauitque. Sic Vega; qui pag. 110. num. 363. sic in substantia habet. Quæ ergo sanctus Augustinus de Sancto Cyrano aliquando dixit, non mirum, quòd Mater Ecclesia dicere valeat de Præceptore Angelico. (Sed iam dixi me sentire Angelicum Doctorem nihil contra hanc dixisse veritatem.) Igitur mutatis personis, (Sancti Cypriani, scilicet, in Diuum Thomam) sic, Augustini verbis vtens, ait Vega: Non me terret Authoritas sancti Thomæ, quam reficit humilitas Thomæ; si Petrus contra veritatis regulam, quam postea Ecclesia tenuit, voluit inducere Gentes iudaizare, cur non potuit sanctus Thomas contra sententiam, quam postea Ecclesia tenuit, cogere gentem, vt crederet MARIAM in peccato conceptam.

Nonne (prosequitur Vega) est de errore condemnandus Scotus, quòd contra Diuum Thomam scripserit? Videatur Abbulensis cap. 8. sui defensorij. Videatur tractatus quidam Academiæ Parisiensis conclus. 4. quorum verba, citato numero refert Vega. Sed rursus dico ego, Doctorem Angelicum nihil contra hanc veritatem dixisse. Imò ipse Vega, acute satis, defendit Doctorem sanctum nihil in contrarium dixisse. Videatur ille à pag. 70. certamine 4. 5. 6. 7. 8. & 9. vsque ad pag. 94. videatur, inquam, quia non pigebit.

116 Alios referre Authores, Doctoresque superfluum videtur. Rupertus Abbas Tuicensis lib. 3. Commentar. in Cantica sic ait: Nunquam aduentus spiritalis accipitris tibi esse improuisus, (de Virgine loquitur MARIA) nec te consequi, imò nec tibi appropinquare potuit. Canisius lib. 1. de Deipara cap. 7. Origenes, Sophronius, in Epist. approbata in 6. synodo Generali. Sedulius Præsbyter. Et alij quamplurimi, totque, quos sunt Christiani nominis, Sacræque Theologiae

giæ publici Professores. Et si Reuerendiss. Pater Baralete Ordinis Prædicatorum serm. de Beato Dominico refert, Magistrum Raynaldum sic de Sancto dixisse Dominico: Hic est, in quo Adam non peccauit; quid de Beata Virgine diceret, omnibus sanctis necessario præferenda?

Item; Ioannes Patriarcha Hierosolimitanus lib. de instit. Monachor. cap. 32 qui uideri potest, cap. 36. & à cap. 22. ubi plura de deuotione Patrum Montis Carmelli circa Purissimam B. V. MARIÆ Conceptionem adducit. Quòd sane mirum est propter antiquitatem; maximaque Carmelitanae Familiae laus, magnaque erga Virginem obligatio. Deinde Pater Lezana (scilicet Ioannes Baptista) pro hac ueritate refert in suo lib. Apologetico quadraginta fere Sanctos, illustresque Doctores. Quòd & facit Doctissimus Vega, supra citatus.

117 Vnde etiam Sanctos eos, qui includere uidentur Beatissimam Virginem in sententia illa Apostoli, scilicet: Omnes in Adam peccauerunt: pro hac ueritate, alia etiam ratione, referri possunt. Quòd deduco ex more Sactorum, dum contra Hæreticorum pugnant errores. Tunc enim ita se cum illis gerunt, ut in extremum omnino uideantur incidere. V.g. contra Pellagium, uidentur tollere arbitrij libertatem, ut gratiæ efficaciam, & necessitatem defendant. Contra Lutherum uerò, ita fauent libertati, ut uideantur gratiæ necessitatem excludere. Ergo sic similiter contra Pelagium, negantem originale peccatum, sic militat, ut, iuxta communem legem, etiam Virginem, sola Christi Domini exclusione, uideantur dicere comprehensam; quam tamen Ecclesia, Mater ueritatis, excludit. Alij uerò Sancti de lege comuni loquuntur, & de debito contrahendi originale. Alij uerò, dicentes, eam fuisse Sanctificatam, & purgatam ab omni peccato, intelligendi sunt præseruatiuè; quo in sensu fuit ab omni macula purgata. Nam etiam de Christo dicitur Ioan. 10. Quem Pater sanctificauit: & rursus; Ioan. 17. Pro eis ego sanctifico me ipsum, &c.

118 Si uerò ad Conciliorum, & præcipuè Basiliensis, auctoritatem, & si non definitiuam, per modum tamen Auctoritatiuè testis, haud contemnendam, re-

curramus; & ad confirmationem cuiusdam Religionis, sub Conceptionis nomine institutæ à felicis recordationis Iulio II. Leone X. & Alexandro VI. alijsque, attendamus; & ad Tridentinum etiã sess. 5. omnia hæc (excepta definitionis firmitate) omnimodam, quæ intèditur, tribuunt istius ueritatis certitudinem. Quibus accedunt tot de hac Purissima Conceptione apud Sanctam Birgitram reuelationes; quæ cum alijs, præfatæ sanctæ factis, reuelationibus ab Ecclesia receptæ sunt.

Ex quibus omnibus hanc deduco rationem. Nō diminuta est B. V. MARIÆ humilitas in cælo, quàm habuit in terra: sed incredibile est, Marianam humilitatem sustinere, ut omnes fideles, imò & tota iam Catholica Ecclesia, illi tribuât, in cultu, honorem, ipsi indebitum, vel ab ipsa alienum: ergo, si Mariana humilitas, tot sæculis non solum tacet ad immaculatæ suæ Conceptionis cultum, & honorem, uerum etiam aliquomodo consentit in tot reuelationibus, & miraculis, eiusdem immaculatæ Conceptionis probatiuis, ita reuera fuisse ex ipsius humilitate conuincitur.

Dicere namque, humilitatem Dei Genitricis consensuram esse, cum errore fidelium fere omnium, in honore, & cultu, sibi non competente, cum facillè potuerit fideles, imò & Ecclesiam admonere, blasphemū profecto est. Si enim deuotos suos in alijs non tanti ponderis, tantique momenti rebus, semel, iterum, & sapius, ut plures demonstrant Historiæ, de ueritate admonet; nonne, cum, quia etiam gloriosa, in ea ambitioni nō sit locus, sustinebit eius summa humilitas, locum præberi tali in ipsius Virginis honorem cultui, in ueritate non fundato? Videat Beatitudo Vestra.

Deinde; si Sancta Mater Ecclesia in concedendo Diuino Officio alicui Sancto, sicut, & in concedendis Iubilæis in aliquorum honorem Sactorum, Diuino Spiritu ducitur, qui nunquam Ecclesiæ suæ Sponsæ deficere ualet; quomodo hoc inspirat, si ueritate caret? Ergo quia inspirat, quia regit, quia gubernat, uera est ex parte obiecti, & materiæ supra quàm cadit, spiratio eius, regimen eius, eiusque gubernatio. Ergo communiter à Patribus Sanctis hæc tradditur ueritas: ergo euidenter moraliter est testi-

moniū, illam vel Sacris in literis, vel Canonica, in se, traditione, virtute alicuius reuelationis a Deo, vel dicti à Christo, contineri: rectè ergo valet à Beatitudine Vestra, vt fidei dogma, declaratorie definiri.

TERTIA RATIO.

119 **I**LVD per te, Sanctissime Patre, valet vt si dei dogma præstari, quòd, in ordine ad cultum conducent, ita est ab omnibus modo Doctoribus receptum, & ita communi omnium fidelium, cum scandalo de opposito, acclamatur consensu, vt verum existimetur, vel tanquam à Sacra deductum pagina, vel ab aliquo dicto Dei, vel Christi, non scripto, proueniens: sed ita se habet B. V. MARIÆ immaculata Conceptionis: ergo potest vt fidei dogma decerni. Maiorem probant plures Sanctorum Canonizationes, vt patet. Nam similes Canonizationes communem fidelium, de Sanctorum virtutibus, probationem irasuppōnūt, quòd moraliter firmissimum stabilit affensum, de Canonizandorum sanctitate, vel in Sacris literis, vel in traditione, quasi generice, inclusa, probanteque debitum esse cultum Sanctis viris.

Minor autem propositio ita constat, vt prædictæ festiuitatis celebritas, & si à felicitis recordationis Urbano VIII. fuerit à præcepti obseruatione exempta, taliter iam in tota fere Ecclesia Catholica vigeat, quòd dicere valeamus, vt, quòd de obligationis vi fuit ablatum, in maiorem obligationem naturaliter transierit. Cumque (& hoc est valde notandum) naturale sit, vele quempiam ab onere liberari; hic, vice versa, rigidum fideles reputant non esse astrictos, hanc Deiparæ Immaculatam Conceptionem ex præceptio debito celebrare. Quòd satis probant; tum maxima fidelium his in temporibus explicata deuotio. Tum etiam, ipsorum fidelium, de ablatione talis festiuitatis antiquitus, filialis, simulque feruilis querella. Atqui hæc omnis deuotio, hæcque omnium fidelium, in hac nostra præsertim Hispania, acclamatio, vel ex Sanctorum Patrum dictis, virtute alicuius Sacræ paginæ testimonij

prolatis, vel ex Canonica traditione, licet vsque modo non satis declarata, veritatem hanc descendere satis probat: ergo, &c.

120 Et licet hæc in factò consistant; & quæ constituant in factò probari debeant. (De quo iam supra, à numero secundo.) Cessat tamen huiusmodi obligatio, quãdo, tam dilatata, extenta facti publicitas reperitur, in tam communi, per votumque, & iuramentum firma deuotione fundata. Quid enim in Ecclesia Catholica communius, quàm quòd ipsa met Ecclesia fatetur Catholica? Et si de omnibus Catholicis Doctoribus, illud Apostoli, supra citatum, venit intelligendum; vt, scilicet, non circumferantur omni vento doctrinæ, quid de ipsa met Ecclesia Matre dicam? Errabit nūm Conceptioni B. V. MARIÆ cultum tribuēs? Iudicet Vestra Sanctitas. Tolle Diuum Thomam (asseruit Hæreticus quidam) & dissipabo Ecclesiam. Sic ille, temeritate ductus: quid ergo diceret, si de falsitate, humana Ecclesiæ conuinceretur Authoritas, quando de vno singulari, & si tali, seducto, ablatoque, se totam dissipaturum promittebat Ecclesiam? sed hoc relicto.

121 Nonne postulatur, Barbaras adhuc gentes in hanc venire etiam veritatem? Certe non. Nam longe ab omnibus debet esse fidelibus approbationem à talibus postulare. Apostoli tamen Pauli exemplum sequens, qui vanorum, & impiorum Poëtarum (vt Menandri, Epimenidis, & Arati) dicta suis Epistolis miscuit. Ecce Mahometanus quidã, Azooara nomine, inter suæ sectæ doctos Doctissimus, cap. suæ falsitatis, in hoc, & quoad hoc verum protulit, teste Patre Fr. Ferdinando Muñoz Ordinis de Mercede, sic dicens: Nullus de filijs Adam nascitur, quem non tangat Sathan, præter MARIAM, & filium eius. Hæc ille; qui certè non loquitur solum de Virginis Natiuitate, sed de Conceptione etiam; siquidem apud ipsas Mauritanas Gentes Christi Domini Præcursoris celebratur Natiuitas. Imò hoc, apud Mahometanos, fixum manere dogma, testatur Petrus Canisius, statim referendus, pag. 72. in principio.

122 Deinde, & si formaliter ad rem non faciant, valde tamen notanda sunt Lutheri, & Erasmi dicta, vt notat Petrus

rrus Canisius lib. 1. cap. 8. pag. 57. quibus veritatem dictam fatentur; vt in hoc adhuc verificetur illud Zachariæ: Salutem ex inimicis nostris; & de manu omnium, qui oderunt nos. Ecce (inquam) Lutherum, sic afferentem. Hoc sibi volunt verba illa; quæ Angelus Gabriel ad eam dicebat: Benedicta tu in mulieribus: non enim ad eam dici posset: Benedicta tu; si aliquando maledictioni obnoxia fuisset. Dignum etiam, & iustum erat, personam hanc ab originali peccato præseruari, de qua Christus suscepturus erat carnem; &c. Sic ille. Ecce etiam Erasmus, MARIAM his verbis affantem: Tu felix illa plantula, de Iesæ radice subnata, nihil tamen inde genitalium fœdium trahens. Tu Sacratissimum Pacifici Regis Templum, tam magnificum, vt in eo Rex Olympi præsideret: tam Sacrum, vt nulla vnquam peccati labe poterit prophanari. Sic Erasmus; qui expresse de originali loquitur labe.

123 Si dilatata, ampliusque extensa expectatur deuotio; est ne parum extensa à temporibus Eliæ ad hanc vsque ætatem tam vniuersimodo conseruata (quid quid pauci dixerint) non solum ex voluntate pia, verum ex debito cum deuotione traditio? Contempletur Beatitudo vestra Dauidicum illud Psal. 80. vers. 4. Buccinate in Neomenia tuba (inquit Regius Psalter, Hebræos ad canendum inuitans) in insigni die solemnitatis vestræ. Quorsum enim in Nouilunio, seu Neomenia, lato tripudio; & festa symphonia diem festum agunt Hebræi? Forte putaret quispiam Gentilismum sapere, nisi notum foret, omnia in figuris cõtigisse Hebræis. Quid ergo hoc præfigurabat festum? Firmando dico, festum Nouilunio, seu auspicio Lunæ dicatum; Lunamque tunc nullatenus obscuratam; siue Solis eclipfi infuscatam destinans, (vt aduertunt Astrologi, & videre est apud Ioannem de Sacro Bosco. capit. 1. Spæræ. & ibi Clauum Societatis Iesu, cum quibus Zelada tom. 2. in Iudith tract. appendic. num. 103. huius Purissimæ Virginis Conceptionem, quæ pulchra extitit, vt Luna, præfigurare. Nonne igitur hæc sunt satis?

124 Quod si etiam Beatorum Dei Spirituum testimonium pro hac exigatur veritate. Attende Beatissime Pater, ad fidelem testem, Sanctum scilicet, Do-

m inicanæ Familiæ, Vincentium Ferrariensem, de quo iam supra, sic Angelorum testimonium proferentem. Non credatis (inquit) quod fuerit (& de Beatissima Virgine loquitur) sicut in nobis, qui in peccatis concipimur, & nutrimur: statim ac anima fuit creata, fuit Sanctificata; & statim Angeli in cœlo celebrarunt festum Conceptionis. Sic Sanctus.

Rursus; quod ipsi Angeli, Beatique Spiritus omnes de veritate ista perhibeant testimonium, probat Maximus Doctor, Sanctus Hieronymus, super illud Danielis cap. 4. Succidite arborem, veruntamen germen radicum eius in terra sinite: (de quo iam supra) hoc est: Regnum tibi manebit. Vbi, contra quendam Hæreticum, qui existimauit, Luciferum cadentem, & postea pœnitentem, recipiendum fore iterum pro Rege ab alijs Angelis, sic in substantia, ait: Qui historia contradicunt, & Diabolo volunt reddere pristinam dignitatem, in hoc loco vilificant; quod post tormenta confiteatur Dominum, & sit, qui prius fuerat; qui respondere debent, quomodo congruat; vt Angeli, qui nunquam corruerant, eum rursus Principem habeant, qui per pœnitentiam sit reuersus. Sic Sanctus Doctor.

Ergo Angelorum conditio, iuxta Hieronymum, est, non cognoscere Regem, qui aliquando cecidit; si ergo MARIAM, Reginam suam agnoscunt, de sua Immaculata Conceptione testimonium præbent. Ergo iam Spiritus de hac Purissima Conceptione perhibent testimonium; ac deinde, quod supra retuli ex Hieronymo, in cap. 10. Ecclesiast. scilicet, Virginem fuisse liberam ab omni peccato; & cortice peccati, euidenter in eius sententia, de originali etiam procedit.

125 Deinde, etiam inter insensibiles creaturas non desunt, quæ miro modo hanc eandem veritatem testentur. Nam aquæ elementum de Purissima Virginis Conceptione testificatur etiam. Ad quod probandum suppono illud Genes. 1. cap. In principio creauit Deus cœlum, & terram, &c. & tenebræ erant super faciem abyssi; & Spiritus Domini ferebatur super aquas: vbi interrogans Tertullianus lib. de Baptismo, sic habet: Sola terra, solumque cœlum absque competitione erant; & non aqua? Respondensque sic ait

ait: Terra imparata erat, & cœlum rube-
 erat, solus liquor, semper materia per-
 fecta, de suo pura, dignum vectaculum
 Deo subijciebat: superuenit enim statim
 Spiritus de cœlo, & aquis superest, san-
 ctificans eas de semetipso, & ita sanctifi-
 cata vim sanctificandi combibunt. Sic
 Tertulianus. Attende ergo, Beatissime
 Pater, quod Virgo dicitur stila maris;
 hoc est; gratiarum mare, vt ait Christo-
 stomus iuxta cap. 33. Deuteronomij.

Cuius rationem reddens Ambrosius
 in cap. 22. Lucæ sic habet: O aqua, quæ
 Sacramentum Christi esse meruisti, quæ
 lauas omnia, nec lauaris. Sic ille. Ergo
 proprietates aquæ, quod lauet, & non
 lauetur. Si ergo Virgo stila maris dicitur;
 vtique, quod prædicatur de aqua,
 (vt scilicet lauet, & non lauetur) hoc
 iddem Virgini adaptatur. Probat Sanctus
 Leo Papa serm. de Natiuitate, sic
 dicens: Originem, quam sumpsit in vtero
 Virginis, posuit in fonte baptismatis:
 dedit aquæ, quod dedit Matri. Sic Leo
 Pontifex Summus, & Sanctus. Ergo de-
 dit Matri lauare, & non lauari: atqui
 vtrique lauaretur, si ab originali, quod
 contraheret, mundaretur: ergo ne lora
 (sicut ne c aqua) dicatur, originale non
 contraxit.

126 Et ne contradicat illud Reg. 2.
 cap. vbi ab Eliseo interrogati Ciues Je-
 richo responderunt: habitatio (scilicet)
 Ciuitatis optima est, sed aqua pessima:
 sic respondet Ambrosius serm. 2. de Eli-
 sæo: Non sola fluente benedixit Eliseus;
 quæ fontis gremio tenebantur; sed & il-
 la, quæ humido terræ solo adhuc indif-
 creta in posterum erant defluxura; vt stil-
 lantem aquam (ecce Beatissimam Vir-
 ginem) prius sanctificatio susciperet,
 quam sinus fontis includeret. Sic Am-
 brosius. Quod cõfirmat Augustinus lib.
 1. de mirabilib. Scripturæ cap. 4. sic di-
 cens: Aquis à maledicto Adæ Deus pe-
 p̄rcit, quoniam per aquam diluere ma-
 ledictionem illam parauerat; quod nunc
 per Baptismum indulgetur. Sic Africa-
 nus Sol. Ergo etiam aqua sufficiens de
 Beatissimæ Virginis Conceptione testi-
 monium præstat.

117 Sed videamus, an, sicut aqua,
 ita & sanguis, iddem perhibeat de Imma-
 culata Virginis Conceptione testimo-
 nium? vt in omnibus verum teneat illud
 Ioannis Apostoli Epist. 1. cap. 5. vers. 7.

Tres sunt, qui testimonium dant in cœ-
 lo, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, &c.
 (de quarum Sanctissimæ Triados Personarum
 testimonij, iam supra, in prima
 huius tractatus ratione constat) & tres
 sunt, qui testimonium dant in terra, Spi-
 ritus (idest Angeli; de quibus supra num.
 114.) & aqua (de qua etiam num. 115.
 cum sequenti) & sanguis. De quo nunc.

Igitur; reuelauit se antiquitus Core
 contra Moysen; ob quod à Deo grauiter
 puniendus decernitur, ordinante, quod
 eum terra deglutiret; ad quem finem
 præcepit Moyse Deus, vt populum ad-
 moneret, sicque omnes se à Core tento-
 rio separarent. Quo ita factò, aperta est
 terra, & deglutit Core cum omni sua
 familia. Sic Sacer textus, Numeror. cap.
 6. cum tamen ibi dicatur; Factum est
 grande miraculum, quod pereunte Co-
 re, filij eius non perierunt.

Sed inquirò; quare grande miracu-
 lum, cum facile potuerint ordinaria via
 filij Core, moniti, se separare, sicque sal-
 uari? Communiter respondent Ecclesia-
 stici Scriptores, grãde fuisse miraculum,
 eo quod filij iure sanguinis non debent à
 Patribus suis, in periculo existentibus, se
 separare. Ergo, iure sanguinis in filio, re-
 netur filius ipse Patrem, in quantum pos-
 sit, liberare, & Matrem. Semper ergo fi-
 liorum sanguis, quantum de se est, pro
 Parentum acclamat salute. Ergo & Chri-
 sti Domini pretiosus sanguis, ne in vni-
 uersali diluuiò ipsius Mater cum ceteris
 Adam filijs periisset, ipsam meruit refer-
 uari. Nam, si quid perieritis Patrem (in-
 quit Christus) in nomine meo dabit vo-
 bis; quomodo ergo Pater Æternus ne-
 gaturus foret Filio præuentam Matris
 suæ liberationem à diluuiò, quàm, iure
 sanguinis ipsius Filij, postulare astrictus
 erat?

Nam gloria hominis ex honore Pa-
 rentum; dicitur Ecclesiast. cap. 5. vers.
 13. Quæ ergo gloria hominis Dei, si Ma-
 ter eius peccato fuisset inquinata? Vndè,
 ne fuisset, eiusdem Ecclesiastici 32. cap.
 vers. 15. sic habetur: Hora surgendi, ne
 te trices: quasi diceret. Cum in hunc
 mundum ueneris, Christe, ne te aliqua
 Matris tuæ ignominia trices. Vndè se-
 quitur: Præcurre autem prior in domum
 tuam: (hoc est, in Virginem) & age Cõ-
 ceptiones tuas; idest, Conceptionem Ma-
 tris, & indè tuam. Vndè egregie Chri-
 fo-

ſologus ſerm. 15. ſuper citatum cap. ſic
habet : Accepit Chriſtus hoſpitiū car-
nis, ſed in aula Virginis, vt de polutione,
ideſt, de dehonore humano corpo-
ris nihil haberet.

128 Deindè, ſic pro Matre ſua interpel-
lat Chriſtus, in illo Dauidico Pfalm. 21.
verſ. 21. figuratus : Erue à framea, (ideſt,
à morte peccati, vel à diabolo, vt plures
interpretantur apud Zeladam ſupra num.
110.) Deus animam meam; & de manu
canis vnicam meam; ideſt Virginem. Ea
enim vnica eſt, vt ſupra diximus. Vndè,
quaſi petitioni Filij conſentiens Pater,
ſic per Eſalam cap. 11. verſ. 1. ait : Eggre-
diatur virga de radice Ieſe, & flos de ra-
dice eius aſcendet. Quæ verba, illatiuè,
& inductiuè ſic pondero: ergo ſi ex flore
fructus, ex Mariano flore Chriſtus: ſi er-
go flos, aliquando, vel aliquo caloris
æſtu, vel leui grandinis percullura emar-
cuit, certè matricis floridæ ignominia,
licet ſaporis qualitatem non lædat in fru-
ctu, illius tamen venuſtatem decolorat.
Fructus enim haurit, & exprimit floris
nitorem.

Caucamus ergo, ne atra originalis pec-
cati nubes Marianum grandinet florem,
ne fructus à matricis ignominia decolo-
retur extrinſece, & ſi delicti macula nec
lædatur, nec lædi poſſit. Teſtatur ergo
etiam ſanguis, abſque originalis labe pec-
cati fuiſſe Dei Genitricem conceptam,
vt, ſicut fide credimus, tres eſſe, qui teſ-
timonium dant in cælo, & eos tres eſſe
vnum in eſſendo; & ſicut etiam fide te-
nemus, tres illos, qui teſtimonium dant
in terra, (ſcilicet Spiritus, ſanguis, &
aqua) eſſe vnum, omni exceptione ma-
iorem in teſtificando teſtem; ſic verum
de fide conſequamur, Beatiffimam Vir-
ginem abſque originali peccato fuiſſe
conceptam.

129 Vndè omnia iſta, quæ cum om-
nibus in prima ratione adductis Sacræ pa-
gine teſtimonijs robur accipiunt, in vnū
cōplectens Regius vates Pſal. 115. Chri-
ſtumque loquentem præfigurans, ſic ait:
O Domine, quia ego ſeruus tuus: & filius
Ancillæ tuæ. Nam ſuper illud ad Galatas
4. itaque fratres non ſumus Ancillæ filij,
ſed liberæ: & ſuper verba prædicti Pſal-
mi, ſic habet Commentarium, contentū
in operibus Dni Hieronmi: Magna hu-
militas, ſed magna ſimul dignitas, ſe ſer-
uum Dei nominare, & non ſeruum pec-

cati. Si ergo Chriſtus ſeruus eſt Dei per
excellentiā, ideſt, vt nullum vnquam
nouerit peccatum præſente, nec noſcere
potuerit; ſic (per participatam gratiam
intellige) pro Matre ſua ſimiliter cla-
mat, dum dicit : Et filius Ancillæ tuæ;
nullius ergo alterius fuit vnquam ſer-
ua.

Nam ideo, Dominus (Prouerb. 24.)
poſſedit me : allegare valet Beatiffima
Virgo: vel, vt alij legunt : creauit me, vt
ſic, vel prius (ſolum ad denotandam pro-
ſemper gratiam MARIÆ) fuerit, Deum
illam poſſidere, quā creare; vel vtrum-
que ſimul per electionem æternam; vt
ſic in tempore, non ſeparet homo, quod
Deus ab æterno coniunxit. Ideo etiam
Sponſus Cantic. 4. & 5. eam vocat ſoro-
rem dicens : Soror mea : quæ verba ſic
quidam ex Hebræo vertunt : Gemella
mea; hoc eſt; vnus partus ſoror: (& no-
ſtro idiomate: Melliza mia) quia neque
Chriſtus fuit abſque illa electus, neque
illa abſque ipſo. Vndè rectè Virgini illud
Cantic. 6. congruit : Electa vt Sol; vt, ſi-
cut ille per naturam Sol eſt iuſtitie, ſic
ipſa per gratiam.

130 Hæc (inquam, Beatiffime Pater)
Virgo Deipara, ita ſemper ſancta, ſem-
perque ſana exiſtit, vt nullo vnquam
pharmaco, medicinæ indiguerit. Ideo
namque Cantic. 7. de ea dicitur : Venter
tuus ſicut acceruus tritici, vallatus li-
lij; vt intelligeretur, quod panis ille ce-
leſtis, qui, à nobis, & in nobis, receptus,
dicitur pharmacum, & medicina, in viſ-
ceribus MARIÆ, non ad curandum, ſed
ad ſuſtentandum eam, ſolum triticum
dicitur : Sicut acceruus tritici, &c. Vn-
dè, & Sanctus Fulgentius lib. 2. ad Traſi-
mundum Regem, cap. 3. diſtinguens mo-
dum, quo Chriſtus gratiam applicauit
Angelis, & hominibus, ſic habet : Vna eſt
in vtroque gratia operata: in homine, vt
ſurgeret : in Angelo, ne caderet : ab illo
infirmiſſimam depulit; hunc infirmari nõ
finit : iſtius eſca; illius medicina. Sic ille.
Ergo, ſi in vtero Virginis appareret, vt ac-
ceruus tritici, vallatus lilij, vt eſca ap-
pareret : ergo non vt infirmiſſimam depel-
lat, ſed vt infirmari nunquam ſineret.

131 Et ad hunc modum intelligenda ve-
niunt Sãcti Amadei, verba ſerm. 1. de lau-
dibus MARIÆ, vbi Deiparam compa-
rans arbori, exiſtenti in medio Paradyſi,
ſic ait: Conſurgit arbor, quã diximus, ſa-

luctifera, generans cibum vitæ, & manna cæleste; manna; habens omne delectamē tum, & omnem suauitatem; ad quod, si Primus Adam attingeret, mortem non gustasset in æternum. Hæc ille. Cumque de fide sit, Adamum, & MARIAM, gratiā per Christum participasse, solum diuersitas state potuit in hoc, quod Adā illam, vt medicinam etiam, gustauit, MARIA vero, vt escam; prout dixit supra Fulgentius istius (idem Angeli ne caderet) etca; illius (hoc est; hominis, quia cecidit) medicina.

132 Hæc est ergo (Sanctissime Pater) ille deliciarum Paradysus, à Deo plantatus, Genes. 2. cap. à principio sui, idest à primordijs. Vnde, & Sanctus Dionysius Areopagita, de cælesti Hierarchia cap. 7. sic habet: Si ergo virgineus Paradysus fuit habitatio Christi, par erat, vt in primæ conditionis suæ potestate Deificis, benignissimisque ipsius virtutibus communicaret. Hæc Sanctus Dionysius. Ideoque & Sanctus Gregorius Thaumaturgus super illud Lucæ 1. Ingressus Angelus ad eam; sic ait: Ad MARIAM autem Virginem, solam Sanctam, Gabriel Archangelus solo lumine venit. Sic Thaumaturgus Ergo ideo solo vnico splendore venit Archangelus, quia ad solam vnica, in Conceptione sanctam venit.

133 Si ergo omnium fidelium hæc Beatissima Virgo, in Conceptione sancta, testimonio acclamatur; quid amplius ad veritatem hanc, vt fidei dogma, declarandam desideratur? Cum totius Ecclesiæ in hoc acclamatio inducat sane, vel huius veritatis in Saeris literis continentiam, vel à Canonica aliqua traditione ortum habuisse; vt sic verū teneat illud Apostoli, sæpius repetitum: vt scilicet, non circumferantur omni vento doctrina. Valeat ergo Sanctitas Vestra, per hoc solummodo, illam sine originali, per speciale priuilegium, fuisse conceptam, definire.

Etenim (& huic conclusioni, quæ sola sufficeret, finem impono) si iteratum de aliqua veritate examen, illam corroborare solet; dum opposita non contradicit ratio; & in examen veritatem hanc antiquitus deductam (scilicet in Basilien- si Concilio, cui consonat Tridentinum) illam Patres sanam dixerunt doctrinam, iustum est, quod modo, iterum in examen adductam, maior committeretur pro-

batio. Nam quò magis in examine accrescunt diligentia, eo amplius resolutioni veritas appropinquat.

Sicut ergo, post lucem, à Deo creatā, & quasi ad primum examen per ipsum Deum adductam; bonitatisque testimonio ab ipso Deo laudatam Genes. 1. ibi: Et vidit Deus lucem, quod esset bona; iterato per ipsum Deum, non ex necessitate, examine, ibi; Et vidit Deus cuncta, quæ fecerat; creuit ipsius lucis, vel de ipsa luce; cum creatis cæteris, probatio; ibi; & erant valde bona; quia nulla in eis repeita fuit turpitudine; sic congruam sane est (imò & Mariæ puritati debitū,) vt Immaculæ Conceptionis Deiparæ veritas, iterum in examen adducta, omniumque fidelium, nullo contradicente, testimonio roborata, non solum certa, sed valde (hoc est de fide) certa iudicetur. Quod pro conclusione prima sit satis.

SECUNDA CONCLUSIO

134 **S**UFFICIT; satisque est prædicta de Purissima Dei Genitricis Conceptione notitia, quæ Beatitudinem Vestram non latet, vt, nullo Concilio congregato, fidelibus de fide Diuina proponatur credenda. Conclusio hæc & procedere valet quoad validitatem definitionis, rei que definitæ; & quoad illam licite definiendam. Et primo; quod valide possit Beatitudo Vestra rem hanc abque Concilio definire; ita certum iudico, quod Diuinā fide credendum existimem. De quo Valentia supra, fol. 91. col. 1. §. Respondeo, cum sequenti. & lib. 8. cap. 10. fol. 120. col. 2. in princip. vbi intollerabilem (& rectè) vocat sententiam cuiusdam, qui asserbat, successores Sancti Petri valide non definire, nisi de DD. Cardinalium consensu. Vnde Azor tom. 2. lib. 5. part. 2. cap. 5. col. 781. ait, Pontificem Maximum non indigere, ex necessitate, consilio, in rebus de fide, aut maioribus statuendis, nisi causa prudentiæ. De quo plures alij Doctores, quos, prolixitatis vitandæ causa, omitto. Tota ergo difficultas est, an sine Concilio licite valeat Beatitudo Vestra hanc definire veritatem?

135 Circa quod, vt certum similiter suppono, ea, quæ, ad modum deli-

gentiæ; in definiendo adhibendæ, attinent, plane ex libero Sanctitatis Vestræ arbitrio pendere; nempè, vt opera horum, vel illorum Doctorum potius utatur; siue Cardiales illi, siue Episcopi, siue alij sint; vt late probat, inter citatos, omnesque alios Doctores, Doctissimus Valentia supra, toto cap. 10.

136 Deindè, vt certissimum supponendum etiam est, Concilij Congregationem non esse necessariam, vt veritas hæc definibilis reddatur; cum communis Theologorum sententia, omniumque vtriusque iuris Doctorum assensus hoc approbet. Deindè, non esse etiam necessarium, vt tibi (Beatissime Pater) definiendi præbeatur potestas; vt ex dictis constat; & videre est apud citatos Doctores, & apud Bellarminum de controuers. fidei, à col. 843. Denique suppono, vt certum similiter, Concilij Congregationem ad eum ordinari finem, vt materia ipsa definienda, de se obscura, ventiletur; &, quòd Pontifici Maximo iustum visum fuerit, iudicetur. Quibus positis.

PROBATVR POSITA conclusio.

137 **S**I, ad veritatem hanc de fide declarandam, Concilij requiritur congregatio, maximè, vt primo (iuxta Catholicorum sententiam) Prælati maiores, ijque omnes, idest Episcopi, qui decisiuum ordinario iure habent suffragium, illud præbeant: atqui nullus est ex Catholicis Episcopis, qui huic (saltem, vt magis consentaneæ) non consentiat veritati: ad quid ergo est illorum congregatio? Dico, requiri omnes Episcopos quoad euocationem eorum generalem, & legitimè factam. Nam, hac semel posita, sufficit, quòd maior, vel melior Episcoporum pars cuiuscumque Prouinciæ conueniat. Vndè non requiritur omnium concursus; & si omnes ex iuramento venire teneantur, iuxta cap. Ego N. de iur. iur. Quòd si venire contempserint, ab administratione suspèdi possunt; & si magna fuerit eorum contumacia, ab Episcopatu deijci valent, cap. Si Episcopus dist. 18. vbi Glossa, & alij; vt notat Azorius supra, cap. 10. col. 800. in princip.

138 Fateor etiam, Concilium vocari debere ad tractandum, & constituendum maturius, quæ ad generalem Ecclesiæ statum pertinent; præsertim in his, quæ sunt fidei. Obquam causam coactum fuit Concilium primum Generale Nicænum. Itè, secundum Constantinopolitanum. Itè; primum Ephesinum, & Calcedonense. Item; sextum Constantinopolitanum; & septimum; quòd fuit Nicænum secundum. At, quæ maior probatio, quodque maius examen, quàm, quòd de hac re, & veritate extat, non solum apud Patres, verum & apud Doctores, imo & Concilia?

139 Secundo, desiderari poterat Concilij congregatio, vt etiam, qui ex speciali statuto (vt sunt Domini Cardinales) vel ex priuilegio (vt sunt Abbates, Religionumque Generales, & forte alij specialiter priuilegiati) similiter decisiui, quòd habent, suffragium præsent: atqui similiter communis omnium istorum, pro veritate ista, acclamatio testatur: superfluit ergo illorum congregatio.

140 Tertio; si minores etiam Clerici, virique docti, qui consultinè in disputando inuent, desiderantur, quando Concilium congregatur; quis certè modo doctus (imò & ex antiquis) vel verbo, vel scripto extat, qui non solum veritatem hanc pro viribus defendat, imò, & pro illa mortem subire dubitet? Quòd foret, iuxta probabilissimam sententiam, de qua nouiter Vega, supra sæpius relatus, 1. part. pagin. 131. numer. 425. & pagin. 132. num. 427. Martyris Laureola coronari, si, vel mortem quis oppeteret propter cultum, ac venerationem Immaculatæ Conceptionis Virginis Deiparæ, vel propter propugnationem speculatiuæ veritatis, immunitatis à peccato originali Virginis Deiparæ. Cum enim vtrūque hoc sit actus virtutis, moriq; pro virtutis actu, quatenus in Deum refertur; sit fidei protestatio, erit etiam Martyrii Laureola coronari.

141 Quarto; si Principes sæculares ad Concilium vocari solent, vt ipsum, veritatem aliquam ex Pontificis Summi auctoritate decernentes, ab inimicis defendant; ad quid modo desensio, vbi nullum timetur periculum, & vbi nulli adsunt in contrarium, ne dum dubitantes, quantum minus contumaces?

142 Quinto: solet etiam conuocari Concilium ad Hæreticorum perfidiã, &

pertinaciam plenius, & solemnius conuincendam. Ad quem finem congregata fuerunt septem prima Concilia Generalia. Sed ad quid huiusmodi congregatio, cum nullis similis adsit, proteruè contradicens?

143 Sexto: etiam congregabantur Concilia ad schismata extirpanda. Vt fuerunt Constantinopolitanum Oclauum; Constantiense secundum; & alia. Sed hic (Beatissime Pater) quodnam reperitur schisma; cum potius fideles omnes inhiant pro huius veritatis definitiuâ declaratione?

144 Seprimo: etiam congregata fuerunt Concilia ad conciliandos Græcos, & Orientales cum Latinis, in rebus fidei. Vt fuerunt; Lugdunense Concilium sub Greg. XI. & Florentinũ sub Eugenio IV. sed hæc in re, quæ conciliandi adest necessitas?

145 Octauo: conuocata fuerunt Concilia ad reprimendos improbos Principũ conatus, etiam Imperatorum. Sic contra Henricum, huius nominis III. conuocauit Conciliũ Greg. VII. contra Federicũ II. congregatã fuit Lugdonensis Synodus ab Innocentio IV. & contra Leonẽ III. Imperatorem Iconomachum, fuit etiam Romã a Gregor. II. congregatum Concilium. Sed hoc etiam nostro in casu nullatenus tenet.

146 Deniq̃ conuocari solent Concilia, vel ob imminentem Christianæ Reipublicæ necessitatem. Ob quod Claremontense Concilium coegit Urbanus II. vel ad Ecclesiasticam disciplinã, magna ex parte laxatam, reuocandam, tuendam, cõseruandam, & augendam. Ob quod coactum fuit Tridentinum. Sed hæc ad præsens non faciunt institutũ. Si ergo omnis conuocandi Concilium finalis, imò & impulsiuã, cessat causa; ad quid (quæso) illius congregatio? Si enim omnia vtriusque iuris præcepta, vel positione illius, quod intendat, vel cessatione illius, quod auferre conatur, cessant, iuxta omnium Doctorum sententiam, quãdo, vel illud in omnibus, & omnino ponitur, vel in omnibus, & omnino cessat; cur hic postulanda est Concilij congregatio, siquidem omnia ex parte, & ponitur, quidquid illud intenderet, & longissime abest, quid quid illud conaretur auferre? Nullo enim contradicente, omnes cuiuscumque conditionis, & status, imò & sexus, hoc postulante affectiue. hoc instanter requirunt, hocque pro viribus consequi conatur,

in tantum, vt nullus, ratione vtens, hoc ignoret.

Ad quid ergo Concilij congregatio, si per ipsum intenta, cuiuscumque vtorũ cognitio, ecce adest. Solius enim Vestræ Sãditatis est, declarare, & definire, quis nam sit verus, germanusque Sacræ Scripturæ sensus: itẽm; an tradiditio aliqua diuina sit, Apostolica vè, aut Ecclesiastica; & hoc definire. De quo Azor supra, cap. 8. propè finem, & alij, iam relati, Authores. Precamur ergo, vt quæ adducta, circa Purissimam Immaculatamque Deiparæ Conceptionem; Sacræ Scripturæ testimonia, & quæ infra adducenda, simul cum traditione, & alijs de hac Veritate, à Beatitudine Vestra declarentur, & infalibili sententia decernantur.

147 Et confirmantur hoc: etenim, si pro Sanctorum canonizatione, quã de fide credendam præstantissimi affirmant Authores, solum Beatitudinis Vestræ ex postulatur, & sufficit testimonium, quod, etiam sine errore, Religiones approbat, & confirmat; cur nostro in casu testimonium iddem non sufficiat? Videatur Suarez tom. 4. de Relig. lib. 3. cap. 4. corollar. 2. per totum, à pag. 459. vbi eleganter satis probat, posse Vestram Beatitudinẽ definire sine Concilij congregatione. Quod pluribus cõprobat Canoniceis textibus, & Authoribus, præsertim num. 5. Et hæc pro hac conclusione, quæ meridianã apparet luce, sufficiant dicta.

TERTIA, ET VLTIMA conclusio.

148 **S**UPPOSITO, quod necesse est, vt veniant scandala, (de quo Dominus Matth. 18.) etiam necessarium est, vt in Ecclesia aliquod sit iudicium certum, quo scandala tolli possint, & debeant. Vnde Sanctus Gregorius super Ezechielem, sic habet: In quantum possumus sine peccato, vitare proximorum scandalum debemus. Suppositoque etiã, quod moraliter impossibile videatur vitare scandalum, quod, nouiter auctũ, de contraria olim opinione in Catholicis viget, nisi, aut illam, à Patronis iam destituta, falsam declarando, aut communem, & verissimam, omniumque fidelium, sententiam definitione firmando; sit conclusio.

149 Suppositis hucusque dictis, & infra, ad maiorem abundantiam, dicendis. Dico, Beatitudinem Vestram sufficientem

eterna, & iam vrgentia habere motiua, & fundamenta, vt, circa veritatem istam, de fide declarandam, Sancti Spiritus assistentiam, Diuinamque directionem expectet serio. Quam directionē, & motionē in te (Beatissime Pater) aduenturā, firmiter speramus. Et in hoc sensu intelligatur dicta, quę sequuntur, rationes. Igitur.

150 Conclusionē hanc sic probat Doctiss. Valentia, vbi supra, lib. 8. fol. 118. per hæc verba: Quādo vniuersi Doctores aliquid vnanimi traddunt consensu, id si bi vniuersa potest, & debet persuadere Ecclesia; quia tunc tales Doctores sunt diuinitus Ecclesię dati, vt deducitur ex illo Pauli, ad Ephes. 4. vt non circūferantur omni vento doctrinæ. Nec verò requiritur, quod omnes mathematice Doctores (idest, nullo excepto) affirmēt. Sic ille. Qui eodem lib. 8. sic ait: si de re aliqua, in materia Religionis controuersa, constaret, fidelium omnium cōcordem esse sententiā, (quod constare solet, vel ex ipsa praxi alicuius cultus, communiter apud Christianos populos recepta, vel ex scādalo, & offensione communi, quæ ex opinione aliqua oritur, &c.) merito posset, & deberet Pontifex illa niti, & quæ esset Ecclesię sententia infalibilis. Sic ille; referens Vincentium Lyfinesem lib. contra Hæreses; Thomam Vvaldensem lib. 2. de doct. fidei, cap. 20. & alios, quos hic referre omitto, quia necessarium haud existimo.

151 Ratione autem sic, à simili, suadetur primo: nam, iuxta cōmūnem Catholicorum sententiā, de qua Bellarminus de controu. fidei, lib. 2. de Conciliorum Authoritatē, cap. 10. pag. 893: tanta est Authoritas particularium Conciliorum, etiam à Pontifice non approbatorum, vt temerarium sit, ei nō acquiescere. Tūm, quia in septima Synodo, actione 3. & in octaua Synodo, actione vltima, Can. 1. honorantur Synodi locales, & suscipiuntur; nec ibi fit mentio confirmatorū, vel non: si ergo temerariū est, prædictis Cōcilijs, Prouincialibus tantum, & non cōfirmatis, fidem non præstare; quo magis totius Ecclesię communi consensui, ita absque originali labe Marianā approbanti Conceptionem, vt oppositum (quoad affectum) à multis erroneū, (quoad effectū verò) falsissimū ab omnibus reputetur? Ergo (& ad prædictę conclusionis intentum) si rei, à prædictis, Prouincialibus

tantū, Cōcilijs determinatæ, omnia, quę acquiescere cogunt, fundamenta ad sunt, quo magis fundamenta ad sunt in veritate ista, ab vniuersali Ecclesia iam recepta, vt, quodam illam de fide declarandam, directionem Diuinam Vestra Beatitudo valeat expectare, & serio?

152 Imò, si antea, in Basilienfi Concilio, à tot, tantisq; & lectissimis variarum Nationum Episcopis, & Theologis, hæc profecta est veritas, vt cultui Ecclesiastico consona, fidei Catholicæ, recteq; rationi, & Sacræ Scripturæ consentanea, à varijsque Pōtificibus postea approbata, propositis, vel cōcessis indulgentijs corroborata, ita vt felicitis recordationis Sixtus III. Conceptionis Purissimæ Virginis diem esse Sacrum voluerit, eumque Apostolica autoritate confirmarit, & Christianos ad eundem celebrandū extimulauerit, deficiunt nonne fundamenta, & vltima, ad huic acquiescendū veritatē & eius vltimā roborationē à Deo, serio, expectandam? Ergo, si, qui, à Vestra Beatitudine postularur, assensus, ille est, quę scandalū auferat, quod non auferet, nisi vel cōtrariam olim sententiā, falsam declaret, aut hanc veritatem esse fidei dogma definiat; aut primū, quasi ex debito, postulatur; aut quoad secundū (idest definitionē) in omnibus fidelibus continuā ad Deū specialissima precatio prærequiritur, in te verò (Beatissime Patet) seria Diuinæ illustrationis, & inspirationis exigitur expectatio.

153 Tūm etiam; quia plurima Prouincialia Cōcilia, vt, scilicet, Toletana, Bracharenſia, Arelatenſia Hispalencia, &c. videntur ipso Ecclesię vsu quodāmodo approbata: (ait citatus Bellarminus) si ergo hæc, à quinquaginta, sexaginta vè Episcopis, Prouincialia Concilia, cum Sancti Spiritus inuocatione celebrata, vidētur quodāmodo (ait Cardinalis Bellarminus) ipso Ecclesię vsu approbata; quid de veritate hac nostra dicemus, quæ in tantum est vniuersali Ecclesię Catholicæ vsu recepta, vt ab ipsamet Ecclesia, cum Pastore suo, pro toto terrarū Orbe, continuata fuerit, fuerit approbata?

154 Suadetur secundo: nam pro certa à Catholicis Doctoribus (teste Bellarminio; libr. 2. de verbo Dei non scripto pag. 171. cap. 9.) sequens Regula statuitur: quando vniuersalis Ecclesia aliquid seruat, quod nemo constitūere

potuit, nisi Deus, quod tamen nusquam inuenitur scriptum, necesse est dicere, ab ipso Christo, & Apostolis eius traditum. Nam Ecclesia Catholica non solum non potest errare in credendo, sed nec in operando, ac praesertim in ritu, & cultu Diuino. Quare, Augustinus Epist. 118. testissimè docet, insolentissimæ insanæ esse existimare, non rectè fieri, quod ab vniuersali Ecclesia fit. Sic se habet (Beatissime Pater) hæc vniuersalis Regula, communiter à Doctõribus traddita: ergo, quia, Beatissimæ Deiparæ Conceptionem absque originalis labe peccati extitisse, seruat Ecclesia, vt Sanctam, cultum illi tribuendo, necesse est, dicere, illam vel à Christo, vel ab Apostolis esse tradditam, vel in Sacra pagina sufficienter esse contentam: atqui, hoc asserendo, vt fidei dogma tradditur: ergo, &c.

155 Suadetur tertio, ex quarta, apud Bellarminum supra, pag. 172. in fine, Regula, quàm communem inter Catholicos ipse tradit, in hunc modum: Cum omnes Doctores Ecclesiæ communi consensu docent, aliquid ex Apostolica traditione descendere, siue in Concilio Generali congregato, siue scribentes seorsim in libris, illud, credendum est, Apostolicam esse traditionem. Ex qua Regula sic arguo: idem est, testari, aliquid ex Apostolica traditione descendere, ac ex Sacra pagina originem ducere, vt patet: & hoc, siue testetur vnanimitè in Concilio, siue seorsim in libris testificetur: atqui, non solum Doctores omnes, verum etiam sancti Patres, & Ecclesiæ Doctores (vt supra dictũ est, & amplius infra) veritatem hanc de purissima Deiparæ Conceptione, vel ex Sacris literis, vel ex primordiali Ecclesiæ traditione Canonica (imò, & antiquiori, figuratè; de quo etiam supra) in scriptis suis testantur, descendere: ergo ita credendum est.

156 Nec requiritur, quod omnes penitus Patres, qui scripserunt, hoc expresse dicant. Nam sufficere videtur, (inquit citatus Bellarminus, col. 173.) si aliquot Patres magni momenti de traditione testentur, si ceteri non contradicant eius rei cõscij: ergo sufficet etiam, quod aliqui magni momenti Patres, veritatem hanc, vel ex Sacris literis, vel ex traditione descendere, testentur; dum

ceteri conscij non contradicant: atqui, qui contradicere putabatur, (Doctõr, scilicet, Angelicus) non contradicit, vt ex superius dictis satis aperte constiat: ergo, non temere, dici potest, (& sunt Bellarmij verba, vbi supra) hanc esse omnium sententiam: ergo errare non possunt; cum sequeretur, totam Ecclesiam errare, quæ Doctores suos sequi tenetur, & sequitur. Sic Cardin. Bellarminus; & similiter ego. Si ergo eadem est scriptæ legis, ac consuetudinis, non scriptæ, autoritas; & vtroque iure (Ciuili scilicet, in leg. Diuturna, ff. de legib. Canonico autem, dist. 1. Canon. Consuetudo) idemq; probat commune de Scriptura testimonium, ac de traditione; ecce (Sanctissime Pater) omnium fidelium (praesertim in his Hispaniæ Regnis) hucusque relatum, Beatitudini Vestræ testimonium offero, probans, purissimam Deiparæ Conceptionem ex Sacra pagina, vel ex traditione, vel ex vtroq; descendere.

157 Nec obesse valet, nec debet, (liceat mihi aliquid ex superius dictis in partem repetere) quod huius veritatis expressa cognitio, expressè in Sacris literis, vel in expressa, & omnibus patenti, non continet traditione. Tùm; ob Ecclesiæ Catholicæ dignitatem. Nam, vt olim Iudæi omnibus excelebant Nationibus, quia credita erant illis eloquia Dei; vt dicitur Roman. 3. ita nunc præstat Ecclesia Christi Domini omnibus sectis, quod ipsa sola (quippè, quæ Sponsa Christi est) nouerit omnia mysteria veræ Religionis, & conscia sit secretorum Sponsi, & Matris suæ. Ob quod appellatur, columna, & firmamentum veritatis, 1. ad Thimot. 3. Atqui, si omnia essent scripta, & apertissimè, vt Hæretici dicunt, nullum esset Ecclesiæ priuilegium: Nam nihil minus scirent Hæretici, Pagani, & Iudæi, de mysterijs nostræ fidei, quàm Nos ipsi, Antistitesque Nostri sciunt: neque esset verum, quod, lib. 3. contra Hæreses, cap. 4. ait Ireneus, per hæc verba: Nõ oportet adhuc apud alios querere veritatem, quàm facile est, ab Ecclesia sumere; cum Apostoli, quasi in Depositorium diues, plenissimè in eam contulerint omnia, quæ sunt veritatis; &c. vt refert Doctissimus Pater Suarez lib. 1. de defensione fidei, cap. 9. num. 16. ergo, &c.

Tùm

158 Tum etiam; quia hoc exigit etiã multorum Myſteriorũ dignitas; ac proinde, huius, quod sane tam antiquatum ſilentium requirebat. Non enim decet, quod omnia explicentur in ſcripturis, quæ toti leguntur mundo. Nam, ſi ad videnda tremenda Myſteria Miſſæ (ait Doctiſs. Suarez vbi ſupra) non licet admittere viſos non baptizatos; quomodo licebit eis eadem ſcripta traddere? Vndè, & Dominus ſeorſim diſcipulis interpretabatur parabolas, quas populo loquutus erat. Et Apoſtolus 1. ad Corinth. 2. ait: Sapientiam loquimur inter perfectos. Et paſſim Veteres, cum de Euchariſtiæ Sacramento loquuntur, dicere ſolent: Norunt fideles; norunt initiati. Hæc que rationem attigerunt Dioniſius cap. 1. Eccleſiaſt. Hierarch. Origenes homil. 5. in Numer. Baſilius lib. de Spiritu Sancto, cap. 7. Innocentius Primus in Epist. 1. & eos referens, Doctiſſimus Bellarminus, ſupra, col. 171. in fine cap. 8. Ergo, ſic ſimiliter decuit, vt veritas hæc non ita expreſſe in ſcripturis Sacris apponeretur; ne, ſcilicet, Hæretici, Virginitatem Deiparæ negantes, in ſuo pertinaces errore, cum aliorum etiam detrimento, perſiſterent.

159 Et ſi, quia conſubſtantialitas Patris, & Filij conformis fuit Apoſtolorum prædicationi, ipſorumque traditioni, Eccleſia Mater, vt fidei dogma, recepit, filium eſſe Patri conſubſtantialem, licet expreſſe ſcriptum non præceſſerit; ecce Deiparæ, abſque originali macula, conceptio conformis eſt illi Genef. 2. Hoc nunc os ex oſibus meis eſt; erunt duo in carne vna: cum Apoſtoli declaratione: Ego autem dico, in Chriſto, & Eccleſia; & illi Genef. Inimicitias ponam, &c. ipla conteret caput tuum; & illi Cantic. 4. & macula non eſt in te; cum omnibus alijs, de quibus ſupra; vt ſimiliter, de fide credendum Diuina, a Veſtra Beatitude traddatur. Nonne in prædictis Sacræ paginæ testimonijs, haud a deſt. fundamentum, vt, fidelibus tanto inſtantibus affectu, ipſorum clamores ad Veſtræ Sanctitatis perueniant aures, & cum ſeria diſpoſitione, Sancti Spiritus ſpecialis illuſtratio expectetur, & motio? Hoc aſſermo, non ſolum erga Puriſſimam Virginis Conceptionem deuotione ductus, ſed etiam veritate.

Quod non leuiter, Roman. 5. verſ. 15.

Paulus expreſſit Apoſtolus, ſic dicens: ſed non ſicut delictum, ita & donum; ſi enim vnus delicto multi mortui ſunt (ex hominibus, ait, non ex Angelis, vt patet) multo magis gratia Dei, & donũ, in gratia vnus hominis Ieſu Chriſti, in plures (Homines intelliguntur) abundauit. Sic Apoſtolus. Ergo non omnes, in quos abundauit gratia, mortui ſunt in diluuiõ; atqui, ſi aliquis ex cipiendus eſt, (vt ex Apoſtoli doctrina debet excipi) debet eſſe ipſa Dei Genitrix, de qua, cũ alijs Sacræ paginæ testimonijs, Sponſus Cantic. 4. ait, & macula non eſt in te: ergo, &c.

160 Vndè contra omnes aliãs Apoſtolicæ testimonijs expoſitiones, quæ à literalis ſenſu aberrant, ſtat, & efficaciter poſita iam in ſuperioribus ratio; videlicet, verba Sacræ Scripturæ proprie eſſe intelligenda, vbi nullum ſequitur absurdum. Nec obſtat etiam, quod aliqui dicunt, ſcilicet, ly plures in Græco ſtare etiam pro eodem, quod multi; illi ſcilicet, qui mortui ſunt. Vndè, & Syriaca translatio ſic habet: redundauit in multos: Chriſtoſtomus, & Beda ſic: In multos abundauit: Varabius verò ita: In multos exuberauit. Nõ (inquam) hæc obſtant: etenim, (vt Græcæ Lingua periti docent) ly plures apud Græcos ipſos, & ſumitur aliquãdo abſolute; & aliquando relative cum exceſſu; quod in multis ex contextu apparet; de quo Zelada ſupra, num 156.

Vndè ſic dico: multi Authores tenent hanc ſententiam: plures autem tenent oppoſitam. Quare noſtra Regia Biblia Complutenſis, & cæteræ translationes habent; in plures. Quod cæteri Patres, tam Græci, quam Latini admittunt. Imo, & Vulgaris Interpres, quem, ex Tridentini Oraculo, ſequi tenemur, habet, in plures. Sic ergo debet intelligi, quia ſic ſine abſurdo intelligi poteſt.

161 Quid ergo (vt cum Beato Leone ſerm. de Transfiguratiõ. Domini ſic dicam) quid ergo ſtabilius, quid firmius verbo; in cuius prædicatione Veteris, & Noui Teſtamenti concinit tuba, & cum vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudine antiquarum proteſtationum inſtrumẽta concurrunt? Adſtipulantur enim ſibi inuicem vtriuſque Fæderis paginæ: vt quàm, abſque peccati labe conceptam, præcedentia, ſub myſteriorum velamine, promiſerant ſigna, quamque de veritate

facti Apostolica prædicat authoritas, hanc præfens (Beatissime Pater) Vestri; & reitauratini, quia septimi, Alexandrici Nominis splendor, ab originali etiam peccato immunem fuisse, definitiua declaratorie ostendat sententia. Sed ad propositæ conclusionis intentum rediens.

162 Suadet tandem ex Augustino Epist. 118. sic asserente: illa autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum Orbe seruantur, dantur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima authoritas commendata, atque statuta retineri; sicut, quod Domini Passio, & Resurrectio, & Ascensio in cœlum, & Auentus de cœlo Spiritus Sancti, anniuersaria celebritate celebratur. Hæc Augustinus. Qui ibidem sic habet; alia vero, quæ per loca terrarum, Regionumq; variantur, &c. liberashabent obseruationes. Sic ille.

Ex quibus, sic ego: ergo celebritas, quæ per loca terrarum, Regionumque nõ variatur, necessariam habet obseruationem: ergo si celebritas ista nullibi variatur, necessaria est obseruatio eius: atqui, ex Augustino, illa dantur intelligi, vel ex Apostolis, vel aliunde certò, quæ quidem toto terrarum Orbe obseruantur; si ergo huiusmodi festiuitas toto obseruatur Orbe terrarum, necesse est, vel ex traditione, vel Sacris ex literis ortum deduxerit: atqui cogimur talia, vt infallibilia, admittere, quæ vel ex traditione Canonica, vel Sacris ex literis deducuntur: ergo, quidquid requiritur, adest, vt Beatitudo Vestra fidelium anuat consensui, desiderioque.

163 Nec enim decet Sanctam Ecclesiam cultum rei, non infalibiliter sanctæ, præbere. Nec refert, quòd Patriæ præbeatur cultus, & adoratio Hostiæ, à particulari Sacerdote, pro tali existimato, consecratæ; in qua tamen non est de fide, esse corpus Christi; quia non est de fide, quòd vere sit consecrata. Non (inquam) refert: nam ibi adest recursus ad verum corpus Domini Iesu, sub verò Sacramento Altaris; quòd, de fide est, in Ecclesia Catholica contineri, quòd sufficit, vt, habita, in particulari Hostia, morali certitudine, absolutè adoretur. In nostro autem casu nullus adest similis recursus, vt patet, in quem, vel per

quem talis, Deiparæ Conceptioni Sanctæ ab vniuersali Ecclesia præstitus, cultus reducatur, vel saluetur. Et hæc pro hac etiam conclusione sufficiant dicta.

164 Sed, antequam veritas hæc Scholastico, & si breuiter, ostendatur stylo; placet, in fine, illam hæc etiam ratione probare. Hoc est possibile: ergo ita factum est. Probatum hoc ex Augustino tom. 2. Epist. 3. ad Volusianum, vbi, ex Dei omnipotētia, probat, B. V. MARIAE virginitatem non dehonestari mirabili partu, sic dicens: Hic, si ratio quæritur, non erit mirabile; si exemplum poscitur, non erit singulare: demus, Deum aliquid posse, quòd nos fateamur, inuestigare non posse; in talibus rebus tota ratio facti est omnipotentia facientis. Hæc Augustinus. Vnde Lucæ 1. vers. 37 postquam Gabriel Angelus, factus Virginis Encomastes, plures eius prærogatiuas prædicauit, (& hanc etiam, de quo iam supra, ex Mellifluo Bernardo) causam illorum subdens, ait: quia non erit impossibile apud eum omne verbum. Sic Archangelus Gabriel. Nonne ergo, ob hoc, MARIA gratia plena est? Nonne idèò Benedicta præ omnibus fœminis? Nonne, etiam ob hoc, illibato pudore concepit, peperitque filium, Hominem Deum? Quis negabit? At hoc, quia Deus est omnipotens (ait Angelus; ergo mensura Elogiorum Virginis, Dei dicitur omnipotentia, (ait Valentia tom. 4. in 3. p. disp. 2. q. 1. punct. 2. & , ipsum sequutus Zelada, vbi supra, num. 9.

Vnde congruit MARIAE Canticum, ibi; Magnificat anima mea Dominum; quia fecit mihi magna, qui potens est, &c. Quæ omnia (vt iterum, etiam mysticè; loquar) MARIAE nomini vinculate videntur. Probat illud Lucæ 7. Erat mulier in Ciuitate peccatrix; cur nomen peccatricis fœminæ omisit Euangelista? Responsum præbuit Sanctus Petrus Chrysologus serm. 77. agens de fœminis illis, quæ diluculo surrexerunt ad visendum Sepulchrum Christi; sicque dicens; venit mulier, & redit MARIA; quasi diceret; non est illi credita Mariani nominis gloria, quovsq; oculorum vndis abluens delicta, & patienti Christo compatiens, & rediuiui Saluatoris glorijs perfecta, recuperare meruit MARIAE nomen; nam venit mulier, & redit MARIA.

165 Ergo, ex omnipotentia Dei, in
tan-

tantum abfuit à MARIA originale peccatum, vt, loco fomitis peccati, fomitem habuerit ad virtutem. Probat Damascenus orat. i. de MARIAE Natiuitate, dicens MARIAM, soli Deo operam dantem, cupiditatem autem omnem, ad id solum expetendum, atque amandum intentam. Et statim subdit: Apetitus tuus in hoc situs est, vt Diuinis sermonibus nutriaris, hisque sagineris, Dei cupiditate flagrans. Congruit etiam Hildebertus Epist. 48. sic de MARIA Virgine scribēs: Fateamur, necesse est, eam decessisse Reginam, cui nihil ex lenocinio sexus ad honestatis periculum subrepsit; in ea, præter virtutem, nil virtus inuenit. Sic ille. Quasi diceret: Natura, sui oblita, in MARIA, in gratiam, & virtutis concupiscentiam transformatur; vt sic illi (& propriis) illud Dauidicum Psalm. 83. vers. 3. adaptetur: Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini: cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Non solum cor, idest voluntas, idest Anima, idest ratio, idest, Spiritus; sed etiã caro. Ergo, &c.

Neque aduersus rationem positam num. 154. probantem ex omnipotentia Dei, & ex possibilitate puritatis Marianæ conceptionis, valet sic argui. Possibilis est aliis mundus: ergo aliis est defacto. Nō (inquam) valet. Et enim alterius mundi possibilitas ad nullam, neque ab Authoribus, neque à Sanctis Patribus, neque ab Ecclesia Catholica, actualitatem redacta est. Vnde argumentum de possibilitate ad actualitatem, in tendo Diuinæ omnipotentia, factum aliquod debet supponere, vt tenere possit: Cumque supponatur MARIA, Dei Genitrix; consequenter eius supponitur Conceptio, & non solum à Doctoribus, non solum à Sanctis Patribus, sed ab vniuersali Ecclesia, vt Purissima Conceptio, recepta. Quo supposito, currit (& efficacissimè) argumentum de possibilitate puræ, alienius creaturæ, Conceptionis, & de Omnipotentia Dei, defacto, ad actum reducēte talem possibilem puram Conceptionem, in MARIA Matre sua.

166 Quod, vltius, arguunt tot miracula, reuelationesque ab hoc Hispaniæ Regno, Apostolicæ Sedi iam præsentata, & Vestræ Beatitudini iterum præsentan-

da. Ego pulchrū, & admirandū, non desinam propallare miraculum, & prodigium; quod solum, si, semel examinatum, & ab omni, de facto, dolositate (si forte est, quod non admitto) expurgatum, Vestræ proponeretur Sanctitati, iudico sufficiens ad veritatem istam de fide declarandam. Portentum, in cuius cognitionem nunc deueni, sic se habet.

In oppido de Valdepeñas: en la Mancha: in domo cuiusdam Clerici Præsbyteri, pronomine Salaçar, in magnæ tempestatis nocte, è coelo, vel nubibus, cum grandine reliquo, lapis quidam cecidit, vel saxum, cuius magnitudinem, & formam infra apponam. Per dies aliquor, in loco, vbi talis cecidit lapis, magnus adfuit splendor, testantibus pluribus. Rei nouitate ductus Dominus domus, prædictum inuenit lapidem; & in eo, vtrâque ex parte, quæ sequuntur, formata ex ipsa lapidis materia, verba apponendis etiam caracteribus signata. Ex vna, in prima parte lapidis, sic se habent verba: Aue MARIA, Virgen, y Madre de (ex altera verò parte prosequitur sic) Dios, Concebida sin pecado original.

Sic se habent verba. Hunc lapidem possidet foemina quædam, nomine la Escudera; quæ, in testamento suo, illum lagatum habet mei Ordinis Collegio, prædicto in oppido existenti. Hoc non vidi; sed mihi testati sunt meæ Religionis oculares testes, omnique exceptione maiores; Pater Frater Michael à Matre Dei; Frater Antonius à Sancto Francisco eiusdem Collegij Ministro, anno 1652. & Pater Fr. Michael de Sancto Ioseph, & Pater Fr. Ildephonsus de Sancta Maria, actualiter Minister Collegij prædicti opidi. Omitto moralem huius prodigij significationem, cum res ipsa, secundum se considerata, pro hac sufficiat veritate. Vt tamen de prædicti lapidis mag-

nitudine, forma, literarumque caracteribus consistet; figura, seu forma lapidis vtraque ex parte hæc est.



167 **D**ico ergo (& scholastico stylo) hanc Purissimam Virginem à peccato originis fuisse servatam, quia in ipso primo momento, instanti ve temporis, quo est concepta, fuit vnà cum gratia, & sanctitate; gratia autem simul cum peccato originis esse non potest. Nullum igitur temporis instans intercessit, quo Beatissima Virgo fuerit sine iustitia, gratia, & sanctitate. Et certe Deipara Virgo in instanti suæ Conceptionis primo, perfectum habuit rationis vsum; & in Angelici Præceptoris, Discipulorumque eius, sententia, in eo instanti, quo quis vsum rationis acquirit, ad Deum se convertere tenetur: ergo Deipara Virgo in primo sui esse in gratia fuit, quia in vsti rationis existens ad Deum se convertit, quòd negari non potest; & in primo suæ Conceptionis instanti vsum rationis habuit perfectissimum.

168 Nec obstat, quòd, eo temporis momento, naturalis fuisset Adæ filia, vt ex hoc, originali tunc peccato dicatur infecta. Nam, futura foret proculdubio vnà cum peccato, nisi Dei gratia, & sanctitate, præuenta repleretur.

169 Nec obstat etiam, quòd prius ordine naturæ traxerit ex Adamo naturam; de cuius naturæ conditione, si non erat gratiam habere; consequenter videtur, naturam suscepisse, gratia denu-datam. Dico namque, & fateor, naturam humanam prius ordine generatio-

nis existere, quàm gratiam suscipere, & habere. Vndè, in eo temporis momento, ex vi naturæ, nec habuit gratiam, nec peccatum; siquidem, nec gratia, nec peccatum sunt ex natura; sed solum habuit naturæ dotes, vires, facultates, & conditiones. Non tamen sequitur, quòd tunc fuerit gratia priuata; nam ea ratione, natura humana, suscepta, licet ex se sine gratia sit; priuata tamen gratia non est; quoniam, sicut natura ex se gratiam non habet, ita nec eam ex se habere debet; quare nec ex se illa priuata erat.

170 Nec rursus obstat, quòd tunc esset filia Adæ, proindeque priuata gratia, quàm habere debebat. Etenim ex hoc solum sequitur, fore, ex vi Conceptionis, futurum, vt illa originis contraheret peccatum, nisi per acceptam, & tunc in eo instanti, à Deo datam gratiam servaretur. Nam hic homo, à Deo creatus, ex vi, & conditione, quâ incepit esse in rerum natura, peccatum contrahere non potest; quòd quidem peccatum haud dubie Virgo suscepisset, nisi præueniens gratia obstitisset.

171 Deindè non obstat, quòd omnes in Adam peccauerunt. Dico namque primo, omnes homines peccatum originale contrahere, nisi diuinitus seruentur. Vndè omnes peccauerunt, quia omnes ex eo suscipiunt, & trahunt peccatum; vel saltem ipsa generatione communi contraherent, nisi essent Diuina gratia, & charitate donati. Secundo; quia sicut illud Sapientis: septies in die cadit iustus: communis est ad omnes Regula, & nihilominus fallit in Virgine; sic, & si ly omnes in Adam peccauerunt, Regula sit communis, saluatur eius veritas, quin Virginem defacto comprehendat.

Tertio; (& Iurisperitorum stylo) quia, Regula est (ait Iurisperitorum in leg. i. ff. de Regulis iuris) quæ rem, quæ est, breuiter enarrat; non vt ex Regula ius sumatur, sed ex iure, quòd est, Regula fiat: ergo similiter, ly, omnes in Adam peccauerunt, ex Apostolo Paulo, Regula est, quæ rē, quæ est, breuiter enarrat, non tamen; vt ex illa ius sumatur; sed ex iure pacti Dei, cum Adamo, Regula talis fiat: ergo sicut, quādo Regula in aliquo vitiosa est, perdit officium Regule; (vt ait Sabinus in prædictam leg. i. ff. de Reg. iuris) sic; quia ly, omnes in Adam peccauerunt, cum sit Regula, fallit in Christo,

non habet in omnibus alijs, præter Christum, officium Regulæ infalibilis, sed ex iure pacti, per alia Sacræ Scripturæ loca interpretati, & per Sacros Ecclesiæ Patres, Doctoresque declarati, quoad Virginem officium Regulæ minimè habet, sed illud negatiuè excludit; vel præueniente, in facto ipso Mariæ Conceptionis; gratia; positiuè suspendit, vel priuatiuè.

Quarto; quia, licet Regula ius faciat; hoc in exceptis non est; quia sic genus specie derogaretur; quod esse non debet, sed è contra, species generi. Vbi verò nullà est exceptio, tunc Regula generale ius facit. Cum autem & Apostoli Pauli Regula illa; Omnes in Adam peccauerunt: exceptionem habeat in Christo, ius generale non efficit; ac proinde exceptionem patitur, vel (vt melius dicam) cum ea compatitur: ergo quia ab vniuersali iam Ecclesia, ab Apostoli Regula, exclusa est Virgo; in ea ius non facit; ergo, &c.

172 Deindè: quia Ecclesiastici 41. vers. 12. sic habetur: & si nati fueritis, in maledictione nascemini. Sic ibi Spiritus Domini: Cùm tamen de fide teneamus B. V. MARIAM, ante natiuitatem, Sanctam fuisse. Et iddem, secundum fidem, de Hieremia credatur: & iddem de Christi Domini Præcurfore receperit Ecclesia Catholica. Ergo sicut hoc Ecclesiastici dictum, de omnibus absolute procedens, exceptionem admittit prædictam, cum sit dictum, de fide credendum, sic similiter illud Apostoli: omnes in Adam peccauerunt; exceptionem Virginis admittere debet.

173 Si autem dicatur, in prædicto Ecclesiastici loco, esse sermonem de conceptione. Obstat primo; illud Iob: cap. 3. vers. 3. Pereat dies, in qua natus sum; & nox, in qua dictum est: conceptus est homo. Secundo contradicit Apostolus Paulus ad Roman. 9. vers. 10. 11. & 12. vbi loquens de Esau, & Iacob, in utero Rebecæ; Matris ipsorum, existentibus, sic habet: cum enim non dum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, &c. tunc dictum est ei: (idest, Rebecæ; Genesis 25. vers. 23. ibi: & dixit Dominus ei: Duæ gentes in utero tuo sunt: & duò populi de ventre tuo separabuntur: & populus populum superabit: & maior seruiet minori) tunc (inquam) antequam,

nati fuissent; dictum est ei: Iacob dilexit, Esau autem odio habuit. Sic Apostolus; quòd & continetur etiam Malach. cap. 1. vers. 2. Ergo illud Ecclesiastici, de omnibus loquens, exceptionem patitur: ergo & Apostoli Regula illa: omnes in Adam peccauerunt: exceptionem Virginis debet admittere.

174 Deindè: quia idem Apostolus ad Ephes. 2. cap. (loquens de illis, qui erant mortui delictis, & peccatis suis, sicque dicens: & vos, cum essetis mortui delictis, & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis, secundum sæculum mundi huius, secundum Principem potestatis aeris, spiritus, (idest diaboli, vt patet ex sequentibus) qui nunc operatur in filios dissidentia) statim, vers. 3. sic habet: in quibus, & nos omnes aliquando conuersati sumus, &c. in quibus verbis loquitur de omnibus in Christum credentibus; ait namque: & nos omnes. Ergo omnes in Christum credentes sic antea in peccatis suis conuersati sunt: atqui de fide est, illud omnes, non comprehendere MARIAM Dei Genitricem. Imò nec comprehendit Ieremiam, neque Præcurforem Christi, de quibus dici non potest, quòd secundum sæculum huius mundi, & secundum Principem potestatis aeris, spiritus, &c. ambulauerint: ergo exceptionem admittit illud omnes in prædicto Apostoli dicto contentum: ergo, &c.

175 Deindè; quia Apostolus tot peccatorum veluti causam, originemque assignans, sic statim ait; & eramus natura filij iræ, sicut & ceteri. In quibus verbis aperte loquitur de omnibus natis filijs Adam; vt expressit B. Ariæ Montan. translatio, sic legentis; & eramus natura iræ, sicut & ceteri. Ergo (Beatissime Pater) Apostolus de omnibus filijs Adæ natis affirmat, natos fuisse, & esse filios iræ. Ergo nonne B. V. MARIA, iræ filia nata fuit? Nonne sic Ieremias de ventre Matris suæ in lucem prodijt? Nonne & Præcurfor Domini? Contempletur hoc Sanctitas Vestra. Ergo sicut hic de omnibus loquitur Apostolus, & trinam nihilominus exceptionem patitur; quid mirum, quòd, quando dicit; omnes in Adam peccauerunt; vnam pro B. V. MARIA, debeat sustinere exceptionem.

176 Denique; pondero dictionem illam, sicut & ceteri, ita & nos; ait Aposto-

stolus. Nam dictio, sicut, æquiualeat definitioni, prout, vel perinde ac, vel eodem modo, vel secundum, aut iuxta. Ut constat; & non iter apud Barbosam tom. de dictionib: dictione 292. cum multis alijs Doctoribus videri potest: ergo, si Apostolus ait: & eramus nati natura filij iræ, sicut & ceteri, certè, sicut (& præcipue) MARIA Virgo; Ieremias, & Baptista nati fuerunt, non sic natus est Apostolus, nec nos, licet possint esse alij, qui in gratia nati fuerint, quod ignoramus: & è contra, non sic B. V. MARIA, specialissimè, non sic Ieremias, & non sic Christi Domini Præcursor, nati sunt, sicut Apostolus, & alij, specialiter, cum quibus ipse loquebatur, qui secundum sæculum huius mundi, & secundum Principem potestatis aeris, spiritus, ambularunt: ergo si in præsentì Apostoli dicto, quod omnes filios Adæ comprehendere apparet, debent, de fide, excipi, principalis Dei Genitrix, Hieremias, & Domini Præcursor, iuxta Catholicæ Ecclesiæ assensum, non erit nouum, quando Apostolus ait; omnes in Adam peccauerunt; B. V. MARIAM ab originalis contractione excludere, per priuilegium, & gratiam, illi per Christum datam; imò ita ex debito affirmandum est. Ergo, &c.

177 Nec tandem obstat, quòd B. Virgo per Christum fuerit redempta. Nam reuera redemptione indiguit, eo quòd contractura erat hoc peccatum. Vnde liberaliter redempta fuit eximio Christi Domini beneficio, quia fuit singulari Dei gratia, & charitate exornata, antequam originale contraheret peccatum. Copiosior namque est redemptio, & liberatio alicuius à carcere, ne in illum, quem ingrederetur, detrudatur, ac est, post ingressum, extractio. Et hæc pro Theologica assertione summam dicta sufficiant.

178 Ex omnibus autem hucusque dictis infero primo, veritatem istam esse proximè definibilem; hoc est, esse in vltima dispositione eorum, quæ extrinsece requiruntur, vt definitionis quasi formam accipiat.

Sed dices: quomodo veritas hæc est in procinctu, vltimæque ad definitionem dispositione, si, positis omnibus, quæ pro se habet, adhuc in infalibilem Diuina fide lucem non prodijt? Nam vltima alicuius formæ dispositio, siue in natu-

libus, siue supernaturalibus, agentibus, ita eum forma, cuius vltima est dispositio, conceditur, vt, illa posita dispositione, statim forma ipsa resultet. Ergo, &c.

Replicam hæc in maximo suscepi cum gaudio; quia, quò magis veritas quæritur, eo magis elucet. Ergo, ad illam penitus euertendam, sic inquirò: quid est, quòd, pro vltima ad definitionem dispositione exigitur? (Et omitto pro nunc probationes omnes, Sacris ex literis deductas.) Ergo si pro vltima dispositione postulatur, quòd cultus, Marianæ Conceptioni præstitus, à Summo Ecclesiæ Pastore descendat, non verò à fidelium deuotione vnanimi. Rogo sic: nonne ad Canonizationem illius Sanctissimi Pauli, primi Eremitæ cultoris, veneratio, & cultus à Summo Ecclesiæ Capite ortum habuit? A solo Diuo Antonio Abbate, de D. Paulo testante, deuotio, cultus, & Canonizatio ortum habuit: quòd & de plurimis alijs sanctis fatendum est.

Deindè: si vltima dispositio est, quòd Summus Ecclesiæ Pontifex declaret, cultum, Marianæ Conceptioni præstitum, esse præstandum Conceptioni tali, prout animatio est corporis B. V. MARIÆ. Primo, hoc ex dictis de præsertione ipsius Virginis à peccato originali, contenta in eius officio, à Sede Apostolica descendente, iam constat.

Secundo: posita Pontificia, vt Pontificia, declaratione, testante, cultum tali Conceptioni præstitum, esse debitum animationi corporis Virginis; pro primo instanti: sic tunc rogo: quid illi tunc deesse, vt, de fide, sancta talis conceptio haberetur? Nonne hoc implicita foret talis conceptionis sanctæ definitio? Quid namque interest inter hoc, quòd Summum Ecclesiæ caput, vt caput est, decernat, esse de fide, Marianam modo dicto cõceptionem fuisse ab originali omnino exemptam, ac quòd decernat, tali conceptioni, modo dicto sanctæ, cultum, venerationemque deberi? Atqui primum explicita foret definitio; ergo secundum, sane implicita eiusdem veritatis esset definitio.

Tunc sic: sed quidquid pro dispositione requiritur ad hoc secundum declaratorie decernendum, præsens est: ergo & ad primum. Rogamus ergo, vt Beatitudo Vestra declaratorie decernat, cultum, à fidelibus, & à tota iam Ecclesia

Marianæ Conceptioni præstitum, cultum esse, venerationemque ex debito correspondentem Conceptioni tali, prout animatio prima est virginæ corporis.

Ergo, quidquid quoad extrinsecam dispositionem requiritur, vt hoc Beatitudo Vestra definiat, præsens est. Quia tamen hoc extrinseca dispositio est, ideo talis est natura, & conditionis, vt non inferat necessario formam, vel quasi formam, cuius dispositio est. Per quod euidenter patet ad replicam. Aliud namque est, loqui de vltima dispositione extrinseca; aliud de vltima, & intrinseca dispositione. Illa prima non infert necessario formam, vel quasi formam: bene tamen secunda.

Quod si intrinseca circa hanc veritatem dispositio exigatur. Reor, hanc fore Spiritus Sancti illustrationem, & motionem internam, quam, in te (Beatissime Pater) descendere exoptamus. Nam si forma, vel quasi forma est, quod Vestra Beatitudo decernendo proferat, Marianam Conceptionem, prout primo virginæ corporis est animatio, absque originali omnino fuisse; quis dubitabit, vltimam ad hoc dispositionem intrinsecam stare debere ex parte Beatitudinis Vestræ, tanquam ex parte Prophetici agentis? Atqui ex parte Beatitudinis Vestræ, vt Prophetæ, Propheticique agentis, vltima dispositio est illustratio, & motio Sancti Spiritus, qua, semel adæquate posita, necessario forma, vel quasi forma (hoc est, vel huius veritatis per scripturam manifestatio, testificatioque; vel eiusdem Diuina fide infalibilis veritatis loquutio) pululabit: ergo hæc Spiritus Sancti illustratio, atque motio, vltima est dispositio.

Prius namque est, quod illustretur Prophetæ, & assentiat; & prius etiam, quod ad prophelandum moueatur, quâ, quod prophetica veritas proferatur, & nobis de fide constet. Quare enim loquitur Prophetæ? Quia credidit: ait Regius Pfaltes, cum intonuit. Credidi, propter quod loquutus sum. Sed quare credidit, nisi quia diuinitus fuit de veritate illustratus? Et quare in prophetica loquutionem erupit, nisi quia Diuini gratia Spiritus motus fuit? Ergo pro intrinseca Prophetici agentis dispositione, stat primo Diuina illustratio, qua credat; & di-

uina Sancti Spiritus motio, quâ in infalibilis veritatis loquutionem erumpat. Nihil ergo valet supra posita replica.

179 Infero secundo, opinionem antiquam non fore definitionis capacem. Quia, quando propositiones sunt contrariæ, vel contradictoriæ, verum esse debet, vnam esse falsam, proindeque indefinibilem. Nam hic non intendo probabile solum, circa definibilitatem, inuestigare iudicium, sed certum sane. Cumque definibilitas, vel definitio sit indiuisibilis, euidenter est, vnam solam propositionem, ex duabus contrarijs, posse definibilem esse. Ergo, stantibus supra apposis, rationibus, circa veritatem de Purissima B. V. MARIÆ Conceptione, certum est, hanc esse definibilem; ac proinde nequit esse probabile, oppositum definibile esse.

Quod autem certum sit hoc, quod intendo, illud firmat (præter iam dicta) adeo continuum tempus in festi illius celebratione. Etenim, ita durare in cordibus Fidelium huius affectum veritatis, quam (& maximo, his temporibus, eum excessu) tot Octauis, sermonibus tot, tot indulgentijs, tamque solemniter, pro illa defendenda voluntario astricti voto, & iuramento, fideles celebrant, & pro qua vitam ponerent, mortemque laudabiliter subirent, & non esse verum, durissimum est, temerarium est, absurdum est, falsum est, & à secretis Dei iudicij relegendum.

Quod denique complementum accipit roboris ex recenti Vestræ Beatitudinis decreto; de quo, per Epistolam Excellentiss. D. Ducis de Terra Noua in ipsa Romana Curia existentis, iam in hac Matritensi Curia constat; statque (vt à fidedignis accepi) in hoc, quod cum Sanctitas Vestra nullum reperit, à prædecessoribus Summis Pontificibus factum, decretum, quod decerneret celebritatem Deiparæ Conceptionis, esse celebritatem Conceptionis Immaculatæ Virginis MARIÆ, non vero celebritatem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis, determinat nunc Beatitudo Vestra, decernit, statuitque, celebritatem Conceptionis Deiparæ, vsque modo à Catholica factam Ecclesia, supra Marianam cadere Conceptionem, & non supra ipsam Deiparam; vt sensus sit iste: scilicet: quod nunc celebratur, & vsque

modo celebratum fuit ab Ecclesia, circa Dei Genitricis Conceptionem, est, Immaculata Conceptio B. V. MARIÆ. Sic à hædignis accepi; sicque iam in hac Matritensi Curia diuulgatum est, & maxima cum hilaritate receptum. Ergo oppositum huius definibile non est: ergo veritas hæc in prociuctu, proximaque est dispositione extrinseca, vt, adueniente intrinseca, scilicet, Sancti Spiritus illustratione, innotioneq; quam omnesiam desideramus Catholici, & anxie postulamus, istet fidei dogmata numeretur.

180 Infero secundo, non esse necessariam (vt iam supra dixi, probauique) Concilij Congregationem; imò nec specialem de hac re reuelationem, apud Vestram Beatitudinem faciendam. Etenim, in casu hoc, nulli agnoscuntur contrarij, cum inter meliores huius veritatis testes, & defensores, Illustrissimæ, Sanctissimi Patriarchæ Dominici, familiæ filij omnes, ex affectu Mariani honoris semper, & modo, in effectu, optimum obtineant locum, vt ex dictis pater.

181 Infero tandem, solius Vestræ Sanctitatis esse iam de Virgine loqui. Nam ista Diuina est Iudith, quæ rectius dicere valet; quod cap. 8. vers. 13. asseruit: Vos autem nolo, vt scrutemini actum meum: ergo sola Vestra Beatitudo, inspirante interna illustratione Diuina, potest de hac Virgine digne loqui, & quod omnes ex optantius fideles Catholici, proferre. Nam, vt ex Adam, Euam (hoc est MARIAM ex Christi gratia puram) deduceret Deus, soporem (idest Beatam visionem, dicunt quidam) inmisit in eum. Quare Dionisius Richelius lib. 2. cap. 8. de præconio, & dignitate Virginis (testibus, Canisio lib. 13. cap. 3. & Zelada vbi supra, num. 44.) sic habet: Eo quod MARIAM veri, omnipotentisque Dei Mater vera facta sit, tantam gratiæ plenitudinem continere, quantam ne ipsa quidem Virgo, nisi Dei contempletur essentiam, percipere possit.

182 Deinde quia Euang. Ioannes de Marianâ acturus erat, in Apocalypsi, gloria, & cum MARIAM (sicut filius, iuxta Domini verbum; Mulier, ecce filius tuus) erat conuersaturus; ideo in Thaboris beatas assumitur glorias, iuxta Diuum Ambrosium, super illud Lucæ 9. vers. 28. Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & c. sic asserentem: Petrus ascen-

dit, quia clanes Regni cœlorum accepit Iacobus, qui primus solius Sacerdotale cœd ascendit: Ioannes, cui committitur Mater. Ergo soli Beatitudini Vestræ, cui in omnibus, ad fidem conducentibus, illustratio vincularur Diuina, hanc super excellentem Deiparæ Virginis excellentiam, prærogatiuamque, competit declarare. Quæ enim dicta sunt, dispositiuè se habent, & omnia Vestræ Sanctitati, vt fidelissimus, & filius, & seruus, submitto, instanter postulans, vt, veritatem istam, vel Sacra ex pagina, vel Diuina, Apostolicaque, ex traditione descendisse, decernat.

Nam, sunt & alia multa, (ait Euang. Ioannes in fine Euangelij sui) quæ fecit Iesus, quæ si scriberentur per singula, nec ipsum, arbitror, mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. Sic ille. Cumque Apostolus Paulus Act. 2. allegans Christi Iesu dictum, sic dicat: Oportet, meminisse verbi Domini Iesu; quoniam ipse dixit; Beatius est magis, dare, quam accipere: quod tamen alibi scriptum non legebatur: sic similiter, iterum iudico, inter multa alia, tunc ommissa, hanc expressissime, constantem fuisse veritatem, in hac, per te (Beatissime Pater) felici temporis ætate, declaratoria definitione, ad expressionem antiquam, restaurandam, reducendam, voluendamque. Cui, & omnibus nobis (cum omnino, dico, grege suo) firmiter creditum est, adaptandum esse prædicte, illud Ecclesiastici 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

183 Non enim dubito, Purissimam hanc Virginem, Patronam, & quidem in finem, adiscere; siquidem ipsa tantum Doctorum, Scriptorumque gloriæ suæ lucubrationibus deferat, vt super caput imponat. Et in capite eius corona stellarum duodecim; ait Ioannes Apocalypsis cap. 2. Ecce iacet Ecclesia, quam Luna repræsentat, sub pedibus: Stellæ, qui Doctores sunt, verticem occupant. Sed vnde scierit, astris cingi frontem, Euangelista; cum fateatur sole amictam esse mulierem? Neque enim coram Phæbocydera apparent, dignoscuntur vè? Sed dico; id consequi non tantum Doctos, & Eruditos, sed & quoscumque Marianis laudibus incumbentes, eiusque puritatem, vel voce, vel scriptis defendentes.

Item;

Item; si ad eam eruditi accedunt, ip-
 forum geminatur splendor; tantumque
 fulget, quantum nec Apollo, cum arden-
 tissimus est, valeat obscurare. Certè glo-
 riosa cōspiceretur MARIA absque Scrip-
 toribus. Sed existimo certum; Scripto-
 rum sine ea, diminutam fore claritatem;
 si forte claritas, & non magis caligo, hor-
 rorque nuncupari deberet. Venuste Mel-
 lissus Bernardus ad nominata Apoca-
 lypsis verba; serm. 2. de Natiuitate Vir-
 ginis: Dignum (inquit) plane stellis co-
 ronari caput; quod & ipsis longe clarius
 micans, ornet eas potius, quàm ornetur
 ab eis. Hæc Bernardus. Si ergo illa stella-
 rum corona, de Marianis laudibus Scrip-
 tores, deffensoresque significans, sum-
 mitatem gloriæ repræsēntat; certè qui il-
 lam elucidant, vitam æternam habe-
 bunt.

His ergo sic habitis pro omnibus etiam;
 & singulis meæ Religionis filiis. Dico
 (& vtor verbis Petri Cluniacensis Epist.
 10. ad Nicolaum, in Bibliotheca Magna
 tom. 12.) Dico, Afero, iuro, Beatissi-
 mam Virginem Nostram, in æterna præ-
 destinatione, singulari priuilegio muni-
 tam: nec in sua Conceptione in aliquo
 violaram.

BEATITVDINI Vestre.

Hæc, pro suæ Religionis filiis omni-
 bus, & Fratribus. Dicit Sacrat, Con-
 fecratque. Minimus Sanctitatis Vestræ
 feruus, simulque filius.

Frater Ludovicus de Conceptione.



Faint, illegible text at the top left of the page.

Faint, illegible text at the top right of the page.

THE UNIVERSITY OF

Faint, illegible text in the middle left section.

Faint, illegible text in the middle left section.





TRACTATUS
 PRIMVS
 SEQUUNTUR, QVIBVS
 RESPONDI, DE MATRIMONIj MATERIA,
 NON VVLGARES CASVS.

PRIMVS CASVS.

DVO Matrimonium cō-
 traxerunt, ante cuius
 cōsummationem, de
 communi cōsensu in-
 gressi fuerant Religio-
 nem, simulque solem-
 nem emisserunt pro-
 fessionem: postea se carnaliter agnoue-
 runt; ex eoque sacrilego concubitu in-
 fans prodijt; qui, licet communiter exi-
 stimaretur legitimus, conscius tamen
 erat suorum parentum qualitatis.

Quæritur; an possit ad ordines promo-
 ueri, quum occultum manifestet defectū?

2 Difficilis sanè præsentis est reso-
 lutio casus, si iuxta interrogantis præ-
 standam est desiderium: optat enim ad or-
 dines posse promoueri, parentum suo-
 rum tacita qualitate; in quo sanè dif-
 ficilè est opus, valdeque difficilis labor.
 Quæ de causa optarè potius aliorum ex-
 pectare responsum, quam propriam hæc
 in te proferre sententiam; quia tamen ex
 mandato præstanda est solutio, sit, & iux-
 ta interrogantis sit desiderium (nam obe-
 dientia illuminat) affirmatiua cōclusio.

CASVS RESOLVTIO.

3 **S**ALVA cōmuni pace DD. Dico, pos-
 se præfatum, nulla de suorum quæ-
 litate parentum mentione facta, ad or-
 dines promoueri. Et pro nunc omitto
 sententiam aliquorum, qui dicunt, ille-
 gitimum occultum non esse irregularè;
 quam sententiam refert Doctissimus Sā,
*verbo irregularitas ex corporis vitio, seu de-
 fectu, num. in 2. ordine 1. ibi: Illegitimum
 occultum esse irregularem negant quidam.*
 Hanc (inquam) omitto sententiā, iuxta
 quam poterat præfatus, de quo in infor-
 mi, ad ordines ascendere.

4 Ducor igitur ex Ang. præceptoris
 sententia, in 4. dist. 27. q. 1. ar. 3. *quæstio. 3
 ad primum*, & ibi Palud. q. 3. *art. 2. concl.
 2. num. 11.* & Pallacios *eadem dist. disp. 2.
 fol. 576. col. 2. 5. est autem*, quam nouissi-
 mè requiritur Cornejo *disp. 6. de matr. dub.
 2. vers. Quæres 3. pagin. 943.* & Biescas in
 Apologia pro doctrina D. Thom. q. 11.
art. 4. dub. 5. propos. 10. pag. 322. & quam
 præ-

probabilem dicunt Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 20. n. 2. in fine*; Ledefma *2. p. ar. 4. q. 63. ar. 3.* Henriquez *lib. 11. cap. 8. n. 6.* Machado *lib. 3. p. 1. tract. 10. documento 2. n. 4.* Et, eos referens, Noſter Leander *p. 2. tract. 9. pagin. 330. q. 10.* Sic etiam illam probablem dicunt Gutier. *tract. de matrim. cap. 45. num. 9. ibi: Quamvis contraria, fit etiam probabilis.* Et alij, quos pro nunc omitto. Aſſerunt ergo ſententia hæc, nõ diſſolui vinculum matrimonij rati, & nõ conſummati, quando vterque conſax de comuni conſenſu proſtitetur, ſed validum perſiſtere tale matrimonium. Quã poſita ſententia, probanda poſtea. Sic argumentor.

5 Probabiliter tenet ſententia, prolem ex valido matrimonio, quantumvis illicitè habitam, verè eſſe legitimam; vt poſt alios docet Sanchez *de matr. lib. 9. de debito coniugali, diſp. 38. num. 4. 5. & 6.* Quem ex recentioribus ſequuntur alij; ſed matrimonium, de quo in informi, iuxta Angelici Doctõris ſententiam, non fuit per profeſſionem, abv troque coniuge, comuni conſenſu factam, diſſolutum: ergo legitima fuit proles; proindeque præfatus, de quo in informi, vt legitimus filius erit habendus.

6 Conſequentiam hanc tenetur, meo videri, probabiliter admittere Sanchez; cum probablem dicat (& ex debito) ſententia Doct. Angelici, de qua ſupra. Vnde ſui ipſius oblitus fuit tantus Doctõr; quatenus *lib. 9. vbi ſupra*, certiffimum apud omnes exiſtimat, ſpuriam eſſe ſobolem, habitam ex vtroque cõinge profeſſo, ante matrimonij conſummationẽ. Nam ſi ratio, quã doctiffimus ducitur Sanchez ad hoc aſſerendum, eſt, quia matrimonium ſit omnino ſolutũ, & hoc indubitatum apud omnes exiſtimat, ſanè oblitus fuit ſui ipſius, probabiliter exiſtimantis, prædictũ matrimonium amborũ coniugum vnanimi profeſſione non diſſolui: tenetur ergo, quoad prolis legitimationem, poſitam reſolutionem probablem reputare: ergo poterit præfatus, vt legitimus ad ordines promoueri.

7 Confirmatur prædicta ratio: nam non obſtat inualiditas matrimonij, cum validũ probabiliter ſupponatur: non obſtat etiã, quod proles ſit ſacrilega; etenim ſacrilega foret, ſi vterq; ille coniux in ſeculo manens, mutuo caſtıtatis ſeruandæ ſimplici aſtringeretur voto, & nihilomi-

nus proles eſſet legitima, ad ordinesque aſcendere poſſet: ergo nihil obſtat.

8 Dices, obſtare communem ſententiam omnium, aſſerentem, quod, licet legitima ſit prædicta proles in ordine ad ſucceſſionem, & ad dignitates, nõ eſt tamen legitima, vt ad ordines aſcendat. Sed adhuc dico nõ obſtare; nam licet fatear, ſic illos comunite r ſentire, nõ parumq; difficultatis habere poſſitam reſolutionem; quia tamen, dum ratio oppoſitum non conuincerit, ſuſceptam ſemel dedecet recuſare prouinciam; adhuc in præſtita ſolutione perſiſto. Et vſque huc apud Summas ſufficit, & apud Confeſſores. Quia tamen Scholaſticis, & Doctõis neceſſarium eſt (quando res eſt grauiffima) ſatisfacere; vt magis res hæc declaretur.

9 Dices iterum, ſententiam Diu. Thomæ (ſi fortè illam non mutauit, de quò infra) nulla firma ratione fundari. Quod ſic probatur: nam vnus tantum coniugis profeſſio ſolẽnis tale dirimit matrimonium: ergo, & vtriuſque coniugis prædicta profeſſio ſolẽnis illud à fortiõri dirimet. Conſequenti probatur: etenim additio profeſſionis alterius coniugis nihil roboris adimit profeſſioni vnus; cũ potius ſit eiufdem efficacix. eiufdemq; roboris repetitio: ergo, &c. Sic contra me argumentatus fuit doctiffimus P. Mag. Reyes Ordinis de Mercede; prius exiſtimans reſolutionem, à me datam, eſſe hæreticam, vt pote cõtra Tridentini Canonem, de quo infra, poſtea verò illam probablem reputã. Igitur, quia totum prædictæ reſolutionis fundamentum, licet à principio extrinſecõ ſatis probabile, quod ad præſens ſufficeret inſtitutum, in Diu. Thomæ ſententia fundatur; & quia aliàs intendo, quæ ſingularia dixerõ, ſufficienter Scholaſticorum more probare, illam probo in gratiam ipſius præceptõris Angelici, ob debitamque Magiſtro tanto ſeruitutem.

10 Prius tamen ipſius Doctõris Sancti referãv erba, quæ citato ſupra loco, dicta quæſtiõne 3. in principio, ſic ſe habent: *Vltèrius videtur, quod mulier non poſſit nubere alteri viro, ante carnalem copulam Religionem ingreſſo; quia illud, quod cum matrimonio ſtare poſteſt, non ſoluit matrimoniale vinculum: ſed adhuc manet matrimoniale vinculum inter eos, qui pari voto Religionem intrant: ergo ex hoc, quod vnus intrat*

Religionem, alter non absoluitur à vinculo matrimoniali; sed, quandiu manet vinculum matrimoniale ad vnum, non potest nubere alteri: ergo, &c. Sic præceptor Sanctus contra se arguens.

11 Ad quod respondens sic habet: *Ad primum ergo dicendam, quod quando vterque pari voto continentiam vovet, tunc neuter conjugali vinculo abrenuntiat, & ideo adhuc manet: sed quando vnus tantum vovet, tunc, quantum est in se abrenuntiat vinculo conjugali, & ideo alter absoluitur à vinculo illo.* Sic Sanctus Magister. Ex cuius verbis satis aperte constat, matrimonium ratum, & non consummatum, non dirimi per professionem vtriusque coniugis, de communi consensu factam; eo quod neuter tunc renuntiet. Sed quia in contrarium adest, primo ferè communis DD. consensus, & itare videtur Tridentini decretum, opus est, vt dixi, extensiori quadam ratione intentum probare, & postea replicæ prædicti Patris Magistri respondere, Tridentino satisfacere, & alijs iuris canonici textibus claram assignare solutionem: Pro quibus omnibus.

12 Suppono primò, non esse contra rationem status Religiosi, vel solemnis professionis, quod cum illa itare possit matrimonij vinculum; vt patet in coniugibus, post consummatum matrimonium de communi consensu profitentibus, vel in vno de consensu alterius profitente, seruatis seruandis, iuxta iuris dispositionem.

13 Suppono secundò, priuilegium concessum coniugibus ad ingrediendum Religionem, & ad profitendum, ante consummatum matrimonium, non esse in illorum, ad inuicem, damnum accipiendum. Itaque qui ante consummatum matrimonium, intra bimestre, ad deliberandum concessum, vel post bimestre, data sufficienti probatione, de non consummatione matrimonij, iuxta dispositionem iuris; qui (inquam) ante matrimonij consummationem, Religionem ingreditur, altero in sæculo manente, vtitur priuilegio, naturali, diuinoque iure illi concessio, & quantum de se est, renuntiat ipsius matrimonij vinculo, vel (vt clarius loquar) renuntiat actioni, & iuri, quod, in sæculo manens, in alterum coniugem, simul manentem, habere poterat. Et hæc renuntiatio, in prædicto in-

gressu, & professione inclusa, secù assert priuilegium aliud respectu manentis in sæculo coniugis, naturaliqui iure illi debitum, scilicet, vt pro libito, de se ipso in quocumq; statu disponere valeat; vt sic verum semper teneat, priuilegiū, ambo- bus concessū, non debere in alicuius danum redundare. Posita ergo hac ex parte vnus coniugis renuntiatione, per professionem cōplenda, & cōsummanda, quia vsque dum sequatur professio, est veluti suspensa, licet nō sit in potestate cōiugis remanentis in sæculo, de se ipso disponere in statu alterius matrimonij, est tamē in eius potestate ingredi, sicut antea, Religionem, & solēniter profiteri, vt patet. Itaq; renuntiatio vnus essentialiter respicit indifferentiā in alio, in quam confert similiter ius ad vtrumq; statum, scilicet, Religionis, vel matrimonij alteri cōtra- hendi, vel deniq; ad permanendū in celi- bata vita, quam quidā statum appellant. Et nullo alio modo potest saluari prædicta renuntiatio, de cuius essentiali ratione est, quod in coniuge altero; respectu cuius sit renuntiatio ipsa, hæc indifferentia, seu libertas remaneat; ita vt, illa indifferentia non data, non detur etiam renuntiatio vinculi. Quibus positis:

14 Probo sic Angelici Doctoris sententiam, quā pro firmissimo prædictæ resolutionis fundamento adduxi. De ratione prædictæ renuntiationis, prout respicientis vinculum matrimonij, est indifferentia in relicto in sæculo coniuge ad quem libet ex prædictis statibus de relicta: ar- qui, dum vterq; Religionem de cōmuni ingreditur consensu, & solemniter profi- teretur, idest, quādo renuntiatio in vtroq; completur cōiuge, iam non datur locus indifferentiæ ad prædictorum statuum quemcumq; in nullo ex contrahentibus: ergo non datur vinculi renuntiatio: ergo saltem, quando vterque in eadē hora simul profitetur, non adest locus renuntia- tioni vinculi. Tūc sic; sed huiusmodi re- nuntiatio vim habet, & valorem à cōiu- gum consensu: ergo, quando vterque coniux simul in Religionis ingressum, & solēnem consentiunt professionem, tunc prædicta renuntiatio non est renuntiatio vinculi: ergo non solum, quando in hora eadem simul profitentur, sed etiā quan- do diuersis temporibus fiunt profes- siones, aliās de communi consensu intentæ, non est renuntiatio vinculi: ergo, &c.

15 Probat^r deinde prædictæ resolutionis fundamentum, explicaturque amplius Doctoris Angelici sententia. Nā in communi illo vtriusq; coniugis consensu reperiri nō potest renuntiatio vinculi matrimonij; ergo solū est renuntiatio sæculi permanente matrimonij vinculo. Probat^r antecedens: nā cōmunis ille cōsensus, ad Religionis statū directè respiciens, tollit in cōiugibus indifferentiā ad aliud cōtrahēdū matrimonium, & ad permanentiū in cælibata vita; alteriusq; matrimonij cōtrahēdi, vtendiq; vsu primi matrimonij; atq; iuxta Angelicum præceptorem, in tantum ille consensus potest esse dissolutio vinculi, in quantum est illius renuntiatio, quæ ex se indifferentiā postulat ad disponendum de se libere: ergo si, quando præstat^r prædictus consensus, secum affert determinationē ad vñ, id est, ad statū Religionis, aliās cū matrimonij vinculo compatibilem, nullo modo potest, ex vi illius, indifferentiam ad ea, quæ illi vinculo sunt opposita, relinquere: ergo, quantum est de se, prædictus mutus vtriusq; cōiugis consensus, talis matrimonij renuntiationē vinculi excludit: ergo tale vinculum non dissolvitur. Patet hæc ultima consequētia: etenim nō dissolvitur ob statum Religionis, quia cum illo cōpatiblem; non ob renuntiationem, quæ absque prædicta indifferentia saluari nequit; non ob mortē vnius, quæ ante professionem non supponitur: ergo nullo ex capite; ergo, &c.

16 Sed dices contra primo. Non sufficit vtriusq; coniugis, vel alterius, sola renuntiatio, vt prædicti matrimonij vinculum dissolvatur: ergo dissolutio eius in Christi Domini privilegium, concedens posse quemcumque coniugem Religionem in gressi, & profiteri, debet refundi: tūc scilicet Christi Domini privilegium melius exequitur vtroq; coniuge proficiente; ergo per vtriusque coniugis professionem dissolvitur tale vinculum; non ergo probanda est prædicta sententia.

17 Respondetur tamen, concessio antecedēti, distinguendo consequēs: ergo dissolutio eius in Christi Domini privilegium, &c. debet refundi: distingo: debet refundi, tanquam in quid approbans, prædictā renuntiationem sufficere ad dissolvendū tale vinculum concedo: rāquam in quid vincum, & per se solum sufficiens ad tale

vinculum dissolvendū; nego consequēs. Itaque Christi Domini privilegium, professione emissa, dat vires renuntiationi præsuppositæ: & non habet locum, nisi quando illa renuntiatio præcedit; cumq; non præcedat, nisi quando vnus tantum coniugum professionem emittit, vt iam vidimus, & iuxta Tridentinū infra dicemus, solū tunc dissolvitur talis matrimonij vinculum. Vnde nec sola renuntiatio sufficit sine professione, nec sola professio sine renuntiatione. Et per hoc patet ad replicam, & ad argumentum P. Mag. Reyes, supra num. 9. contentum.

18 Sed dices secundo: res per easdem, per quas cōstituit^r, causas potest dissolui, aliquo ab extrinseco non obstante: ergo per eadē, per quas constituit^r vinculum matrimonij, rati tantū, causas potest dissolui. ergo sicut per mutuum vtriusq; coniugis cōsentum firmatur matrimonij vinculum, & ab vtroq; cōiuge acceptatur, sic per vtriusque sponsi mutuum disensum, quantum est de se, aliquo ab extrinseco non obstante, potest renuntari tali vinculo, ac perinde dissolui. Sed vtroq; proficiente coniuge adest mutus consensus; ergo, &c.

Confirmatur hoc, & amplius declaratur; consensus vnius sponsi proficentis est expressa, vel implicita vinculi matrimonij renuntiatio, habens effectū ratione solēnis professionis: ergo etiam consensus vtriusque sponsi, solemniter proficentis. Consequens probō; nam vtriusque contrahentis matrimonium consensus firmavit illius matrimonij vinculum, ab vtroq; admissum; ergo, & si solus cōsensus non sufficiat ad illud dissolvendum, at, quantum est de se, erit talis mutus cōsensus, vtroq; coniuge proficiente, sufficiens prædicti vinculi renuntiatio; ergo, &c.

19 Fateor prima facie argumentum hoc maximam habere efficaciam; re tamen vera facilis est ad illud ex prædictis solutio. Concedo ergo primum antecedens, simul cum consequenti primo, & secundo: & quando dicitur; sed quando vterq; simul proficetur adest mutus cōsensus; distingo: adest mutus consensus, renūtians vinculo; nego minorem: adest mutus consensus, renūtians sæculo; concedo minorē; & nego consequentiā. Et ad confirmationē cōcesso antecedēti, negatur suppositū consequentis; etenim supponitur in illo ad esse consensus vtriusque

que coniugis, qui sit vinculi renuntiatio; cū solū sit renuntiatio sæculi. Itaq; (artē das præcor prudens Lector) quando vnus solum profitetur, tunc respectu illius est duplex renuntiatio; vna vinculi; altera sæculi. Ad probationem autem prædicti cōsequētis, concessio similiter antecedēti, negatur etiā similiter iddem in cōsequenti suppositum. Nam vtroque proficiente cōiugē, & si adsit cōsensus vtriusque, non tamen renuntiantis vinculo, sed sæculo. Patet hoc: nam si res per eandem causas, per quas cōstituitur, dissolui potest, aliquo aliqua de causa non obstante, hoc ita debet esse, vt ea omnia conferat in vtrumque contrahentem cōmunis eorum dissensus, quæ abstulerat ab vtroque communis ipsorum in contractum consensus; vt sic, sicut per consensum communem mansit vterque ligatus, ita per communem à contrario dissensum maneat vterque liber: ergo tunc aderit contrarius dissensus, quando vel in vno, vel in ambobus, manserit in differentia illa, quæ per consensum in matrimonij contractū, quantum de se est, ablata fuerit: atqui per consensum vtriusque contrahentis ablatam fuit ab vtroque; ius, & libertas cum alio contrahendi, & (ablato Christi Domini priuilegio) aliter de se ipso disponendi: ergo, vt adsit contrarius dissensus, debet, vel vnus, vel vterque manere in libertate ad contrahendum cū quo voluerit: atqui aufertur huiusmodi indifferentia, vtroque cōiugē se libere ad professionem solemnem determinante, vt in casu per se fit: non ergo adest mutus consensus, qui sit renuntiatio vinculi, firmatantea per mutuum contrahendi consensum, sed solum adest mutus vtriusque cōsensus, qui sit sæculi renuntiatio: ergo &c. per quod patet ad argumentum.

20. Explicatur hoc, ampliusque declaratur. (Et ad hoc (vt dixi) attendas quæso amice Lector) mutus consensus in ordine ad contrahendum matrimoniū essentialiter opponitur mutuo dissensui illud contrahendi: ergo mutus consensus ad mittēdi vinculi matrimonij, aliās, ablato Christi Domini priuilegio, indissolubilis, essentialiter opponitur mutuo dissensui in ordine ad non admittendum tale vinculum, & ad illud, iam positum, dissoluendum: ergo ea, quæ ex natura consensus, firmantis matrimonium, auferuntur, apponi debent ex natura dissensus, re-

legantis vinculum, vel illud, quantum de se est, dissolueris. Tunc sic, sed ex natura consensus, firmantis vinculum matrimonij rati, essentialiter oritur exclusio libertatis in vtroque coniuge ad contrahendum cum alio: ergo ex natura communis dissensus, essentialiter oppositi consensui, oriri debet, quantum de se est, libertas ad contrahendum cum alio, in quocumque coniuge: atqui ex natura cōsensus vtriusque coniugis, in ordine ad professionem solemnē emittēdam, excluditur essentialiter libertas ad aliud matrimoniū in eundem, & ex alia parte solemnis professio, quantum de se est, compatitur cum matrimonij vinculo; vt patet in his, qui matrimonio consummato Religionem ingrediuntur, & solemniter profitentur: ergo talis mutus consensus professionem solemniter emittendi nō est renuntiatio vinculi prioris matrimonij. Patet hæc cōsequētia. Nā in ea ratione cōsensus mutuus contrahendi est contrarius consensui mutuo dissoluedi contractū, in quo primus est admissio vinculi cum alio incompatible, & secundus est reiectio vinculi cum libertate ad aliud in eundem. (Contrariorum namque eadem est ratio:) atqui consensus mutuus professionem solemniter emittendi, libertatem non tribuit matrimonium aliud in eundem: ergo nequit esset prioris renuntiatio vinculi, nec dissolutio.

21. Veniamus iam ad Tridentinū sess. 24. de matr. Can. 6. vbi sic habet: *Si quis dixerit, matrimonium ratū, nō consummatū, per solemnem Religionis professionem alterius coniugis non dirimi, Anathema sit.* Sic Tridentinum, quod antea definitum fuit ab Eusebio Papa, & habetur, *cap. de responsa, tam 27. q. 2.* & à Diu. Gregorio Papa, habeturque in *cap. decreta legalia 27. q. 2.* & à Ioanne XXII. & habetur in eius extragante, *Antiqua de voto;* & ab Alexandro III. *cap. 2. & cap. ex publico de convers. conjugat.* & ab Innocentio III. *cap. ex parte tua, eodē titulo.* Qui omnes antiqui textus, & si dicebant, prædictū matrimoniū, ratum scilicet tantum, dirimi per ingressum Religionis, intelligebantur tamen de ingressu cum effectu, hoc est, professione sequuntur; vt notat Doctif. Sanchez supra *disp. 18. num. 3.* ergo iuxta prædicta iura, & nouum Tridentini, professio solēnis dirimit matrimoniū, solum ratum.

22. Sed ad hæc omnia iura facilis est

solatio, cum expressè loquantur, quando alter sponsus Religionem profiteatur, quia tunc (vt supra vidimus) est propriè vinculi talis matrimonij renūtiatio, relinquens in vno coniuge indifferentiā, vel ad cęlibatam vitam agendam, vel ad aliud in eundē matrimonij contractum, vel ad Sacros Ordines ascendendū; quarum reram duę priores de se incompatibiles sūt cū vinculo primi matrimonij; ergo non obstat Tridentinum Conciliū. Vndè miror, quomodo Authores oppositę sententię, nullis perpensis rationibus, Maiores suos, ad instar auium, pecudumque more, sequantur; cum ex vna parte aperta sit textuum, in contrariam adductorum solutio, & ex alia expressa sit Angelici præceptoris sententiā, semper sustinenda, dum nullum in contrarium fuerit Ecclesię Matris decretum, illiusque recepta consuetudo; præsertim que, quando in non contemnendis fundatur rationibus, & que, obstinacia dempta, difficilimè solui possunt.

23. Sed dices tandem: vno coniuge prius, id est, per horam, diem, vel dies aliquos, proficiente, datur verè professio vnus coniugis: atqui de fide est, per professionem solemnem alterius coniugis dirimi matrimonium ratum non consummatum: ergo cum moraliter loquendo sit impossibile, quod vterque coniux eadem hora, eodemque momento profiteatur, nullatenus verum tenebit prædicta resolutio, licet in Angelici Doctoris sententiā fundetur.

24. Ad hoc, quod secundum gratissimos Doctores maximam iudicatum fuit habere efficaciam, & si postea sequentem, à me datam, solutionem admitterint, respondeo distinguendo maiorem, vt verā sit de professione vnus coniugis, iuxta mutuum consensum de professione amborum; falsa verò de professione alterius coniugis absq; mutuo amborum consensu. Itaque fateor, esse moraliter impossibile, quod vterque coniux eodem tempore professionem emitat; hoc tamen non tollit, quo minus vera sit posita resolutio, in sententiā Angelici Doctoris, tenenda semper, fundata. Nam licet, posita prius professione alterius coniugis, videatur proficiente, quantum de se est, renuntiare vinculo matrimonij rati, cum in non dum proficiente maneat libertas ad non profitendum, &

consequenter ad nubendum alteri. Hoc tamen solum apparenter se habet.

25. Hoc sic declaro. (Et est verissima, & manifesta ad omnia supra posita argumenta solutio, explicatioque doctrinæ Diu. Thomæ.) Nam professio coniugis prius proficientis est consummatio propositi voluntatis, & consensus antecedentis: atqui antecedens consensus, vt pote ambobus coniugibus communis, fuit consensus, propositum, seu voluntas renuntiandi sæculo, non vinculo matrimonij: ergo consummatio eius, quæ in professione consistit, sic debet iudicari. Et licet alter coniux, non dum proficē, liber maneat ad non profitendum, (quid quid sit de culpabili, vel non, mutabilitate, si profiteri non velit) non per hoc dissolutum manet statim talis matrimonij vinculum; licet ex tunc maneat proficiens ad Religiosum statum, indispensabiliter pro libito, alligatus. Optimè namque comparitur manere proficentem, quantum de se est, sic ligatum, & dissolutionem vinculi matrimonij manere suspensam, vsque dum, qui non dum professus est, coniux vel profiteatur, vel ad sæculum redeat. Huius veritatis ratio ex duplici professionis talis effectu clare apparet. Etenim prædicta professio duplicem (vt dixi) habet effectum; vnum necessarium respectu ipsius coniugis prius proficientis, consistētē in hoc, quod maneat ad castitatē, paupertatē, & obedientiam, in statu Religioso astrictus; & alterum habet effectum liberum, seu gratiosum respectu coniugis non dum proficientis; quem effectum sic declaro. Professio solemnis ex Christi Domini privilegio habet dissoluere matrimonium ratum tantum, in fauorem coniugis manentis in sæculo, vt possit, si velit, alteri nubere, ne absque culpa sua cogatur cęlibate viuere, dum viuunt coniux proficiens; quod mihi manifestum est: atqui privilegio vtimur quando volumus; ergo dum coniux, non dum professus, tali non renuntiat privilegio, nec illud amplectitur, suspensa remanebit vinculi dissolutio: ergo si eligat non nubere, & simul profiteri, profecto impediet dissolutionem vinculi prædicti matrimonij; nā ad hoc, vt possit nubere, vel alium assumere statum, si profiteri non velit, concessum est in fauorem ipsius, quod professio solemnis ratum dirimat matrimonium;

num : atqui ille elegit etiam profiteri, quod fecit statim : ergo non acceptavit privilegium; ergo nec renuntiavit vinculo matrimonij, quod per se loquendo cum statu Religioso compatitur, siquidem ad hoc tendit renuntiatio vinculi, ut vinculum aliud posset acquirere, vel alium eligere statum.

26 Nec mirum est, quod voluntarius, seu graciosus effectus suspendatur, & suspensus maneat pro privilegiati libito, & voluntate, pro toto tempore, quo privilegium durat. Sit exemplum in promissione simplici, & acceptata; cuius effectus impletio in acceptante est libera, & pro libito potest suspendi, in promittente autem necessaria est, ut patet. Et licet promissio per illum, cui facta fuit, in totum possit dissolvi, non autem professio solemnis, hoc provenit ex eo, quod promissionis valor totus in illum, cui promittitur, refundatur; valor vero professionis non pender ab altero coniuge non dum proficiente. Exemplumque non tenet in omnibus. Deinde vora Biennio facta in per illustri Societate Iesu, necessarium præstât effectum in proficiente quoad subiectionem, & perseverantiam in ipsa Societate, & voluntariis dant etiam effectum (ut sic loquar) ipsi Societati; ut si professus Biennio delinquat, possit libere illum à sua subiectione, & favore excludere. Unde ad replicam; maior propositio modo dicto distinguenda est; minor cõcedenda tanquã de fide; & consequentia ex dictis declaranda; & sic verum tenet posita resolutio.

27 Quam, dum Salmanticæ præbuerim, plures hæreticam iudicarunt; eo quod fundamentum illius non apposui primo; postea tamen eo inspecto, omnes prædicti illam firmarunt, nihil aliud cõtra illam obstaculi agnoscentes. Sed quia adhuc superest difficultas vincenda; ut plenius, omnique ex parte veritas appareat, placet adducere, quæ ex iure alio contra illam opponi possunt.

28 Aduerſatur ergo posita resolutio ni text. in cap. *litteras de filiis Præsbyterorum*; per quem ob parentum incontinentiam irregularis remanet filius, proindeque ordines suscipere impeditus.

29 Respondeo tamẽ prædictum caput præsentem casum minimè comprehendere. Ducor primo; nam loquitur de filiis illegitimis, seu de filiis præbytero-

rum nullo supposito valido matrimonio, ut patet. Secundò, quia poenã non sunt extendendẽ ultra casus iure expressos, etiam si eadem ratio videatur; cumque prædictum cap. de professis non loquatur, licet eadem ad sit ratio, sacrilega scilicet fornicatio, non erit ad illos extendendum, dum alia ex parte legitimum, validumque matrimoniũ supponatur. Nec obstat quod Thomas Sanchez dicat, rationem in dicto cap. *litteras*, nostro in casu fortius militate. Nam licet probabilis sit, apud ipsum etiam Sanchez, sententia Gutierrez, & aliorum, affirmans Clericos in Sacris, si castitatem expressè non voverunt, ex solo Ecclesiæ præcepto ad illam seruandã astringi; oppositũ tamen est cõmune. Quo posito, cum vterque ex voto ad castitatem seruandam obligetur, æqualis erit in vtroque obligatio, ex rationis æqualitate descendens; quæ licet in sacris initiato per ordinem ad susceptum filium ita puniatur, non erit ad eandem in specie professorum parentum incontinentiam extendenda puniitio.

30 Quod a simili sic probò ex doctrina Henriquez *lib. 2. cap. 2. §. 1. & lib. 14. cap. 6. §. 1.* Bonaciniæ *de censuris disp. 7. q. 3. puncto 6. num. 1.* Petri Corneio *in 3. p. Diu. Thom. tractat. 5. de irregular. disp. 7. dub. 2. q. 1.* Sayri, & aliorum, quos tacitis nominibus refert, sequiturque Diana *p. 4. tract. 2. de irregular. resol. 77.* Qui, asserentes, laicum celebrantem Missam, vel Sacramentaliter absoluentem, non incurere irregularitatem: sic respondent ad caput primum *de Cleric. in ordin. ministrant.* & dicunt, illud cap. esse iuxta titulum, sub quo ponitur, intelligendum, & cum ponatur sub titul. de Clerico non ordinato ministrante, de Clericis, & non de laicis intelligendum esse; quod iddem, proportionem seruata, nostro in casu dicendum est.

31 Tertio, quia nomine Clerici, in odiosis, non venit intelligendus Religiosus, ut post, & ante alios, docet Sã *verb. Clericus, numer. 1.* Textus autem dicto in cap. de Clericis loquitur.

32 Quarto, quia nomine Sacerdotis solus Præsbyter in odiosis venit intelligendus, & cum textus expressè de Sacerdotibus loquatur, & aliàs favorabilis non sit (quo casu aliqui dicunt nomine Sacerdotis intelligi, etiam subdiaconum)

num) sed odiosus, non est, cur ad non Sacerdotes extendatur; præfatus autē professus, non dum (vt mihi constitit) ad Sacerdotium erat promotus.

33 Denique, quia lex, & præsertim, quæ non est fauorabilis, & alias habet effectum, non est extra verborum proprietatem extendenda; atqui in Sacerdotis proprietate non comprehenditur non Sacerdos; imò nec in proprietate Clerici Sacris initiati, comprehenditur probabiliter professus; nullo Sacro Ordine insignitus; qualis erat, de quo in informi, vt etiã interrogauit; lex ergo ad ipsum extendenda non est. Ergo potest præfatus ad ordines promoueri. Has omnes solutiones apposui, non quia omnes absolute objectioni satisfaciunt; sed, vt discamus, ad harum similitudinē, iuris decreta interpretare; de quo latius in tractatu de legibus, & de monitorijs. Qua propter, quatuor ultimis relictis, primæ, quia veræ, ad hæreo.

34 Addo tamen, ad maiorem securitatem, posse præfatum, de quo in casu, dispensari ab Episcopo, vt ad Sacros etiã ordines ascendat; & hoc vigore Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 6. Ducor ex eo*, quod, cum potestas dispensandi sit latè interpretanda, erit etiã latè interpretanda potestas dispensandi in irregularitate, orta ex delicto occulto. Tunc sic, sed hæc illegitimationis irregularitas, licet in homine causet quendam defectū, intrinsece tamē à parentum crimine pēdet: ergo potestas dispensandi in irregularitate, orta ex delicto occulto, & concessa Episcopis iuxta Tridentinum vel, (vt alij, & satis probabiliter, dicunt) cōpetens Episcopis iurē ordinario, & diuino, nec per Tridentinum, nisi ad casus publicos, ablata, excepta irregularitate ex homicidio, & non omnino occulto, proniente, poterit, vt pote latè interpretanda, ad istum etiã casum extendi. Quæ doctrina non sine patronis procedit. Etenim illam expressè defendit *Anila de censuris p. 7. disp. 3. dub. 7.* quam, licet improbet *Suarez tom. 5. de censuris, disput. 50. sect. 5. num. 5.* Illam tamen nominatim approbat *Ægidius Coninch. de Sacramentis, disput. 18. dub. 14. num. 117.* Sic etiã videtur sentire *Diana in 1. editio ne, 2. p. tract. 1. Miscellan. fol. 49. resol. 21.* nã sententiam hæc sic ultimo loco ponit, nec improbat, nec (vt solet) aliorum iu-

dicio relinquit. Hoc autem signum est ipsum eam admittere. Nam doctissimus Sanchez sic de opinionibus, allatis à perdocto Sa, aliquoties iudicat; ergo, &c. Quare in præstita resolutione persisto; salua, &c.

SECUNDVS CASVS.

1 **S**ECUNDVS casus est primo consimilis, & sic se habet. Petrus, v. g. agnouit Mariam, & postea contraxerunt de præsentī, & ante consummationem ingressi fuerunt Religionem de communi consensu. In illa habuit Maria filium Petri conceptum ex copula, ante contractum matrimonium habita; qui filius fuit hæres patris sui de illo, quod naturali filio debebatur. Sed postea existimans se esse legitimum, vsus fuit occulta compensatione, vsurpans à Religione (quæ habebat omnia bona patris tui) id omne, quod legitimo filio debebatur. Indè ob iustas causas Pater, & Mater eius, iam professi, ex Religione egressi sunt, & expulsi.

Inquiritur primò, an filius Petri rurus sit in conscientia; & dato, quod illa bona consumpsisset, teneatur Pater eius Religioni satisfacere.

Quæritur secundò, an aliquis præter Summum Pontificem, possit in casu necessitatis cum his, vt contrahant, dispensare.

CASVS RESOLVTIO.

2 **I**AM ex solutione primi casus constat, matrimonium inter prædictos validum persistere, nec per professionem amborum fuisse dissolutum. Quare, vt sint coniuges, non est opus dispensatione. Solum esse potest difficultas. An aliquis præter Summum Pontificem possit cum prædictis dispensare, quoad tori habitationem, & petitionem debiti. Nã in omnibus alijs rebus solum possunt communem vitam agere, tanquam fratres viuendo. Et quia primam, quod inquiritur, à valore dicti matrimonij, in probabilis sententia solutionem exigebat, incipiamus à secundò quæsitò resolutionem præsentī casui præbere.

3 Igitur, & si contra veritatem, quæ sem-

semper tenenda est, videtur, posse quemcunque Episcopum proprium cum præfatis coniugibus, & professis, iusta stante causa, dispensare quoad tori habitationem, & petitionem debiti. Hoc, & si falsum, ut magis veritas elucescat, probari videtur primo. Nam Episcopus potest dispensare in matrimonij usu, impedito voto simplici castitatis; ergo & solemnem. Antecedens est satis probabile, communiterque Antiorum firmatum consensu. Consequens autem sic falsitas probare intendit; solemnitas voti castitatis introducta est Ecclesiastico tantum iure, iuxta probabilissimam sententiam; & hoc ad effectum tantummodo annullandi, & irritandi matrimonium: ergo castitatis votum simplex, & solemnem vim habent impediendi usum matrimonij, quidquid de solemnitate voti sit in ordine ad irritum faciendum matrimonium, postea de facto contrahendum, vel iam defacto contractum. Tunc sic: sed Episcopus, posito necessitatis casu, ab Authoribus solito apponi, potest dispensare in priuatione petendi debiti, orta ex simplici voto castitatis: ergo, & poterit similiter in ea dispensare, licet ex solemnem voto ortum habeat, quando coniugati per iustam expulsam sententiam (si fortè casus contingat) extra Religionem vitam degunt.

4 Quod si pro veritate respondeamus, & sanè verum, illum, qui non potest tollere causam, nec eius valere effectum auferre: cumque Episcopus nequeat in solemnem voto dispensare, quod hic, & nunc, est causa impeditiois vsus matrimonij, sic nullatenus valet in prædicta talis vsus impeditio, & priuatione dispensare. Responder contradicens falsitas concedendo maiorem, & minorem, & negando suppositum consequentiam; in qua supponitur, effectum impeditiois vsus matrimonij esse effectum solemnem voti. Hoc nãque (ait falsitas) evidens non est. Etenim solemnitas voti castitatis non habet pro effectum impeditioem vsus matrimonij, ratione sui, sed ratione voti, quod solemnizat. Vnde fatetur maiorem, & minorem; & fateretur etiam consequentiam, si in illa pro effectum poneretur, quod propriè est eius effectus, scilicet inuvalidare matrimonium. Itaque priuatio vsus matrimonij est effectus voti solemnem, non quã solemnem

est, sed quã votum est essentialiter idem cum voto simplici. Inuvalidare verò matrimonium est effectus voti solemnem, non quã votum est idem cum voto simplici, sed quã solemnem est.

5 Hoc est primum falsitatis delirium toto aberrantis celo. Admitto igitur solemnem voti à iure tantum humano descendere. Conuincatur tamen falsitas admittendo præfatos coniuges verè esse Religiosos: ergo & votum castitatis solemnem manere; (de quo exactius infra casu octauo, à numero tertio.) Quo posito sic conuincitur de falsitate positum delirium. Præfati coniuges, dum in Monasterijs erant, excludebantur ratione solemnem voti non solum à communi inter se agenda vita, sed (& fortius,) ab eiusdem tori cohabitatione: atqui, etiã expulsi, voti solemnem retinent, quia verè Religiosi sunt professi, & tales sine solemnem votorum esse non possunt: (Et non loquor de speciali Societatis leu statuto, Pontificum auctoritate munito.) Ergo priuatio vsus matrimonij, non solum à voto castitatis, quã votum est, sed etiam ab illo, quã solemnem est, descendit. Atqui nequit Episcopus in voti solemnem dispensare: ergo neque in eius effectum, scilicet priuatione vsus matrimonij.

6 Sed adhuc non acquiescit falsitas, sic secundò arguens argumento à simili ex doctrina, quam tradunt Felinus *cap. a nobis, de exception. & Armilla, verb. Absolutio, num. 38.* & (ut alios omittam) sequitur Hurtado Mondexarensis *rom. de Censuris, disp. 16. de excommunicat. minori, diffic. 2. num. 10. in fine.* Dicunt namque prædicti Doctores, posse simplicem Sacerdotem absoluerè ab excommunicatione minori, incurta propter peccatum mortale, quamvis à mortali absoluerè nequeat. Ea ratione, quia, cum excommunicatio minor non exigat ad sui incurtionem mortale peccatum, non videtur exigere absoluentem potentem à mortali absoluerè: ergo cum impeditio, vel priuatio vsus matrimonij non exigat ad sui (ut ita loquar) incurtionem solemnem castitatis votum, cum sufficiat votum simplex, consequenter non videtur exigere dispensantem potentem in voto solemnem dispensare.

7 Sed durum est falsitati contra stimulum calcitrare. Nam manifesta est diuersitas

fitas inter probabilem (& satis) opinionem prædictam, & propositum casum. Etenim peccatū mortale, quatenus mortale est, non exigit, adhuc supposito iure, imponente minorem excommunicationem in casibus, ab ipso expressis iure, illam inferre, vel causare, vt patet. Cumque votum castitatis, quā votum solemne est, per se; & ex se habeat priuare eos, quā alias coniuges sunt, vita communi inter ipsos, & fortius, tori habitatione; hinc est, diuersam esse rationem, manifestamque prædicti delirij falsitatem. Vnde certum, verissimumque est, non posse Episcopum, prædicto in casu, cum Præfatis, quoad tori habitationem, &c. dispensare.

8 Ergo ad primum, quod casus inquirat, breuiter dico primò; prædictum Petri filium non peccasse, sibi (dum aliud non subesset remedium) occulta compensatione consulendo; cum verè sit legitimus: vt supra in casu antecedenti, & primò, resolutum est; deindè, ipsum ad nihil teneri; & quia suū acceperit; & quia, licite consumens, impotens factus est. Quia propter nec tenebitur Pater eius legitimus acceptum à filio legitimo satisfacere Religioni.

9 In sententia verò asserente, præfatos non esse coniugatos, eo quod per Professionem dissolutum fuerit vinculum matrimonij, antea validi; Dico secundò, quod, quia filius habitus fuit tempore, quo matrimonij vinculum extabat, ac proindè legitimus factus, idem sit dicendum, quod supra dictum manet, quantum ad restitutionem.

10 Quod si legitimus non sit, nec Pater eius, nec ipse, tenentur Religioni aliquid satisfacere. Non Pater, quia non legitimus; nec in facto filij comprehensus. Nec filius; quia bona fide accipiens, & consumens, impotens factus est. Sicque sentio salua, &c.

TERTIVS CASVS.

I. **S** VBS EQVITVR tertius casus, duobus prædictis aliquomodo similis, sic autem se habet. Franciscus, v.g. filius Petri, & Mariæ, iam professorum, cum antea coniugati fuissent, matrimonio tamen non consummato ante professionem; Franciscus (inquam) prædi-

torum filius modo dicto in quandam Religionē fuit cum omnibus bonis suis ingressus. Hoc est; obtulit se Religioni cum omnibus bonis suis. In quā Religione statutum à Papa confirmatum extabat, irritans spuriorum professiones; de hocque statuto notitiam habebat Franciscus. Post professionem autem expulit illum Religio ob prædictam defectum, & non reddidit illi mobilia, nec pretiosa bona, quæ secum portauit. Ille autem occulta compensatione à tali Monasterio tantam abstulit quantitatem, nolens defectum suum detegere, si coram iudice litem poneret.

Quæritur an Franciscus sit in conscientia tutus, vel restituere teneatur.

CASVS RESOLVTIO.

2 **D** Ico primò, quod, attendente sententia, asserente prædictum esse filium legitimum, vt pote ex legitimo matrimonio natum, licet sacrilege, eo quod ratum illud matrimonium amborum coniugum professione mutua dissolutum non fuerit, vt constat ex resolutione præcedentium casuum, tenetur Franciscus, vt pote verè professus, bona illa Religioni, & Monasterio, à quò ea, per modum compensationis, abstulit, restituere. Et in hoc iudicio, nil esse difficultatis. Sed quia Religio illum, vt professum, non agnoscit, illeque non de professione interrogat, sed de restituendi obligatione, attendente sententia, docente, illum esse spurium, ac proindè non professum.

3 Dico secundò, facilem esse solutionem in fauorem Francisci. Probatum: nam ille, quando bona sua ante professionem legauit, hac vsus fuit verborum forma, videlicet *Offero me cum bonis meis*; & non hac, scilicet *Offero me, & bona mea*; vt ex tenore informis constat; ergo non tenetur, quæ compensationem abstulit, restituere. Consequens probatur; nam donatio bonorum, primò modo facta, est ipsi professioni accessoria, licet professus nullitate professionis conscius fuerit; ergo sequitur naturam principalis; atque principale, scilicet professio, irrita supponitur; ergo, & donatio; ergo, &c.

4 Quod verò dicta donatio, primò modo facta, sit accessoria, probatur ex
eo,

eo, quod cum particula *cum* facta fuerit; vt expressè multis citatis tenet Doctil. Sanchez *lib. 7. de calogi, cap. 1. numer. 29.* vbi probat, validam fore donationem, si conscius nullitatis suæ professionis, diceret: *Offero me, & omnia bona mea* i eo quod tunc principaliter, & à professione independenter, donatio bonorum facta fuerit; vt ex infra dicendis constabit: ergo, &c.

5 Sed dices: legata Ancilla cum natis, & manumissa, vel perempta Ancilla, debentur nati legatario, *ex leg. 3. & 4. ff. de peculio legato, & eo, si si quis Ancillas* atqui nati illi fuerunt legati cum particula *cum*: ergo licet præfatus, de quo in informi, legasset bona sua cum particula *cum*, bona illa erunt Religionis, licet ipse, ob irritam professionem, veluti inanumittatur.

6 Respondetur tamen facile, dicendo, particulam *cum* in adducto exemplo, Sumi pro particula *&*, vt ait Glossa dicto *§. si quis Ancillas, verbo extinguitur*; & dicta *leg. 3. statim in principio, & ea leg. 4. fin.* Et ratio est clara; nam, ob hominis dignitatem, inuenit lex fundamentum, & rationem, vt ibi particula *cum* tunc retur pro particula *&*; ne homo homini accessorius esset. Sic, cum Glossa doctilissimus, semperque laudandus, Sanchez supra *num. 22.*

7 Vnde generaliter loquendo particula *cum* habet suapte natura coniungere accessorie; vt constat *ex leg. 1. & 2. ff. de peculio legato, & §. si quis Ancillas, Instit. de legatis*; particula autem *&* habet coniungere principaliter; vt constat *ex lege si cui fundum 5. ff. de fundo instructo*; vbi discrimen assignatur inter hos duos legandi modos; scilicet; *lego fundum, & instrumentum*; vel *lego fundum cum instrumentum*: sic cum alijs citatus Sanchez.

8 Imò Decius *Authent. ingressi, num. 23. C. de Sacrosanct. Eccles.* ait, quod, licet forma legandi, vel donandi, sit cum particula *&*, si tamen materia subiecta venit accessorie suapte natura, accessoria erit donatio; proindeque, cessante principali, cessabit quoque accessorium; cum que bona semper sint accessoria personæ, deficiente à donatione persona ipsa (que in nostro casu probabiliter per irritam deficit professionem) deficiunt consequenter etiam ipsa bona.

9 Deinde confirmatur hoc ex ipsa

Glossa *ea Authent. ingressi, in i. solutione*, asserente, esse principale legatum, si à rebus incipiatur: accessorium verò, si legans, à persona incipiat: atqui in nostro casu donans à persona incipit, vt ex informi patet: ergo adhuc secundum glossam prædictam, licet eam alij reptobent, verum tenet posita ad præsentem casum resolutio. Videatur citatus Sanchez *num. 23. & 24.*

10 Rursus, iddem probatur: nam si præfatus se Religioni offerret, siue conscius, siue non, nullitatis suæ professionis, nullaq; facta bonorum suorum mentione; si professio valida foret, forent etiam omnia talis professi bona ipsius Religionis; non verò, si nulla foret professio, vt patet; ergo iddem dicendum est, quâdo bona cum particula *cum* in ipso legato, seu donatione exprimiuntur. Probo hanc consequentiâ: nam quidquid ex natura rei alicui contractui, seu dispositioni, &c. tacitè inest (quamvis sit conditio) idem operatur expressum, ac prout tacitè inest, quando expressum eo modo ponitur, quo inest, vt vtriusque iuris Doctores, & Theologi testantur: sed quando præfatus Franciscus se, cum bonis suis, obtulit Religioni, eodem modo bona expressit; ac insunt professioni eius, (si de illis aliter non disponat) vt patet; ergo sicut, nõ expressis bonis, positaque valida professione, bona ipsius sunt Religionis, è contra verò, inualida professione stante quomodolibet, bona ipsa nullatenus ad Religionem spectant; sic & expressio bonorum iddem operabitur, si eo modo, quo ipsa bona insunt professioni, illorum fiat expressio: atqui sic facta censetur, quando cum particula *cum* fit, quod & in informi exprimitur: ergo, &c. Cum verò quando cum particula *&* fieret expressio bonorum in ipso legato, seu donatione, fieret utique principaliter, & omnino à professione independenter; tuncq; posita sciëntia de nullitate professionis, teneret ipsa bonorum donatio, licet nulla foret professio. Tum; quia non potest tunc talis donatio ex errore annullari, vt supponimus. Tum etiam, quia non est accessoria, sed principaliter facta; cumque sic non insit donationi, seu professioni, vt constat, necessario debet independenter à professione operari. Hanc ergo resolutionem ita certam iudico, vt necessarium

rium non sit, illam alijs rationibus, neque Authoribus comprobare. Præterquam quòd illam firmarunt tres, & sapientissimi PP. Magistri complutensis Academiæ; vnde sic sentio, falua, &c.

QUARTVS CASVS.

QUIDAM, post denuntiationes factas ad contrahendam, contraxerunt coram Parrocho alieno, seu non proprio, saltem respectu alicuius ex ipsis contrahentibus.

Quæritur, an validum sit prædictum matrimonium?

CASVS RESOLVTIO.

IN NEGATIVA pars, tanquam certa, & omnino indebitabilis, tenenda est. Vt tamen eius veritas omnibus constet, opere pretium duxi, quæ, contra illam ab aliquibus Doëtoribus, Sophistica fundamenta, arguendo proposita, audiui. Igitur affirmatiua pars, & si falsa, erecto quasi collo, & ceruice pinguè armata, intendit probare, prædictum matrimonium non debere annullari, stãdo in rigore verborum Tridentini Concilij. Tridentini autem sunt, quæ sequuntur, verba Concilij *ses. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij*: vbi primò, sic habetur: *Id circò Sacri Lateranensis Concilij, sub Innocentio III. celebrati, vestigijs in herendo, præcipit, vt in posterum, antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentibus Parrocho, tribus continuis diebus festiuis, in Ecclesia, inter Missarum sollemnia, publicè denuntietur, inter quos matrimonium sit contrahendum.* Hæc primò Concilium: quorum aliqua referunt Auctores, & præcipuè Thomas Sanchez *lib. 3. matrim.* ad probandum, tanquam certum, necessariam esse ad contrahendum matrimonium proprii præsentiam Parrochi.

2 Sed contra hoc est, quod, si similes omittantur denuntiationes, matrimonium adhuc valet; vt cum communi sententia docet idem Sanchez *diçt. lib. 3. disp. 5. num. 3.* eo quod à communi iure recedendum non sit absque speciali ita contrarium irritate decreto, quod cum Tridentinum ibi non apponat, non rectè

(ait falsitas) ex hoc loco deduci potest, ad valorem matrimonij necessario proprii alicuius contrahentium Parrochi requiri præsentiam.

3 Deinde in eodem Tridentino, dictis *ses. & cap. sic dicitur: Qui aliter, quam presente Parrocho, vel alio sacerdote, de ipsius Parrochi, seu Ordinarij, licentia, & duobus, vel tribus, testibus, matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit.* Hæc Concilium. Ex quibus verbis apparet, (inquiunt omnes) nullum fore matrimonium contractum sine Parrocho. Quod verissimum est. Addunt tamen, quòd, cum in antecedentibus verbis de proprio loquatur Parrocho Tridentinum, proprius necessariò requiritur ad valorem.

4 Sed ad hoc respondet falsitas primò; in pænalibus, seu odiosis, non debere fieri ampliacionem; quod ferè certum est. Cumque iuris communis reseruatio, seu limitatio, vt post odiosa, pænalis sit, vt communior festatur sententia, sic intelligenda erit ampliatio, & iuxta verborum proprietatem iudicandum: atqui in prædictis iuribus, quæ ad valorem, vel nullitatem tendunt matrimonij, nulla de proprio Parrocho fit mentio: ergo de quocumque intelligenda veniunt prædicta verba.

5 Secundo: (& refert falsitas Tridentini verba, tertio loco, dicto in capite contenta; quæ sic se habent: *Quòd si quis Parrochus, &c. contendat alterius Parrochiæ sponfos, sine illorum Parrochi licentia, matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tandiu suspensus maneat, quantum ab Ordinario eius Parrochi, qui matrimonio interesse debeat, seu à quò benedictio suscipienda erat, absoluat.* Hæc Concilium (ait falsitas, secundo ad prædicta sic respondens:) Igitur secundo; quia mirum sanè est; quòd neque in primis verbis Tridentini, neque in tertio loco alatis, quæ de proprio Parrocho loquuntur, vt patet, nullum adsit decretum, tale irritans matrimonium, & quãdo de Parrocho, vt sic, loquitur Tridentinum, tunc præsentia eius sub nullitatis onere requiratur?

6 Vnde (prosequitur falsitas) ex vti Tridentini ignorari videtur, quæ euidenti ratione contrarium possit deduci. Si enim leges tâta cum diuisione pro-

cedant, Legislatoresque procedere debent, cur tanti Patres, de valore loquentes matrimonij, proprietatem Parrochi omittunt, illā in prioribus verbis, quoad licitam administrationem nominantes? Rursus: cur proprii Parrochi rationem in verbis, tertio loco alatis, exprimētes, etiam quoad contrahendum matrimonium, illius nullitatem non apponunt? Ergo ex sui Tridentini nulla potest conuincens ratio deduci ad inferendam, quoad valorem matrimonij, necessitatem Parrochi contrahentiū, vel alterius illorum, iuxta varias Doctorum sententias.

4 Nec ob stare videtur praxis, vsusque fidelium, sic talem in factis ipsis necessitatem interpretans. Cuius ratio est: nam circa præceptum abstinendi à Lacticinijs in Quadragesima adfuit etiam vniuersalis fere Ecclesiæ consuetudo, & vsus abstinendi, sub mortali, à Lacticinijs, &c. in ipsa Quadragesima: & nihilominus probabilius sit Doctissimi Fagundez sententia, affirmantis, obligationem istam non esse sub mortali; quia ex vi iuris nulla necessario inferitur, vel deducitur mortalis obligatio: ergo, &c. Itaque consuetudo in hoc Lacticiniorum vsu priuatiuo, vel non fuit introducta animo obligandi ad mortale, quod existimatione supponebatur falsa: vel si tali fuit animo introducta, quia tamen ex errore introducta fuit, adest locus, vt, constando de veritate, vel probabilitate, oppositum, vt verum, vel vt probabile dicatur, quod fecit Fagundez. Ergo nostro in casu iddem probabiliter, non obitante communi praxi, vsusque fidelium, poterit affirmari, ob prædictam verborum Concilij ponderationem. Ergo non obstat vsus, nec communis Doctorum consensus. Quippè, licet vsus cōsuetudove, optima sit legū interpret, non tamen est vnica. Sicut neque vnica est pro dubijs Tridentini regula Dominorum Cardinalium, etiam Authentica declaratio, vt quidam dixerunt.

5 Nec obstat etiam, si dicamus, Pontificem solū declaratorie circa res, de fide credendas, procedere; quā posita de declaratione, omnes declaratam rem de fide credere obligantur. Nam ratio disparitatis in promptu est. Etenim ad res de fide credendas nulla alia est regula, nisi Ecclesiæ Catholicæ propositio, seu de-

claratio (& relinquamus pro nunc particulares reuelationes, de quibus alibi). Vfus autem, seu praxis, circa legū interpretationes, cum nō sit vnica regula, seu declarandi principium, locum relinquit alijs ipsius iuris interpretibus, vel secundum commune ius interpretantibus, vt constat; & nos dict. tract. de legibus ad notabimus. Non ergo conuincit communis Doctorum contrarius vsus.

6 Sic se habet primum contra veritatem figmentum, quod euidenter sequenti euertitur ratione. Post Principem, legem suam interpretantem, (& loquor in verò dubio) secundum, & irrefragabiliter, etiam contra omnes DD. locum obtinet fidelium vsus, Ecclesiæque consuetudo, quoad explicationem prædictæ legis. Quod, quoad valorem actus, pendētem tantummodo à Summi Pontificis voluntate, & sanè exercita per Ecclesiæ, fideliumque vsus, & praxim, euidentis est; & consequenter oppositum falsum: atqui non minus est euidentis, vigere cōsuetudinem, Ecclesiæque vsus (& non dico, interpretantem, seu declarantem Sacrosancti Concilij voluntatem) recipientem prædictum Tridentini decretū de assistentia proprii, saltem alicuius cōtrahentium Parrochi, ad ipsius matrimonij contractus valorem, vt patet, nullo, vsque modo aliter sentiente, & rationibus comprobante, Doctore; sicut fecit Fagundez, supra num. 4. relatus in casu Lacticiniorum, &c. tempore Quadragesimæ: ergo consuetudo hæc Catholicæ Ecclesiæ, vbi Tridentinum viget, cunctorumque fidelium vsus, locum non relinquit, vt in re, tam graui præcipuè, nullus Authorum oppositū sentiat. Obstat ergo recepta consuetudo, vsusque Ecclesiæ; & maximè quando nulla ratione, intrinsece probabili, contrarium valet ostēdi.

7 Sed rursus contra veritatem istam, il lam semper retinendo, obiecit secundò, & sanè terribili apparientia, fatiq; obscuro figmento, sic arguēs præfatus ille Magister. Et primò supposuit ex ipso Tridentino loco citato, verba, quæ sequuntur: *Qui aliter, quàm præsentem Parrocho, vel alio Sacerdote, &c.* Ex quibus sic proposuit argumentum. Eandem consequentiam, immò maiorem habent prædicta verba, quoad hoc, quod Parrochus sit Sacerdos, vt validè matrimonio assistere valeat, ac habent omnia, pro ve-

ritate, citata superius verba Concilij ad inducendam, inferendāq; Parrochi proprietatē, quoad ipsius matrimonij valorem. Quod sic probabat: nā particula illa: *Vel alio Sacerdote*: est rellatiua, ac proinde præcedentem repetit qualitatem, cuius est persona expressa; ob quod plures Authores affirmant, Parrochum debere esse Sacerdotē, vt validē matrimonio assistat; quod etiam probabile dicit Sánchez *diff. lib. disp. 20. n. 2. in fine*. Rursus hoc idem probabat ex alijs afferentibus, quod, vbi clausula Cappellanię habet, quod teneatur Sacerdos per se, vel per alium Sacerdotem sacra celebrare, debeat Cappellanus esse Sacerdos; eo quod particula, vel dictio, *Alius*, sic rellatiua, & ampliatiua similiū, ergo, quod huc (que in incæpto argumētō continetur, probabile ad minus est. Tunc sic arguebat: ergo si doctissimus Sanchez supra *disp. 19. n. 5.* ad argumenta in contrariū respondens, ad primū dicit, ex antecedentibus, & consequētib; verbis Tridentini colligi, Cōcilium ipsum intellexisse de proprio Parrocho, dū de valore loquitur matrimonij, etiā maiori ratione, vel saltem æquali, dici poterit, debere Parrochum Sacerdotem esse, vt matrimonio valide assistat. Dictio enim *Alius*, in illis verbis, scilicet, *vel alio Sacerdote*, contenta, rellatiua est, repetitiuaque præcedētis qualitatis, cuius est persona expressa, vt Authores, supra relati, defendunt, probante etiam ipso Sanctio: atqui, non obstante, quod hoc sit probabile, ipsemet Thomas Sanchez cum pluribus alijs, citata *disp. 20. num. 3.* docet, nō requiri ad valorem matrimonij Parrochum Sacerdotē, eo quod Tridentinum non restrinxerit, vt Parrochus sit Sacerdos, prout fecit in alio, de licentia Parrochi, matrimonio assistente: ergo non obstante verborum connexionē, quoad Parrochi proprię proprietatē, sufficet quicumque Parrochus, eo quod, dū de valore matrimonij, per Parrochi assistentiam, loquitur Tridentinum, non restrinxerit illius valorem ad propriam Parrochum. Sicut enim particula, *Parrochus*, ex antecedētib; & subsequētib; proprietatem inducit, sic dictio *Alius*, in verbis illis, *vel alio Sacerdote*, contēta, Sacerdotis repetit qualitatem, vt probabiliter ait ipse Sanchez. Ergo.

8 Sic se habet secundum aduersus veritatem, positam in solutione casus, ar-

gumentum. Videamus ergo, quomodo ex Authoribus in hac materia delendum sit. Respondet igitur primò Hurtado Mondexarenis *rom. de matr. disp. 5. diff. 7. num. 24. pag. 146.* non semper dictionem *Alius* denotare personam antecedentem debere esse similis qualitatis. Quod probat primò: quia plures Authores in nostro casu, & in simili de Cappellano, contrarium tenent. Secundò; quia aliās illud Lucæ 23. scilicet; *Ducebantur, & alij duo nequam cum eo*: nequitiam in Christo Domino argueret; quod falsissimum, & blasphemum est.

9 Sed hoc pro veritate clara, & manifesta stare non videtur irrefragabiliter. Non primū: quia plures etiam Authores, vt vidimus, infraque videbimus, oppositum probabiliter tenent. Non secundum, ex illo Lucæ defumptum. Nam dictio *Alius*, quantum est de se, & ex se, semper est repetitiua qualitatis in persona antecedente, quā qualitatem exprimit in persona expressa consequenter; nisi aliud, vel ex materia subiecta, vel alio ex capite deduci debeat. Vnde in replica illa, vel in solutione, ab inconuenienti deducta ex illo Lucæ 23. verificari non debet natura, vel proprietas dictionis *Alius*, & ratione Sacre Scripture, & ratione personæ Christi Domini, omnino impeccabilis. Quare implicat, vt hic verificetur. Præterquam quod, ideò solū Sacer Euangelista posuit particulam *Alij*, vt denotaret, quod, & si nefandum, & blasphemum, in existimatione persecutorum Christi Domini, Christus ipse, vt nequā habebatur; quod bonus Deus pro nobis etiam pati voluit: cum autem Parrocho in tantum absit implicatio Sacerdotalis qualitatis, quin potius, & ex natura officij, & Canonico iure, illam habere debeat, quia in spiritualibus Pater, & iudex est, licet prædictæ Sacerdotalis qualitatis acquisitio per annum possit differri; ideò non tenet exemplum.

10 Secundò responderi pro veritate poterit, ex doctrina Basilij Legionensis *lib. 5. de matr. c. 17. n. 1.* dū ait, sententiam de qualitate Sacerdotij in Parrocho, vt valide assistat matrimonio, iam nō esse admittendam propter Dominorum Cardinalium declarationem.

11 Sed neque etiam solutio hæc videtur pro prædicta veritate, argumētum

tum, factum de falsitate conuincere. Tum, quia nouiter prædictam sententiam implicite approbat Noster Leander *rom. 2. pag. 350. q. 22.* Non obstante Dominorum Cardinalium declaratione, & Legionensis Censura. Tum etiam, quia rationes, quas in contrariam adducit Basilius, non conuincunt, vt considerati patebit; cū omnes sub iudice sint. Et quod circa particulam *Alius* allegat ex *Mat. 23. & Marci 15.* scilicet, *Crucifixi sūt cum eo* (scilicet Christo Domino) *alij duo Latrones*, iam ex dictis supra *num. 9.* constat, quomodo, & quando dictio *Alius*, quoad exercitium verificanda sit. Sicque intelligēdi sunt etiam textus *in cap. Nonatanus 7. q. 1. ibi*, scilicet, *alios Pseudo Episcopos. Et in cap. Apostolica, 54. dist.*

12 Quod si *in leg. 1. de const. pecun. §. debitum*, ibi: *Ex quocumque alio contractu*: Et in *Authentic. Qui semel, verb. aliud, C. quomodo, & quando*, & *Glossa in cap. Sedes, verb. maiore, de rescriptis*; & alibi, dictio *Alius* non referat qualitatem, quā cum coniungitur, ad antecedentem personam, vel rem. Alij sunt etiam textus, in quibus qualitas per particulam *Alius* ad antecedentia reducitur; vt supra de Cappellania diximus; estque textus *in leg. si fugitini, C. de seruis fugitiuis, verb. Alia pena; leg. Quidam relegatus*; & ibi *Bartholus, & Socinus de rebus dubijs*; Meliorque textus, *in Authentic. Ea testamenta, C. de collationibus*, ibi: *Aliorum datorum.*

13 Quod asimili sic stabiliri videtur; nam *Sanchez lib. 7. decalogi, cap. 1.* & plures alij, quos ibi refert, Authores, dicunt, particulam *cum* esse secundum se talis conditionis, vt si quis se offerat Religioni, v. g. cum bonis suis, semper accessoria sit, vt nos diximus supra *casu 3. à num. 3.* Et nihilominus, ratione materię cū quā coniungitur, aliquando deficit, vt patet *ex leg. 3. & 4. ff. de pecul. legat. & eo, §. si quis Ancillas*; vbi deciditur, quod legata Ancilla cum natis, & manumilla, vel perempta Ancilla, adhuc debeat nati legatario, vt in citato *3. casu* dixi. Optimè igitur stat, quod particula *Alius*, de se semper sit repetitiua, ampliatiuaque similitum; & quod aliquando ratione materię, vel alicuius, cū quod coniugatur, non repetat, neque ampliēt qualitatem in exercitio; cumque in casu Parrochi, quoad Sacerdotis qualitatem, nulla sit, neque ratione ma-

terię, nec aliundè, ratio, vt dictio *Alius* non repetat, nec ampliēt Sacerdotis qualitatem; sic, &c.

14 Et tandem, quia si ex coniecturis (& fatetur Basilius supra, *num. 3.*) deducendum est, an dictio *Alius* sit, vel non, repetitiua eiusdem qualitatis; certè in allegatis pro se locis non desunt coniectura ad negandam repetitionem qualitatis adiunctę dictioni *Alius*, quæ videntur in Tridentini loco deficere; imò ad sunt contrarię, vt supra dictum est, fundamenta, ad asserendum, Parrochum debere esse Sacerdotem. Ergo.

15 Hæ sunt (amice Lector) solutiones ad argumentum, contra veritatem factum, quas ex Doctorum principijs, ipsorumque doctrina colligere potui. Et cum per illas non reddatur improbabilis sententia affirmans, Parrochum debere esse Sacerdotem, vt valide matrimonio assistere valeat, videtur argumentum positum (licet reuera in se fictitium) magis contra veritatē apparenter arguere. Respondè ergo primò, dicendo, argumentum factum manifestam continere contradictionem, casus destructiuam; quod sic ostendo. Nam arguere ab opinione quorundam Doctorum, & si probabili propter ipsorum authoritatem, ad inferendum, quod ipsi expressè reprobant, retenta adhuc sua opinione, est vtique destruere casum: atqui Authores, qui dicunt (licet probabiliter) Parrochum debere esse Sacerdotem, expressè reprobant valere matrimoniū corā Parrocho nullius cōtrahentium celebratum: ergo arguere ab illorū opinione, propter ipsorū authoritatem probabili, ad validandum matrimonium corā nullius cōtrahentiū Parrocho celebratū, est casum destruere. Si enim eorū authoritas probabilitatem facit ad hoc, vt necessaria sit in Parrocho Sacerdotis proprietas, vt validè matrimonio assistat; & alia ex parte, ipsi Authores, vt verum, & reuera verū, defendunt, matrimoniū, coram Parrocho nullius contrahentium celebratum, esse nullum; admittere eorū authoritatem in primò ad inducendum in secundò, quod ipsorū ab horret authoritas, quid aliud (obsecro) est, quā illorū authoritatē amplecti, & eandē met non sequi authoritatē? Quod sanè est cōponere casum, ipsorum authoritati in hæredo, & illum destruere, ab illorum authoritate recedendo.

do. De hoc exemplum tibi erit in sequentibus, & præsertim, dum circa collationem in nocte Vigiliæ Natiuitatis Domini sermo fuerit. Ergo fictitium est argumentum propositum.

16 Et si dicas, argumentum non procedere fundatum solummodo in extrinseca prædictæ sententiæ probabilitate, sed etiam in intrinseca. Etenim negari non potest, quod intrinsece sit probabilis, requiri Sacerdotij qualitatem in Parrocho, vt valide matrimonio assistat. Quòposito, non est destruere casum, sicut foret, de autoritate contra eandem autoritatem arguendo; sed ipsum firmare, arguendo scilicet de probabili ratione ipsorum in primò casu, ad iddem asserendum in secundò, velint, nolint; vel (vt clarius dicam) ad eosdem cogendos Authores, vt iddem teneantur admittere in secundò propter intrinsecam probabilitatem in primò. Ergo:

17 Fateor ingeniosam sanè esse replicam, sed contra verissimam conclusionem supra positam nullius esse momenti; quòd sic euidenter ostendo. Igitur admitto probabilem esse, & intrinsece, prædictam sententiam. Sed probabilitas hæc (attendas, quæso, prudēs Lector) solum fundatur in illis Tridentini verbis, videlicet; *vel alio Sacerdotè*; vt ex dictis constat, & manifestè apparet. Ergo tota vis argumenti fundatur in prædicta sententia, prout intrinsece probabilis, ratione prædictorum Sacrosancti Concilij verborum; ergo solum probabilis est, ex vi verborum Concilij, secundum probabilem interpretationem. Ergo tali interpretatione cessante, vel cassata, vel destructa, per legem contrariam, cessabit vtique probabilitas talis. Hoc euidenter est. Nam si Pontifex ita statueret: *Decerno, statuo, & volo, validum esse matrimoniū, celebratum coram Parrocho proprio, quamvis Sacerdotij non insignito qualitate, non obstante indifferencia verborum Tridentini ad oppositum*: Profecto euidenter foret, & valere tale matrimonium, & intrinsecam probabilitatem prædictæ sententiæ, in antiquis Tridentini verbis fundatam, ad nil amplius de seruire. Hoc (inquam) euidenter est. Atqui hoc iddem modo viget; ergo. Probo minorem euidenter. Consuetudo, legitima introducta, etiam contra certam legem humanam, illi derogat; nam legi per consuetudinem contrariam deroga-

tur. Dò ergo, ex vi verborum Concilij requiri in Parrocho Sacerdotij qualitatem, vt validè matrimonio assistat. Cede tamen (& ex debito) in omni Ecclesia Catholica, vbi Tridentinū viget, receptum esse, vt validum, matrimonium illud, cui Parrochus, etiā non Sacerdos, assistit, vt patet. Atqui consuetudo habet vim legis; ergo iddem operatur, ac si Pontifex supra assignata verba proferret. Ergo argumentum illud fictitium omnino est. Claret ergo quantum ex hac parte veritas in resolutione casus contenta; quæ quò magis quatitur, magis, sicut in igne aurum, splendet.

18 Tertio arguit contra positam falsitas veritatè. Et prius pro libito aliqua omittit, aliqua pro necessitate supponens. Omittit primò sententiam Agidij Coninch, *disp. 27. dub. 1. n. 11*. Affirmantis, posse sine Parrocho contrahi matrimonium in terris, oppidis, aut pagis, vbi nequit haberi Parrochus, nec de proximo speratur haberi. Quòd ita declarasse pro Tridentini lege Clementem VIII. ipse ait Agidius, licet à nostro Leandro reprobatus supra, *pag. 346. q. 8*. Omittit etiam secundo aliorum tenentiam, quos tacitis nominibus referunt Agidius supra *num. 12. & Ledesma q. 45. ar. 5*. Aliter, validè illos contrahere matrimonium, qui inuincibiliter Tridentini decretum ignorant; & si sine Parrocho, & testibus, contrahant. De quò etiā mementi Noster Leander supra *q. 9*. cuius placitum, & censuram in his admittimus. Hæc (inquam) omittit falsitas.

19 Deinde supponit primò, & tanquam probabilius, posse Captiuos Christianos, imò, & Mercatores, in Infidelium terris, negotiationis causa degentes, matrimonium absque Parrocho, & testibus inire; vt cum pluribus affirmat Noster Leander vbi supra, *pag. 347. q. 13*. Quòd probat ex eo, quòd in prædictis Infidelium prouincijs non obligat Tridentinum, ob defectum publicationis in propria Parrochia, quam, ad effectum obligandi, ipsum exigit Tridentinū. Ergo ex hac sententia, publicatio debet fieri in propria Parrochia, vt de matrimonio constat.

20 Deinde falsitas supponit secundò, & tanquam probabilius etiā, ex citato Leandro, *pag. 348. q. 15. 5*. Sed probabilius respondeo; sufficere præsentiam Parrochivnius ex contrahentibus, etiam in Parrochia

alterius, sibi non subditi. Eo quod tunc verificatur assistentia Parrochi proprii, licet in alterius Parrochia. Ergo, ex hac sententia, iam sufficit Parrochia vnus contrahentis cum Parrocho alterius.

21 Supponit tertio, & vt probabilius etiã; sufficere presentiam Parrochi proprii extra Parrochiã; vt cū multis, cōtra Nauarrũ, & Basilium, tenet idẽ Leander supra, q. 16. affirmãs (& rectè) q. 17. cōtra Rodriguez, Henriq. Basilium, & Filliucium, nullatenus peccare Parrochũ, sic assistentem, nec posse per iudicem puniri. Primò, quia sequutus fuit probabilẽ, imò, & probabiliozem, sententiam; vt in alio simili docet Sanchez Abbulensis in suis selectis disputationibus; quem postea alij, & cum eis Diana, sequuti sunt. Secundò; quia assistentia hæc nõ est actus iurisdictionis contentiosã, nec voluntariã; cum Parrochus ille solum tanquam Authoritatius testis assistat. Ob quod, etiam excōmunicatus, immò & suspensus, assistere potest. Ergo ex supposito hoc sufficit presentia proprii Parrochi extra Parrochiam.

22 Quartò supponit, vt probabilius etiam, sufficere presentiam cuiuscumq; Parrochi, quando vnus ex contrahentibus est vagus, licet alter sit incola. Vt cū Thom. Sanctio, Basilio, & alijs, tenet citatus Leander pag. 349. q. 21. contra Petrum de Ledesma. Et ratio est; quia quilibet Parrochus est vagorum Parrochus. Ergo, iuxta hanc sententiam, si Maria, v. g. sic Incola Compluti, & Petrus vagus Matriri existat, sufficet Parrochus Matriri.

23 Quintò denique supponit ex Sã, & Basilio, quos probabiliter sequitur Noster Leander supra, pag. 349. q. 20. sufficere Parrochum illius loci, ad quem, habentes alibi domicilium, vadunt recreationis causa, licet breui reddituri. Hæc omnia supponit falsitas, & certè probabilia, eo tamen sine illa supponit, vt ex probabilibus, fallaciter applicatis, sic, cōtra veritatem positam, arguens, ignorãtes decipiat. Sic ergo inductiue arguit.

24 Ergo ex prima sententia, in primò supposito contenta, sufficienter Tridentino fit satis, si in propria Parrochia fiant denuntiationes, & publicationes, aliã non annullantes matrimonium, si omitrantur. Ergo ex secundo supposito, celebratio matrimonij non necessario petit

propriam amborum cōtrahentium Parrochiã; imò, nec vilius, vt ex tertio supposito supponitur probabilius. Ergo ex quarta sententia, in quarto notabili contenta, sequitur, sufficere testificationem cuiuscumq; Parrochi respectu vagorum, vt (scilicet) in Parrochia Incolæ Cōpluti sufficienter testificetur de matrimonio, celebrato Matriri, vt Parrochus Cōpluti illud in suo libro scribat.

25 Omnes istas inductiones, etsi cum fallacia à falsitate factas, libenter, quia non contrapositam in resolutione casus certam, euidentemq; veritatem, admitto. Videamus ergo an ex hoc verò probabiliter verum similiter, an falsum, inducat falsitas; siquidem sicut ex falso non nisi falsum, ita ex verò non nisi verum inferri valet. Sic ergo ex predictis veris inductiue arguit falsitas: ergo si hæc omnia, à Tridentino disposita, vel secundũ eius rigorem probabilius admittã, eo tendunt, vt de matrimonio illo satis cōstet, ad euitandam, in contrahentibus illud, ipsius pro libito dissolutionem; vt notãt Sanchez lib. 3. de matr. disp. 3. n. 3. & 7. & Basilius lib. 5. c. 5. n. 8. & c. 6. n. 3. vbi alia etiam enumerant inconuenientia, quæ oriri solent ex Clandestinis coniugijs, siue in validis, quia sine Parrocho, & testibus celebratis, siue validis, quia, omiffis culpabiliter denuntiationibus, celebratis, de quò videri potest Noster Leander supra pag. 344. q. 1. & pag. 356. q. 45. Eos, & plures alios referens Authores. Si (inquam) hæc omnia eo tendunt, vt de matrimonij celebratione satis constet, ne contrahentibus ansa tribuatur se postea separãdi; ideoque à Tridentino præcipitur, matrimonium publicè celebrari, Parrochisque mandatur, vt etiam in libro contrahentium nomina, & testiu, &c: Scribat; ergo cessante separandi se coniuges periculo, & posita de tali matrimonio publicitate, cessabit utiq; adequatus Tridentini Concilij finis, sicut cessat tribus ad minus in casibus ratione grauis damni; de quibus videri possunt, Basilius lib. 5. de matr. c. 6. num. 3. & Noster Leander, supra, pag. 345. quest. 7. illos implicite approbant. Tunc sic, sed cessante adequato cuiuscumque legis, etiam irritantis, sine, etiam in particulari, cessat & ipsa lex, vt probabiliter sustinetur; ergo si cum denuntiationibus, factis in proprijs contrahentium

Parrochijs, & postea cum assistentia cuiuscumque Parrochi, de tali matrimonio proprios Parrochos, tanquam testis, admonentis, & sufficientem offerentis alias probationem, cessare videtur Tridentini finis exclusus, & finis intentus apponi, valebit prædictum matrimonium cum cuiuscumque Parrochi præsentia, & duobus, vel tribus testibus.

26 Hæc est (Amice Lector) non tertia ratio, sed somniatio tertia, quæ de falsitatis abyssu contra veritatem pugnare contendit. Mirabar sane, quod ex antecedentibus inductionibus, numero præcedenti appositis, & si veris, non induceret falsitas falsitatem. Primò igitur pro veritate respondent quidam, dicentes, assistentiam Parrochi, & testium, poni à Tridentino pro forma contractus absque exceptione. Undè contractus, aliter, quam sub tali forma, celebratus, validus persistere nequit.

27 Sed contra istam solutionem sic insurgit falsitas; primò, quia leges ad casus particulares non attendunt, sed ad ea tendunt vitanda, quæ communiter timeantur, vel ad ea præcipienda, quæ, cõmuniter loquendo, præcipi conuenit, ne sequantur incommoda. Et hæc solutio est pro sententia, de quâ supra num. 25. afferente, valere matrimonium illis tribus in casibus (vt alios omittam iuxta Authores alios) sine Parrocho celebratum.

28 Secundò; quia satisfidatur exceptio, in ipsa materia præcepta inclusa; scilicet in prohibitione Clandestini coniugij; quod demonstrant verba illa in Tridentino cap. 1. sessionis 24. contenta; scilicet: *Habeat Parrochus librum, in quo coniugum, & testium, nomina; denique & locum contractu matrimonij describat; quem diligenter apud se custodiat.* Tertio; quia, si cum probabilitate aliqua excipiuntur prædicti tres casus, & alter, de quò Basiliius supra num. 2. & alij etiam Authores; ergo Concilium non procedit absque exceptione aliqua.

29 Quarto; quia Diana 1. p. tract. 10. de legibus, resol. 28. tenet cum alijs, cõtra Sanchez, & Basilium, loquentes de hoc Tridentini decreto, quod cessante fine legis, etiam in particulari, cesset lex.

30 Quintò; quia non minus absque exceptione loquitur Tridentinum eo-

dem in capite, dum circa denuntiationes faciendas, sic habet: *Publicè denuntietur tribus cõtinuis diebus festiuis in Ecclesiâ.* De quò tamè, primò, circa dies festiuos, ait Sanchez lib. 3. disp. 6. num. 9. & post ipsam, Bonacina, Ochagauia, Villalobos, Machado, & alij, probabiliter relati à Nostro Leandro 2. p. pag. 358. 7. 91. satisfieri fini Concilij, quando denuntiationes fiunt in die non festiua, sed in aliqua, quâ magnus populi concursus ad Ecclesiam vadit; vt quia est festus vocationis illius Ecclesiæ dies; vel quia insignis concionator cõcionem habet. Quod iddem asserunt Valerus Reginaldus lib. 31. num. 227. & Gutierrez, tract. de matr. cap. 56. numer. 8. Quos sequitur Barbosa super Tridentinum dicta ses. 24. & cap. 1. pag. 76. num. 10. in fine; & plures alij, non obstantè Emminentissimorum Dominorum Cardinalium declaratione, quæ extat apud Rebellum, lib. 4. sect. 20. fine, num. 19. & 27. & apud Farinacium hoc loco, p. 269. In quâ sub annullante clausula præcipitur Episcopis, ne possint iubere, quod tales denuntiationes diebus ferialibus: *Ultra quod (ait declaratio) nullius erunt momenti.*

31 Secundò, quia etiam ly in Ecclesiâ nullam videretur exceptionem pati, iuxta Tridentinum, & nihilominus citari Sanchez, Reginaldus, Gutierrez num. 7. Layman tract. 10. p. 2. cap. 4. num. 10. Bonacina punct. 6. num. 17. quæstionis secundæ, & penes ipsum Ægidius, præter alios: Fillucius, Ochagauia, Villalobos & (Nifallor) Diana 3. p. tract. 4. resol. 236. & eos, probabiliter referens, Nouer Leander, supra, pag. 357. cum sequenti, q. 50. & etiam Barbosa num. 11. dicunt, posse fieri tales denuntiationes in locis competentibus; vt in prædicationibus, magna populi copia confluyente: ergo (inquit falsitas) aliquam patiuntur citata Concilij verba exceptionem.

32 Sextò denique; quia si sola Ecclesiastica lege interdictum est Clandestinum cõiugium, vt, contra Veracruz, Petrum Sotum, Pallacios, & Matienço, quos sequitur Sanchez dict. lib. 3. disp. 3. num. 8. tenet Caietanus tom. 1. opuscul. tract. 12. de matr. q. 2. (licet sibi contrarius in Summa, verb. matrimonium) Sotus in 4. dist. 28. q. 1. art. 2. Bartholomæus de Ledesma, Ægidius, Hurtado Mondexar. Luisius, & alij, quos sequitur Noster

Leander pag. 345. q. 5. affirmantes, ablato iure Ecclesiastico Tridentini, (& idem est de primis Ecclesiæ temporibus), ut cum alijs docet Basilius lib. 5. cap. 33. quidquid diuersi Authores diuersis, & valde rigidis, insimulent censuris, ut videre est apud citatum Leandrum) affirmantes (inquam) Clandestine cõtrahentes, solum contra Ecclesiæ prohibitionem delinquere. Si (inquam) hoc probabilius est, non mirum, quod Tridentini decretum, ut potè contra ius commune introductum, limitandum veniat; nam iuris communis limitatio odiosa est, & talisque restringenda. Ergo.

33 Ecce obiectiones contra solutionem tertij argumenti, seu delirij contra positam veritatem; quæ obiectiones obscurare videntur datam solutionem, scilicet; assistentiam Parrochi, & testium apponi à Tridentino pro forma contractus absque exceptione. Sed antequam euidenter solutionem præbeam prædicto delirio, illud de falsitate conuincentem. Placet referre aliam, quam quidam ore tenus mihi præbuit ex doctrina Sanctij lib. 3. de matr. disp. 37. num. 3. vbi cum multis affirmat, valere matrimonium celebratum coram Parrocho, & testibus & si nullum ex defectu consensus vnus contrahentis, si postea interius renouetur consensus per illum, in quò defecit. Sic Thomas Sanchez. Qui respondere inrentans ad argumentum illi obiectum; scilicet, Tridentinum præscribere formam in dicto capite, ac proinde non posse cessare eius decretum, licet in vno casu, (scilicet prædicto) cesset causa, vel finis talis decreti. Sic ait tantus Magister; aliud esse cessare legem, cessante causa eius, vel ratione, in casu particulari; & hoc non admittit; aliud verò esse, legem non comprehendere talem casum. Cumque prædictum matrimonium, à principio nullum, & postea apposito consensu validum, & si Clandestine, non comprehendat Tridentini lex, eo quod ex illo nulla ex se sequantur incommoda, quæ ex alijs casibus, & ex supra posito, per se sequi apparet, ideò non mirum, quod, & si formam præscribat Tridentini decretum, non teneat in suo casu, benè tamen in alijs, & in præsentibus.

34 Sed aduersus hanc solutionem; sic, contra veritatem, insurgit falsitas,

pro cõtradictione accipiens doctrinam Basilij Legionensis, qui lib. 9. cap. 6. num. 8. propè medium, sic contra Sanctium habet: Sed concidamus ista minutius, ut clare perspiciatur; quanta ex opposita opinione rerum perturbatio sequatur. Plane iste, qui ignarus impedimenti contraxit, non tenetur iam impedimenti conscius cõtrahere iterum, cum eadem uxore, sed potest ab ea discedere, & tuta conscientia, in alium locum remotum secedens, ibi alteri nubere. Ponamus igitur istum renouasse consensum occultè. At, cum id in opinione positum videretur, alio secederet, & ibi iterum sine impedimento, coram facie Ecclesiæ, alteri nuberet. Dubitavi (inquit Legionensis) non potest, quoad Deum attinet, in casu hoc dubio, secundum matrimonium præstare primò; & ex consequenti, illi stare tenetur, qui contraxit, quamvis excommunicationibus cogatur ad primum redire, quod sanè in controuersa est; an sit matrimonium. Quæ tamen difficultas cessaret, si renouatio consensus publice facta fuisset coram Parrocho, & testibus. Hæc ad literam Legionensis; quæ, à falsitate adducta, contra veritatem prædictæ conclusionis videntur probare, non cessare inconuenientia iudicò casu; ac proinde Tridentini legem talem etiam casum comprehendere. Licet enim vera sit distinctio Sanctij de cessatione rationis legis, & de non comprehensione talis, vel talis casus, per legem ipsam; non tamen est ad rem (ait ipse Legionensis supra, num. 10. Ergo adhuc solutio, pro veritate, ex sententia Sanctij adducta cõtra veritatem, non conuincit. Quomodo ergo conuincenda est falsitas, ut clarum de veritate examen appareat, quod in his paruis opusculis promitto?

35 Sed ecce iam prædicti tertij argumenti cum omnibus, quas congerit, cõfirmationibus, falsitatem demonstro. Prius tamen, etsi obiter, pro Doctissimo Sanctio, quem in multis, acriter arguit (qua ratione nescio) Legionensis, placet, quia Magistrorum Magistro causam assumere, & Basilij obliuionem, meo videri, (parce Magister tantè) in hoc casu ostendere. Igitur oblitus est Legionensis. Ea enim ratione, quæ probat, secundum matrimonium debere primò præferri, quoad Deum, oppositum sanè demonstrat, in opposita Sanctij sententia, in quâ loquendo, falsum supponit, asserendo, secundum matrimonium esse

sine

sine impedimento contractum. Nam, quod maius esse potest respectu secundi de facto matrimonij, & si coram Parrocho, & testibus contracti, impedimentum, quàm esse quem ligatum alterius vinculo matrimonij: atqui sic se res habet in Sanctij, & aliorum sententia; in quâ adhibito interne cōsensu, validum existit primum matrimonium: ergo.

36 Fateor tamen, melius fore iterum coram Parrocho, & testibus cōsensum præbere, si defectum cōsensu alterius coniugis alter acriter non ferret. Cum tamen huic periculo exponatur, si ille, qui cōsensum negavit, defectum illius alteri cōiugi ostenderet, quoposito eadem sequerentur incommoda, idè rectius asserit Sanchez validum fore dictum matrimonium adhibito postea interne cōsensu; ex quo in sua, & mihi probabilissima, sententia nullum sequitur inconueniens.

37 Deindè non capio, quomodo Legionensis dicat, adhibentem cōsensum interne coniugem, qui primo illum negavit, & postea alio secedentem, & cum alia ibi contrahentem, non teneri ad primam redire vxorem, & si ab Ecclesia censuris compellatur. Hoc (inquam) non capio, nec rationem, quâ dictum hoc vim habere valeat, reperio. Etenim qui cōsensum, primò negatum, postea, opinione Sanctij ductus, adhibuit, si deindè recedat, mortaliter peccat; cum gravissimam vxori irroget iniuriam, illa, post adhibitum, ad validandum matrimonium, cōsensum, carnaliter vtens, & postea mutata sententia alteri nubat, primam relinquendo. Hoc enim quid est aliud quàm destruere materiam, & iniusta animi mutatione, primæ, & veræ, secundum ipsius viri electionem, & voluntatem, vxori, iniuriam irrogare; quod exacte probatum inuenies sequentis casus resolutione. Ergo peccat mortaliter: ergo iustissimè excōmunicatione astringitur: ergo obedire tenetur. Absurdum enim est illum, qui sequutus probabilem sententiam decreuit, & incipit præceptum implere, posse iterum ad aliam appellando sententiam, tamquam iustus præcepti fractor, ab illius impletione excusari; de quo, vt dixi casu sequenti sermo erit.

38 Præterquam quòd, si tantam adhibet Basilius Legionensis fidem (& me-

rito) Dominorum Cardinalium declarationibus, vt propter quandam, decidentem, Parrochum, etiam nō Sacerdotem, posse validè, & licite matrimonio assistere, (licet quidam oppositum probabiliter dicant, vt ex dictis num. 7. constat) vt asseret *dict. lib. 5. cap. 17. num. 1.* Non licere de hoc amplius dubitare; cur iddem de prædicta Doctissimi Sanctij sententia circa internam renouationem, vel positionem cōsensu non affirmat? cum pro ea, aliam Dominorum Cardinalium declarationem referat Barbosa vbi supra, *dict. ses. 24. cap. 1. num. 58.* Et hæc obiter pro sapientissimi Sanctij sententia.

39 Huc vsque tertium delirium; quòd similiter manet euersum, & funditus, prædictis duabus ad primum, & secundum signum datis euentibus solutionibus. Quibus addo, quod, licet sententia asserens cessare legem in particulari, cessante, etiam in particulari, eius adæquato sine intrinseco, & extrinseco, probabilis sit; non tamen rectè, sed ignoranter prædicto adaptatur delirio. Etenim in nostro casu non cessat, nec cessare valet finis intrinsecus. Aperta est ratio. Nam finis intrinsecus, quem Tridentinum vitare cupit, est, ne ex natura rei, & actus, damna proli sequantur; vel (vt clarius loquar) finis talis est, ne detur actus, ex quo, quantum de se est, tale possit sequi incommodum; quod in omni sententia manifestum est. Atqui quantum cumque crescat parentum cura in procreanda prole, nequit auferre à tali actu intrinsecam veluti aptitudinem, vel non repugnantiam, vt damnum tale sequatur: ergo nullatenus cessat finis adæquatus: ergo fictitia, & apparens tantum, est prædicta argumentatio.

40 Igitur, vt huius tertij delirij falsitas discursu appareat breuiori, placet, omnia, quæ à num. 18. vsque ad 25. dicta sunt, iterum compendiose referre. Omnes ergo sententiæ, prædictis in numeris contentæ, & quæ pro tertio hoc delirio congeruntur, ad tria possumus capita reducere. Primum constituunt sententiæ illæ, quæ circa locum denuntiationum referuntur probabiles, & probabiliores. Sed hæc in nullo falsitari patrocinant. Etenim adhuc, denuntiationibus omnino omisis, matrimonium validè consistit, si, nullo stante impedimento aliò, coram pro-

proprio Parrocho, & testibus celebretur; quod & ratio probat, & euidenter manifesta, & frequenti experientia comprobatur. Secundum caput resultat ex implicita probabilitate, quam Basilius, & meus Leander, citati supra num. 25. præbent Authoribus, qui assentunt, in tribus casibus validum fore matrimonium sine Parrocho, & testibus celebratum, ad evitandum grauedaminum. Sed etiam hæc sententia, licet probabilis foret, in nihilo prædictum valet adiuuare delirium. Etenim in eo solum potest fundari, gratis concessa, probabilitas, quod Tridentinum Concilium eos pro materia; circa quam, non comprehendat, qui, in simili periculo constituti, Parrocho carent, & testibus; sicut nec eos comprehendit, qui in Prouincijs, in quibus ipsum non viget Tridentinum, habitant; ij enim absque Parrocho, & testibus, iuxta probabilior sententiam, contrahere valent; de quo supra num. 19. Cum autem in casu, de quo loquimur, nec proprii ad sit carètia Parrochi, nec periculum mortis, nisi absque illo contrahatur matrimonium, interueniat; nec tandem cõtrahentes extra territorium, vbi Tridentinum ius dicit, cõmorentur, habitent, vel yagentur, &c. in nihilo certè per prædictam sententiam tertium adiuuatur, vel fouetur, delirium. Tandem tertium caput conituere valet pro prædicto delirio, sententia, loquens de cessatione finis adæquati intrinseci, & extrinseci, de qua *tract. de legibus* dicemus. Et nec huiusmodi sententia aliquid probabilicatis in prædictum delirium refundere valet. Quod primò conuincunt ea, quæ antecedenti numero remanent dicta. Et quæ, pro maiori demonstratione veritatis, sic tandem declaro. Tridentinum Concilium prædictam præbuit contrahendi matrimonium formam, ob præuisa per multum temporis inconuenientia, quæ frequenter ex matrimonij aliter celebratis sequebantur: ergo expertum fuit, ex vi talium cõtractuum, sub alia forma celebratorum, quantum de se est, prædicta sepius inconuenientia pululasse. Intendit ergo Tridentinum sub, præscripta ab eo, forma, damna omnia, quantum est ex parte actus, evitare. Atqui matrimonium celebratum coram non proprio, saltem vnus cõtrahentium, Parrocho, quantum est ex parte actus, omnia ante decretum Tridentini

præuisa damna, & pericula non effugit; ergo. Constat hoc. Quia Tridentinum Concilium Parrochum exigit assistentem, tanquam fidelem, authoritatumque testem; & omni exceptione maiorem: atqui Parrochus non proprius, saltem vnus contrahentium, assistens tali factò, non esset testis omni exceptione maior, si quidem peccaret, non solum, si denuntiationes omittas fuisse agnosceret, sed etiam quia officium non proprium in tali assistentia vsurparet: ergo non esset fidedignus. Confirmatur: Nam præfato, & non proprio, Parrocho, testanti de assistentia sui ipsius, tali, de factò, matrimonio, nec proprius Parrochus credere illi debebat, nec si de factò crederet; rectè faceret. Imò posset illum accusare coram Ordinario; qui certè in tantum abesset à præstanda accusatio Parrocho fide, vt potius illum puniret acriter: Ergo, quantum est ex parte talis, de factò, matrimonij, nullo modo vitari possunt inconuenientia, quibus vitandis, tanquam vnicum, & priuatiuum, remedium, testificatio testium, & maximè Parrochi, à Sacrosancto Concilio Tridentino, exigitur, præcipitur, & tanquam forma decernitur. Cum enim talis, nullo modo proprius, Parrochus aliquam non habeat vique modo probabilem sententiam, probabiliterque receptam, illique patrocinantem, in tali, & de tali assistentia, nullo sanè fundamentum habet, vt illi, nec deiure, nec ex iure, fides adhibeatur. Coniuncta igitur omni ex parte manet tertij delirij falsitas; quo sanè prædictæ resolutionis veritas, quo magis trita, eo elucescit magis.

41 Sed adhuc, mirius quamuis, falsitas rugit, & pro ea, disputandi gratia, arguitur quartò. Ex illis verbis prædicti capituli Tridentini; scilicet: *Ego vos coniungo, &c.* Vel alijs, iuxta patriæ consuetudinem. Hæc verba videntur sub forma apponi: Atqui nihilominus communior, & longè probabilior sententia ait, non esse de substantia ad matrimonij valorem; vt refert, tenetque nouissimè Noster Leander, supra, pag. 352. q. 31: ergo, licet prædicta verba non sint forma Sacramenti matrimonij, vt quidam existimant, quos refert, aliquantulumque implicite probat citatus Leander, at si illa, in dicto Tridentini capite contenta, tam leuissimo sic citati Doctores interpretantur

tur fundamento; cur verba illa *coram Parrocho, &c.* de quocumque non valent, etiam nullatenus proprio, intelligi Parrocho; cum alia ex parte, inconuenientia, quæ sequi videntur, eo quod limites nullitatis matrimonij non excedant, similia sint alijs incommodis, quæ ex alijs, & probabilibus, sententijs etiam sequuntur? Quod sic ostendit falsitas.

42 Fatetur enim, iuxta communem sententiam, requiri, quod Parrochus specialem præbeat licentiam Sacerdoti ad assistendum matrimonio; ait tamen, sufficere generalem, quæ conceditur facultas ad exercendum officium Parrochi: vt, citato Gaspare Hurtado *disp. 5. de matrim. diffic. 1. 1. num. 36.* docet Barbosa in Tridentinum *ses. 7. & cap. citatis.* Vnde sufficit licentia Parrochi ad administranda omnia Sacramenta, intra suam Parrochiam, ad animarum curam spectantia; secundum Natarrum in *consilijs, consil. 27. titulo de sponsalibus, in antiqua editione, Saurum, Salcedum, Tamburinum, & Rotam, teste eodem Barbosa, supra pag. 259. num. 113.* Deinde sufficit facultas administrandi omnia Sacramenta, secundum Rebellum *lib. 4. sect. 3. Armentarij lib. de matrim. num. 31. Sandiij lib. 3. de matrim. disp. 35. nu. 7. & 8.* hoc intelligentem quando Parrochus absens est; secus, quando prædicta præbet facultatem, & præsens est; Rotæ, & eos sequuntur Barbosa *supra, n. 114.* Et nihilominus non desunt Auctores, oppositum in his omnibus asserentes. Nam Veracruz in *appendice ad speculum, dub. 5.* in his omnibus casibus oppositum absolute docet, affirmans, specialem requiri licentiam. Quia, quæ specialis nota sunt digna, neglecta videntur, quando specialiter non norantur. *Iuxta leg. Item. ff. de iururijs;* matrimonium autem est ex speciali nota dignis. Deinde facultatem administrandi omnia Sacramenta, siue Parrochus absit, siue non, vt distinguit Sanchez, non æquivalere, nec sufficere, vt eius vigore possit Sacerdos deputatus matrimonij assistere, vel illa solemnizare, docent, Agidius *disp. 27. dub. 3. Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 3.* Hurtado *supra num. 37.* Filliucius, & Taburnus, quos refert citatus Barbosa. Quorum ratio est; quia assistere matrimonio non est Sacramentum matrimonij administrare; quia nec Sacerdos assistens, nec Parrochus, est minister, sed tantum ipsi

contrahentes. Ergo inquit falsitas: nonne ex defectu specialis, vel æquivalentis, licentiæ (qualis non est, iuxta prædictos Auctores, facultas omnia administrandi Sacramenta) sequerentur etiam incommoda, limites nullitatis matrimonij attingentia? Certè, sic videtur. Et nihilominus opiniones sunt, & probabiles; Ergo, &c.

43 Huc usque delirium quartum, quartumque figmentum. Quod similiter refutatum manet per assignatas ad alia figmenta euidentes solutiones, & præsertim per solutionem ad secundum, quæ destructionem casus euidenter demonstrat. Nullus enim ex Auctoribus prædictarum sententiarum concedit, probabiliter adhuc, matrimonium, coram alieno Parrocho contractum, esse validum, cum omnes contrarium absolute dicant. Deinde illa verba: *Ego vos coniungo*: nullatenus ponuntur pro forma quoad valorem matrimonij, vt ex communi Catholica Ecclesiæ vsu patet. Inconuenientia autem, quæ ex alijs probabilibus sententijs, quoad nullitatem, sequuntur, expressè à Doctoribus in nullitatem refunduntur, ita vt ex nullitate matrimonij inconuenientia fornicationis, & male procreationis descendant. Quæ inconuenientia alij non admittunt, quia valere dicunt talia matrimonia. Cumque nullus auctorum dicat, nec probabiliter dicere possit, matrimonium, coram alieno absolute Parrocho contractum, valere, sic, in omni sententia, ex hoc talia inconuenientia sequerentur. Ex sententijs verò probabilibus, supra relatis, vel alijs, quæ, ad hunc effectum, ex alijs Auctoribus possunt adduci, solum probabiliter prædicta sequuntur, vel non sequuntur, inconuenientia; tolerante, ex vna parte, Ecclesia tales sententias, & euitante, alia ex parte, in quantum potest, talia inconuenientia, eligendo semper partem securiorem, vt patet. Ergo nullius est momenti supra posita quarta argumentatio.

44 Sed adhuc non acquiescit falsitas, ignorans certè, durum illi esse contrarium calcitrare. Igitur tandem contrarium veritatem omnibus alijs destituta remedijs, fictitijs sanè, arguit sic; & ex illo, quo decisum testatur. Sil. in *Sellest. Canon. cap. 22. num. 11.* scilicet, matrimonium, contractum coram quodam Par-

rocho alieno de licentia Ordinarij, validum esse, quamvis Ordinarius intentionem haberet, tale matrimonium, non alteri, quam proprio Parrocho, committendi. Quam sententiam refert Barbosa vbi supra, *num. 97.* Ex qua sic argumentatur: Idem est, adesse matrimonio Parrochum non proprium absque licentia, ac adesse absque intentione Ordinarij, dantis in exteriori licentiam, & potestatem, vt assistat, in interiori tamē nollentis illam præbere; quamvis in exteriori iudicetur talis Parrochus facultatem habens: atqui hoc secundum dici valet, stante Tridentini Concilij rigore: ergo & illud primum. Maior pluribus valet exemplis comprobari. Nam promissio, votum, & promissorium iuramentum, facta absque promittendi, vouendi, taliterque iurandi intentione, nulla sunt, nullamque obligationē inducunt: ergo, &c. Minor est probabilis: ergo & consequentia.

45 Quod si dicatur, talem Parrochum ex prædicta commissione assistentem, habere titulum coloratum, ratione cuius censetur Ecclesia defectum facultatis, reuera ab Ordinario non concessæ, suplere; & alias errorem communem, iuxta legem *Barbarius, ff. de officio Prætoris.* Admitto (inquit falsitas) admitatur tamen (rogat illa), opinionem probabilem, iuxta sententiam Legionensis, & aliorum, de quibus ego *tract. de legibus,* gerere vicem erroris communis, tituli que colorati: (absque quo titulo sufficere communem errorem, ab opinione fundatum, ait doctissimus Basilus post, & ante alios:) ergo, si in adjuncto simili non obstant in convenientia, que in contraria, communique sententia sequuntur, vel sequi possunt, si defectus facultatis, ab Ordinario in solis verbis commissæ detegatur, non obstabunt etiam in casu præsentis: Ergo, &c.

46 Hac vsq; delirium vltimū, quod tandem ex dictis manet, & satis apertè confutatum. Et præter hoc; vel sententia illa, a Doctore Barbosa, vbi supra *num. 43.* relata, est falsa, vt ego existimo; vel, si probabilis, nihil ad prædictam conducit falsitatem. Nam confirmatio eius ex voto, promissione, & iuramento deducta, nihil probar. Eo quod tota vis promissionis, voti, & iuramenti clauditur in intentione promittentis, vouentis, & iu-

rantis; quàm intentionem Ecclesia suplere non valet. Licentia autem ab Ordinario præstita, licet absque interna illam præbendi intentione, ab Ecclesia suppleri potest, vt patet. Et quamvis opinio cum errore communi possit tribuere iurisdictionem; in casu tamen posito nullus est error communis pro falsitate, vt constat. Cum nullus, huc vsque receptus; Author dixerit, matrimonium, coram Parrocho nullius contrahentium celebratum, valere, vt patet. Vnde euidenter manet prædictum figmentum omnino euersum; explicataque, atque in concussa defensa veritas amicissima, quàm ad hunc solum finem in examen adduxi.

QVINTVS CASVS.

FRANCISCVS, habita dispensatione, matrimonium contraxit cum Maria affine sua. Continebat autem dispensatio sequentem clausulam: *Dum tamen prius copulam non habuerint.* Habita fuit copula. Sequuti tamen opinionem probabilem, contraxerunt, & de facto consummarunt. Postea tamen, aliqua inter eos superueniente causa, separarunt se, se quædo opinionem, asserentem, tale matrimonium fuisse nullum. Rursus, post aliquot annos, animum mutant ad cohabitationem redierunt.

Quæritur: an mutabilitas hæc, præcisso scandalo, licita sit?

CASVS RESOLVTIO.

I DIFICILIMA sane extat præsentis resolutio casus, si affirmatiua solvendus sit solutione. Suppono tamē prius, quod, si dispensatio fuit pro foro fori, & copula fuit occulta, non tenentur contrahentes, etiam interrogati, crimen suum detegere; eo quod dispensationis veluti conditio pro exteriori tantum foro procedit. Si verò dispensatio sit Pœnitentiariæ, & in foro poli de crimine interrogatio fiat, suppono iuxta communem sententiam, teneri contrahentes crimē fateri; & si Henriquez dicat, illa verba, *nisi prius copulam habuerint:* non esse per modum conditionis adiecta; sed veluti modum quendam, qui dispensationem non annullat; quibus sic positis, re-

que

que manente in opinione, hoc opus, hic labor est.

2 Pro parte tamen affirmatiua faciunt, quæ sequuntur, rationes. Nam liberum est unicuique, & prohibito, sequi opinionem probabilem: atqui in opinione est positum, tale matrimonium valere; ergo liberum erit cuiuscunque ex contrahentibus talem opinionem sequi: ergo, ablato scandalo, licitum erit pro aliquo tempore habitare simul, vt coniugati, & pro aliquo, voluntate mutata, vt non coniugati, recedere; & suppono, nullos ex tali habitatione esse filios progenitos, imò nec per accidens gignendos, quibus irrogetur, aut irrogari possit iniuria. Sic arguebat quidam Doctor.

3 Et confirmabat hoc: nam vouens aliquid efficere, quòd nullatenus sit còtra Regulam, v.g. Religiosus sine licentia valide in communi sententia vouet; ita tamen, vt si, contrariam sequens, velit à voto excusari, excusatur pro tempore, quo illam sequi vult; & rursus, si postea voverit votum implere, stante, eadem voluntate, & irrita non facta, possit rectè. Ergo sicut hic opinatiua voti validitas non destruitur per electionem alterius opinionis, nec mutatione electionis certo, & infalibiliter firmatur, sic in nostro casu probabile tantum modo, matrimonij valorem non firmabit, qui pro aliquo tempore, opinionem de eius validitate sequutus, iuxta eam cum alio probabiliter coniuge habitat; ac proinde mutata voluntate, poterit à cohabitatione, & toro, pro alio tempore se separare. Probatur consequens: nam nulli præiudicium facit, nec irrogat iniuriam: non Sacramento; quia non supponitur certum, sed alternatiue nullū, & validum probabiliter: nec alteri coniugi, qui solum ratione Sacramenti, & contractus ius, probabile tantum, retinet; quòd ius de facto, probabiliter omnino potest cessare, si ambo in mutationem prædictam consentiant.

4 Probatur deinde a simili ex contrario sensu: nam ideò iniustum est, eligentem aliquam opinionem, assererem, tempus non esse de essentia ieiunij, & iuxta illam, hora (mane) 8. comedentem, mutare postea voluntatem, & confirmando se cum contraria sententia, dicente, tempus esse de essentia ieiunij, & se iam ieiunium materialiter fregisse,

proindeque ab illo esse excusatum: ideò, (inquam) hoc iniustum est, vel, quia (vt alij ante Emminentissimum Dominum Cardinalem Lugum tom. de Sacramentis, disp. 5. de Eucharistia, sect. 2. pag. 478. dicunt) præceptum, ad ieiunium obligans, est certum, proindeque nullus potest illa fraude à ieiunio excusari; vel, (vt alij philosophantur) quia per contrarias illas electiones destruitur præcepti materia, vel casus: ergo quia nostro in casu nõ supponitur certum, & validum matrimonium; nec consequenter destruitur eius materia, vel casus, cum pro temporis diuersitate opinionum se probabilitati accommodent, dicendum erit, licitè posse talem mutationem efficere.

5 Sed dices: qui iuxta probabile sententiã centū restituit aureos, nequit postea illos centum, inuito possidente Domino, auferre: ergo, qui iuxta probabilem sententiã de matrimonij valore cum probabili coniuge cohabitat, illique corpus tradit, nequit ab illo traditum ius in corpus, eo inuito, iuxta aliã sententiam auferre.

6 Respondetur tamen: & in primis videtur, quòd si ambo in simili mutatione consentirent, licite possent separari; sicut in repetitione centum, possessionis Domino consentiente, vnanimiter est dicendū. Respondetur ergo disparem esse rationem; nam in casu solutionis centum, illos solvens iuxta probabilem sententiam, potest absolutè in alium de illis centū ius, siue probabile, siue certū conferre, sicque collatum censetur; in nostro autem casu nequeunt prædicti coniuges ius in corpora mutuo transferre, nisi ratione matrimonij, validique contractus: atqui illius validitas est tantum probabilis, ratione probabilitatis impedimenti, cuius ablatio à contrahentium voluntate minimè pendet: ergo semper ius opinatiuū remanet: ergo sicut in voto prædicto (& idem est de quocunque præcepto, cuius obligatio in opinione sita fuerit, præceptumque per tempus talis mutationis capax, durauerit) valida, & licita est pro temporis diuersitate mutatio cum ipso facto, sic & in nostro casu.

7 Sed dices iterum: sequitur ex posita resolutione, quòd si Petrus, v.g. & Ioannes, qui sunt affines Mariæ, v.g. & Elizabeth, affinitate orta ex illicitis co-

pulis, habitis per fratres prædictorum Petri, & Ioannis, cum prædictis feminis; sequitur (inquam) quòd, si prædicti, Petrus, & Ioannes cum prædictis feminis, aliàs non contanguineis cocant, & ad cõtrahendum cum illis, dispensationes, tacitis copulis, obtineant, defactoque matrimonium contrahant, manentibus talibus dispensationibus in opinione nullis, ob prædictam clausulam, scilicèt, *nisi prius copulam habuerint*; & postea vnusquisque, probabilem sequutus sententiam, à sua, probabiliter tantum, vxore separetur, &, in hac separatione, aliàs similiter dispensationes (idest, tacitis copulis, si ad inuicem illicitè etiam præcesserunt, vel quamvis non præcesserint) obtineant ad cõtrahendum cum eisdem feminis, è contra (hoc est) Petrus cum Maria, antea vxore Ioannis, & Ioannes cum Elizabeth, vxore antea Petri, defactoque contrahant, sequendo opinionem asserentem, tales dispensationes fore validas; sequitur (inquam) quòd, si rursus à prædictis feminis, matrimonio, probabili tantum, sibi coniunctis, separentur, possint postea, mutata voluntate, ad priora redire coniugia: scilicèt Petrus cum Elizabeth, primò vxore, & postea Ioannis, & Ioannes cum Maria, primò vxore sua, & postea Petri. Quòd (& si absurdum) sic probari videtur: nam reuera prima matrimonia, in probabili sententia nulla extitere, sicut, & valida in sententia contraria. Tunc sic, sed secunda matrimonia etiam nulla, & valida, ob similem rationem perstiterunt: ergo si vnique licitum est à sua vxore recedere, & cum alia, à prædictis feminis distincta, contrahere; cur licitum non erit ad priores redire vxores, contrarias de matrimoniorum valore sequendo sententias, quæ materiam, & casum destruere non videntur; præsertim si vsque tunc nullos filios ex præcedenti cohabitatione habuerunt?

8. Neque obstat dicere, hoc esse feminis iniuriam irrogare. Nam supponamus, illas tali mutatione esse contentas, similiterque talibus opinionibus cõformari. Ergo validè, & licitè poterunt hoc efficere; sed videtur aliàs absurdum; ex prædictaque resolutione sequutum: nõ ergo stat vera ad præsentem casum posita resolutio.

9 Sed responderi potest, replicam nul-

lius esse momenti. Nam, & si posita ad casum prædictum probabilis foret resolutio, non indè sequitur, licitum fore, quòd per sequellam deducitur. Primò; quia nulla ex prædictis sententijs ita annullat, vel approbat matrimonia dicta; vt, alijs electis coniugijs, ad priora redire permittat. Et si dicas, hoc videri sequi ex prædictis sententijs. Dico primò, hoc Authores illarũ minimè cõcedere, imò nec debere concedere. Quia (& hæc est secunda ratio, & solutio) hoc est primò contra bonũ prolis, per se loquẽdo. Secundò, contra ius naturæ, quòd (ablata præsertim Dei dispensatione) postulat; vt nullus duas habeat vxores in sensu cõposito, & nulla duos similiter habeat viros, quòd absolutè verũ est, siue hoc sit per ius in re, siue per ius ad rem, vt in sequella monstratur. Nam iniustũ est, & cõtra ius naturæ (naturæ enim ius vni ad vnã ius tantummodo cum omnimoda negatione iuris ad alteram, adhuc solum probabilis de factò, tribuit) quòd vnicus homo duplex, & si probabile, ius habeat ad duplicem feminã, quamvis de factò cũ duplici non cohabitaret. Vndè non solum cohabitationẽ simultaneam cũ duabus ius naturæ abhorret, sed etiã ius ad duas de factò, etiam diuisiua mutatione prohibito habendas, in vsu condemnat. Deniq; quia ipsum etiã Sacramentũ, representans Spirituale Christi vnus cum vna Ecclesia coniugiũ, duas quomolibet sponsas detestatur, vt patet. Vndè, dato, quòd posita ad casum resolutio probabilis foret, non indè, probabilem esse appositam sequellam, deducitur. An autem dicta ad casum præsentem resolutio probabilis sit, ob rationes, quibus probari videtur? Dico, illam mihi non probari. Tũ, quia fit iniuria Sacramento. Quòd semel, tanquam validum, electum, quamvis in opinione probabilis, perpetuitatem cohabitationis coniugum secum affert, nisi, vel ab Ecclesia, posita impedimenti notitia, annulletur; vel iuxta ipsius Ecclesiæ decreta, & Canones, aliter separentur. Tũ etiam, quia sequeretur, quòd, si ipsi coniuges, dũ tanquam non coniugati probabiliter, separentur, si tunc vnusquisque cum alia coeat, non sint Adulteri, sintque Adulteri, quando ad commercium, & cohabitationem, probabiliter redeunt: quòd mihi absurdum

est. Vtroque enim viuento, quomodo stare poterit in ipsorum potestate pro tempore esse Adulteros, pro tempore non. Simile autem de voto, quò quidam Doctor contra me arguebat, nullius est momenti. Primum; quia votum non est Sacramentum, quò immutare pro libito, indecens est. Secundo; quia validitas voti solum in viuentis voluntatem refunditur. Et eo ipso, quòd, sequendo opinionem probabilem, ab illo vouens separatur prima vice, Deus illud non acceptat, si prædicta mutabilitate votum repetat; quia non adest perfecta voluntas in vouente placendi Deo, quando, dum potest illi in facto placere, ad probabiles excusationes, omnino pro tunc destruendo votum in contrario facto, recurrit. Denique; quia quando vult redire ad votum, obiecti uè iddem, non redit ad votum formaliter iddem. Quia non durat eadem formalis voluntas; quæ, cum sit voluntas feruendi Deo, ignoro penitus, quomodo possit stare cum facto, ipsi uoluntati contrario. Et in hoc sensu admittitur simile, sicque iudico: salua, &c.

SEXTVS CASVS.

PETRVS, v.g. Matrimonium contractum anno decimo quarto ætatis computans à die conceptionis; & ante quam ad decimum quartum annum perueniret, computatione facta à die Natiuitatis, quendam consuluit virum doctum; à quò, cù de nullitate talis matrimonij fuisset admonitus, in aliam se prouinciã transtulit; in quã uolens ad ordines ascendere, Sacris fuit insignitus post vigesimum primũ annum inceptum, facta similiter ætatis computatione à die conceptionis. Post ad patriam reuersus, coactus fuit, tacito Ordine Sacro, ad uxorem redire, quæ ab illo ignorante prius conceperat, filiumque pepererat.

Quæritur; an tutus sit in conscientia?

CASVS RESOLVTIO.

HVIc Difficultati duplicem, Deo dante, solutionem affirmatiuam præstabo; unam omnino veram: in quam solam, resolutionem ad præsentem casum refundo. Alteram, non meo

iudicio probabilem, sed solum propositam, ut iudicent docti.

3 Igitur prædicto casui facilis est affirmatiua solutio; ex eo, quòd matrimonium contractum verum fuerit, licet ante pubertatem contractum, computatione ætatis facta à die conceptionis. Ratio est manifesta ex eo, quòd, malitia supplente ætatem, ualeat matrimonium, ante pubertatem contractum, etiam facta computatione ætatis à die conceptionis, iuxta *cap. de illis, secundum, de sponsalib.* ut videre est apud Authores, & precipuè Sanctium *de matrim. lib. 1. de sponsalib. disp. 16. n. 9.* Atqui in casu prædicto malitia suppleuit ætatem in Petro; quòd probauit copula, prius habita cù factu sequuto: ergo validum fuit prædictum matrimonium. Cumque Petrus bona fide de facto ordines suscepisset, eo quòd, de existimata nullitate matrimonij fuerit instructus, non est, cur priuatus maneat iure petendi debitum, ratione Ordinis Sacri, cui annexum est votum; vel solum præceptum continentia; iuxta varias Doctorum sententias; de quibus alibi. Sicque quantum ad hoc, aliorum salua auctoritate, existimo iudicandum. Et hæc est prima ad præsentem casum solutio.

4 Ut tamem rem alius consideremus, videtur (& hæc est secunda resolutio) matrimonium prædictum, etiam factu, copulaque non sequutis, nec ullo alio posito, ex quò constare posset, malitiam suppleuisse ætatem, alio ex capite, esse validum. Probatum ex eo, quòd Petrus uerè fuerit in pubertate, facta ætatis computatione à die conceptionis; quam fieri posse, sic ostenditur argumento, deducto a simili computatione ætatis de Sacris Ordinibus (ut dicitur in informi) ad matrimonium. Nam quoad ordines attinet, sic sentiunt Oddo Sforzias, *tract. de restit. in integrum, p. 2. q. 2. ar. 7. n. 48.* & Glossa *in regula 7. Cancellariae;* quos cum Quintiliano Mandosio, *de ætate minor. cap. 1. num. 25.* (quem uide dicto num. 25. in fine, & cap. 3. n. 8.) refert Thomas Sanchez *lib. 7. consil. cap. 1. dub. 33.* De qua etiam sententia meminit Bonacina *tract. 3. de suspensionibus in particulari, disp. 3. 4. punct. 2. num. 6.*

5 Et licet Thomas Sanchez, & Bonacina sententiam hanc probabilem non iudicent, illam tamen non improbat. Nam Sanchez,

chez, solitus sententias cēsurare, de hac, veluti de re difficill, censuranda abstinent. Bonacina verò, vbi supra, hæc habet verba: *Quòd dixi, suslinendum videtur, (scilicet à die natiuitatis ætatem computandam) contra Sfortiam, & alios arbitrantes, à die conceptionis computandas esse.* Sic ille quòd certè notatu dignum est, cum soleant (vt dixi) prædicti AA. aliàs improbare improbandas sententias.

6 Igitur prædictam Sfortiæ, & aliorum sententiam, sic probare, quis valet. Tùm; quia nõ aliam ætatis computationem ad ordines exigit Tridentinum, quã, quæ, iuxta ius commune, fieri valet; sed ætatis computatio, a die conceptionis facta, iuxta ius commune facta celeretur; ergo, &c. Maior constat ex eo, quòd iuris communis correctio vitanda est, dum expressè illi non derogatur; vt vtriusque iuris DD. Theologique fatètur; quæ derogatio non fit per Tridentinum, vt patet. Minorem autem sic probat ex antiquo iure in 1. p. decretali, dist. 78. Can. 4. vbi sic habetur: *Præbyter ante trigenti annorum ætatem non ordinet; quamvis sit vitæ probabilis; sed obseruet ante præfinitum tempus: Dominus enim noster, Iesus Christus trigesimo anno baptizatus est, & tunc prædicauit.* Ex quibus verbis, sic Minorem probat: non potuit vllò modo stare triginta annorum in Christo ætas, ommissa ætatis computatione à die conceptionis eius; vt videre est apud Henriquez in Sum. de fine homin. cap. 23. num. 7. cum Glossa; Bellarminium lib. de Romano Pontif. cap. 8. & alios; qui & de ætate Christi Domini ante Baptismum, & de tempore prædicationis eius, & mortis, agentes, hoc pluribus PP. Sacrorumque DD. comprobant testimonijs: atqui horum Sactorum, Doctorumque placita, iuxta prædictam dist. 78. Canon. 4. primæ partis decretalium vim habent: ergo, & iuxta ius commune; cui, cum Tridentinum nõ derogauerit, conformari videtur: ergo, &c.

7 Tùm etiam; quia stãdo in iure Ciuili, probabilissima est sententia, affirmãs, debere fieri talem cõputationem, à die, scilicet, conceptionis. Et in primis Mandossius, supra citatus, has habet propositiones: *Concepto legari potest; fidei committi; donari, ipsi paratur restitutio in integrum: competit actio negotiorum gestorũ.* Postquas propositiones, sic concludit num. 441.

Conceptus; quoad cõmoda, pro nato generaliter habetur. Quòd iddem docet alij, quã plures. Deindè ex Ciuili iure hoc idem probat Textus in leg. qui in vtero, ff. de statu homin. vbi Iuriscōsultus sic habet: *Qui in vtero est, proindè est, ac si in rebus humanis esset, custoditus, quandiu de eius cõmodis agitur.* Circa quã legẽ videri possunt Baldus, & Couar. 4. decretal. 2. p. §. 2. num. 2. Facit etiam Textus in lege, quòd Diuinus; 23 1. ff. de verb. signif. Textus in leg. 2. §. quibus autem, ff. de excusat. Textus in leg. cum quidam 30. §. 1. vers. Et in eo vete, ff. de acquirenda heredit. Textus; in leg. Nuper, C. de natis liberis. Item Textus in leg. & si seruus num 5. §. ingenui, ff. de statu homin. & 4. §. sufficit, de nuprijs: Circa quòd videri potest Antonius Faber lib. 20. coniectur. cap. 1. quem refert, sequiturque Carranza de legitimat. cap. 2. §. 4. numer. 19. Denique pro libertate, non solum Latina, sed & illa, quã manumissi Ciuitatem Romanam obtinebant, consequenda, facit expressè Iustinianus Imperator: vt videre est apud Doctissimum Narbonam Anno 1. q. 14. num. 7. 8. & 9. qui etiam videri potest, Anno 25. q. 52. num. 1. in fine; vbi refert Vallascum allegat. 65. num. 13. asserentem, esse priuilegium, competens Tutori, agere nomine partus futuri, vnde & Tutor datur illi, qui in vtero est.

8 Deindè, quoad dignitates sæculares, & honores, hanc ætatis computationem à conceptionis die admittent plures, quos refert idem Narbona Anno 25. q. 64. num. 1. & 2.

9 Rursus; si institutio Maioratus vocet masculos; & in istorum absentia fæminas, temporeque vacationis Maioratus masculus sit conceptus, excludit fæminam, non dùm aduentem Maioratum; vt cum Molina de primog. lib. 3. cap. 10. plures referente, docet Thomas Sanchez tom. 2. consil. lib. 4. cap. 1. dub. 26. nu. 5. ergo non solum iure Ciuili, sed etiam Canonico, valet à die conceptionis fieri ætatis computatio, non solum quoad dignitates, sed etiam quoad Sacros Ordines: tunc sic; sed non maior est efficacia Iuris, ætatem quoad hæc computantis, quã quoad matrimoniũ contrahendum: ergo (quidquid sit de malitia, ætatem supplente in matrimonio) poterit ætatis, ad illud requisitã, fieri à die conceptionis computatio. Ad rem etiam hanc conducit aliquantulum id,

quòd tradidit Petrus Barboſa *in commenſarijs ad interpretationem tituli, ff. de iudicijs, vbi ad legem Hares absens, §. proinde, in articulo de foro, ratione originis, numer. 14.* affert concordantiam duarum opinionum; vniùs, inquam, (quam refert num. 10.) aſſerentis, filium, natum à Matre, tranſeunte per locum, non eſſe originarium illius loci, ſi Parentes habebant in alio domiciliũ; alterius verò, dicentis oppoſitum, quam refert num. 12. aſſert: (inquam) concordiam, quæ tradidit à Ripa, *tract. de peſte, titulo de priuileg. contractuum, num. 183.* vbi ait, primam opinionem eſſe veram, ſi filius ſit conceptus in oppido, vbi Parentes domiciliũ habebant. Ex hac ergo concordia videtur dicendum, etatem quoad hoc computari poſſe à die conceptionis. Etenim domiciliũ, vel originarium hominis locus, homini debet correfpondere, & ſicut ex tempore, à quò illi originarium domiciliũ competit, numeratur domiciliũ duratio vique ad hominis mortem, ſic, ſi à conceptione ſumitur domiciliũ inceptio, à conceptione ipſa ſummi debet etas hominis, cui viuenti correfpondere debet domiciliũ originariũ duratio: ergo, &c. Conducit etiam ad hoc probandum, quòd ſequitur ex ciuili iure: dubitatum namque fuit apud ipſos Iuriſprudentiæ DD. vtrum is, qui ex Matre, medio tempore libera, Ancilla tamen tẽpore conceptionis, & partus, naceretur, in genus eſſet? Et Martinianus aſſeruit: quem cum Iuſtiniano aliqui ſequuntur. Sic illi: ergo computatur ad libertatem fetus, tempus ipſius fetus, medium inter conceptionem eius, & partũ; pro quò tẽpore Mater libera exiit, libertatemque in fetũ reſudit: ergo pro illò tempore fuit fetus libertatis capax: ergo ab illo tẽpore adiudicatur illi libertas: ergo, & ab illo tempore deſumenda eſt etas, pro quà liber exiit: ergo, & ab illo tempore computari poteſt etas ad matrimonium contrahendum, & ad Sacros Ordines ſuſcipiendos, & ad profeſſionem ſimiliter faciendam: ergo, &c.

10 Aliam rationem, quæ etiã de etate ad ordines probare prima facie videtur, adducit Narbona ſupra *anno 25. q. 68. n. 17.* vbi ex Cabedo habet, quod, ſicut malitia ſupplet etatem, *leg. ſi alterius, C. ſi minor ſe maior. dixer. cap. de illis, de ſponſalib. impuber;* Sic probitas, honeſtas, &

prudẽtia etatis ſuppleat defectum. Quæ in Rege ſupplet, ad gubernandũ ante viginti quinque annos, ſine curatore, iuxta Textus, quos cum alijs DD. ibi refert Narbona; quòd ipſe ratum dicit implicite: ergo, & in alijs rebus etiam maturitas, prudentia, virtus, &c. etatem ſupplebunt; nam vbi eadem eſt ratio, ibi idem eſt ius, iuriſque diſpoſitio, vt communiter aduertũt DD. Vide Narbonam ſupra *pag. 526.*

11 Sed fateor, rationem hanc, quoad ordines non tenere; imò, nec quoad profeſſionem. Quò ad ordines (inquam,) propter iuris expreſſionem. Quoad profeſſionem verò, & propter eandem iuris expreſſionem; & propter fauorem libertatis proſitentis, & Monasterij, illũ recipientis; quò fauore nec proſitẽs, nec Monasteriũ cedere valent: (quidquid aliqui dixerint) nã fauor ille, vt pote in cõmune omniũ Religionum bonũ, & cõmodum introductus, renantiari non valet à particularibus, etiam Religionibus. Præterquãquòd ſufficit iuris diſpoſitio, dũ expreſſe oppoſitum non conſtiterit, nec de eo DD. aliter ius interpretauerint. Nã aliàs in electionibus Monialium ad prælaturã, vel ad aliquid aliud, petente iure maiorem numerum ſuffragiorum, ſufficeret maior numerus *zeli, ad zelum, vel meriti ad meritũ;* hoc eſt, ſat foret minor pars ſuffragiorũ, quæ maior eſſet in zelo, vel meritis; quòd tamen falſum eſt; cũ ſemper requiratur maior pars numeri de ſuffragantibus, qui competentes ſint. Vt videre eſt apud AA. & præcipuè Sylueſtrum *in Sum. verb. electio 3. num. 3.*

12 Nec contra hoc, quòd, quoad cõputandã etatem ad ordines, à die conceptionis, dictũ eſt, obſtare videtur lex quedam Ciuilis, decernẽs, non eſſe admittẽdum duplicem fauorẽ ad interpretationem vniùs legis. Non (inquã) obſtat. Primò, quia lex ciuilis ſolam pro foro fori procedere videtur, cũ mores animæ non reſpiciat directè, & immediatè, vt infra dicã tractatu de iuramẽto promiſſorio. Vndè in foro cõſcientiæ aliter eſt dicẽdum. Secundò, quia leges Ciuiles trahẽdæ nõ ſunt ad diſponendũ in iure Canonico, maximè, quãdo illi opponi videtur. Tertiò, quia illa lex fallit in tribus diebus Reſurrectionis Dominiçæ, in quã ad verificandũ tres dies, poſt quos Chriſtus Dñs Reſurrexit, ſumitur pars tantum primi,

& tertij dierum. Quartò, denique; quia in nostro casu non est duplex fauor; nam annus inceptus pro completo reputatur ex lege; quod autem lege expressum est nõ dicitur fauor iuxta regulam; *fauores conuenit ampliari*; nam hæc regula indubio procedit casu; vt testantur Sumistæ; atqui non est dubius casus, quando adest iuris expressio, vel cõmunis, secũdũ ius, DD. interpretatio, qualis est illa, quòd, scilicet, res incepta pro completa habeatur: ergo solum remanet vnus fauor, scilicet, circa computationem ætatis à die cõceptionis: ergo sicut iste valet quoad ordines, valebit etiam quoad matrimonium, de quò in præsentì casu: ergo (quid quid sit de malitia ætatem supplere) validam est prædictum matrimoniũ; licet similiter validè, (quòd certum est) & licitè fuerit ordinatus præfatus Petrus. Dico *licite*; quia bona fide processit, vt dicitur in informi; ob quam bonam fidem non manet priuatus iure debitum perendi, proindeque in conscientia securus est.

13 Nec videtur obstare secũdò, quòd circa computationem ætatis à die cõceptionis in ordine ad Sacris initiãdum, communis teneat oppositum DD. sententia. Tũ n; quia licet separari à cõmuni sententia absq; sufficienti fundamento sit temerarium; deficiit tamen à temeritate, quando sufficiens adest fundamentum, vt iam supra adnotauimus. Quã ratione ductus Doctissimus Sanchez aliquoties à communi recessit sententia; quòd fecit circa potestatem dispensandi in impedimento, matrimonium dirimẽte, etiam ante contractum matrimoniũ; quando omnia ad illud cõtrahenda sunt parata, & sequitur scandalum; difficilisque est ad Pontificem aditus, &c. Quam tunc dispensandi potestatem Episcopis cõcedit, nullius autoritate fretus; licet postea plures ex Modernis ipsum Sanctiũ fuerint sequuti. Sic habet prædictus Pater *tom. 1. de matr. lib. 2. disp. 4.*

14 Quòd si dicas, hoc non fuisse se separare à cõmuni sententia possitiuè, sed solum negatiuè; hoc est, nõ fuit, se opponere omnibus alijs Doctoribus, siquidẽ rem possitiuè non tractabant; sed solum introducere de nouo sententiam suam, circa quã antiqui DD. nihil dixerant. Respondetur, replicam istam nullam videri vim habere; tũ quia æquivalen-

ter iddem est, asserere antiquos ante Sanctiũ Doctores solummodo posse Episcopum in prædicto casu, post matrimonium contractum bona fide, saltem ex parte vnus contrahentis, dispensare, ac dicere, non posse, ante contractum matrimonium.

15 Tũ etiã, quia Doctissimus Basilus nouiter defendit cõtra antiquos DD. & ferè omnes, cõsensum, respicientem feminam diuitem per modum vnus obiecti, in ordine ad matrimonium, illud non firmare, si Maria, v. g. diues non sit; de quò alibi dicam.

16 Tũ etiam; quia non est temerarium recedere à communi sententia DD. si illi instar auium, aliquorum vestigia sequuti, nullis perpẽsis rationibus, ipsis, quasi in parentum fide, adhærent; de quò etiam aliquando Sanchez; & Vazquez *12. dif. 62. cap. 1. & cap. 4. num. 13.*

17 Denique; quia plura possem exempla, & singularissima, licet non in ratione, quã fulciuntur, adducere; quorũ plura referã tractatu de legibus, & de monitorijs. Et recens admodũ est opinio Doctissimi Fagundez (de quã supra *casu 4. num. 8.*) asserentis, non excedere culpam venialem commedere oua, & lacticia tempore Quadragesimæ, contra communem, ante illum, DD. sententiam. Addo, plura alia de hoc extare exempla apud DD. & nouiter apud Dianam in suis resolutionibus; & circa filiorum legitimã vnum adduco, singulare sanè, tractatu de Monitorijs, & alibi; de quò Valero *in differentijs vtriusque fori, verb. testamentum*, illud probans.

18 Nec rãdem obstare videtur, quòd nequeat fixus terminus, phisice loquendo, in omnibus cõceptis assignari, si à die cõceptionis computatio fiat ætatis. Nã sufficit moralis certitudo, iuxta cõmunem DD. sententiam; quòd singulariter docet Noster Leander *p. 2. quest. 7.* & (in fallor) Diana; & ego in manuscriptis docui; & infra dicã; scilicet posse quẽ progredi in comedendo, vel bibendo vsque ad duodecimã horã noctis pulsationem vltimam horologij, & die sequẽti communicare, ieiunare, &c. Quia, licet sequatur, horas tunc fore inæquales phisice loquẽdo, non tamen moraliter; in quò sensu tunc horæ accipiuntur; vt singulari ratione, ex sententia Suarij deducta, suo loco probabo; sicut etiam

computatio anni Ecclesiastici sumitur de festiuitate in festiuitatē, licet ad phisicum annum plures dies deficiant; quod iddem de anno durationis Bullæ nō pauci dicūt DD. scilicet esse computandum à publicatione in publicationem, cumque aliquibus in locis, vel Ciuitatibus soleat in prima Aduentus Dominica, vel in Septuagesima publicari Bulla, & aliās sæpius contingat, non ad esse integrum phisice annum simili facta computatione, sufficereque moralem; sic & in nostro casu. Si enim in publicatione Bullæ, in magnis præsertim villis, ingrediuntur octo dies, etiam post diem publicationis eius, quia saluatur moralis publicatio, iuxta non contemnendos AA; interquos Villalobos, & alij cum Sanctio Abbulensi in sellectis; quid mirum, quod ad præfixum terminū conceptionis hominis, moraliter loquēdo, æqualem in omnibus attendatur; licet per accidens oppositum aliquando eueniat. Leges namque ad ea, quæ communiter eueniunt, aptari debent, non verò ad ea, quæ raro contingunt.

19 Rursus; quia ius disponit, sponsalia esse irrita, si ante septennium fuerint celebrata; ea ratione, quod in septennio vsus rationis adueniat; atqui valida sunt sponsalia, non obstante, quod per accidens in septennio vsus rationis deficiat, ex eo, quod leges ad ea, quæ communiter cōtingere solent, attendant; ergo, sicut hic computatio ætatis ex vsu rationis prouenientis, vel è contra, est moralis in certitudine, sic & in nostro casu sat erit, si moralis sit; atqui iuxta communissimam sententiam certus est moraliter dies conceptionis, tam in feminis, quam in viris: ergo hæc, ad computandam à die conceptionis ætatem, sufficit computatiua certitudo: ergo sicut ad ordines, ita & ad matrimonium: ergo validum perstitit prædictum matrimonium; ergo probabilis est posita argumenta; nam de fauoribus iure potiori est iudicandum.

20 Ex his ergo inferri videtur, primò, validam fore electionem Monialis ad officium Abbatis, vel Prioris, si cōputatio quatragesima annorū, quia Tridentino *ses. 25. cap. 7. de arate, & qualitate eligendæ in Superiorem*, postulantur, fiat à die cōceptionis eligendæ; seruatis cæteris, quæ à Tridentino ipso postulantur

sicut, similiter his seruatis, valida erit electio Monialis ad prædictum officium, si computatio trigessimæ anni, vel triginta annorum cum excessu, fiat à conceptionis talis electæ die.

21 Secundò, iddem dici posse de decimo sexto anno, iuxta Cōcilium ipsum ad professionem requisito, cum tamen annus nouitiatus à die naturali in naturalem diem computetur. Itaque poterunt quindecim anni à die conceptionis ad nouitiatum computari; quia quoad hoc ius nil in contrarium disponit; non tamen poterunt decem, & sex anni, non habito integro phisice nouitiatus anno, à die conceptionis numerari; eo quod Tridentinum expressè integrum nouitiatus annum exposcat; & si secundū aliquos possint nouitius, & Religio huic decreto, veluti ipsis fauorabili, renūtiari; de cuius sententiæ censura pro nunc abstineo.

22 Sic se habent fundamenta, pro secunda ad casum resolutione posita. Modo an sit probabilis, iudicent Docti. Per me enim probabilis non fiet, & licet opusculum hoc ad examinandam veritatē effecerim, sufficit mihi in casu præsentis, contrarium huic secundæ solutioni sustinendo, vt sustineo, omnibus allegatis respondere, cum contrario totius Ecclesiæ vsu.

SEPTIMVS CASVS.

Petrus, v.g. & Maria per nouem annos in matrimonio persistentes, & aliquoties illud consummare tentantes, consummare non potuerunt. Hac de causa, & propter dissensiones aliquas, easque cōtinuas à tempore nuptiarum, imò & a tempore sponsalium, communi consensu litem posuerunt, ad dissoluendum matrimonium ratione impotentia.

Quæritur; an sufficit triennis experientia cum iuramento ipsorum, & septimæ manus propinquorū, quin ipsi cōiuges inspiciantur per matronas, & Medicos?

CASVS RESOLVTIO.

I PRO Vtroque foro ad interrogacionem positam affirmatiuè indico
(tal-

(salva communi pace DD. quoad forum exteriorem) respondendum. Imò indecētem esse talem inspectionem probat eleganter Basilius Legionensis, tū ab absurdo, tum ex Patrum (Cypriani, scilicet, Augustini, & Ambrosii) testimonijs; vt videre est apud ipsum Legionensem *lib. 7. de matrim. cap. 63. per totum*; vbi in fine conformans se cum communi sententia Rotæ, Farinacij, & aliorum, ait, tunc solum adhibendam esse, quando vnus tantum coniugum impotentiam restatur: atqui nostro in casu vterque cōiux illam fatetur: nullatenus ergo admittenda est inspectionis probatio; & hoc maximè, si ipsi coniuges reputati renuant. Et maximè etiam si venerem, & factis, & dictis, imò & cogitatione semper ab horrerint; quod per ipsorum iuramentum probari sufficienter potest; & non leuiter, constare etiam valet per vtriusque inter se, & cum alijs viuendi modum.

2 Pro hac etiam resolutione citari valent Glossa *cap. Requisisti, verb. septima manu 33. q. 1.* Pacianus, Sotus, & Ledesma, quos probabiliter sequitur noster Leander 2. p. *pag. 450. q. 45.* quatenus dicunt, non requiri iuramentum septimæ manus, quando ipsi iurarunt coniuges, & inspectio adhibita est; secus dicturi, non adhibita inspectione. Hanc etiam resolutionem docet doctissimus Sanchez *lib. 7. de matr. disp. 108. à num. 6. & præsertim num. 9.* Quod idem negatiuè, vel exclusiuè, docet *disp. sequenti, num. 12. 13. & 17.* Vndè, quia hoc clarum est; aliàs probationes, Authoresque omitto; concludensque dico, quòd, transacto experientia triennio, adhibitoque amborum coniugum iuramento iuxta praxim, & similiter septimæ manus propinquorum, hoc est, iuramento quatuordecim testium propinquorum, ex vtroque coniuge septem, hisque deficientibus propinquis, septem cuiuslibet coniugis vicinorum, vt pluribus probat prædictus Sanchez *diff. disp. 108. num. 11.* Imò si nec tot testes reperiri possint, arbitrio iudicis hoc relinqui docent multi, teste Basilio *lib. 7. de matr. cap. 66. num. 5.* asserente, quod, si nec vicini, nec propinqui extiterint, assumi debent ad iuramentum testes bonæ famæ, & omni exceptione maiores; quòd potius ex mente *cap. final. de frigidis*, quam ex eius expressa decisio-

ne colligendum est. (& si hoc per praxim limitandum sit) non sunt prædicti coniuges ad inspectionem cogendi, imò nec debent ad hoc obligari. Hoc itaque vt factis probabile breuiter resolutum: maius est dubium, quòd sequitur circa prædictos coniuges.

3 An, scilicet, posito iudicis mandato, circa triennem experientiam secūdum ius, ita vt vsque tunc maneat certum in vtroque foro matrimoniū non fuisse cōsummatum, possit quilibet coniugum, si velit, contentiente alio, Religionem ingredi; quidquid fuerit de impotentia? Quòd idem est, ac inquirere, an admissa tali ad litem, de annullando prædicto matrimonio, ratione impotentia, peritione, & prouiso per iudicem mandato de trienniali experientia, visum sit, & approbatum, per taliū coniugum iuramenta, matrimoniū non fuisse cōsummatum, quidquid sit de impotentia impedimento? Igitur.

4 In hac secunda difficultate rationes, quæ pro affirmatiua solutione faciunt, sunt, quæ sequuntur. Tūm quia probatio cōsummationis, vel non consummationis matrimonij in dicto casu, non est necessariò faciēda Matronarum, vel Medicorum experientia, vt ex communi sententia supra diximus: ergo sufficit coniugum iuramentum, & septimæ manus propinquorum, &c. licet triennium illud non expectetur ad finem, vt quilibet coniugum possit vtroque foro Religionem ingredi. Probatur cōsequens: triennialis expectatio ad constandum de vera impotentia, vel potentia, in ordine ad consummationem matrimonij, ad hoc respicit, vt, scilicet, matrimonium per iudicem, nullum, vel validum declaratur: ergo ex admissione præsentationis litis amborum cōiugum ad dissolvendum matrimonium, ob impotentiam allegatam, iuridice constat, & admittitur, matrimonium antea non fuisse consummatum, quidquid de allegata impotentia, sit per triennem experientiam à Iudice iudicandum atqui quocumque tempore, ante consummationem transacto, potest iuxta communem DD. sententiam, de qua antea, & post alios, Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 24. num. 27.* & cum alijs Noster Leander, vbi supra *pag. 334. q. 26.* quilibet coniugum Religionem ingredi, quauis aliàs ad fuisse peccatum in non reddendo debito, post transactum, ad deli-

berandum bimestre, quod in nostro casu non contingit, vt ex dictis constat; siquidem nullus debitum negauit, & vterque in Religionis consensit ingressum: ergo, &c.

5 Tum etiam, quia si intra bimestre, ad deliberandum, vel ad profitendum, (vt omnes, etiam post Tridentinum Concilium, sententias complectar) concessum, aliquis coniugum Religionem fuerit ingressus, nulla alia exigitur probatio, nullaque alterius coniugis admittitur, in vtroque foro, querela, ob priuilegium, à Christo Domino professioni concessum. Rursus; licet transacto bimestri, iuxta varias DD. sententias computando, posset alter coniugum consummationem matrimonij allegare, si que impedire, ne alius Religionem ingrediatur, donec probationes, de non consummato matrimonio afferat sufficientes; attamen, si manens in saeculo non reclamet, imo potius iuret, matrimonium non fuisse consummatum, (licet plus temporis sit à tempore matrimonij contracti transactum) certe vtroque in foro factum admitteretur, soluereturque vinculum matrimonij, professione alterius sequuta: ergo, licet plures anni sint transacti, sufficiet etiam a natorum coniugum iuramentum de non consummato matrimonio: atqui nostro in casu, hoc iurant coniuges, & hoc à Iudice concessum censetur per prouisionem mandati, circa triennalem experientiam, concessam, in ordine ad verificandam impotentiam: ergo, licet impotentia non probeatur, non apposita triennali experientia, supponitur tamen non contumatio matrimonij, cum Christi Domini priuilegio, vt per professionem alterius coniugis tale matrimonium dirimatur: ergo, &c.

6 Itaque licet praedicti coniuges, triennali renuntiantes experientiae, non valeant impotentiam allegare, (si alla ex parte impotentia clare non appareat) valent tamen, per cuiuslibet professionem, talis matrimonij vinculum, ex suppositione quod sit, dissolvere. Nam licet cuilibet illorum, de non consummatione matrimonij, in alterius non credatur praesudicium, credi tamen potest, & debet, vtrique affirmanti, & iuranti, matrimonium con-

summatum non fuisse. Non enim priuilegium, à Christo Domino concessum, de non consummatione matrimonij exigens probationem, illam postulat ab extraneis, sed solum ab ipsis coniugibus, quando aliunde oppositum euidenter, siue phisice, siue moraliter non constat: si ergo in non consummatione matrimonij ambo concordant, adest vtrique locus Christi Domini priuilegio: ergo potest illorum quilibet ad Religionem vtroque in foro, transire, & maximè, quando vterque in hoc consentit.

7 Nec textus de inspectione Matronarum, vel Medicorum loquentes, praecipuè loquuntur, vt illos videntibus patebit. Vt cum doctissimo quodam vtriusque Iuris Cōsulto in hac Cōplutensi Vniuersitate, resatis altercata, in veritatem deduxi. Nec Tribunalium practica, in licentia, & non in lege praecipua fundata, irrefragabiliis legis debet sibi vicem abrogare; praesertim cum oppositum honestati magis congruat, & alias practica praedicta deceptionis humanae limites minimè comprehendere possit. Stat ergo, & primam ad praedictum casum resolutionem, vltra maximam probabilitatem, ad morum decetiam magis accedere; & secundam responsionem eiusdem probabilitatis vi gaudere. Sic citatus Doctor praedictis rationibus conuinctus. Sic etià ex cōplutensi Societatis Collegio duo sapientissimi Magistri. Sicque & ego sentio, cupiens ita in Tribunalibus (quo plura inconuenientia vitabuntur) practicari.

OCTAVVS CASVS.

MARIA, v. g. credens maritum suum esse mortuum, habitum Religionis assumpsit, & professa est. At, eo reuerso, de Monasterio edducta fuit.

Quæritur: an Maria possit debitum petere, & an mortuo marito compellenda sit ad Monasterium redire, vel non; & an possit, saltem probabiliter, (hoc enim desideratur) absque dispensatione ad alias transire nuptias.

CASVS RESOLVTIO.

1 FATOR sanè, negatiuam ad praesentem casum responsionem esse

esse cōmunem. (Salua tamen communi pace DD.) iudico dicēdum, Mariam posse debitum petere, nec esse compellendam ad Monasterium reddere; Marito mortuo; posseque absque vlla dispensatione ad aliās transire nuptias. Et licet noua eddere, irrisionis periculo sit expositum; quando tamen novum, quod in lucem prodit, ex stabili fundamento (& non nouo in substantia, quia nihil sub sole novum, licet nouiter inuento) profertur; dignum est, examinationis potius, quam irrisionis censura. Sic ergo ad præsentem difficultatem affirmatiuè respondeo, vt (& si cum doctissimo Legionensi, infra referendo; possem rem deffinire) aliorum exoptem expectare censuram.

2 Probo igitur positam resolutionem, probando, Mariam, de qua in informi, nullo ad castitatem seruandam vinculo astringi. Et omitto prius, quod (licet dubius) affirmat Nauarrus *lib. 3. consil. titulo de Regul. consilio 64. num. 2.* & super cap. *non dicaris, num. 36.* teste Bartholomæo à Sancto Fausto in Thesaurō Religios. *de voto obedientiæ lib. 6. fol. mihi 557. q. 258. n. 1.* scilicet, Religiosum, eiectum à Religione per iustam diffinitiuam sententiam, non posse ad illam redire absque noua professione. Quam sententiam implicite vocat probabilem Faustus vbi supra, *num. 2.* vbi solum aserit, alios rectius oppositum sentire; vt in secundo casu supra, *num. 8.* ad notauit. Ex hac enim sententia, si probabilis foret, sequi videtur (dicebant quidam ore tenus) præfatam Mariam nullo castitatis vinculo astringi. Ducebantur: nam si hic, qui vere professus fuit, ob defectum perpetuæ sui ipsius traditionis in Superioris voluntatem à votorum solemnitate, in prædicta sententia exemptus, liberque censetur, vt patet; cur nostro in casu, in quo sui ipsius omnino deficit traditio, veluti principale, & fundamentum, (vt statim dicam) ad aliquam castitatis seruandæ obligationem debet astringi!

3 Confirmabant prædictam rationem hoc modo: accessorium iuxta regulam iuris, communiter receptam, sequitur principale: principale autem illud dicitur, quod, veluti fundamentum, se habet, cui reliqua, quæ sequun-

tur, veluti principali, inittuntur, & in quo fundantur: atqui traditio in manus Prælati est ratio, fundans obligationem votorum, Deo factam, vt eleganter Basilius Legionensis *lib. 7. matrimonij*, ad quem locum se remittit, *ex lib. 9. de matrimonio similiter, cap. 11. pag. 807. col. 1. num. 3.* ergo cessante traditione, vt cessat, nulla omnino erunt vota obedientiæ, scilicet, castitatis, & Paupertatis.

4 Ad hæc ego, admissa probabilitate sententiæ Nauarri, illationem negauit, quæ non rectè inferitur ex eo, quod prædictus, iuste à Religione expulsus, ad illam iterum rediens, nouam professionem facere cogatur. Nam optimè compatitur, esse quem verum Religiosum, & nihilominus nouam professionem facere teneri. Docet experientia in Religioso professio, transeunte ad perfectiorem Religionem, in qua profiteri de nouo astringitur.

5 Sed contra hoc arguebant sic: ideo iste talis nouam professionem facere astringitur, quia nouas asperitates, in distincta Religione, vt ad illam admittatur, experiri debet: atqui ille eiectus ad eandem Religionem redit, cuius asperitates iam expertus fuit, & ob id ad illam admissus: ergo si nouam tenetur facere professionem in eadem Religione, aboleuit sanè prima omnino professio.

6 Et confirmabant sic: ideo posita secunda professione in noua Religione, omnino cessat prima, quia omnino cessauit talis ad illam transeuntis, & in illa profitentis, traditio in manus Prælatorum primæ Religionis: sed in per sententiam eiecto cessat similiter ex tunc traditio sui ipsius in manus Prælatorum Religionis, à qua eiectus fuit: ergo, &c. Itaque verum est, quod requiratur ad veram professionem, & ad verum Religionis statum, traditio in manus Prælatorum, hæc tamen non solum inferri, verum, & in conseruari requiritur; vt patet in adducto simili, illius scilicet, qui de vna ad alteram transit Religionem: ergo, &c.

7 Sed aduersus hæc omnia sic ego: & prius suppono traditionem in manus Prælati mutuam obligationem inuoluere; nam ex parte profitentis inferit obligationem seruiendi Religioni in omnibus, iuxta ipsius Religionis statuta, &

regulam; ex parte voti Religionis adest etiam obligatio gubernandi professum in omnibus iuxta Regulam, & statuta, cum hac tamē differentia, quod professus, tanquam inferior, in omnibus iustus, sine favorabilibus, sine poenalibus, sine mixtis, Religioni subditur, tanquam Matri, tanquam Legislatore, & tanquam Iudici: quoposito, tanquam verissimo, sic adversus dicta argumentor: ideo dicunt, cessare votum castitatis, quia cessat traditio: ergo eodem modo, quo cessaverit traditio, cessabunt, & effectus traditionis ipsius: atqui non cessat traditio professi, quoad obligationem servandi castitatem, absolute loquendo, ergo neque cessabit illam servandi absolute obligatio. Antecedens cum consequenti admittitur. Quod autem non cesset absolute servandi castitatem obligatio, sic probor: per traditionem illam non solum Deus speciale in professum acquisivit ius, sed etiam Religio ipsa: ergo, ut omnino cesset obligatio, per traditionem inducta, debet dari omnimoda, & ex parte Dei, & ex parte Religionis expulsio, seu traditionis renuntiatio: atqui per predictam professi expulsionem non datur omnimoda per Religionem talis traditionis renuntiatio: ergo, &c. Minorem probor: expulsio, per Religionem facta, eo tēdit, ut primo à Religione abdicet quidquid antea habebat in ordine ad talis expulsio futura delicta punienda; secundò, obligationem auferat ab ea, in ordine ad faciendum communibus beneficijs predicto expulsio: ergo optimè stat expulsionis ratio cum predictis duobus effectibus: ergo optimè stabit cum obligatione servandi castitatem, quæ, quantum de se est, potest sub obligatione cadere, à predictis duobus effectibus præcīdendo, non solum in voto simplici, sed etiam in solemnī, ut patet in professo, ad Episcopatum promotō.

8 Probatur secundò: nam in omnium sententia, quidquid talis expulsio acquirit sub dominio eius non cadit, licet ad quem Dominium spectet, sub diversitate sit Doctorum: ergo cum eadem sit de omnibus votis solemnibus ratio, ceteris paribus, idem proportionaliter de castitatis voto dicendum est.

9 Denique (& hæc est explicatio vera sententiæ Navarri) quia optimè stat

nouæ professionis postulatio, quin servandi castitatem cesset obligatio in expulso: ergo, &c. Antecedens probatur, optimè stat nouæ professionis obligatio in translato ad aliam perfectiorem Religionem: ergo & in casu expulsi. Probarur consequens: ideo in translato ad aliam Religionem noua postulatur professio, quia, & si ad tria vota servanda iudicetur idoneus, & obligatus, non tamen per talia statuta, & asperitates, quæ mutuo contractu, & consensu experiri debent, ut sic vel idoneus, vel non, quoad traditionem ipsius, & Religionis acceptationem iudicetur: ergo similiter in casu expulsi noua postulari valet professio, & ad novas experiendas asperitates, ob nouam illas sustinendi in expulso difficultatem, & ad acquirendam de nouo illum puniendi iurisdictionem, si deliquerit, eo quod illam iam solemniter, & iuridice renuntiaret Religio: & ut expulsio, communibus talis Religionis bonis iam iuridice, & absolute priuatus, ad ea ius, & actionem acquirat: ergo, &c. Ergo licet traditio in manus Prælati sit fundamentum, & veluti principale, hoc tamen non est ita intelligendum, ut in omnibus ab illa (siquidem partibilis est) omnes effectus eius inferri debeant, & in conservari: fateor namque, effectus, pro parte Religionis, puniendi talem expulsum, & illum in omnibus gubernandi, à traditione inferri, & in conservari dependere; nego tamē obligationem servandi castitatem à traditione, expulsionis contraria, dependentiam, in conservari ad minus, postulare. Vide doctissimum Sanctium *lib. 7. de matrimonio disp. 25.* per totam. Vbi de traditione satis doctè disserit. Unde sic explicandam esse Navarri sententiam non dubito; ob quod, illam, quoad intentum secundi casus, eiusque resolutionis, ubi supra omisi: ob idque illam, hic iuxta germanum sensum pro Catholicissimo Navarri declaratam, gratis etiam, imo & ex debito, relinquo. Moneoque (ut alibi dicam) caute interpretandas esse Doctorum sententias, ne vi, & efficacia amoris proprii captiui, de sano intellectu in proteruum sensum dilabamur. Igitur hoc relicto, & ad intentum rediens, sic propositæ ad predictum casum resolutionis probabilitatem demonstrō.

10 Assumptum probo contra communem sententiam apud Sanchez, post, & ante alios, *lib. 7. de matrimonio. disp. 27. num. 13.* ad hominem, *ex disp. 34.* eiusdem Sanctij, *num. 10. pag. mibi 131. col. 1. in principio;* ubi ait, votum castitatis in nostro casu non emitti per modum vnus, & cuiusdam rei indiuiduæ, sed diuisibiliter, ita vt, & sit eius effectus, non solum non nubere, non fornicari, sed, & non petere debitum; secus de voto obedientie, (& iddem de paupertatis voto diceret) quod ex tunc dicit perpetuitatem quandam per modum indiuiduæ materiæ, permanendi, scilicet, sub obedientia Prælati: Ex quo sic argumentor: Probabilis valde est sententia, affirmans, votum solemne paupertatis diuisibiles habere effectus, scilicet, non transferre dominium licite, neque valide, nec acceptare posse aliquid licite, neque valide, absque Prælati consensu, vt recte Fagundez *lib. 7. Decalogi cap. 7. n. 9.* ubi ait, quod votum simplex paupertatis, licet prohibeat licite acceptare, seu dare, non tamen valide: ergo pariformiter curunt votum castitatis, & paupertatis, quoad diuisibilitatem effectuum in hac probabili tentetia; tunc sic; sed inualide professus ad nullum, etiã simplex, paupertatis votum tenetur: ergo neque ad votum, etiam simplex, castitatis tenebitur: ergo ruit probabiliter saltem doctissimi Sanctij fundamentum.

11 Secundò, probatur: nam promissa per modum vnus indiuisibilis obiecti, si in partem deficiant, in totum deficere censentur, vt multis exemplis probat AA. Nosque in tractatu de monitorijs dicemus: sed omnes illi effectus solemni voti castitatis, promissi censentur per modum vnus moraliter indiuisibilis obiecti: ergo si per nullitatem professionis in quibusdam deficit, in omnibus censetur deficere. Maior probatur assensu, ex doctrina Suarij (de qua infra, dum de excusatione seruandi ieiunia, & festiuitates, voto promissa, fuerit sermo) audentis, quod in dubio de intentione seruandi ieiunium diuisiue, & festum alicuius Sancti, iudicandum sit ieiunium fuisse voto promissum non disiunctiue, & independentè à solemnitate; ex quo etiam fundamento, ego his temporibus resolui, quod ablatis festiuita-

tibus, etiam voto promissis, (vt ablatae per Summum Pontificem fuerunt) censentur etiam ablata ieiunia. Ex hac ergo sententia argumentor sic: sic se habet quilibet voti solemnitis castitatis effectus respectu Religiosi status, sicut se habet ieiunium respectu solemnitate, nam obligatio omnimoda castitatis est propter Religionis statum, sicut obligatio ieiunandi in prædictis casibus propter festiuitatem: atqui hoc secundum non obligat, licet non sit tanta ieiunij, & festiuitatis connexio: ergo & illud primum omnino cessabit, quia, inter eius effectus, est quasi naturalis, & ex natura rei connexio: ergo, &c. Probatur tandem ex Bartholomæo à Vecchis *in praxi Nouitiorum disp. 13. dub. 15. n. 10.* pro quo sic assert Diana *4. part. tract. 4. miscellan. resol. 188. in fine: non desinam hic adnotare, quod præfatus morbo gallico laborans, cuius professio est in diuersis Religionibus irrita, non est obligatus ad Religionem in genere; nec talis professio vllam ei induxit obligationem, nisi proficiens peculiari intentione voluerit tunc aliquod votum efficere; quia poterat eose ligare; quod tamen votum non dicitur validum, tanquam aliquid professionis, sed vt votum simplex.* Sic Diana, non improbens: ergo, &c.

12 Vnde solum restat respondere ad cap. quidem & ad cap. Placet de conuersione coniugatorum; quibus, omnes, ante, & post Sanctium, locis citatis, inicitur. In quibus Textibus ex Pontificis præsumptione dicitur, præfatum coniugem simplici castitatis voto astringi, ex eo, quod proficiens astringatur ad id, quod promittere valuit, iuxta Regulam; *Si quod ago non valet vt ago, valeat, vt valere potest de regul. in 6.* cumque valuerit se ad non petendum debitum obligare, ad hoc obligatus censetur. Respondet tamen doctissimus Basilius *lib. 9. de matrim. cap. 11. num. 4.* dicens, Pontificem loqui ex præsumptione quadam, tutioremque partem eligere; cumque præsumptio pro foro sit tantum exteriori, cessetque in foro conscientie, ubi de veritate, se non aliter obligandi, nisi prout in Religionem; constat, & constare indicatur etiam in dubio, iuxta doctrinam Suarij ubi sup. n. præcedenti, nisi expressè oppositum conuiderit; hinc est, præfatum coniugem, de quo in informi, nullo castitatis vinculo astringi: videatur Legio-

gionensis supra à num. 3. Quòd autem præsumptio pro solo sit exteriori foro; vide Valerum de vtroque foro, vbi (& pluries) ad propositum, iddem sustinet. Vnde hoc videtur insinuare Sanchez citata, disp. 34. quòd iddem videtur tenere Filiucius tom. 1. tractat. 10. de Sacramento matrimonij, cap. 4. de impotentia voluntaria, pag. 354. col. 2. num. 140. & (vt alios omittam) dico, Mariam nullo castitatis vinculo astringi: sicque iudico, salua, &c.

NONVS CASVS.

FRANCISCVS, v. g. coniugatus promissit Mariæ, v. g. virgini, cum ea, post vxoris suæ obitum, contrahere, si ipsa in adulterium consentiret; & recusatam Mariam, eam inuicem deflorauit. Deinde post vxoris obitum iterum eidem Mariæ matrimonium promissit, quæ promissionem illa sponte acceptauit. Postea Franciscus dedit alteri fidem de contrahendo cum ea matrimonio, & dum ad hunc effectum denuntiationes fierent in Ecclesia, restitit Maria huic promissioni, obijciens fidem, illi primo datam; ad quod Franciscus respondit, se non posse cum ea contrahere, allegans ad hoc, impedimentum criminis, quòd ex promissione facta Mariæ, & adulterio, viuente Francisci ipsius vxore, descenderat.

Quæritur, an in hoc casu stet pro Francisco iustitia, an pro Maria?

CASVS RESOLVTIO.

ILLET clara sit huius casus contra Franciscum resolutio, illum tamen appono, & propter multiplicem ad ipsum solutionem præstandam; & quia ad sequentem casum aliquomodo conducere potest. Igitur certum iudico, teneri Franciscum Mariam ducere. Ducor, tum, quia in cap. significasti, deco, qui duxit, & cap. si quis viuente, 31. q. 1. & cap. illud vero, 31. q. 1. & cap. 1. de eo qui duxit, &c. Inducitur hoc criminis impedimentum ea ratione, vt spe ineundi matrimonij caueatur mors alterius coniugum: atqui huiusmodi finis adæquate cessat nostro in casu; ergo, &c.

Maïor est certa, vt videri potest in citatis iuribus, & apud Filiucium tom. 1. tractat. 10. de matrimonio, cap. 8. part. 2. fol. 372. col. 1. in principio, Sanctium, Legionensem, Bonacinam, & alios, infra in hoc casu, & in sequenti referendos. Minor autem aperte probatur ex eo, quòd tantum abfuit Maria à machinanda morte vxoris Francisci, (imò & Franciscus ipse) vt nec promissionem acceptauerit, nec in adulterium consenserit, vt dicitur in informi; ergo, &c.

2. Tum etiam probatur iddem: nam citata iura quoad vtrumque criminis impedimentum æquiparantur: atqui, quando de machinanda alterius coniugum morte loquuntur, actum perfectum sequuntur mortis requirunt; vt omnes fatentur; eo quòd verba in promissione prælata perfectum actum requirant, vel cum effectu accipienda sint, iuxta cap. vellarum, de Cleric. non resid; de quo Sanchez lib. 7. disputatione 79. num. 22. & alij; ergo, quando de promissione cum adulterio sermonem instituunt, perfectionem actus etiam ex postulant: tunc sic: sed in dicto casu non fuit perfecta promissio: ergo, &c. Hæc minor probatur; nam cætera patent; probatur inquam, primo; quia talis in dicto casu promissio fuit sub conditione consensus Mariæ in copulam: atqui Maria non consensit, vt dicitur in informi; ergo, &c. Secundo, quia promissio non acceptata in tantum abest, à perfecta promissione, vt solum in ratione pollicitationis remaneat, vt AA. supra relati, & infra referendi, affirmant; atqui Maria promissionem illam non acceptauit, vt refertur; ergo non fuit perfecta: proindeque ex ea non potuit tale impedimentum descendere.

3. Tum etiam, quia tam ignorantia, quam impotentia, vel coactio, non currit tempus legis quoad vim, & efficaciam eius: sed, si Franciscus matrimonium promississet Mariæ, ignoræ viuente vxoris Francisci, esset optio respectu Mariæ ad contrahendum cum Francisco post suæ vxoris obitum, licet adulterium præcessisset, iuxta Textum in cap. 1. & 7. de eo, qui duxit; vt docent omnes, teste Mondexarenli, Hurtado de matrimonio disp. 23. diff. 2. hoc deducente, ex eo, quòd tunc fœmina, ob ignorantiam, non peccauit peccato forma-

formali adulterij: ergo cum adulterium à Maria per vim fuisset extortum, nulloque modo, adhuc in ratione fornicationis, culpabile, vt refertur, dabitur etiam Mariæ optio ad obligandum Franciscum, vt sequatur stet promissioni, licet pro Francisco non stet ad contrahendum libertas. Patet Consequens: nam iddem, quoad hoc, dicitur de ignorante coniugium, ac de coacto. Sic expressè reperies apud Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 79. numer. 39.* & Villalobos *in Summ. 1. part. tractat. 14. diffic. 11. numer. 10.* & alios:

4 Tum etiam; quia in omnium sententia, deficiente acceptatione ex parte vnus, nullum oritur impedimentum, teste Hurtado supra *num. 9.* quod prius dixerant Sanchez supra *num. 19.* & 22. Basilius *lib. 7. cap. 45.* Bonacina *tom. 1. q. 3. puncto 6. proposit. 3. num. 9.* Villalobos *1. p. supra num. 9.* Gutierrez *de matr. cap. 105. num. 28.* Sà *verb. Matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus, num. 7.* & Ioannes de la Cruz *de Sacramento matrimonij, quest. 4. art. 8. contradit. 4.* vbi ex Soto *dist. 37. quæst. 1. art. 4.* refert, requiri fidem, & promissionem iuratum ex parte vnus Adulteri, simul cum copula, iuxta citatum *cap. Relatum, 31. q. 1.* quod, & alij, infra sequenti casu referendi, existimant: ergo cum nostro in casu, nec acceptatio fuerit, nec ex parte Francisci adfuerit promissioni additum iuramentum, vt narratur, nullum erit in eo impedimentum Criminis.

5 Tum etiam; quia probabilis est sententia apud Sanchez vbi supra *num. 19.* quam cum alijs, infra referendis, sequitur Ioannes de Cruce vbi supra, quæque etiam probabiliter sequuntur Layman, Henriquez, Villalobos, & alij, quos nouiter sequitur Diana *3. part. tractat. 4. de Sacramentis, vbi de Sacramento matrimonij, resol. 198.* & nouissimè Noster Leander, de quò sequenti casu, probabilis (inquam) est sententia hæc, affirmans, requiri promissionem mutuam, & reciprocam; qualis in prædicto casu non adfuit.

6 Tum etiam; quia ipse Layman, & antea Egidius Coninch *de Sacramentis, disp. 31. dub. 5. num. 59.* quos etiam, non improbens, refert citatus Diana in fine, dicunt, quod, vt oriatur prædictum impedimentum, debet talis promif-

sio, prius mutuo acceptata, & cum voluntario adulterio, esse pura, vel, ad minus, ante mortem coniugis purificata, cum alioquin non sit simpliciter facta, sed adhuc suspensa, pendentque à futuro euentu; quæ omnia longe abunt à casu præsentis.

7 Tum etiam; quia licet Maria in copulam consentiret, si tamen ad promissionem taceret (casu, quò conditionalis non esset de copula promissio) adhuc talis taciturnitas non esset acceptatio: vt optimè citatus Sanchez, *num. 25.* quæ sequuntur, cum Gutierrez supra, Bonacina iam citatus, & alij; ergo, &c.

8 Quod si dicas, oppositum sustinere quam plures, inter quos Doctissimus Legionensis primum optinet locum. Dico, illos nostro in casu non loqui. Quod ex verbis ipsius Legionensis, sic, & euidenter, probò: nam ille supra, probat sententiam suam (quæ est etiam Syluestri, *verb. Matrimonium, 8. q. 9.* Rebellij, & Egidij, quos sequitur Mondexarenis supra *num. 9. in fine*) probat (inquam) sententiam suam his verbis, *iuxta capit. Relatum, & cap. Significasti*: sic ergo habet Legionensis: *Illatacituritas cum mutuo, & cæco amore inter Adulteros, videtur esse virtualis quedam acceptatio promissionis, & vehemens insurgit occasio machinandi mortem.* Sic ille: atqui nostro in casu adulterium adeo abfuit ab esse factum mutuo, cæcoque amore, quòd Maria in illud nullatenus consenserit, vt refertur: ergo, &c.

9 Ex quò non habet locum regula illa; *qui tacet, consensive videtur.* Præterquamquod, licet Maria consensisset in copulam, & ad promissionem taceret, adhuc taciturnitas illa non foret acceptatio, iuxta meam sententiam; eo quòd ea promissio, etiam liberaliter facta, sit nociua acceptanti; cum per eam incurratur delictum, & impedimentum dirimens; in quò, & similibus casibus, non tenet regula, *qui tacet*, licet in alijs teneat.

10 Nec obstaret etiam, quòd Maria damnatum hoc ignoraret. Quia adhuc non censetur acceptare tacendo; nam ignorantia iuris (qualis est hæc) non præsumitur; iuxta regulam, *Ignorantia, de regul. iur. in 6.* cumque ignorantia illa sit solum ex iuris præsumptione, consensus non reputabitur in hoc casu,

casu, nisi aliud sit signum consensus. Vt rectè Sanchez *num. 25.* & alij, vbi supra. Vndè patet, talem promissionem solum fuisse pollicitationem, & non veram profectionem, quæ requiritur.

11 Quòd si dicas, alios asserere, sufficere fìctam promissionem: interquos Sanchez, & alij, infra requirendi. Dico primò, hos Authores requirere, quòd talis fìcta promissio sit acceptata, vt patet; quòd quia in nostro casu non interuenit, idèò, &c. Præterquamquòd probabilius mihi videtur, fìctam promissionem non sufficere, etiam acceptatam. Quòd sustinet Bonacina supra *num. 8. in fine.* cum Henriquez, & alijs, apud ipsum Sanchez. Quòd idem sustinet Ioannes de Cruce, iam citatus, & Rebellus, quem refert, sequiturque Mondexarenis supra *num. 8. in fine.* & alij, de quibus infra. Probaturque ex eo, quòd ius promissionem requirat; fìcta autem promissio non sit nisi solo nomine promissio, vt patet. Vndè cum sit lex pœnalis ad veram promissionem restringenda est.

12 Tùm denique probatur posita resolutio: nam alleganti turpitudinem suam non est adhibenda fides: atqui Franciscus turpitudinē suam allegat: ergo, &c.

Dices, Maiorem esse veram extra casus, iure expressos; cumque intra casus, iure expressos, numeretur matrimonialis casus, vel numeratus censeatur, fauore matrimonij, ob impedimentum vitandi; hinc est Francisco debere fidem adhiberi.

13 Sed contra: & imprimis, tam probatio hæc, quam eius contradictio ad solum contentiosum forum spectant; in quo dico, non esse Francisco fidem adhibendam. Ducor, supponendo respectu matrimonij duplicem posse assignari fauorem; primus est, ne irritum contrahatur, vt sic vitetur peccatum. Secundus est, ne obligationes contrahendi voluntarie, & ex allegantis turpitudinem defectu, & deprauata voluntate, inutiles reddantur; nam tunc communiter loquendo semper iudicatur fauore matrimonij, vel cōtracti, vel cōtrahēdi. Dein de supponendum est, *ex capit. super eo, secundo de testibus, & attestacionibus, cap. Præterea, secundo de sponsalibus*, vnicum tētem, de impedimento matrimonij deponentem, sufficere; quia tunc agitur de peccato vitādo; & hoc definitur,

leg. 18. tit. 9. par. 4. in eoque omnes conueniunt, teste Sanctio *lib. 1. de sponsalibus, disp. 71. n. 1.* Qui rectè iuxta *cap. Constitutus de testib.* ait *num. 2.* hoc debere intelligi, quando vel citatus est testis, vel per partem iudici oblatu; non autem, quando se ipsum ingerit; nam tunc, tanquam suspectus, est repellendus: argumento, *l. uxori, §. 1. ff. de fal.* Quibus positis; dico, non esse fidem adhibendam Francisco. Primò, quia non procedit, vt testis, sed, vt pars; sicque verū absolute tenet, quòd alleganti turpitudinem suam non est adhibenda fides, iuxta Glosam *in leg. eleganter*, de qua Basilius *lib. 4. de matr. cap. 21. nu. 31.* quòd pro constanti supponit Donnellus *lib. 13. c. 3. §. quod si videtur*: Deinde, quia allegans propriam in sui fauore turpitudinē, nō debet audiri, secūdū *legē Transact. finita 30. C. de transactionibus*. Et dolus nemini patrocinari debet, *leg. 2. ff. de exceptionib. doli*. Secundò, quia se ingerit Franciscus ad testificandū: vndè casu, quò, vt testis, posset deseruire, recusandus foret, vt pro libito se ingerens. Et licet allegare posset in sui fauorem euitationem peccati, quia tamen pars est in lite contra Mariam, non est audiendus, nisi probationem sufficientem adducat. Quare iudico, non solū in foro conscientie, sed, & in exteriori, condemnandum esse ad ducendam Mariam? Sic iudico salua, &c.

DECIMVS CASVS.

SEQUENS casus, precedenti aliquomodo assimilatur; estque Petrus cælibatus turpiter tractabat cum Maria coniugata; que considerans Maritum suū plenum die dierum, valdeque infirmū, cū Petro adultero ad inuicē cōmunicabat, in ordine ad Matrimonium, Marito mortuo, cōtrahendum. Declararunt autem voluntatem suam per verba, quæ sequuntur, aut per alia, his similia: *Matrimonium contrahemus, mortuo sene*, v.g. & in hoc vterque adulter consensit.

Quæritur; an in hoc casu esse possit Criminis impedimentum, ortum habens ex promissione matrimonij, habita copula?

CASVS RESOLVTIO.

I PROBABILISSIMUM (imò ferè certum) existimo, inter prædictos nul-

Nullum esse Criminis impedimentum. Et omitto pro nunc primo probabilem esse sententiam, asserentem, cessare legem in casu particulari, cessante solum in particulari adæquato eius fine; cumque iuxta communem sententiam, finis intentus à iure, in lege, hoc impedimentum inducete, sit, ne fellicet quis, desiderio cōtrahendi matrimoniū cū Amasio, coniugē aliū interficeret, vt, eo soluto, aliud cū persona amata contraheret, videtur prædictum finē cessare in prædicto casu.

2. Et licet communiter ad hoc respondeatur, talem finem non cessare ex natura rei; cum ratio turpis amoris, quantum de se est, sit occasio machinandi mortem alterius coniugis. Ad hoc tamē posset pro solutione deseruire probabilis, meo videri, sententia Victoriz de *matrim. num. 292. Ledesma 2. p. 4. q. 62. art. 2. & Cañedo*, quos implicite approbat Noster *Leander 2. p. pag. 391. q. 3. asserentium*, hoc impedimentum solum incurri à viro, occidente vxorem. Quā posita sententia solutio est clara; nam si, iuxta hos Authores non esset impedimentum, si vxor virum occideret, multo minus foret, si de viri morte esset tantum machinatio; atqui in prædicto casu non poterat esse, nisi machinatio de morte viri, ergo, &c.

3. Omitto secundò probabilem sententiam Nicolai de Orbellis, Tabienæ, Gaetæ, Veracruz, & aliorum, quos implicite approbat citatus *Leader pag. 394. q. 12. asserentium*, quòd, vt promissio matrimonij inducat impedimentum hoc, debet esse iuramento firmata; quòd in prædicto casu non contigit.

4. Omitto tertio sententiam Syluestri, Henriquez, Vgolini, Bellarminij, Basolij, Villalobos *tom. 1. tract. 14. diff. 11. num. 9. Layman, & Dianæ*, quos implicite approbat etiam citatus *Leander, q. 13. asserentium*, ad hoc impedimentum inducendum ratione promissionis requiri promissionem reciprocam, & mutuā. In hoc autem casu nullam inuenio reciprocam promissionem, imò nec promissionem, vt ex infra dicendis constabit. Et omitto tandem quorundam dictum Authorum, qui ad validitatem Sponsalitiæ promissionis assistentiam Patrochi exposcunt.

5. Has ergo sententias, de quarum aliquibus supra in casu præcedenti, & si sigil-

latim omittā, ex illis tamen simul, & collectiue sumptis, possemus, iuxta Doctrinam Axioma receptum, sic argumentari. Pluralitas opinionum, eidem rei, licet diuersis vijs, principiisque fauentium, facit (inquiunt ipsi) certitudinem moralem, quæ sufficit ad esse quem in conscientia securum; atqui in prædicto casu, ad tollendum prædictum impedimentum, opinionum pluralitas concurrat; ergo, &c. Sed his omnibus, gratis omisis.

6. Resolutorie dico: in prædicto casu nullum adest impedimentum; quia nulla ad fuit vllomodo promissio. Et in primis, sic arguo: an adfuerit promissio, vel nō, euidentis est ratio dubitandi; ergo ferè euidentis est ratio excusationis à tali impedimento. Antecedens negari nō potest, vt etiam infra dicam. Consequens autē sic probō: dubius de eddito voto, vel promissione (nedum de eddita lege) non tenetur voto, nec promissioni, imò nec legi; ergo nec tenebitur effectui legis, & maxime, quādo effectus pena est: sed in casu præseti adest ratio dubitandi de promissione; ergo adest ratio dubitandi de eo, quòd ad impedimentum Criminis inducendum requiritur; ergo fundamentum adest, ne iudicetur, quæ ad impedimentum inducendum requiritur promissio; ac proinde, ne impedimentum ipsum imputetur.

7. Secūdo probatur intentum, & Antecedens supra positum; nā nullus præsumitur legē sibi condere, in ipsius legē condētis detrimentum cedentē, nisi expressis verbis, signis, vel voluntate (vt in voto) illud exprimat; atqui in prædicto casu, sic se res habet; ergo, &c. Probatur Minor: nā optimè stat cōmunicata, explorataq; de aliquo faciēdo voluntas, absq; ratione obligationis alicuius, vt patet; atquē in dicto casu solū adfuit reciproca, & mutua exploratio voluntatis de matrimonio contrahendo post obitū viri; ergo nihil obligationis includit. Probatur a simili; nā iddē est dicere: *Post obitū tui coniugis contracturi sumus*; ac dicere ad inuicē: *post primū, v. g. Pasche diē, ad venandū ituri sumus*: Sed in hac secūda voluntatis reciproca exploratione nihil de obligatione inuoluitur, maxime ad iustitiā pertinēte, vt cōstans debet esse omnium doctrina, cū aliàs nihil rigoris in intentato sit obiecto; ergo in illa prima voluntatis exploratione reciproca nihil, à fortiori, esse debet, quòd obligationem aliquā,

(quia circa obiectum rigidum) de facto inferat; de iure namque in probabilissima sententia, adhuc posita contrahendi promissione, nihil validum perficit: solum ergo per illam exploratam voluntatem reciprocam mutuum significatur propositum, quod, adhuc circa res licitas, nullam ex speciali lege; praesertim humana, qualis solum in hoc impedimento currit, obligationem inducit: ergo multo minus, quando propositum est de re illicita, ut multi affirmant, & alias res illa poenam inducit, de se, ex natura rei, a voluntario retrahentem. Quare iudico, in praedicto casu nullum ad fuisse, nec adesse, Criminis impedimentum. Sicque sentio, salva, &c.

VNDECIMVS CASVS.

QVAEDAM Duodecim annorum puella matrimonium contraxit cum viro robusto, quadraginta annorum aetatem habente, qui illam per duos menses agnoscere non valuit. Quare ad Iudicem delata, assignatum fuit illis ex tunc triennalis experientiae tempus; intra quod nihilominus illam agnoscere non potuit. Rem tamen hanc ad Iudicem amplius non deduxerunt.

Queritur modo, an in foro conscientiae amplius expectare possint; an vero statim separandi sint?

CASVS RESOLVTIO.

I PRAEDICTVM casum, non tam ratione difficultatis ad praestandam affirmatiuam resolutionem, quam ratione difficultatis in ea inuenienda in Authoribus, hic appono. Dico igitur, mihi satis probabilem esse Basilij sententiam lib. 7. de matr. cap. 66. num. 1. vbi, circa finem, sic habet: *Neque item mihi satis videtur triennium, quando aetates impares, & corpora improporcionata: ut si quindecim annorum puella nubat Quadragenario robustoque viro; poterit enim contingere, ut viq; ad vigesimum annum non sint habiles; ut saepe exitus coprobauit, cap. final. de frigidis.* Sic Legionensis: ergo in casu praedicto expectare poterunt, vsque dum puella vigesimum annum attingat.

¶ Tum etiam, ex eodem Basilio supra

cap. 65. n. 2. probatur hoc idem, licet non tanta extensione. Nam in regione citati numerus sic habet: *eadem die de foemina, quae etiam duodecimum annum agens, ob teneram aetatem, adhuc a viro cognosci non poterit, quod si vir iam annum agens decimum quartum, aut huc coire non possit, expectandus vsque ad decimum octauum; qui est perfectae pubertatis; & foemina vsque ad decimum quartum. An vero, si adhuc copulari non possit incipiat ab eo tempore triennalis experientia, dicam infra;* (hoc ex dicto c. 66. n. 1.) Haec Basilius. Ergo quia impotentia illa, ob teneritudinem foeminae provenire valet, a decimo quarto anno computanda est triennalis experientia; sicque vsque ad decimum septimum annum praedictae foeminae; persistere valent in matrimonio praefati coniuges; imo, & vsque ad vigesimum, ut ex dictis constat.

3. Igitur quia utrumque hoc dictum sapientissimi Legionensis sua auctoritate firmatur satis, & facile sit Doctis illud ex communibus Moralis Theologiae comprobare principijs; ideo amplius non mitto probationem, idem, quod Basilius, sentiens.

DVODECIMVS CASVS.

QVAEDAM foemina in habitu viri in virorum Monasterium ingressa, animo profitendi, professa est. Et cum cognita veritate, eiecit a esset, alia in Prouincia matrimonium contraxit absq; ulla dispensatione; ex quo filios habuit. Post tamen de licentia viri, Religionem ingressa, in ea fide professa fuit. Interim vir eius, intelligens, se esse obligatum, vel ad sacros Ordines promoueri, vel profectum fieri, professionem fecit in approbata Religione. At illa, suae professionis nullitatem probans, ad saeculum rediit.

Queritur, ad quid haec foemina teneatur? Et an possit virum suum reuocare? Aut ipse possit tanta conscientia exire?

CASVS RESOLVTIO.

IN hac difficultate, si, ut Iudex, sententiam esse matura, certe mulierem ad Religionem condemnarem, innocentem virum ab omni Religionis obligatione liberans. Ducor sententia, mihi satis probabili, afferente,

te, foeminam, quæ, fingens se esse hominem, professæ est in Conuentu virorum, intendens, se ad Religionem obligare, manere verè professam. Huius sententiæ AA. sunt, Antoninus, Syluester, Angelus, Tabiena, Armilla, & ipsos referens Comitulus *lib. 2. respons. moral. q. 8.* dicens, sic à se, in facti contingètia, in Italia fuisse responsum. Tenet etiam Portel indubijs Regular. *verb. Professio nulla, num. 23.* dicens talem foeminam emisisse vota essentialia, in quibus consistit essentia Religionis; ad quam essentiam per accidens est distinctio sexus. Addit tandem, foeminam, id hodie scienter facientem, (præterquam quod excommunicationis vinculo ob virorum Religionis ingressum, innodatur,) casu deprehensa, debere à Prælato in Monialium Conuentu, sub clausura deponi. Sic tenet Portel vbi supra. Quibus positis, matrimonij nullitas iam apparet: ergo, & nullitas professionis viri, quia errore professi.

2. Probatum hoc: vbi deficit ad professionem consensus, deficit & professio ipsa: sed præfatus non præstitit sufficientem ad professionem consensum; Vxor non proficiente, quæ verè professæ non fuit in secunda professione: ergo, &c. Probatum Minor. tum, quia vir, intelligens se esse obligatum, professus est. Vnde præstitit consensum dependenter ab erronea, falsaque præsumptione, & obligatione, sibi falso imposita; & hac supposita, à professione Vxoris; vt dicitur in infirmi: atqui nec foemina Vxor erat, quia antea verè professæ, iuxta prædictam sententiam; nec cõsequenter secunda professio; & quia fictè emissæ, & quia (licet ex animo) per primam impedita de facto: ergo nulla est obligatio in Viro. Patet hæc consequentia; nam quotiescumque principale deficit, necesse est, & corruiere accessorium, quod naturam sequitur principalis; Regula *Accessorium, de reg. iur. in 6.* atqui vtrumque, scilicet, exilitatio obligationis in Viro, & professio Vxoris, vt Vxoris, in foemina, tanquam principalia, (si iam rationem conditionis nõ induunt, vel per modum vnus indiuisibilis obiecti, à professione Vxoris dependentis, assumuntur) distributinè deficient: ergo omnino ab obligatione aliqua Religionis, & professionis, exemptus est Vir.

3. Confirmatur à simili, ex doctrina Greg. Lopez, quæ referens, sequitur Sanchez *lib. 7. de matr. disp. 34. n. 3.* afferētis, coniugem, vouentem in sæculo castitatem, vt alter coniux possit Religionem profiteri, hoc non proficiente, liberū manere à voto; eo quod tacitam videatur habere cõditionem, si professio, scilicet, alterius, quæ, quoad hoc fuit finis talis voti, subsequatur: quod etiã tenet Portel vbi sup. *verb. Professio cõiugis, n. 3. in medio*

4. Deindè probatur sic: ille nullatenus professionem emitteret, nisi ob veram obligationem profitendi, aut Sacros Ordines assumendi, & hac supposita, dependenter à vera, exilitataque Vxoris sue professione: ergo dolus iste dedit causam cõtractui: atqui dolus, dans causam cõtractui siue bonæ fidei, siue stricti iuris, non solū iure naturali, sed & humano, tã Canonico, quam Ciuili, irritat omnino cõtractū iuxta probabiles DD. sententias, de quibus Legionensis *lib. 4. de matr. cap. 21. à §. vnico, per totum;* vel ad minus irritandum cõcedit, siue dolus sit circa substantialia, siue circa accidentalia, (nã tunc decepto competit triplex actio, scilicet redhibitoria, *leg. redhibere, ff. de adilitio edicto;* vel, quanto minoris, *leg. sciendum 19. ff. eodem tit. vel tandè, in id, quod inter est nõ fuisse deceptum, leg. Sultanus, §. quod autem, ff. de actionib. empte.* de quò eleganter satis citatus Legionensis *num. 33.*) ego irrita fuit Viri professio.

5. Ob hæcque rationes, nec prædictum Virum obligatione voti simplicis castitatis astringerem. De quò vide casum octauum, eum eius resolutione, in quâ *num. 12.* respondeo ad *cap. Quidem,* & ad *cap. Placet, de Conuers. conjugatorum.* Probatum hoc: nam quoties vorum ab aliquo dependet, toties, eo deficiente, deficit. Sicut, qui ad Sacros Ordines, volens promoueretur inualide, vt quia Ordinans, se Episcopum finxit; hic enim adhuc simplici castitatis voto non ligatur, quidquid dicant Ioannes Andreas, Dominicus, & Brunellus, quos refert Sanchez *lib. 7. de matrimonio, disp. 27. num. 13.* eo quod votum Ordini annexum, non sit per se, & principaliter intentum, sed accessorie, & in consequentiam status, ob Ecclesiæ constitutionem; vt cum alijs tradidit citatus Sanchez. Quando autem principale non valuit aliquem effectum posse produ-

cete id, quod in consequentiam venit, habetur, *leg. 3. §. fin. ff. de serui, rustic. præd. leg. Cum principalis, ff. de reg. iuris*. Sicque explicandus est textus ille, contentus *cap. unico, §. porro, de sponsalibus impub. in 6.* scilicet, *si quid ago, non valet, ut ago, valeat, ut valere potest*. Hæc ego, si, ut iudex, sententiam eilem laturus, executioni mandarem. Sed ob pacem, semper procurandam, aliter nunc dicendum iudico; ut iam dico.

6 Igitur, matrimonij valore supposito in contraria sententia. Dico non posse foemina virum suum reuocare; posse tamen ipsum, si velit, exire, vel de nullitate professionis expectata sententia, etiam post Quinquennium, ob beneficium restitutionis in integrum, ut benè cum alijs Sanchez dicto *lib. 7. de matr. disp. 37. per totam*, vel nulla iudicis expectata sententia, si scâdalum absit, ut cum alijs etiam docet idem Sanchez supra casu, quò professio fuerit nulla, ut suppono, ex dictisque constat.

7 Quòd verò non possit foemina ipsum reuocare, constat ex eo, quòd, appositis omnibus, à iure requisitis, cedit illa iure suo; & quamvis cessio iuris intelligatur sequuta professione, quæ hic sequuta non fuit; quia tamen hoc dolo, & culpa, ex omni parte sua, factum est, ideo omni iure reuocandi priuatur.

8 Quòd si vir exire noluerit, tenebitur illa, si sit iuuenis, aut de incontinentia suspecta, Religionem ingredi, & verè, quantum ex se est, profiteri; iuxta sententiam Goffredi, Hostiensis, & Henrici, *cap. vxoratus, nu. 9. tit. de conuers. conjugat.*; apud Sanchez supra *disp. 33. nu. 26*. Licet Archidiaconus, Bellamera, & (casu, quò votum Religionis non emisserit) Navarrus *lib. 3. consil. tit. de conuers. coniug. in 1. eddit. consil. 5. n. 4. & in posteriori edditione, consil. 14. n. 4.* dicant, recludendam esse in Monasterium, ne incontinentiæ periculum incurrat; quam sententiam dicit probabilem Pallacios, docens, reclusionem duraturam, quovisque sit senex, & de incontinentia non suspecta.

9 Sed casu, quò votum Religionis emisserit, cogendam esse profiteri, tenet Sanchez supra *num. 27*. Illo verò ablato, ait tantus Doctor, & Magister, cogendam esse profiteri, si, dans licentiam Marito, conscientia erat iuris, disponentis Religionis ingressum, & professionem, quando iu-

uenis est, aut, si senex, de incontinentia suspecta. Si verò talis iuris erat ignara, ait, recludendam esse modo dicto. Dicitur autem iuuenis foemina, quæ non fuerit quinquagenaria; & vir, qui sexagenarius non fuerit; iuxta doctrinam Sanctij, satis eleganter ab ipso probatam, & comprobatam, *disp. 32. num. 13. cum sequentibus*.

10 Pro istarum opinionum diuersitate diuersi sunt AA. post supra rellatos; licet magis in Sanctij se inclinent sententiam. Eligat, qui consultus fuerit, quæ ex prædictis voluerit. Ego namque in omnibus illis probabilitatem reperio. Sicque sentio, salua, &c.

DECIMVSTERTIVS casus.

EX tribus in Baptismo Patrinis assistentibus, vnus, saltem verbis, pro Baptizato non respondit; animo tamen Patribus placendi Infantem terigit: post longum temporis spatium, vxoris compatri sui; Baptizatique patris carnalis, amore captus, illam agnouit; tantumque inter eos carnalis prævaluit amor, ut vxor virum suum relinquens, indiuerfas cū Adultero abiret Prouincias; ex quò, & ante, & post viri sui mortem, filios habuit. Post hæc, Adultero, morti propinquo, mulier inuitum Parrochum presentem tenuit; omisitque ex impossibilitate retribuis, cum illo, ut filios, non adulteros, legitimos redderet, matrimonium contraxit.

Quæritur; an fuerit validum?

CASVS RESOLVTIO.

1 LICET singulares sententias, non ita facile admittendas communis doceat DD. sententia; hoc tamen nõ cum tanto procedit rigore, quãdo, post factum, illis vtendi se se offert occasio. Sic enim præstantissimi docent DD. inter quos sæpius sic consulit Sà; aliquoties Sanchez, & post ipsum alij. Vnde sicut ad euitandum peccatum, iuxta iuris antiqui dispositionem, vnus sufficit testis, (de quò dixi supra *casu 9. nu. 13.*) sic ad euitanda fortè plura peccata, non erit à ratione alienum, singularium

Authorum vestigia sequi. Nam licet in hoc secundo casu peccatorum patratio, aliunde (ex voluntate, scilicet, sic contrahentium) vitari possit; aliquid tamen Christiana pietas, & compassio, in hoc, & similibus casibus, habere debet; ne ad se suspendendum, v. g. determinato, & exposito, quo suspendatur, funis, negando aliquam probabile remedium, offeratur. Qua propter.

2 Dico primo, huiusmodi matrimonium non fuisse inualidum ratione alicuius Cognationis. Probatum primo: ubi pro Baptizato deficit Patrini responsio, non contrahitur impedimentum spiritualis Cognationis: sic se habet res in presenti casu: ergo, &c. Maiorem propositionem expresse tenent Lancelotus, Brunellus, & Francus: & forte esse veram dicunt Hostiensis, Archidiaconus, & Bellamera. Vnde Archidiaconus, Hostiensis, Francus, & Brunellus inferunt, mutum huius cognationis esse incapacem; vt refert Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 56.* Minor autem probatur. Responsio Patrini est fidei iussio pro Baptizato, vt constat ex cap. 1. *igitur, de consecrat. dist. 4.* iuncta Glossa *verb. Cautione*, & ex cap. *Vos autem omnia, eod. titulo, & dist. quæ sunt ex Aug.* vt ait Sanchez citatus: sed non datur fidei iussio sine verbali responsione, *leg. 1. ff. de verb. obligat. & leg. Blanditus, C. de fidei iuss.* ergo, &c.

3 Secundo probatur: qui sine intentione contrahendi spirituales Paternitatem vere tenet, aut e fonte leuat Infantem, non incurrit hoc impedimentum, iuxta sententiam Dominici, *consil. 130. num. vnico, & consil. 120. num. 5. & 6. Philippi Probi addit. ad monachum, cap. vnico de sponsalib. impuberum in 6.* quæ sententiam Francus ibi, in principio, dicit, forte esse veram, vt refert Sanchez *disp. 58. vbi supra*: atqui videtur non habuisse talem intentionem, qui solo animo placendi Patribus (nam hic solus ibi præsumitur) Infantem tetigit: ergo, &c.

4 Dixi in Maiori propositione: *cum, qui vere tenet, aut e fonte leuat*: quia, qui solo digito, aut manu, momentaneo tactu tetigit, (quod factum fuisse sic colligi videtur ex informi) non contrahit iuxta Sotum, Gaeram, Ludou. Lopez, & Sanctium, sic explicantes commu-

nem sententiam, dicentem contra Sotum, Ludouicem Lopez, & Sà *verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimētib. n. 5.* requiri tentionem, vt videre est apud ipsum Sanchez, *disp. 56. num. 4. & alios.*

5 Sententiam autem, supra num. 3. positam, dicentemque, requiri intentionem contrahendi talem cognationem, sic confirmo: primo, quia potiori iure, (& do gratis, quod æquali) connectitur effectus voti cum voto, & vouente, ac coniungitur effectus talis tentionis (vt pote de iure tantum humano introductæ) cum tentione ipsa: atqui volens vouere, non tamen obligari, non manet iuxta veriorē mihi sententiam obligatus: ergo volens tenere, absque intentione contrahendi talem cognationem, non illam contrahet.

6 Confirmatur hoc: idē, qui sine intentione se per vōtū nō obligandū vouet astrictus non manet, quia talis intentio destruit primam, scilicet, vouendi intentionem: atqui tentione, sine intentione contrahendi hoc impedimētum, est moderatiua intentionis tenendi: ergo, &c. Minor probatur: tentione absque intentione impedimentum hoc contrahendi, est moderatiua intentionis faciendi officium Patrini, de cuius ratione est, effici Baptizati Cognatum, ac proinde impedimētum ad contrahendum cum Matre Baptizati: sed necessaria est omnino intentio faciendi officium Patrini in tentione, dum Baptismi conficitur Sacramentum, vt ex Iuribus, hoc impedimētum inducentibus, colligit doctissimus Legionensis *lib. 7. de matrimonio cap. 39. num. 9.* ergo intentio non contrahendi hoc impedimentum, ab illo excusat; siquidem aufert intentionem faciendi officium Patrini; quæ necessario requiritur.

7 Confirmatur, secundo prædicta sententia, num. 3. allata: nam qui sine animo exercendi Subdiaconatum, manipulum portans, Epistolam sollemniter cantat, cum non sit Subdiaconus, non sit irregularis, iuxta sententiam Sà, *verb. Irregularitas, vbi ex ordinis abusu, num. 6. in edittione, anno 1600. facta: ergo, &c.*

8 Confirmatur tandem prædicta sententia, quia qui sine intentione lucrandi, aut non, opera efficit seruilia propter

lucrum, festiuo in die, illum non frangit, iuxta Richardum, Syluestrum, & alios: ergo, &c.

9 Sed ad præcipuum rediens intentum, probatur, tertio, posita resolutio. Vel enim omnes illi, designati à Patre, & à Parrocho admissi, simul tenuerunt, vel è fonte leuauerunt; & tunc probabile censet Suarez 3. part. q. 67. art. 8. col. 2. §. sed quæ res, nullam incurrere tale impedimentum, eo quod nullus illorum munus illud obiit (inquit Suarius) eodem modo, quo ab Ecclesia statutum est, quæ non permittit esse plusquam duos Paternos, & non ambos foeminas: vel singillatim tenuerunt; & tunc, si præfatus fuit vltimus, non incurrit; vt, præter Suarium, tenet sequutus Pallacium, Sánchez *dis. 57. num. 14.* & alij. Etenim iam ministerium illud iuxta Tridentini decretum, exhibitum est. Quod, si fuit secundus, & ex designatis, & à Parrocho admissis, certè incurrit. Tunc tamen valeant prima, & secunda, positæ rationes. Si verò designatio, vel Parrochi admissio defuit, non manet impeditus, iuxta plures cum Sanctio vbi supra, *num. 15.* validum ergo est ex hac parte matrimonium dictum, ob prædictas rationes.

10 Quod verò, ex defectu testium, non fuerit in prædicto casu inualidum: probatur ex sententia Veracruz *appendice ad speculum, dub. 5. solutione 2. ad objectionem positam, post tertiam cõclusionem;* vbi, tanquã probabile, sequitur, decretum Tridentini de assistentia Parrochi, intelligi, vbi est copia illius; loquiturque de articulo mortis; idemque sequitur Vega *lib. 3. sum. casu 361.* & Capua *lib. 2. decis. cap. 85. num. 8.* & manet dubius Azcuedo *lib. 5. Recopilat. tit. 1. lib. 1. num. 38.* quos omnes refert Sanchez *lib. 3. de matrimonio, disp. 17. num. 8. in fine.*

11 Probatur etiam ex sententia Soti *in 4. dist. 22. q. 1. art. 2.* existimantis, esse aliquos casus, in quibus valeat Claustrinum coniugium, etiam sine Parrocho, & testibus celebratum; quem etiam sequitur Iacobus Grassis *lib. 2. decis. au-rear cap. 86.* Casus autem sunt sequentes. Primus; quando virgo sub tutela est iniqui Tutoris, & Claustrine contrahit, ne Tutor eam tradat viro ignobili. Secundus: si quis, læthaliter vulneratus, foeminam concubinam, vt filios legitimos reddat, & faciliorem viam pa-

ret ad salutem, Claustrine in matrimonium ducat; quia copia Parrochi, & testium haberi non potest: qui casus idem prorsus cum nostro videtur. Tertius, si concubinarij, iter facientes, vel alia ratione comprehensi, si pericula in aliqua ob cõcubinatum inciderent, subito Matrimonium secreto contraherent, vt se esse coniuges affirmarent. Vltimus: si aliqui, quibus maximè expediret nubere, & valdè metuerent illo tempore impediendos esse, ne contrahere possent, tunc secreto in matrimonium consentirent, animo postea publicandi: videtur ergo, iuxta citatas sententias, validum exitisse prædictum matrimonium: ergo, &c.

12 Sed restat, de prædictatum sententiarum probabilitate iudicium ferre. Et de prima loquendo, Sanchez vbi supra *num. 4.* oppositum, tanquã certum, dicit esse sequendum: quod & alij plures, instar auium sequentes, efficiunt. Sed, salua pace, placet iudicium, à Doctissimo Basilio factum. (Imò, & nifalior ab aliquo etiam grauissimo Authore) referre in præsentem: Igitur Legionensis, *lib. 5. de marrim. cap. 6. num. 3.* implicite approbat sententiam Soti, & Grassis. Sic enim inquit dicto *num. 3.* *Verum ego longè verius existimo, & dispositioni Tridentini Concilij conformius, in nullo casu iam valere Claustrinum Matrimonium inter eos, & in illis locis, in quibus Concilij Tridentini lex viger.* Hæc ille: quatenus, ergo oppositum sententiæ Soti verius existimat, non esse à veritate alienam Soti, & Grassis sententiam tradidit, cum præcipuè sententias sibi falsas, vt falsas impugnare soleat, & refutare. Et certe, qui aliquid existimat aliquo verius, vel probabilius, oppositionem, & contrarietatem, non inter falsitatem, & veritatem, sed inter maiorem, & minorem probabilitatem, vel moralem colocat veritatem. Vt iam hodie communis Sanctij, & multorum aliorum DD. testatur confensus: stabit ergo, iuxta Basilij verba, probabilis sententia Soti, & Grassis, & consequenter probabilis etiam præsentis resolutio casus. Sed quia alijs rationibus sufficienter probatur posita resolutio, omitto sententiam Soti, & Grassis, cum censura Basilij. Sicque
Iudico, &c.

DECIMVS QVARTVS

casus.

IOANNES, & Maria, cognati in secundo gradu lineæ transversalis, petierunt dispensationem ad contrahendum matrimonium: dederunt causam, quod, scilicet, Maria non inueniret æqualem sibi coniugem, ob paupertatem, fundatam in eo, quod, cum Maria esset filia familiaris, non possidebat bona Patrum suorum, quæ ad quantitatem perueniunt decem millium aureorum, de quibus est vnica, & legitima hæres. Eius nobilitas, Prosapia, atque merita solum se extendunt ad hoc, quod ipse Pater populi sui fuerit gubernator. In petitione dispensationis tacuerunt notam multiplicis ingressus Ioannis in domum Mariæ, copulæque publicitatis. Cum hac Narratiua habent hodie dispensationem.

Quæritur; an sit valida?

CASVS RESOLVTIO.

1 **M**HI fere certum est, prædictam dispensationem esse validam, eo quod non deficiat causa finalis, licet prima facie ratio ad illam validandam difficilis appareat. Et primò probari poterat eius valor, affirmando, causam finalem in Narratiua contentam, esse veram, ex eo, quod hic, & nunc verum sit, Mariam esse pauperem, eo quod ius ad hæreditatem capiendam post parentum mortem non tribuat illi dominium, ratione cuius possit esse diues. Si quidam in hac Complutensi Academy doctissimus ex nostris, à me Consultus, respondit. Et Confirmatur ex eo, quod ita tenet Curialium practica. Quo, & si non vidi, audiui tamè à Doctissimo quodam, alios allegante. Sed dato, dispensationem hac viâ non probari; quod practice, vt verum existimo.

2 Dico secundo: valida est prædicta dispensatio, si publicum fuit Ioannem cum Maria rem habuisse, vel de eo ita diffamatam fuisse Mariam, vt nullus eius conditionis eam ducere velit. Tunc enim vera esset causa finalis, in informi contenta, scilicet, paupertas. Ducor ex eo, quod tunc non esset sufficiens Dos: ergo esset vera petentis dispensationem

informatio. Antecedens probatur: quia, si Dos augetur sponfam, sibi æqualem non inueniret, vt experientia docet. Quis enim cum publice ab alio, & non viro suo, eorupta, matrimonium velet contrahere; etiam si alias æqualis esset sanguinis, & ad summum augetur illi Dos? ergo verum est antecedens. Consequens autem sic probò: nam in dicto casu verum est, Mariam inuptam futuram fore equali ratione paupertatis: ergo, &c. Antecedens probò: nã allegata paupertas, non est in ordine ad vitam agendam cælibatam, sed in ordine ad competentem Dotem vt patet. Quia paupertas allegata non est paupertas absoluta, sed respectiua; in ordine, scilicet, ad Dotem, ad matrimonium sufficientem: atqui eadem dotis quantitas perseverans, quæ antea erat sufficiens, scilicet, ante copulæ diffamationem, posita publicitate copulæ in sufficiens fit, vt patet: ergo in nostro casu Dos illa, quæ ante copulæ diffamationem sufficiens erat, in sufficiens manet post tale delictum. Nam quo plura vitia mulier habet, eo ampliori indiget Dote, quæ illa vitia compensentur; vt optimè Sanchez lib. 8. de matrimonio, disp. 19. nu. 29. hanc sustinens ex consequenti doctrinam. Quod sic probò, etiam prædictam rationem, mihi euidentem, gratis omitteus. Eritque tertia ad casum alia via solutio, affirmans validam fore prædictam dispensationem.

3 Probo igitur hoc modo: nam Pontificis mens eo tendit, vt Maria inupta non maneat (& hæc est ratio Sanctij vbi supra) ergo parum refert, hoc alio ex capite, illi non relato, dimanare, si aliunde reuera futurum est, vt, non posita dispensatione, Maria inupta remaneat. Itaque causa finalis in prædicta (& similibus) dispensatione, semper est, Mariam inuptam fore mansuram, nisi dispensetur. Cumque de hoc, quod pro finali, & vnica in omnibus dispensationibus, causa, allegatur, Pontifex probationem requirat, hinc est; quod aliquando probatur hæc causa, allegata paupertate: aliquando, proposito corporis defectu aliquo: aliquando (& si raro) allegata alicuius criminis infamia: aliquoties proposita, conuenientia de propagatione Prosapiæ, & sanguinis, &c. Quæ omnia, & singula, non sunt causa finales, sed finalis causæ vnice (id est inuptam fore mansuram

seminam talem) probationes. Quo posito, sic intentum probo: stante copulæ diffamatione, Maria inupta profecto erat remansura, nisi dispensatione apposita cum tali consanguineo matrimonium iniret: atqui parum refert, causam finalem ex hac vel illa probatione verificari: ergo si sufficienter probatur ratione publicitatis copulæ, ex eaque infamiæ resultantis, valida prorsus erit dispensatio dicta. Vnde petentis informatio dispensationem, eam implicat conditionem, vel voluntatem, illa regula iuris contentam, scilicet, *si quod ago non valet, ut ago, valeat, ut valere potest*. Atqui valere potest, tam ratione criminis, ob publicitatem minuens Dotem, proindeque paupertatem respectiuam (de qua est habenda ratio) constituentis, tum etiam ratione eiusdem criminis, ob infamiam aliquommodo inducentis impossibilitatem saltem moralem, ut Maria contrahat cum æquali, non posita tali dispensatione: ergo, vno ex prædictis modis, imò, & utroque valet posita dispensatio.

4 Nec obstat, in petitione dispensationis copulam tacuisse; ut optime post alios, & alij post ipsum, Sà, *verb. dispensatio, num. 10.* secundum quem, si Pontifex dicat: *Dispensetur nisi prius copulam habuerint*, intelligitur, si id constet legitime in foro exteriori, de quo non tenetur reus fateri, nisi iuridice interrogatus, id est, post sufficientia ad minus indicia.

5 Sed dicet aliquis, hanc doctrinam Sà non convincere, imò videri nullam dispensationem, si Pontifex dicat: *Dispensetur, &c.* Quia, cum supra supponatur publica de copula infamia, iam tenebitur reus illam fateri; quo casu non erit valida dispensatio verificabiturque illud Poetæ dictum: *incidit in Scillam, cupiens vitare Caribidm.* Nam si ratione infamiæ, ex copula ortæ, valida vsque modo firmatur dispensatio, ecce illam annullat taciturnitas copulæ eiusdem, quam, posita prædicta Pontificis clausula, fateri tenetur: ergo, &c.

6 Responderur tamen concedendo, nullam esse dispensationem in prædicti Authoris sententiâ, dato, quod crimen fateatur. Si tamè illud negaret, quod absit; (tenerur namque illud fateri) valida esset dispensatio, Cuius ratio est, nam

nullitas dispensationis, posito quod Pontifex dicat: *Dispensetur, nisi prius, &c.* dependet ex appositione conditionis: ergo illa non apposita valida erit: atqui non ponitur (& si illicitè) dum crimen non fatetur, nec aliunde de eo iuridice conuincitur, (quidquid sit de fama, populique exillimatione) ergo, &c.

7 Dixi, non esse validam prædictam dispensationem in sententiâ Sà; nam Henriquez apud Sanchez supra *disp. 25. num. 12. in fine*, affirmat adhuc esse validam, quamvis de copula constaret: ait, enim verba illa: *Dispensetur nisi prius, &c.* non adijci per modum conditionis, sed ut quendam modum. Tunc sic, ergo fuit absoluta dispensandi voluntas. Probo consequentiam; nam si conditionalis esset, maxime ratione prædictorum verborum: sed illa, in sententiâ Henriquez, non ponuntur, ut conditio, sed ut modus quidam: ergo, &c.

8 Adde, quod si dispensatio facienda sit in loco, vbi publicum non est crimen, & ibi reus interrogetur, tunc valida erit, cum ibi occultum crimen fateri non teneatur. Vnde si Petrus in alio habitet loco, vel oppido, in quo Mariæ infamia ignoratur, & dispensationis commissio facta sit Parrocho dicti oppidi; si tunc eo petant, ut ibi matrimonium contrahant, & à Parrocho interrogentur de copula; non tenentur fateri, si absq; sufficientibus indicijs interroget, ut suppono; ac per consequens valida erit.

9 Sed dices, tunc iam non adesse causam dispensationis, quia cum eo in oppido non sit Maria de copula diffamata, non erit pauper, siquidem infamia criminis commissi Dotem minuebat, quod tunc cessat; nec deindè verificari posset illa vnica, & vniuersalis causa, scilicet, Mariam mansuram fore inuptam ratione infamiæ: ergo nulla erit tunc dispensatio, cum, bonæ famæ in tali oppido existens, æqualem sibi possit, quo cum contrahat, reperire.

10 Responderur tamen: & in primis, forte eo in oppido non inuenietur æqualis, cui Maria nubere possit: & si sit, forte nollet Maria, & ob istas causas, vel quia sibi non placet, illi nubere.

11 Deindè dico, Mariam eo non venisse,

se, nisi ut matrimonium contraheret, de quo contrahendo publicitas erat in suo oppido. Cum enim iuxta communē sententiam sufficiat cuiusquam contrahentis Parochus, potest in cuiusque oppido matrimonium celebrari. Neque hoc erit in fraudem legis beneficio uti; quia, cum possit licite eo tendere, per accidens est, iuris effugere rigorem; & dispensationis beneficio potiri.

12 Deinde, quia retenta sententia Doctissimi Henriquez, de qua supra num. 7. facilis est solutio; quam sic ostendo. Nam Sà, *verbo gratia num. 6.* & clarius, *num. 10.* (quod ante ipsum dixerunt quidam apud Bonacinam *tom. 2. in prima editione,* & tenet Sallas, cum alijs probabiliter rellatus à Bonacina supra disp. de dispensationibus) satis est ad validitatem dispensationis veram adfuisse causam tempore, quo Romæ dispensatio impetrata fuit: quæ sententia, licet singularis, magni tamen est Doctoris, & eum sequentium. Quamvis magis placeat Legionensis sententia, asserentis, hoc teneri casu, quo iam per illam, cui facta est commissio, dispensationem dispensatum sit. Sicque intelligo Authores citatos præter Sà, & alium forte. Igitur si secundum Henriquez illa verba, scilicet, *dispensetur, nisi prius, &c.* rationem modi tantummodo sortiuntur, & non conditionis; & secundum Sà, veram adfuisse sufficit causam tempore, quo Romæ dispensatio impetrata fuit, probabiliter deducitur nil referre, quod Maria sit in oppido, in quo, & nulla adest de copula infamia, ac proinde nulla probatio illius vnicæ, & communis causæ, scilicet, quod ipsa inupta remansura sit, & alias æqualem sibi inueniat coniugem non impeditum: siquidem tempore, quo dispensatio Romæ fuit impetrata, aderat prædicta infamia, probans, Mariam inuptam fore remansuram, & ob paupertatem respectivam, scilicet, insufficientis Dotis, & ob infamiam ipsam ratione talis delicti, cum quo nullus ei, in nobilitate æqualis, etiam superabundantissimè aucta Dote, nubere velit. Stat ergo saltem probabilis prædicta resolutio, quia omnes in favorem eius allatas sententias probabiles existimo, non solum ab extrinseco, ut tractatu de probabilitate singularium opinionum, quæ per sanctæ Inquisitionis Tribunal non sunt prohibite; sed etiam

ab intrinseco. Eo quod, & gratia, & fauores sunt ampliandi; & quæ de stilo sunt Curia; nisi expressa lege firmentur, vim legis non habeant. Sicque Iudico: salua, &c.

DECIMVS QVINTVS casus.

Petrus, v.g. agnoui Mariam, & postea sponsalia contraxerunt: deinde volens Maria contrahere cum Ioanne fratre Petri, & Petrus cum Elizabeth, sorore Mariæ, communi consensu sponsalia dissolverunt. Postularunt dispensationem impedimenti Affinitatis, contracti per copulam, & iam publicam, habitam inter Petrum, & Mariam, qui ambo in sua petitione tacuerunt aduertenter impedimentum publicæ Honestatis. Habitis sic dispensationibus, Petrus, pridie antequam contraheret cum Elizabeth, sorore Mariæ, manifestavit illi impedimentum publicæ honestatis; & quia iam determinatus erat Nuptiarum dies, ne occasionē perderent matrimonium contraxerunt Petrus, & Elizabeth. Post hæc, Elizabeth rem habuit cum Ioanne, fratre Petri coniugis sui; sed fuit occulta copula; & sic Ioannes, sciens impedimentum Affinitatis, & Maria publicæ Honestatis, absque vlla communicatione matrimonium celebrarunt, quia similiter dies determinatus erat.

Quæritur: quis in prædictis impedimenti dispensare possit, supposita omnium paupertate: scandalo, si separentur: periculo incontinentiæ, si simul habitent; & Romane Curia; distantia?

CASVS RESOLVTIO.

I FATOR, difficilem satis esse præsentem casum, & velle me magis ab illius excusari resolutione, aliorum placita sequutum, quam illud, adhuc in foro conscientia; resolnere. Dicã tamen, quæ ad examinandam veritatē, ex principijs moralibus, Auctorumque placitis colligere potui. Quare, quia diuersa de primò, ac de secundo matrimonio est difficultas, prius præsentem casum, quoad primum attinet matrimonium resoluam, quoad secundum postea resoluturus. In

2 In primis ergo possemus dicere in sententia S^a, *verb. matrimonium, ubi de impedimentis dirimentibus, num. 12.* primum matrimonium, contractum, scilicet, inter Petrum, & Elizabeth fuisse validum. Nam Author iste, loquens quando impedimentum publicæ honestatis per sponsalia contrahatur, hæc habet verba: *Item, si contrahatur cum cognato in primò gradu sponsi de futuro, nisi sponsalia fuissent inualida, aut soluta de communi consensu.* Hæc S^a: ex quibus apertè constat, nullum remanere impedimentum publicæ Honestatis, quâdo sponsalia de communi solvantur cōsensu. Citatum S^a, antea communiter reprobatur, & præcipuè à Sanctio *lib. 7.* sequuti sunt postea Gutierrez de Matr. *cap. 103. n. 11.* Rebellus *lib. 3. q. 14. num. 3.* Basilius *lib. 7. cap. 36. num. 9.* Cornejo *disp. 7. dub. 30. quæsto 5.* dicens, Sanctium, oppositum dicentem, non vidisse quandam Cardinalium declarationem, quæ extat apud Farinacium *supra cap. 3. Tridentini. ses. 24.* & apud Rebellum loco citato, & in appendice ad quartum librum. Sic etiam Hurtado, Mondexar. *disp. 21. diffic. 1.* quos omnes sequitur Nolter Leander *2. p. disp. 19. q. 4. tractatu 9. de matrim. Sacramento.* Ij namque omnes sequuti DD. Cardin. declarationē, dicunt talia sponsalia, mutuo dissoluta consensu, esse nulla, & inualida; numque ex nullis sponsalibus nullum consistit inferri impedimentum, sic, & in postrocasu nullum adesse affirmant.

3 Nec contra hoc obstat (aiunt prædicti DD.) ratio S^actij, a simili deducta, hoc modo: Sponsalia morte vnus sponsi dissoluta, nulla omnino sunt: atqui nihilominus remanet impedimentum publicæ Honestatis, vt ipsi fatentur: ergo, & quando communi dissoluntur consensu, Respondent namque, cōcesso Antecedenti, negando Consequens: & ratio disparitatis est, (dicunt ipsi) quòd in casu mortis, censetur, qui obiit, in eadem voluntate permanere; quòd in secundo casu dici non potest.

4 Sed contra solutionem istam sic argumentor: posita mutua contrahendi Matrimonium promissione statim resultat publicæ Honestatis impedimentum: ergo nulla ratione potest, præcissa dispensatione auferri. Antecedens est verum: Consequens sic probò. Tum, quia factum nulla conditione apposita, in

infectum reddi non potest. Tum etiam, quia aliàs posita promissione contrahendi, post mortem Mariti: v. g. inter Adulteros, etiam sequuto ad promissionem talem adalterio, si postea ipsi Adulteri, mutuo consensu de facto, à mutua de facto promissione recederent, sequeretur ex tunc cessare Criminis impedimentum; quòd, meo videri, nullus vnquam dixit: Sequellam probò: nam tam aduiterium, quàm promissio contrahendi indiuisibiliter se habent, quoad necessitatem inducendi hoc Criminis impedimentum: ergo deficiente illorum aliquo, ex tunc deficiet impedimentum Criminis: atqui promissio, de facto inter Adulteros facta, per mutuum de facto disensum dissoluitur: ergo ex tunc debet Criminis impedimentum cessare; hoc autem nullus dixit: ergo posita sententia sustinenda non est, sicque matrimonium primum de quo in informi, nullum erit.

5 Respondetur tamen, concessio Antecedenti, negando Consequens: ad cuius primam probationem, dico, quòd factum quoad esse factum, in infectum reddi non possit, potest tamen facti valor, pendens à contrahentium consensu, annullari per contrarium contrahentium, vel promittentium disensum. Itaque à valore sponsalium dependet inferri, & in conseruari, publicæ honestatis impedimentum, quòd sic declaro: sponsalia sunt via ad matrimonium, tamquam ad terminum, & in ratione viæ, seu tendentiæ, stat ratio inductiua talis impedimenti; ratio autem viæ imperfectionem dicit, perfectionemque exigit. Vnde talis promissio non est actus perfectus, sed imperfectus, perficiendique per Matrimonium contrahendum, tamquam per terminum *ad quem*: & vsque dum perficiatur, dependet secundum omnem sui rationem, & effectum à termino *ad quem*, scilicet, à Matrimonio contrahendo, tãquam ab illo, quòd rationem effectus habiturum est. Et à consensu illud contrahendi, tanquam à ratione causæ, quæ rationale Matrimonium, vt effectum causaturæ est, nisi aliunde impediatur; ergo deficiente termino in ratione effectus, per defectum mutui consensus in ratione causæ, deficit secundum omnem sui rationem, tam, causalem, quàm effectiuam, promissio ipsa. Cumque quando vnus moritur promittentium, non deficiat termi-

minus per defectum cōsensu priuatiuè, hoc est, per appositionem disensus, cum videatur in antiqua obiisse contrahendi voluntate; hinc est, non esse simile, illud mortis factum, facto, de quò in presenti.

6 Nec secunda prædicti Consequentis probatio aliquid conuincit. Nam impedimentum criminis non inducitur vltimo modo, ratione promissionis, vt validæ, cum de iure nulla sit, & secundum cōmunem sententiam peccaminosa; sed solū ratione illius, vt criminosi facti, licet dependentis a crimine adulterij. Cūque in ratione criminosi facti, vel in ratione solius facti, nullomodo sit via ad matrimonium, tanquā ad terminū, ob aulitatē talis facti, hinc est, esse omnino per factū factū, & absolutū, prout à iure exigitur, ad prædictū criminis impedimentū inferendū, adulterio sequuto, vel supposito; eo quòd absolutè in tali facto saluetur aulsa, quantū de se est, occidēdi alterū coningē; quia per contrariū à promissione facta disensus, nequit tolli ipsa promissio in ratione criminis, omniaq; perfecti secundum ius. Quare diuersa est ratio; ac per consequens validum persistit primum illud matrimonium.

7 In contraria tamen sententia, quæ, meo videri, probabilior est, & iuri cōformior; de quò suo loco; dicendum est, matrimonium illud fuisse nullum; proindeque dispensatione indigere. Quis autem in eo casu possit dispelare; hoc opus, hic labor est: nā, licet probabilissima sit DD. sententia, posse Episcopum in similibus casibus dispensare, quando bona in aliquo saltem contrahentium ad fuit fides; non tamen quando vterq; mala fide contraxit; vt communiter aduertunt DD. iuxta *cap. 5. de reformatione matrimonij, ses. 24. Tridentini*, de quò postea. Ob quòd difficilis redditur in contraria sententia dispensatio; nisi ad Summum Pontificem recurratur.

8 Pro parte autem affirmatiua, rationes apponam, quibus illa probari videatur. Prius tamen referre placet sententiā Doctif. Henriq. *lib. 12. de matr. c. 3. n. 2. in comment. lit. K. & O.* vbi ait, posse Episcopum in prædicto casu dispensare. Ducitur ex eo, quòd bona fides in contrahentibus non sit necessària, positis alijs cōditionibus, in sine casus adductis; quas ait, non esse intelligendas in toto rigore; vnde dum dicit, non debere Episcopum

tam facile dispensare, necessario supponit, in eo esse dispensandi potestatem. Sic in substantia Henriquez.

9 Sed quia contra hanc, & valde piam, Henriquez sententiam videtur pugnare Tridentinum vbi supra, dum sic habet: *Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere presumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat; idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit.* Ideò ab illa abstineo. Quare, itante Concilij aulthoritate, quæ semper stare debet, procedunt, quæ sequuntur, rationes pro parte affirmatiua: Probari ergo primò videtur ex eo.

10 Quòd Tridentini decretum pro foro tantum exteriori videatur procedere. Nam verbum illud, *separetur*, hoc non leuiter demonstrat. Constat hęc Tridentini Concilij interpretatio ex infra dicendis *tractatu de iuramento promissorio*; quòd, contra leges, Ciuiles tantum, factum, nullam in foro conscientie inducit, in mea sententia, obligationem; quidquid communis dicat DD. consensus: non obstantè *cap. debitores de iur. iur.* quòd ibi explico pro foro tantum externo; & non contemnendis à simili rationibus, & textibus confirmo. Vnde quoad huius rationis probationem ad illum locum me remitto. Et pro nunc alteram Tridentini interpretationem cum debita subiectione assignat, quæ sequitur, secunda ratio, ad effectum potestatis in Episcopo, ad dispensandum in prædicto casu.

11 Nam Tridentinum non comprehendit eos, qui mala tantum fide matrimonium contrahunt; ergo stare poterit, contrahentes mala fide contrahere, & nihilominus Tridentini poenam effugere. Antecedens sic probatur: & in primis, certum est, illum, qui scienter aliquid efficit malum, mala fide procedere. Quo posito, sic argumentatur: scientia impedimenti sufficit ad constituendam malam fidem in illo, qui contra Tridentini decretum operari vult: atqui Tridentinum, vltra scientiam, præsumptionem postulat; ergo, vltra malam fidem, aliquid requirit. Minor, & Consequentia probatur: nam verbum illud, *presumpserit*, in loco Tridentini positum, aliquid operatur;

aliās superflue poneretur: sed nō operatur solam scientiam, quia hæc iam satis per verbum illud, *sciēter*, declaratur: ergo aliquid præter scientiam demonstrat: ergo aliquid præter malam fidem: atqui hoc aliud esse nequit, nisi, quod ex malicia, expressaque intentione opponendi se Tridentino contrahant sponsi; quod nostro in casu non contingit: non ergo dictā Tridentini poenā incurrunt.

12 Confirmatur hoc ex eodem Tridentino, loco citato. Nam, paucis interpositis verbis, rationem reddēs, ob quā, prædictam poenam apponat, hæc habet: *Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cuius salubria præcepta temere contempserit.* Sic Tridentinum; ergo, à contrario sensu, facile poterit Ecclesiæ benignitatem experiiri, qui, non contemtuēs, sed ex fragilitate delinquit; ac proindē nisi contrahentes temere contemnant, non incurrunt Tridentini poenam; præcipuē etiam, quod lex poenalis, strictē interpretāda venit. De quō sit sequēs, confirmatiua prædictarum, ratio:

13 Confirmatur deindē: nam magis propriē verificatur, includiturque in homicidio occulto, homicidium omnino occultum, ac in *ly mala fide* præsumptio, & temeritas, atque contemptus, vt alibi dicam, ex Caietano, *verb. Contemptus, & verb. Præceptum, vel præcepti transgressio*; atqui probabile est, irregularitatem, ortam ex homicidio omnino occulto, posse per Episcopum dispensari, & etiam per Prouinciales Regularium; ergo probabile etiam erit, posse Episcopum cum prædictis contrahentibus in tali impedimento, gratis iuxta probabiliorē sententiam ad nullo, dispensare. Maior videtur certa, & ad minus probabilissima; Minor est probabilis, tam ab intrinseco, quā ab extrinseco, vt infra videbimus: Consequentiam autem sic probo. Tam in casu nostro, quā in simili adducto, adest Tridentini dispositio: & nihilominus dum Tridentinum *ses. 24. cap. 6. de dispensatione irregularitatum, &c.* ait, *excepto homicidio occulto, vel, excepta ea (irregularitate scilicet) quæ oritur ex homicidio voluntario (intellige occulto; nam de delicto loquitur occulto) restringunt aliqui DD. ly occulto ad occultum, quod probari possit, & non extendunt ad omnino occultum, quod, nisi rei confessione, probari non valet, ea præcisa ratio-*

ne, quod sit lex poenalis, vt pote iuris cōmunis reseruatia, proindeque odiosa; ergo, quia in nostro casu Tridentini decretum est poenale, communisque iuris, Episcopo competentis, iuxta probabilissimam sententiam, reseruatium, proindeque odiosum, vt tale debet restringi. Atqui minus includitur in *ly mala fide*, de quā in infirmi, contemptus, temeritas, & præsumptio, ac inuoluitur in *ly excepto homicidio occulto*, homicidium omnino etiam occultum: ergo, si hoc vltimum, prædicto modo, probabiliter restringitur; cur illud primum non poterit, modo dicto, restringi: ergo, &c.

14 Dixi supra; *nisi contrahentes temere contemnant*: quia si solus vnus contemnat, adhuc poterit Episcopus dispensare; quod sic probo: nam si solus vnus impedimentum sciat, potest Episcopus dispensare; vt cum alijs tenet Sanchez *lib. 2. de matrimō. disp. 40.* & alij post ipsum; sed scientia, quā Concilium petit, est cum temeritate, & præsumptione, vt patet: ergo, sicut propter alterius peccatum non debet innocens puniri, sic propter alterius temeritatem, & contemptum, non debet, qui non temere, & contemprens deliquit, castigari. Poena autem dicta propter temeritatem, præsumptionem, & contemptum est posita: ergo, &c. Sed dices pro Tridentino *dicta ses. 24. cap. 6. de dispensatione irregularitatum, &c.* ipsum, quando in concessione, facta Episcopo, criminum occultorum, irregularitatumque, & suspensionum, ab ipsis prouenientium, excipit homicidium, illud excipere his verbis, scilicet *ex homicidio voluntario*; atqui homicidium peccaminosum, etiam occultissime factum, est voluntarium: ergo, &c. Respondetur tamen, prædicta verba debere referri ad priora, loquentia de crimine occulto. Constat hoc *ex leg. 1. ff. de rebus dubijs*; vbi Vlpianus ait, alteram partem (legis scilicet) alternatiuē per alteram interpretari. Quod clarius constat in *leg. verum ff. de petit. hered. lege Hæredes palam, §. si quid, ff. de testamentis, leg. Vxoris, §. fin. ff. de legatis 3.* & in *cap. secūdo requiritis 41. de appellat.* vbi habetur; *ea, quæ in principio ad medium, & ad finem; illa verò, quæ in medio, ad finem, atque principium sæpè referri*: Hoc est, per media declarantur extrema, & per vnum extremum declaratur aliud. De quō Bald.

dicto cap. *requiritis*, & ipsum, cum Miranda; sequitur Fr. Hieronymus Rodriguez, in *Compendio qq. Regul. resol.* 90. pag. 573. §. quarta regul. ergo *ly ex homicidio voluntario*, ad casum occultum referendum est. Quod deinde constat ex ultimis verbis dicti capitis Tridentini, ubi sic habetur: *Iddem, & in hæreticis crimine, in eodem foro conscientie, &c.* Quæ verba, ad crimen, quomodocumque occultum, referuntur, iuxta probabiliorē sententiam; ergo, &c.

15 Superest casum resolvere, quoad secundum attinet matrimonium; & certè, in sententia Sæ, verum esset matrimonium, si postea Ioannes cum Elizabethæ non habuisset, ob quod incurrit affinitatis impedimentum, ne cum sorore Elizabeth, Maria scilicet, contrahere possit. Quia ergo in hac sententia Sæ, & aliorum, vnicum tantum est impedimentum, scilicet affinitas, ex parte vnus tantum contrahentis cogitum; dicendum erit in probabilissima sententia, quæ, post citatū Sanchez, tenent Basilus *de matr.* Bonacina ibidē, & iā fere omnes ex Modernis, posse Episcopū in illo dispensare.

16 Nec obest alterius etiam mala fides. Quia non propter solam malam fidem, nec propter solum impedimentum, Tridentini pœnā plectuntur; sed, & impedimentum requiritur, & respectu illius, etiam mala fides: in sententia autem Sæ, & aliorum, de quibus supra, non est impedimentum publicæ honestatis; ergo sola mala fides non obest.

17 Deinde, in sententia Henriquez iddem, quod in primò dictum est casu; in hoc secundo, dicendum est.

18 His tamen sententijs relictis, iddem mihi alia via respondendum est. Vndè à fortiori dico, posse Episcopum in hoc secundo casu dispensare. Probat: quia si, quando sola mala fides, licet vtriusque, adest, potest Episcopus dispensare, vt supra dixi, melius poterit, stante sola vnus mala fide?

19 Dico, *stante sola vnus mala fide*; quia, & si vterque mala fide contraxit, cum tamen cuiusque mala fides, circa diuersum esset impedimentum, non dicitur ita inter se vniri, ac si respectu eiusdē impedimenti, in vtroque contrahente mala adesset fides; & cum lex pœnalis strictè sit interpretanda, possumus illam de mala vtriusque contrahentis fide, res-

pectu eiusdē impedimenti interpretari; quæ ratio constabit ex dicendis *tract. de Monitorijs.*

20 Rursum vnus voluntas non cooperatur alterius peccato: ergo respectu illius innocens erit: sed pœna est imposta ob peccatum, cū vterque cooperetur; ergo, &c. Vndè licet vterque peccet, non tamen cooperatur vnus peccato alterius. Hæc non tam necessitatis, quàm disputationis gratia recipiantur. Sufficenter namque satisficit huic secundæ difficultati rationibus, supra positis, in resolutione primæ.

21 Quod si dicas, in hoc secundo casu esse duo impedimenta iuxta veriorē mihi sententiam; vndè commissio ad vnum auferendum, non censetur ad aliud auferendum extensa; cum indispensationibus mixtum sub simplici non comprehendatur. Respondeo, mixtum sub simplici comprehendit in prædicto casu; in quò, iuxta probabiliorē sententiam, Episcopus Ordinaria vtitur potestate, abiata semel reservatione, per quam illa potestas limitata erat. Quia cum Episcopus iure communi, (imò etiam diuino secundum aliquos) possit in suo Episcopatu, quidquid Pontifex Summ. in tota Ecclesia, solum ratione reservationis talis Ordinaria potestas limitatur; cumque à tali reservatione eximatur prædictus casus, hinc est, ipsum Episcopum Ordinaria procedere potestate; vt docent Matienço *lib. 5. Recopilat. tit. 4. l. 14. Glosa 1.* & Molina *tom. 1. de Inst. disp. 250.* quos, non improbens, refert Sanchez infra referendus, *disp. 2. num. 10.* Quàm consequenter delegare potest pro suo Episcopatu, sicut pro tota Christi Ecclesia Pōtifex Maximus. Adde, iddem posse Episcopum circa non sibi subditos, in foro conscientie; quia cū iurisdictio hæc sit voluntaria, exerceri valet, & extra Territoriū, & circa nō subditos. Tū, quia probabilior sententia docet, Parrochū posse vbiq; terrarum quorūcumq; fidelium confessiones audire, vt dico *tract. de penit.* Tū etiam, quia probabilis est sententia afferentium, posse Religiosos se submittere Episcopis, quoad Sacramentalem absolutionem, & dispensationem, vt alibi dicam. Ad rem igitur: Axioma illud, *mixtum, scilicet, sub simplici non comprehenditur*; solum curie in habentibus tantum delegatam potesta-

tem, vt, plures referens, ait Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 1.* & hæc est prima solutio.

22. Secundò respondetur dicendo, adhuc esse verum, quòd mixtū sub simplici cōprehendatur in hoc casu, etiā in habētibus potestatem, tātum delegatam. Sic sentiunt aliqui, quos supra refert citatus Sanchez.

23. Tertiò respondetur, Axioma illud currere in dispensationibus, non autem in potestate dispensandi. De quò vide plura apud Sanchez, supra *disp. 2.* Quando autē potestas est generalis, sicut est, de quā in Episcopis, loquimur, iuxta probabiles sententias, nulli dubiū esse potest, ipsum Episcopū valere in pluribus impedimentis simul dispensare. Videatur omnino Sanchez *lib. 2. matr. disp. 40. n. 3. in secundā ratione*: & præcipuè *lib. 1. de sponsalibus, disp. 61. n. 3.* vbi vndecim refert Authores, asserentes, Episcopū posse in suo Episcopatu, quidquid potest Pontifex in vniuerso Orbe; si ea excipias, quæ ad vniuersæ Ecclesiæ statum pertinent, vt res fidei de finire; nisi ei per Pontificem aliquid reseruetur.

24. Tandem dico, quo ad præsentem attinet casum, prædictum Axioma omnino corrumpere in sententia Sæ, & aliorum, quos supra retuli, *n. 2.* in quā dicendum est, in prædicto casu, vnum tātum modo adesse impedimentum, scilicet Affinitatis; eo quòd publicæ honestatis impedimentum, per, dissoluta de communi cōtractantium consensu, sponsalia, omnino cessasse, affirmat. Quam sententiam in remedium fidelium libenter admitto; cum alias admittere soleant non contrānendi Authores, sententias, ad casus necessitatis, quas nec tam fortiter ratio probat, nec tam graues deffendunt Authores. Vndè, quòd resolutum est, iudico; salua, &c.

SEXTVS DECIMVS casus.

QVIDAM Nobilissimi viri filius, sufficientem ætatem ad Sacros Ordines tingens, à quodam Italiæ Episcopo ad Subdiaconatus Ordinem fuit promotus. Post, Hispaniam rediens, Nobilissimam feminam duxit uxorem, de tali impedimento ignaram; ex quā plures habuit fi-

lios; quorum vnus, Religionis statum assumens, ad Prælationis officium (quia legitime existimabatur) fuit promotus; in eiusque manibus plures ad professionem fuerunt admissi. Post multum verò temporis, Pater eius, poenitentiā ductus, à Pontifice maximo, super Sacri Ordinis impedimento, dispensationem postulauit, vt exinde existimatum Matrimonium, validum persisteret. Dedit pro causa scandalum, & alia, bona fide talia credita, & in rei veritate omnino falsa. Dispensauit Pontifex; nulla conditione appositā.

Quæritur primò; an sit valida dispensatio, siquidem, in rei veritate, in causa finali fuit falsitas, quæ secundum omnes, dispensationem annullat? Secundò quæritur; an filius verè potuerit Religionem incorporare in eius manibus profites, supposita ad Prælationem inhabilitate, propter Illegitimationem?

CASVS RESOLVTIO.

I N huius rei difficultate (semper aliorum autoritate salua) dicendum iudico, prædictam dispensationem (si in verbis persistendum sit) fuisse validam. Ducor ex eo, quòd Legislator, præsertim supremus, in lege sua dispensans, etiam sine causa, validè dispēsat; vt omnium DD. tenet consensus: atqui sic se res habet in prædicto casu: ergo, &c. Minorem probò, supponēdo, probabile aliquorum sententiam, quā refert Sanchez post, & ante alios, *lib. 7. de matrim. disp. 27. n. 9.* & ipse in fine probabilem dicit, asserentem, castitatem, Ordini Sacro annexam, solum esse de præcepto Ecclesiæ; hoc est, Clericos in Sacris teneri ad castitatem, non ex voto, etiam implicito, sed solum ex immediato Ecclesiæ præcepto. Hoc igitur supposito, probatur Minor: tam ratio dirimens Matrimonium in Ordine Sacro, quā castitas, illi annexa, sunt tantum de iure humano possessiuo: sed huius est Author Pontifex: ergo, si dispēstationem super illis præster, etiam sine causa, validè dispensabit: dispensat autem in prædicto casu: ergo, & si sine causa, validè dispensat. Sic expresse citatus Sanchez affirmat, in prædicta sententia dicendum esse.

2. Quòd autē Ordo sacer matrimonium

rimat solo Ecclesiastico Iure, docet Doctif. Sanch. Authorū multitudine relata dicto lib. 7. disp. 28. n. 11. & disp. 26. num. 2. vbi idem affirmat de voto solemni, in professione Religionis emissio, quòd sci licet solo Ecclesiastico iure matrimonium dirimat, quodque probat tāquam verius iuxta Pontificum decreta, disp. 29. n. 2. vbi ait, votum solemne, & simplex eiusdē materiz, minimè differre per se, & essentialiter, ex ipsius voti natura, & ratione, nec iure diuino, sed solū accidē taliter, & extrinsece, ex sola Ecclesiz cōstitutione, decernentis, per votū solēne dirimi matrimoniū subsequens, non autem per votum simplex. Videatur ille locis citatis, in quibus se ipsum, in comprehensione, in claritate, & in multis alijs, vt solet, excedere videtur: ergo, &c.

3 Dices tamen, Pontificem Summū nolle sine causa dispensare, nisi explicet; quòd nec ipse facit, nec dispensandi tenet consuetudo. Imò neque hoc, sed oppositum potius, præsimitur, cum nemo præsumeretur delinquens, nisi constet. Et præsumeretur delinquens, si præsumeretur dispensandi voluntas in tali casu; cōtra leg. merito, ff. pro socio, vt notat Sanch. lib. 3. de matr. disp. 4. n. 15. & contra cōmunem sententiam, afferentem, supremum etiam Legislatorem, dispensantem in suis legibus, sine causa, peccare saltem venialiter; vt docet idem Sanchez sup. disp. 18. n. 3. & 7.

4 Propter hæc redditur difficilior presentis casus solutio, & de dispensantis mēte oppositum aperte colligi videtur. Cum tamen appōita solutio, vsque modo, ex vi verborum prædictæ dispensationis procedat; nec nouum sit, cōcessionem, aut legem explicare in solo verborum tenore persistendo; (*A Papa nāque Innocentio III. declarante suam mentem in constitutione, à se antea facta, recessit Hostiensis, & cum eo alij DD. ait Sā, verb. Lex nu. 25. citans cap. primum, lib. 6. de concess. Præbend.*) & lapsius recessit Nauarrus, vt videre est in multis eius Consilijs toto tomo Consiliorum: ideò in dicta resolutione persisto. Tūm, quia factum legitimè retractari non debet, licet casus postea eueniat, à quò non potuit inchoari, iuxta Regulam 73. de Reg. iuris in 6. Cumque dispensatio illa sit legitimè, quoad validitatem, facta, annullari non debet per notitiam defectus causæ ad dispen-

sandum, etiam casu, quò sic fieri non liceret.

5 Tūm etiam, quia indicto casu præsumi valet, Pontificem dispensare, etiam absque culpa. Probatur hoc; nam probabilis est sententia afferentium, posse Supremum Legislatorem in lege sua, sine causa, absque vlla culpa dispensare; quòd in foro conscientiz, ablatoque scandalo, (quòd totum in præsentem contingit) probabile existimo. Hos Authores refert Sanchez supra dicto lib. 8. disp. 18. num. 2. Quibus positis, concedo, neminem præsumi delinquentem, nisi clare indicijs constet; cum tamen, dispensando sine causa, non delinquat Summus Pontifex, iuxta prædictam sententiam, non præsumeretur deliquisse, & consequenter poterit iusta præsumptio secundum præsentem fundari dispensationem. Nam sicut, si quòd ago (quoad valorem intellige) non valet, vt ago, valeat, vt valere potest; sic, si quòd ago, non valet, quoad iustitiam, & rectitudinem, vt ago, valeat, vt valere potest; atqui potest, quoad iustitiam, & rectitudinem, valere dicta dispensatio, in prædicta sententia: ergo, sic facta præsimitur.

6 Et confirmatur ex regula, *Nullus videtur de Regulis iuris Civilis*; vbi sic habetur: *Nullus videtur dolo facere, qui suo iure utitur*: cumque Summus Pontifex in prædicta dispensatione iure suo utatur, minimè præsumendum est, hoc facere per dolum, & cum culpa, iuxta prædictam sententiam.

7 Neque etiam obstat vsus, contrariæque consuetudo. Tūm, quia est tantum negatiuus, qui non tollit, quominus actus contrarius sit validus, & licitus; vt dicitur tractatu de legibus. Tūm etiam, quia licet priuatius esset, (quòd non nisi ex voluntate Pontificis esse in præsentem casu valet) nequit vim habere plusquam legis Ecclesiasticæ, cui potest Pontifex derogare, & in ea (vt patet) dispensare. Quòd ex verbis presentis dispensationis satis aperte constat: cum enim Pontifex soleat, semper cōditionali appōita clausula, mentionem faciendo causæ, dispensare; videlicet, *Si ita est, &c.* & hoc in præsentem non appareat dispensatione, vt ex eius tenore cōstat verborū, videtur sine causa velle dispensare, vel saltē sine allegata, cōtētus cum sola petentis dispensationem Nobilitate: ergo, &c.

Ad secundum, in casu quæsitum, dico multa: primum est, quod prædicti dispensantī filius, qui Religionem fuit ingressus, sit verè professus; (& aufero statutum speciale talis Religionis, si fortè est, de non admittendo ad professionem illegitimos, de quo postea,) & verè Sacerdos. Tum, quia illegitimitio, etiā quoad Sacros Ordines recipiendos, iure communi tollitur per ingressum Religionis, etiā si ante professionem exeat: vt tenet doctissimus Sanchez *lib. 5. Decalogi, cap. 5. numer. 13.* referens Suarium *tom. 3. de censuris, disp. 30. sect. 5. num. 14.* vbi in fine reprobatur Fratrem Emmanuelem Rodriguez *tom. 1. qq. regular. q. 13.* oppositum dicentem; optimis tamè rationibus deffesum, à Fratre Hieron. Rodriguez in *Compendio qq. Regularium, resol. 76. à num. 7.* Quod iure communi tollatur, constat *ex cap. 1. de filiis Presbyterorum, & capit. 1. distin. 56.* quod, professione sequuta, verum dicit citatus Hieronymus Rodriguez *resol. 52. num. 40.* vbi ait, iam superflue tot Apostolica priuilegia, super huiusmodi dispensatione, cum Religiosis faciendā; de quibus citatus Emman. Rodrig. *dist. 9. 13. art. 3.* & plures alij, tam ex Theologis, quàm ex iuris Interpretibus, quos refert citatus Fr. Hieronymus Rodrig.

9 Secundum, quod dico, est, professiones, factas in manibus talis Religiosi, ad Prælaturam assumpti, esse validas, nõ obstante Gregorij XIII. constitutione, moderante Sixti V. decretum contra illegitimos; in quâ fundatus Fr. Hieronymus Rodrig. *sup. dist. resol. 52. n. 40.* ait, oppositum esse certum. Quod, & communiter ab alijs DD. asseritur.

10 Assumptum probō prius ex quorundam, apud citatum Hieronymum sententia, affirmantium, in fauorem, & honorem Religionum, per professionē solemnem in Religione, tolli omnem illegitimationis notam, non solum iure humano, sed, & iure diuino; etiā quoad Dignitates, & Prælaturas Ecclesiasticas, & Episcopatus. Ex hac ergo sententia sic argui potest: quod est de iure Diuino, tolli nõ potest per ius humanum; ergo ablatio illegitimationis, proueniens a Professione solenni, etiā quoad Prælaturas, impediri non potest per decretum Sixti V. contra illegitimos, neq; per constitutionem Gregorij XIII. prædictam Sixti V.

decretum moderantis; postulantisq; vt dispensatio illegitimi, quoad Dignitates, & Prælaturas, fiat à Generali, vel Prouinciali, cū Capitulo Generali, vel Prouinciali, seu intermedio, & quod aliter fieri non possit, vel extra Capitulum, non obstantibus antiquis priuilegijs, quæ in Bullario habentur in *Bulla 9. Eugenij III. nu. 17.* de quibus citati Emmanuel, & Hieronymus.

11 Sed, hac relicta sententia, probatur secundò: nam licet verum sit, Gregorium XIII. solum quoad Ordines moderasse decretum Sixti V. contra illegitimos, reuocando priuilegium Eugenij III. concessum Congregationi Sancti Ioannis Euangeliste (vulgus appellat, Loyos, seu de Sæcto Heloy in Lusitania) relatumq; à Portel *verb. illegitimus, num. 9. & verb. dispensare, n. 2.* & non vt nouiter ab ipso inuentum, vt ipse falso testatur, cum illud antea retulerit Rodrig. *sup. art. 6.* licet, (inquam) hoc verum sit, attamen prædictum priuilegium fuit postea innouatum per Clementem VIII. & Paulum V. vel per alium etiā vltiorem Pontificem, confirmantem priuilegia D. Francisci Ordinis, etiā *per viam communicationis, & ex certâ scientiâ;* quæ confirmatio vim innouationis habet, inuolidumq; reuolat, aut reuocatum; vt in simili resoluit Emman. Rodrig. *tom. 2. qq. Reg. q. 33. art. 4.* & Hieron. Rodrig. *sup. resol. 3. de absolut. quoad Fratres, n. 7.* quodque constat *ex cap. 1. de transact. & cap. Quoties de pactis,* & ibi communis DD. teste citato Hieronymo. Imò, & hoc verum tenet, etiā si dictum priuilegium per ignorantiam nõ fuerit in usu. Tum, quia Clemens VIII. & Paulus V. in suis confirmationibus non apponunt Clausulam; *Quatenus sunt in vsu.* Et huic sententiæ videtur cõsentire, Villalobos *1. p. Sum. tract. 13. diff. 60. n. 10.* Tum etiā; quia licet cõfirmatio priuilegiorum apponeret clausulam prædictam, nõ inde sequeretur, absolute dicendam, nõ manere priuilegia, quæ in vsu non sunt. Ratio est manifesta; nã cū duplex sit nõ vsus, vnus negatiuus, & alter priuatiuus, (de quò alibi dicam) & non vsus negatiuus, per cuiuscumq; temporis spatium durans, non annullat priuilegium, vt cõmunissima tenet Doctorum sententia, de quâ ego in materia de legibus, hinc est, non esse necessariam omissionem illius Clausulæ ad similia priuilegia, quæ negatiue

tantum non sunt in usu, confirmanda.

12 Probatum tertio vtrumque dictum scilicet, quod præfati filius potuerit recitari, & ritè Sacris initiari; & esse Prælatum, proindeque professiones, in eius manibus factas, esse validas. Probatumque sic: nam præfati filius nullo modo est illegitimus; ergo &c. Antecedens expressè constat *ex cap. 2. & cap. ex tenore, qui filij sint legitimi, leg. 1. tit. 13. part. 4.* vbi deciditur, illos esse legitimos filios, qui ex Matrimonio in facie Ecclesiæ, cū bonâ fide, saltem ex parte alterius cōiugis, celebrato, geniti sunt, esto Matrimonium, ob occultum impedimentum, fuerit nullum. Videatur citatus Hieronymus *resol. 76. num. 2.* plures referens Authores: ergo, quia ex parte fœminæ bona adfuit fides, ratione ignorantie facti: (quia solius iuris ignorantia non excusat) sic filij, ex ea nati, legitimi censendi sunt; ac proinde præfatus, de quo in infirmi: ergo &c.

13 Plures aliâs possem rationes adducere, & præcipuè, *ex legè Barbarius, ff. de officio Prætoris*, ad probandum, professiones prædictas fuisse validas; sed quia de hoc infra in speciali casu agendum est; idèò hic ab illo abstinèo; sicque iudico.

DECIMVS SEPTIMVS casus.

QUIDAM cum vxoꝛe filij sui adoptiui matrimonium bona fide contraxit, & circa illius valorem, cum Confessario consultatione habita, fuit illi ab eo responsam, vt Supremi Sæcularis Principis dispensatione obtenta, tutus in conscientia esse poterat.

Quæritur; quomodo hoc possit verum tenere.

CASVS RESOLVTIO.

FACILIS esset ad hoc solutio, sed non necessaria dispensatio, si hic perfecta nõ interueniret Adoptio. Tunc enim non esset irritum, sed validum, matrimonium. Eo quod Cognatio hæc Legalis ex sola perfecta Adoptione quæ Abrogatio est, ortum habeat. Nam licet

communior sententia oppositum sentiat, placet tamen, tanquam probabilior contraria; quàm, post Innoc. *cap. unico, num. unico, de cognatione legali.* Syluestrum; *verbo matrimonium 8. q. 8. dist. 4.* & alios, docet Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 63. num. 9.* eo ductus fundamèto, quod Cognatio hæc introducta sit à iurè positio ad impediendam fornicationem, quæ facile esse potest inter personas, eadem in domo commorantes: quæ ratio cessare videtur in Adoptione imperfecta, per quam non traducitur Adoptatus in domum, nec in Adoptantis potestatem.

2 Probatum etiam: quia, cum matrimonium sit res valde fauorabilis, iura, illud prohibentia, potius debent restringi, vel saltè ad propriam, perfectamque verborum coarctari significationem. Cumque simplex Adoptio imperfecta sit, non dicitur absolutè talis. Imò iuxta Angelicū Doctorem *in 4. dist. 42. art. 1. ad primum*, est potius dicenda dispositio quædam ad perfectam Adoptionem. Alia videri possunt apud citatum Sanctum, vbi *num. 10.* tenet, contra Henric. & P. Ledesma, cū alijs, adhuc non inducere impediens impedimentum.

3 Posita tamen perfecta Adoptione, illa, scilicet, quæ Adoptatus sui iuris, nēpè Emancipatus, & liber homo, vt tradere se valeat *leg. 2. §. vltimo ff. de Adoptione*, transit in Adoptantis potestatem, illic succedit, necessario ab intestato, & in quarta bonorum parte ex testamento, *Instit. de Adoptione, §. sed hodie*, Principis solius autoritate. *leg. 1. C. de Adoptione*, & *Instit. eodem titulo in principio*, & *leg. Reg. 7. tit. 7. part. 4.* Interrogantis per se tam Arrogantem, quam Arrogatum, si velint, & deinceps, sibi talem Arrogationem placere, exprimentis *leg. in Adoptionibus, ff. de Adoptione, leg. Reg.* vbi supra: Posita inquam perfecta Adoptione, requirente etiam in Adoptante generandi potentiam, nisi ex accidentario deficientem casu, *leg. 22. ff. de Adoptione*, imò, & quadraginta annos, vt habetur *Instit. de Adopt.* & latè tradidit Sylvester, *verb. Adoptio, q. 5.* & post ipsum cum alijs Sanchez supra *num. 3.* & tandem requirente, quod fiat in præsentia tam Adoptantis, quam Adoptati, & non per Procuratorem, vt latè docet Angelus, *verb. Adoptio, num. 4.* Syl. ibi, *q. 2. & 6.* & omnes teste Sanctio vbi supra, ha-

habeturque, leg. Neque, & leg. Post mortem, §. neque, ff. de Adoptione.

4. Supposita, igitur hęc Adoptione perfecta, quę, post contractum cum ea matrimonium, possit per Episcopum dispensari, si facillimę ad Pontificem non pateret recursus, vt ait Sotus in 4. dist. 42. q. 2. art. 2. in fine corporis, & post ipsum, Ludouicus Lopez 2. p. instruct. vbi de matrimonio, cap. 51. in fine, & Sā, verb. matrimonium, vbi de Impedimentis diuinentibus, n. 6. in fine, licet Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 6. num. 17. dicat, hos Authores minus verę in hoc dixisse; sicut, & in eo, quod supra q. 1. art. 1. immediate ante solutionē ad primū principale, ait idem Sotus, scilicet, posse Episcopum dispensare in impedimento Cognationis, ortę ex Baptismo, tempore necessitatis non solemniter collato; dum facillimus non pateret ad Pontificem aditus; & tandem sicut in eo, quod idem Sotus ait, supra dist. 41. q. vnica, art. 3. in fine, & sequuntur prædicti, Lopez, & Sā, apud citatum Sanctium, scilicet, quod si contra impedimentum publicę honestatis, ex sponsalibus ortum, aliqui contrahāt, & expeditissimus non sit ad Papam accessus, possit Episcopus dispensare.

5. Igitur, supposita perfecta Adoptione, facilis etiam esset responsio, (sed nullius necessitatis secularis Principis obtenta dispensatio) si vera esset aliorum sententia, quos tacitis nominibus refert Hostiensis, cap. vnico, num. 5. de Cognatione Legali, dicentium, hanc legalera Affinitatem inter Adoptantem, & uxorem Adoptati, non impedire matrimonio contrahendo. Sed quia hęc communiter reprobat, vt post Hostiensem, Ioan. Andręam Antonin. Ancharranum, & Alex. de Neuo, docet Sanchez supra num. 13. & omnes post ipsum, Scriptores, etiam ex Theologis; ideo hoc opus, hic labor est. Stat ergo sanę difficilis prædicti casus solutio, si, posito impedimento, Confessoris saluanda sit assignata responsio. Et licet mihi falsa videatur, referam tamen, quid occasionem præbere potuit tali Confessori, vt existimaret probabile, licet reuera falsum, apparentque sit, quod Præfato, de quo in informi, respondit intrepidus. Ad quod.

6. Suppono, hoc cognationis legalis impedimentum Ciuili lege fuisse indu-

ctum, vt videre est apud Sanctium, præter alios, supra num. 17. vbi resoluit legem hanc Ciuilem, vim habere ex confirmatione Iuris Canonici, cap. ita diligere 30. q. 3. quod est ex Nicolao Pontifice, ad consulta Bulgarorum, ibi: Quando quidem nec inter eos, qui natura, & eos, qui Adoptione filij sunt; Venerandę Romanę leges matrimonia contrahi permittunt; & cap. vnico de cognatione legali; & cap. Per Adoptionem, 30. q. 3. quod est ex Paschali Pontifice; vt tradunt communiter DD. sequuti Doct. Sanctium in 4. dist. 42. quest. 2. art. 2. in corpore, & ad primum. Diu. Bonau. & antiquos alios, quos videre est apud Sanctium supra. Quo ita posito.

7. Videtur, præfatū matrimonium validum persistere ex tēpore, quo secularis Principis Dispensatio fuerit obtēta, stante cōtrahentium notitia formali in ambobus, vel ad minus in vno, & æquiualentia in alio, vt, aliorum referens sententiam, docet, & tolerat Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 36. à num. 7.

8. Probat hęc apparens solutio, hac vnica ratione, a simili deducta ex sententia Rodriguez tom. 1. q. 68. art. 5. quem referens sequitur Portel in dubijs Regular. verb. statutum, num. 11. alienantium, statuta Religiosorum, facta auctoritate Papę, & ab illo confirmata, posse reuocari in alio Capitulo Generali sequenti, etiam si non interueniat specialis licentia Papę. Probat Rodriguez, (dicens, hoc non esse in lege Summi Pontificis dispensare) ex eo, quod ibi confirmatio Papę circa præcedens statutum, fuit quid accessorium, & non principale. Vnde ablato principali, scilicet, statuto ipso, deficit confirmatio, quę est accessorium, iuxta illud, Accessorium sequitur naturam sui principalis; Reg. Accessorium, de reg. iuris in 6. Deinde citat ad hoc, caput, Cum accessissent de Constitutionibus, vbi Capitulum Cathedralis recessit per se a quodam statuto, per Papam confirmato.

9. Emmanuelem sequitur Fr. Hieronimus Rodriguez in comp. qq. Regul. resol. 90. num. 35. eodem ductus fundamento, & argumento legis omnium, C. de testam. quod notari etiam affirmat in cap. Dilecto de testamentis. Idem (vt dixi) sustinet Portel, sic probans: Confirmatio Papę in præsentiarum solum ha-

bet vim fauoris, non vero legis Papalis. Fauoris autem potest renuntiatio fieri, cessante alterius præiudicio, quod hic cessat, vt patet. Quod autem statuti confirmatio vim habeat fauoris, & non Papalis legis, docet etiam Miranda tom. 2. q. 29. art. 8. Citat etiam pro hac sententia Rodriguez, Decium: frater autem Hieronymus Rodriguez supra, refert pro hoc Baldum leg. ex placito, num. 6. & 7. de rerum permut. Syluestrum verb. Absolutio 2. num. 4. & iterum Baldum in leg. dicta, ex errore tamen Tipographiæ: deinde Decium, & DD. in dicto cap. Cum accessissent.

10. Ex hac ergo ratione, sic arguitur: tam in statuto, à Capitulo facto, quam in hoc legali impedimento, adest Summi Pontificis confirmatio: atqui hæc non obstat in statuto, quo minus à sequenti Capitulo Generali possit, ob prædictas rationes, reuocari: nec ergo in legali obstabit impedimento, quo minus, ob easdem rationes, possit à Principe sæculari reuocari, vel saltem in speciali casu dispensari, maxime, si tota Respublica, cui Pontificia confirmatio fauor esse videtur, illi renuntiet: ergo, &c.

11 Sed contra hoc sic insurgo: prædicta doctrina solum procedit de generali confirmatione statuti Regularis, vt expressè citati aduertunt DD. aduertereque debebant: atqui confirmatio dictæ legis Ciuilibis, de legalis impedimento cognationis, loquentis, est specialis confirmatio, quæ iuxta prædictos DD. &c, iuxta omnes, est de nouo concessio, ab ipso met Pontifice immediate edita: ergo, &c.

12 Sed rursus pro apparenti, tradidit ad eam presentem, resolutione, sic, negando Minorem, contradicitur. Tunc iuxta prædictos Authores, confirmatio est specialis, quando, vel fit, cum clausula hac, videlicet, *ex certa scientia*, vel cum hac, scilicet, *de plenitudine potestatis*: atqui, in dicto cap. *ita diligere*, 30. q. 3. nullum est verbum, nec, similis, clausula, prædictis, vt consideranti patebit; quinimo pro conclusione sic habetur: *Si ergo inter eos, non contrahitur matrimonium, quos Adoptio iungit, quanto potius à carnali oportet inter se contubernio cessare, quos per cœleste Sacramentum (idest Baptismum) regeneratio Sancti Spiritus vincit: longè igitur congruentius filius Patris mei, vel frater*

meus appellatur is, quem gratia diuina patris, quæ quem humana voluntas, vt filius Patris mei, vel frater meus esset, elegit: prudentisque ab alterna corporis commixtione discernitur. Sic Nicolaus Pontifex dicto in cap. Quæ sane verba nihil innouationis continent, sed, ad summum, generalis confirmationis, cum solum legalis cognatio per similitudinē, quasi à minori, ad statuendum maius, scilicet, cognationē spiritualement, adducatur, vt ex verborum tenore satis aperte constat: ergo, &c.

13 Nec aduersus hæc obstat, cap. *Per Adoptionem quaesita eadem* 30. causa, & q. 3. neque cap. *unicum de cognatione legali*. Nam vtroque in casu demonstratiuè proceditur. Deinde, quia huiusmodi textus per eaput *ita diligere* debent regulari. Denique, quia doctissimus Sanchez, omnibus illis relatis textibus, resoluit, hoc legale impedimentum esse tantum confirmatum ab Ecclesia; cumque confirmatio sit solum generalis, vt iam dixi: sequitur, posse Principem sæcularem prædicto in casu dispensare.

14 Sed, his omnibus non obstantibus, verum esse debet, Principem Sæcularem non posse iam in tali impedimento, absolute loquendo, dispensare, & si possit illud tollere quoad Politicam gubernationem Reipublicæ; cum res per easdem, per quas constituitur, causas, possit dissolui. Attamen remaneret in ratione impedimenti Iure Canonico, quod non est accessorium Iuri Ciuili, vt constat. Vnde apparens tantummodo fuit, & absque fundamento data, talis à Confessore præfato responsio: Sicque sentio, &c.

CASVS DECIMVS OCTAUS.

QVIDAM coniugatus, post matrimonium consummatum, inuita vxore, ad Subdiaconatus Ordinem fuit promotus. Postea, vxore defuncta, in altera Prouincia aliam in vxorem duxit, & ex ea filios habuit: modo pœnitentia ductus de peccato suo remedium quaerit.

Quid ergo faciendum est?

* * *

CASVS RESOLVTIO.

1 **S**I PROBABILIS existeret Godfredi sententia, cap. *Quidam de conuersi- coning.* quam refert Thomas Sanchez, lib. 7. de *marrim. disp. 38. num. 23.* facilis esset præsentis casus, ad petentis placitum, resolutio. At namque, Godfredus loco citato, posse sacris initiatum inuita Vxore, & ab ipsa renocatum, eaque defuncta, ad alias nuptias valide transire. Probat hoc, ab existimata, falsa tamen, paritate rationis, scilicet: sic in Religione professus, valide postea contrahit: ergo etiam sacris initiatus. Est tamen (vt dixi) falsa paritas, licet enim verum teneat in professo, deficit tamen in sacris initiato, ob validam Sacri Ordinis susceptionem, vt tradunt communiter DD. &, pluribus relatis, docet Sanchez supra num. 24.

2 Hac ergo relicta sententia, si possibilis est inter prædictos sine scandalo separatio, illam consulo. Quod si inuitabile sit scandalum, remedium erit, omni expers scandalo, ingressus Religionis in aliquo illorum. Quod si in utroque sit Religionis ingressus impossibilis, certe Pontifex Maximus dispensare potest. Si autem urgeat incontinentiæ periculum, ad alium locum se transferat vnus, occasione aliqua, dum Pontificis dispensatio procuratur. Et si adhuc hoc ob paupertatem fieri nequit, & ob Romanæ Curie distantiam, & adsit scandalum in separatione, vt supra dixi, hoc opus, hic labor est.

3 Videamus tamen, an possit in hoc casu Episcopus dispensare? Pro quo suppono primo, posse Episcopum in suo Episcopatu, quidquid (ablata reseruatione) potest Pontifex Summus in toto Orbe, vt ex dictis iam constat.

4 Suppono secundo, probabilē apud Sanchez sententiam, lib. 7. *disp. 27. de marrim. num. 9.* quæ affirmat, obligationē, quæ Clerici Sacrorum Ordinum ad seruandam continentiam astringuntur, non esse ex voto, sed ex mera constitutione Ecclesiæ, illis directe castitatem præcipientis, sicut præcipit auditionem Missæ diebus festis. Hanc sequuntur Sotus in 4. *disp. 37. q. unica, §. dico igitur,* & Mathelianus, quem, dicentes esse cōmunē sententiam, referunt Cardinalis, Innocentius, Immola, Archidiaconus, Lauren-

tius, Hugo, Turrecremata, Ioan de Li-gano, Præpositus, Henricus, Bellamera, Pallud, Gandauius, Decius, Bonifacius, Paleotus, Stanica de voto, q. 4. Gutierrez qq. *Canon. lib. 2. cap. 7. n. 45.* Valeria, diuersis in locis, & Balthasar Mogolinus, quos omnes refert citatus Sanchez, dicēs, hoc esse probabile, quod, & alij dicunt.

5 Probatur ergo, posse Episcopum in prædicto casu dispensare: impedimentum, dirimēs matrimonium in Ordine Sacro est tantum de iure positiuo, & humano: sed potest Episcopus, in simili casu necessitatis, hoc in iure dispēlare, vt, post alios, tenuit Henriquez lib. 12. de *marr. cap. 3. n. 2. in commento, lit. K. & O.* Nauarrus, Antonius Cucus, Bartholomæus de Ledesma, Capua, Manuel in Buila Cruzlatæ, Antonius Gomez, Ludouic. Lopez; & si dubius: & hoc idē tenet aliosq; referēs, Sanchez lib. 2. de *marr. disp. 40. n. 3.* & post ipsū, plures alij iuniores: ergo, &c. Fundamentum autem istorū Authorum est, & quia hæc videtur mens Pontificis reseruantis; & quia, cum reseruatō sit odiosa, restringenda est. Ob quas, & alias rationes idē asserunt Henriquez ante contractū matrimonium, loco citato, &, post ipsū, citatus Sanchez num. 7. Basilius, referens Gabrielem Vazq. & Sallas: Bonacina, Hurtado, Diana, Villalobos, Molfesius, Barbosa, Homobonus, Victorilius, Reginaldus, Cornejo, Machado, Candidus, & eos referens, æque probabiliter Noster Leander 2. p. pag. 470. q. 8. dicens, Bonacina malè pro hac sententia referre Henriquez vbi supra, & Valentiam. Sed licet Sapientissimus Pater fidelissimè omnes referat Authores, rectè tamen possunt prædicti Henriquez, & Valeria pro hac referri: nam rationes, probantes hoc, post contractum matrimonium, æque probant idē ante contractum matrimonium. Quod a simili ex sententia eiusdem Sapientissimi Patris, q. 9. non leuiter demonstratur.

6 Probatur secundo: nam Episcopus absolutè potest dispensare, contra Cōcilium in casu magnæ necessitatis, vel utilitatis, vt docent Tiraquellus, Cenedo, & alij, quos refert, sequiturque Barbosa in Tridēt. *ses. 1. n. 4.* quod, & tenet Noster Leander supra, q. 2. Probatur tertio: nam Episcopus indefinitè potest statuere contra ius cōmune casu, quod id faciat ex euidēti, & necessaria causa, quæ Superio-

rem ad id concedendum moueret, vt ex latione in leg. omnes populi, sect. 2. ff. de Iust. & Iur. & ex Ricio in praxi decis. 261. docent Basilius, & eos referens Noster Leander supra, dicens cum Basilio, licet aliquantulum dubio, has rationes æque probare, iddem posse Episcopum pro foro exteriori, stante similiter urgente dispensandi necessitate pro eodem foro, quàm possibilem dicit, citata questione 9. in fine: ergo, &c.

7 Quòd si adest scientia impedimenti, ac proindè mala fides; hoc tantum est in vno; quòd non obest, iuxta Sanctium cum alijs vbi supra. Si vero in vtroque mala sit etiam fides, ad huc tenet, posse Episcopum dispensare, Henriquez citatus; ait enim, bonam fidem in contrahentibus non esse necessariam, dum adsit scandalum in separatione, &c. vbi supra: quæ dicit, intelligenda esse in toto rigore. Vnde, dum ait, non debere Episcopum tam facile dispensare, necessario supponit in eo dispensandi potestatem. Quia tamen in informi, huius malæ fidei nulla sit mentio, ideò necessaria non est Henriquez sententia, aut loco illius (quia Tridentino videtur opposita) aliam solutionem præstare. Sicque iudico: salua, &c.

CASVS DECIMVS

nonus.

PETRVS, v.g. habuit concubinam Mariam, quæ ex eo, duobus mēlibus antequam cum alio matrimonium contraheret, concepit, & de tali conceptu corâ testibus publice se iactauit; postea, ingressio iam, per octo dies, octauo mense, computatione facta à die contracti matrimonij, peperit filium; Franciscum, v.g. Deindè decursu temporis prædicta Maria sui coniugis tyrannidem, supplicium ve effugiens, publice in platea vocem extollens, Petrum vocauit, vt illi succurreret, filiumque suum, & eiusdè Petri, è Mariti manibus liberaret. Quà occasione transacta, Petrus Mariæ occidit Maritū; & filiū suū (idest ipsius Petri, vt publica testabatur fama) in domum suam deportauit. Deinde Pater Petri, Avusque Francisci, filij Petri, in vltima voluntate, Nepoti suo Francisco quantitatē quandam reliquit, dicens, ne ab

illo pererentur expensæ, in ipsius educatione factæ. Post hæc mortuus est Petrus, Francisci Pater reputatus. Franciscusque, volens cum consanguinea, in secundo gradu, Petri, Patris sui communiter reputati, matrimonium contrahere, à pluribus, ratione impedimenti, fuit impeditus. Re autem ad Iudicium delata, præcepit Iudex confessionem sumi à Maria, Matre Francisci, vt veritatem detegeret. Negauit illa, & in negationis confirmationem allegauit Baptismi librum, in quo Franciscus, filius suus, vt legitimi matrimonij filius, erat scriptus.

Quæritur, an Franciscus, vt legitimus, sit habendus; vel, quòd iddem est, an matrimonium cum consanguinea Petri possit contrahere?

CASVS RESOLVTIO.

I DE HAC, non leui, neque vulgari difficultate, habita fuit, ante prolatam à Iudice sententiam, consultatio, coram huius Complutensis Villæ Vicario Generali; fueruntque Consultores vocati, Doctor Ioannes Martinez, Primarius Sacræ Theologiæ Cathedræ moderator, Sapientissimus Pater Magister Acoſta, Minorum Præpositus Clericorum. Ingenniosus Doctor D. Michael Moez, & ego. Et relata per Notarium prædicta, cum suis testibus, narratiua, tres primi Consultores concordarunt tandem in eo, quòd Dominus Vicarius Generalis poterat, & debebat Franciscum legitimum iudicare. Ego vero consului, posse prædictum Vicarium Generalem declarare per sententiam legitimum Franciscum, adepta prius de consanguinitatis impedimento, forte vero, pro conscientia foro, dispensatione. Et licet varias acceperim replicas à sapientissimo quodam ex dictis Consultore (de quibus postea) in prædicta tamen resolutione persisti, & nunc obsequentes persisto rationes.

2 Primam rationem propono, in nixam in octomestri partu Francisci, computatione facta à die contracti matrimonij. Prius tamen suppono, & tanquam certum, natum quem dici in septimo, vel octauo, &c. mense, qui, vel in vltima die, vel in prima, vel in inter medijs,

dijs, in lucem editur. Sic, citata, leg. 4. tit. 23. part. 4. notat, post plures, nouissimè Doctus Narbona, tom. de etate ad omnes annos, anno primo, q. 6. n. 29. 42. 57. & 61. in quo ultimo, ex D. Thoma 3. part. q. 46. art. 6. sic habet: *Ne aliquid naturalis perfectionis deesset, decreuit (Deus, scilicèt) decimo mense, e purissimo Matris suæ utero egredi: quod & canit Catholica Ecclesia, dum dicit: nouem post conceptionem suam decursis mensibus, &c.* Iddem prædicant Christost. sermon. de Natiuitate B. Ioannis Baptistæ. Bonauentura in Commentarijs ad cap. 7. Sapientie. Damascenus lib. 4. fidei, cap. 15. August. lib. 4. de Trinitate, cap. 3. & alij. sic paucissimis mutatis prædictus Doctor.

3 Vndè sufficit primus dies mensis in captus, vt tali in mense in lucem prodiēs, natus dicatur; septimestres, scilicèt, octomestres, &c. & secundum plures, vndecimestres; (imò, & secundum alios, si duodecimo, decimotertio, & quatuordecimo mense in lucē prodeat. De quo videri potest citatus Narbona, num. 75.) Qui ergo, primo die alicuius ex prædictis mensibus in lucem prodit, in tali mense natus dicitur. Sicque, qui primo die vndecimi mensis, à contracto matrimonio, nascitur, illegitimus dicitur, iuxta communem, magisque receptam sententiam; & iddem est, si ad primam diem duodecimi (& amplius) mensis diferratur partus eius. Constatque ex leg. 17. Romuli, & ex Iuris-Consultis, leg. 3. §. post decem, de suis, & legit hered. leg. Gallis, 18. de liber. & posthum. quibus apprime conuenit lex nostra Hispanica 4. tit. 23. part. 4. sequentibus, & iapius repetitis, verbis, scilicèt: *Lo mas que la muger preñada puede traer la criatura en el vientre, son diez meses: & rursus: Mas si la nacencia de la criatura tiene vn dia del onzeno mes, despues de la muerte de su Padre, no deue ser contado por su hijo.* Et licèt vndecimestres, quoad naturalitatem, & legitimationem sub opinione cadant, pluribus negantibus, affirmantibus alijs, & mediam viam cum paucis sequente per docto Narbona vbi supra, à num. 65. vsque ad 76. tamen omnes conueniunt, dici septimestrem, octomestrem, &c. si primum septimi, vel octaui, &c. mensis, diem fetus tangat, & partus: & hoc, licèt prædicti temporis partitio, quæ in partu complectur, à die obitus Mariti, vel à die

contracti matrimonij computetur. Quo sic posito.

4 Sit prima ratio, quæ, resolutio, à me traddita, probatur: Præfatus Franciscus octomestres fuit, vt ex narratiua, cum supposita doctrina apparet, si fiat computatio à die contracti matrimonij: ergo, nec naturalis, nec legitimus, esse potest. Probatur Consequens, ex communissima sententiâ, hoc firmante, quàm tenent ex Iurisperitis decem & septem DD. inter quos Vincent. Fusar. plurimos refert, vt testatur Narbona supra num. 45. Tenent etiam hanc sententiam, vt congruam, septem Sapientissimi DD. quos refert citatus Narbona, inter quos, Carança innumerabiles congerit, iddem affirmantes: & ex Medicis quam plurimos. Vndè, & Hermosilla in notis ad Glossas 7. part. 7. Glof. 11. num. 10. leg. 8. titulo 4. nouissimè iddem sustinet: ergo, &c. ergo, discursus iste probabiliter concludit: ergo, non necessitabatur Iudex (vt prædicti responderunt Consultores) Franciscum legitimum per sententiam proferre.

5 Confirmatur hoc primò: nam probabilis est sententia Thomæ Gramatici, Sforc. Oddon, Christophori de Paz, & Marij, Giuibę, apud Narbonam supra num. 45. affirmantium, octomestres vltra octauum apartu diem, non esse vitales: ergo, à posteriori, si prædictus Franciscus tandiu vixit, octomestres esse non potuit: atqui, alia ex parte, septimestres non fuit, & minus quàm septimestres esse non potuit, vt fere omnes testantur: ergo, concipi non potuit matrimonio contracto: ergo, non à marito Mariæ fuit conceptus: ergo, à Petro, pro quo stat publica fama: ergo, non tenebatur Iudex, saltem probabiliter, illum legitimum de clarare.

6 Confirmatur secundò: nam probabilis est sententia D. Antonini, 3. part. tit. 1. cap. 16. sine, & summæ Confessorum apud Perez lib. 5. ordinat. tit. 1. l. 1. fol. 11. affirmantium, esse peccatum mortale consummare matrimonium ante receptas Ecclesiæ Benedictiones (vulgo las velaciones) quòd, quantum ad præsens, etiam tenent Palud. Guillelm. Tabiena, & alij penes Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 12. num. 2. dicentes, esse mortale prima vice uxorem agnoscere ante velaciones. Et tandem, etiam ad intentum,

tum, alij, inter quos Richardus in 4. dist. 28. art. 2. q. 3. ad 3. affirmant, esse mortale ante benedictiones Ecclesiæ petere debitum. Quod totum implicite approbat Noster Leander 2. p. pag. 363. q. 72. Imò licet non sit mortale, est tamen veniale consummare ante Benedictiones, vt sustinent Sotus, vterque Ledesma, Henriquez, Caieranus, Victoria, & alij nouem DD. quos refert Sanchez supra numer. 5. quibus Noster Leander supra pag. 364. quest. 73. probabiliter addit Ludouicum de san Ioan. quest. 2. de matrim. art. 4. diffic. 3. & expressius, quest. 9. art. 4. dub. 2. conclusion. 2. Ex hac ergo sententia sic arguuntur: de nullo, nisi probetur, præsumitur peccatum, vt constat ex iure; ergo, nec de Mariæ Marito præsumi potest: atq; secundum tres primas sententias mortaliter peccaret, quoties ad vxorem ante susceptas Benedictiones, quæ communiter fieri non solent, dum matrimonium contrahitur, accederet; & saltem peccaret grauiter prima vice; vel saltem si peteret debitum, quòd semper viro, & non vxori, accommodatur; & secundum Authores quartæ sententiæ saltem venialiter delinqueret; quòd præsumendum non est: ergo conceptus antea factus fuit: ergo non fuit legitimus.

7 Benè verum est, quòd si Benedictiones præstitæ fuerunt post vnum mensem à contracto matrimonio, & antea Maritus Mariæ illam non agnouit, vt prædicta confirmatio probat, quòd tunc septimestres esset iudicandus Franciscus; proindeque legitimus. Ob quòd, quia non probatur, à prædicta confirmatione desisto; deducens ex prædicta ratione, nullo modo fuisse prædictum Vicarium Generalem astrictum ad declarandum per sententiam legitimum Franciscum; vt prædicti tres Consultores tanquam certum firmabant.

8 Imò oppositum à contrario sensu existimò iudicandum; scilicet, debere iudicem in tali casu, per se loquendo, illum illegitimum iudicare. Probo hoc, & meo videri, euidenter: vtraque ex parte probabilis stat sententia quoad legitimationem, vel è contra: sed alia ex parte plusquam contingens est peccatum, necessario in matrimonio intentato vitandum, ratione impedimenti consanguinitatis, satis probati, vt infra

dicam: ergo tenetur iudex illum illegitimum declarare, vel, posita dispensatione, pronuntiare legitimum. Consequens probat satis, primò, experientia ipsa; nam in nullo Ecclesiastico Tribunale vnquam visum est, relinquere per sententiam matrimonij valorem in opinione. Et licet hoc semel in Tolerana Diocesi per eius iudices fuerit resolutum; postea tamen nullum fuit declaratum; atqui, posita de legitimatione sententia, matrimonium intentatum sub probabili tantum valore manet, vt patet: ergo tenetur iudex, quantum est de se, certitudinem inquirere. Rursus sic posita in foro animæ dispensatione, antecedenter ad iudicis sententiam consequuta, tollitur omnino ambiguitas, & de aptitudine, volentium contrahere, ad contrahendum, acquiritur certitudo: ergo, &c.

9 Dixi; Antecedenter ad iudicis sententiam consequuta; vt iudex licitè procedat; non vt aliter factum, irritum reddatur matrimonium; si videlicet post datam sententiam dispensatio obtineatur. Etenim, quocumque ante contractum matrimonium tempore dispensatio consequatur, validum erit vtroque in foro matrimonij; in foro (inquam) externo, ratione sententiæ iudicis Franciscum legitimum reddentis; nam sicut fama per famam contrariam eliditur, sic, & publicitas facti in fama, per publicitatem iuris in sententia iudicis eliditur potest. In foro autem conscientie per dispensationem, vt patet.

10 Sit secunda ratio; & ante illam suppono, vt certum, famam impedimenti plenè probare illud, ad effectum impediendi ne matrimonium contrahatur. Sic expresse habetur, cap. Super eo, de consanguinitate, & leg. 18. tit. 9. p. 4. & tenent omnes teste Sanctio lib. 1. de sponsalibus, disp. 71. num. 13. secus est ad constandum de morte coniugis, vt alterum possit contrahi matrimonium; nam tunc, vt probabilior docet sententia, (de quà ipse Sanchez lib. 2. de matr. disp. 46. num. 15.) non sufficit sola fama, nisi alijs adminiculis adiuetur, vt, v. g. longitudine absentie, & vniuersali fama, vbi coniux commorabatur, mortem eius contestante, iuxta Sorum, & Ludouicum Lopez; vel si mors contingit in loco valdè remoto, ita, vt alia proba-

tionēs difficilē possint inueniri, & vit longo tempore absuit; secundum Anton. Alex. de Neuo, Syluestrum, Nauarrum, Gabri. Becium, Petrum de Barb. Philiarcum, Menochium, & Mascardū; qui duo vltimi requirunt, quod mors sit antiqua; & is, de cuius morte probanda tractatur, erat valde senex: vel ager, vt cum alijs requirit Mascardus; vel, secundam Glossam, Tabienam, Nauarrum, & Philiarcum, si vit senex erat; vel in acie fuit, & non redijt aliquanto tempore expectatus; (forte per annum, vt addit Glossa;) vel vxor accepit literas eorum, cum quibus vir militauit; vel secundum Antonium, si vit captus sit ab hostibus, & communis fama ipsum obiisse testetur, & diu vxor nihil contrarium audierit, vel literas à fidedignis receperit. Nā tunc, iuxta horum Doctorum varietatem, plene mors probatur; quia fama, talibus adminiculis adiuta, certa moraliter probatio dici potest; vt ait Glossa, *cap. Quoniam frequenter, verb. præsumat; vt lite non contest;* & multis alijs sequitur citatus Sanchez *dicto lib. 2. disp. 46. num. 15.*

11 Deindē suppono, requiri plenam probationem famæ; plenē autem probatur per duos testes; *cap. in omni negotio, & cap. licet, de testib. & attestat. vt cum alijs ipse Sanchez supra numer. 16.* Testes autem debent esse omni exceptione maiores, deponentesque, se à fidedignis audiuisse; aliās enim fama est vana vulgi vox; vt habetur, *cap. Qualiter 2. de accusat. & ibi Glos. verb. Ad inquirēdū;* & *cap. in cunctis 11. q. 3. & ibi Glos. verb. Maledicorū, & leg. 2. tit. 6. p. 7.* tenentq; omnes apud Mascardū, & eum referentem, Sanchez supra. Fallit tamen hoc, quando septem, vel decem testes de fama deponunt; vel nisi fama ex coniecturis probabilibus confirmetur; nam in his euentibus necessarium non est, vt testes dicant, se à fidedignis audiuisse; vt cum alijs docet Mascardus, & Sanchez supra *num. 16. propē finem.* Testes autem deponentes debent asserere, se credere rem ita se habere. Nec necessarium est eorum iuramentum, vt ipsorum valeat testimonium; vt prædicti DD. immediate citati docent, idem dicentes quoad probationem consuetudinis, vel notoreitatis. Quod valde notandum est.

12 Tandem suppono, impedimentum matrimonij plene probari vnico teste. Habetur expresse *cap. super eo, 2. de testibus, & attestat. & cap. Præterea 2. de sponsalibus;* & ratio est, secundum omnes DD. quia hic agitur de peccato vitando; ne scilicet impediti, contra prohibitionem iuris naturæ, diuini, vel Ecclesiæ contrahendo peccent. Quod est definitum *leg. 18. tit. 9. p. 4.* tenentque omnes. Et licet vnicus testis, de solo auditu testificans, non prober; quamvis alter cum eo, absque iuramento de certa scientia deponeret, de quo pluribus relatis Thomas Sanchez *lib. 1. de matr. disput. 71. num. 11. in principio;* hoc tamen fallit in impedimento consanguinitatis, ad quod probandum sufficit vnus testis cum iuramento (quod adhuc non requiritur iuxta sententiam Cardinalis, apud ipsum Sanchez supra *n. 10.*) ante litem motā deponens, se ita à maioribus audiuisse, si computatione clara ab vtroq; latere gradus distinguat; iuxta *capit. licet ex quadam, de testib.* vbi quamvis duodecim requisita petantur, vt vnus testis de auditu prober; hoc tamen solum currit, dum agitur de matrimonio contracto dirimendo; vt rectè, alijs relatis, aduertit Sanchez supra *num. 11. infra medium;* dicens ex Gutierrez, ita praxi seruari. Quod & alij Authores postea testantur. Est autem hoc speciale in impedimento consanguinitatis, quæ, cum sub corporeum non cadat sensum, non exigit efficacem testimonij rationem. Imò speciale est, dum allegatur fornicatio, tanquam matrimonij impedimentum; vt concubitus, v.g. cum consanguinea vxoris probetur vnico teste, vel fama; eo quod agitur de peccato vitando; vt bene Glosa *capit. Præterea, de testibus, & attestat. verb. de auditu;* & ibi Bald. *numer. 8.* Campegius *tractat. de testibus, regul. 385. vers. Tertio probatur;* Mascardus *de probat. conclusio. 62. num. 7. & conclusio. 63. numer. 1.* & Sanchez supra (vt plures alios omittam) *numero 7. in fine.*

13 Ex his ergo præsuppositis, argumentor sic: fere omnia, in prædictis suppositionibus contenta, prædicto in casu concurrunt testimonia, prædictum impedimentum testantia; ergo sufficienti-

tissimè probatum manet : atqui nulla alia in contrarium allegatur de legitimatione probatio, præter Baptismalis libri testimonium, quòd superare minimè potest tot fideles testes, publicamque famam : ergo, vt illegitimus censendus est Franciscus, proindeque, vt impeditus ad contrahendum cum consanguinea Petri, cuius satis probatur filius : ergo, &c.

14 Dices: ergo adhuc obtenta in foro conscientia dispensatione, non poterit Franciscus cum tali consanguinea Petri contrahere.

Fateor, non modicam hoc habere difficultatem; Respondeo tamen, negando Consequentiam. Et ratio est; nam, quæ continentur in prædictis suppositionibus solum vim habent in ordine ad vitandum peccatum: cumque, posita dispensatione, iam nullum sit peccati periculum; sic, &c.

15 Sed contra: ablata dispensatione, planè conuincitur in externo foro impedimentum : atqui dispensatio nihil de externa detrahit notitia : ergo sic se habent res dispensatione, pro foro conscientia posita, ac si nullo modo adesset : ergo, &c. iam dixi, non modicam habere difficultatem. Respondeo tamen, distinguendo Minorem : dispensatio nihil de externa detrahit notitia, impedimenti, scilicet; distingo: immediate, & directè, concedo Minorem; mediate, & indirectè, nego Minorem. Quòd sic declaro: iudex dum sine peccato potest, rectè valeat, (imò, & debet) in fauorem matrimonij indicare; vnde licet Baptismalis libri testimonium publicam impedimenti famam superare non possit, illud tamen simul cum negatio Matris ipsius Francisci testimonio, & aliquali de eius dicto excusatione, vt, scilicet, Maritum vexationem redimeret, non leue præbet iudici fundamentum, vt posita dispensatione, peccati periculum auferente, possit in fauorem de legitimitate sententiam, quam præcedens postulat matrimonium, inclinare; declarando prædictam famam de illegitimitate Francisci solum refundi in Matris testimonium, & in deportationem Francisci in domum Aui : quæ duo purgari possunt, & ratione redimendæ vexationis in Matre, & eius foemine debilitatis, & inconstantia, ne, scilicet adulteri, protectionem amitteret. Ad

quòd non leuiter etiam conducit, potuisset Franciscum esse septimestrem, idest, non conceptum a Matre, nisi post primùm à contracto matrimonio mensem; nam licet Matris testimonium de conceptione Francisci, ante matrimonium contractum existens, cōtrarium sit testimonio eius, quo se esse honestam foeminam asseruerat, iudico tamè, secura stante per dispensationem conscientia, debere iudicè huic secundo assentiri, in matrimonij fauorem, testimonio, aliàs etià per Baptismalis libri fidem munito; per quòd patet ad replicam, quàm (vt dixi) non leuis fateor esse momenti. Vnde resolutoricè dico, ablata dispensatione pro conscientia foro, non posse iudicem Franciscum declarare legitimum, benè tamen illa consequuta. Nec contra dicta conuincit *lex filium*, ff. de his qui sui, vel alieni iuris; *lex Miles* 11. §. defuncto, ff. ad leg. Iuliam, de adult. ex quibus deducunt Abbas, Bald. & in partem Alciatus, quos sequitur Legionensis lib. 11. de matr. cap. 9. n. 2. illos reputari, & esse, filios legitimos, quamvis re ipsa non sint, qui ex vxore domi nati sunt Marito. Et quamvis Alciatus regula 3. præsumpt. 37. existimet, hoc non rectè deduci ex dicto §. nihilominus tamen prædictam sententiam putar esse veram, quia partui benigniorem. In re enim dubia benigniorem partem sequi, non minus honestum est, quam tutum, iuxta reg. iuris, scilicet, *l. ea, quæ in partes*, §. in re dubia, de reg. iuris. Iddemque esse dicendum, licet vxor apud alium, cum quò comisceri solebat, puerum peperisset, si tamen in eo loco non inuito viro esset, & illi ad vxorè aditus frequenter pateretur. Imò licet vxor neget, se eum filium ex viro peperisse; quia Matris professio filio nocere non debet; *leg. penult. ff. de probationibus*. Vnde licet sit meretrix, si tamè ad illam vir frequenter accessum habeat, legitimus censetur iuxta dicta, & alios Authores, quos sequitur citatus Legionensis supra num. 3. Non (inquam) hæc obstant, cum in præsentia de vitando peccato loquamur; & aliàs iuris præsumptio per sufficientes vincatur probationes; cū adhuc non interuenière peccati periculo, omnia supradicta vinci possint: vt pluribus probat citatus Legionensis.

16 Sed iam incipiunt sapientissimi illius Consultoris argumèta, quasi parum

fuiſſet, me cum illo, & alijs, conformare in prædictis. Aſſeruit ergo primò, prædictum Franciſcum bona fide proceſſiſſe, ſicque nullum ad fuiſſe impedimentum, nec diſpenſationis neceſſitatem.

Sed (obone Deus) quis non videt, objectionem prædictam nullius eſſe roboris, nec momenti? Quis enim vnquam dixit, bonam fidem tollere inualiditatem actus, ipſo irriti iure? Nam ſi hoc verum foret, etiam verum extitiſſet, matrimonium, bona fide cum Matre, filia, vel ſorore initum, eſſe validum, quòd ſomniauit nullus. Aliud ergo eſt, bonam fidem à culpa excuſare, quòd fateor; aliud verò inualiditatem ſuplere, quòd eſt omnino falſum.

17 Sed ad hoc ſic ruruſ prædictus Conſultor aſſeruit; ſuppoſita bona in Franciſco fide, & lata iudicis ſententia, aufertur impedimentum: hoc totum in prædicto ponitur caſu; ergo, &c.

18 Sic ille, ſed non ratio, nec ego, in prædicto caſu; nam licet Henriquez *lib. 12. de matr. cap. 3. num. 2. in Commento lit. K.* pro ſe allegans (licet non benè) Nauarrum, & Couarrub. dicat, coniugem impedimenti, iure humano introduci, conſciam, non potentemque illud probare, poſſe petere debitum, ſi per excommunicationem ab Eccleſia habitare cogatur cum altero coniuge, pro ſuo reputato; ex eo quòd Eccleſia cenſeatur tunc in tali impedimento diſpenſare, cum poſſit in omnibus, iure humano introductis, impedimentis, tanquam in proprijs legibus: licet (inquam) hoc probabilitatem aliquam haberet, (quòd pro nunc omitto) at loquitur ſententia hæc expreſſe de Epifcopo, vt videre eſt apud Sanchez *lib. 2. de matr. diſp. 39. nu. 3. & 6.* qui Epifcopus poteſt in prædictis caſibus, maxime occultis diſpenſare; de quo iam ſupra; non tamen loquitur de Vicario Generali, qui iuxta communem ſententiam, talem non habet poteſtatem, quæ applicata cenſeri valeat; quamvis ego de prædicto Vicario Generali, de quò in informi ſit mentio, oppoſitum cenſeam; quia delegationem iuriſdictionis ſuæ perlegi ampliſſimam; vnde per eam fuit illi collata Capituli. Sede uacante, iuriſdictio, quæ quoad hoc, cum poteſtate illata delegandi, fatiſ probabiliter potitur: ergo, &c.

19 Sed, ſe amplius explicans, prædictus Conſultor abſolutè aſſeruit, quòd ratione ſolius ſententiæ iudicis, ſuppoſita bona fide in Franciſco, auferebatur impedimentum. Hoc probare niſus eſt, ex eo quòd lite poſita circa dominium alicuius rei temporalis, ſi in fauorem vnius, bona fide litigantis, ſententia eſſet lata, iuſte poſſet talis illam poſſidere, eſſetque verus illius rei Dominus: ergo, &c.

20 Sed miror, quòd doctus vir tam facile à falſa ſimilitudine vincatur. Fateor namque Antecedens, & nego Conſequens. Discriminis euidentis ratio eſt aperta in eo, quòd rei temporalis multipliciter dominium poteſt acquiri; ſcilicet, per præſcriptionem, quæ fruitor, poſſidens rem bona fide tempore debito; vel per collationem dominij à vero Domino factam; vel denique, (vt alia omitram) per ſententiam iudicis, cui res prædicta ſubditur in ordine ad illius diſpoſitionem quoad dominium, ſi, poſt latam ſententiam, requiſitum ad præſcribendum illam tempus ſuccedat; nam ſi ſtatim poſt latam ſententiam deprehendat, qui illam rem per ſententiæ acquiſiuit, non eſſe ſuam, nullo modo (iuxta communem ſententiæ, (quidquid aliqui modicæ authoritatis dixerint) poteſt illam in foro conſcientiæ retinere. Cum autem impedimenta matrimonij non ſic Vicario Generali ſubdantur, nec per temporis ceſſare poſſint decurſum, nec ſint de illis rebus, quæ, ſemel incurſæ, per præſcriptionem vim amittunt, ſic, &c. ergo nihil obſtat: ergo prædictus iudex non potuit Franciſcum legitimum declarare, niſi poſita diſpenſatione modo dicto. Et certè in Tribunalibus, quæ hominum inſpiciunt mores, reſque, ad conſcientias ſpectantes, pertractant, non ita facile iuris Ciuilis apices, & decreta, multoties contra ius Canonicum militantia, vt pote, quæ ſolam gubernationem polyticam reſpiciunt, iudices Eccleſiæ ſequi debent. Sicque ſentio, &c.

VIGESSIMVS CASVS.

FRANCISCVS impedimenti, matrimonio iure humano dirimētis, cōſcius, illud contraxit cū Maria, talis impedimenti ignara. Poſt multum temporis poenitentia

tentia ductus, & à Romana Curia valdè distans, impossibilitatufque, ob paupertatem, consequi Pontificiam dispensationem, & ob scandali rationem, incontinentiæque periculum, illam differre, vsque dum veniret Episcopus, nouiter in tali Diocesi prouisus; quia Capitulū Sedeuacante, dispensationem dare recusauerit, quæsiuit ame, quid esset hoc in conflictu faciendum? Respondi, quemcumque Episcopum, animarum curam habentem, etiam prædicti Francisci non proprium, potuisse cum illo super tali impedimento dispensare. Hæc mea resolutio, sic summarie prolata, cum ad doctissimorum plurium deueniret aures, vt quid in auditum, fuit ab illis recepta, & nullatenus à principio intrinseco approbata. Rediit ad me præfatus Franciscus, maximo afflictus dolore: quem tamen ad prædictos doctos, & ad Episcopum non suum, pro dispensatione, iustissimè danda ab illo, sequentibus rationibus, iterum misit, dicens posse suam Illustrissimam in tali casu dispensare, quod (vt dixi) sequentes probant (salua communi pace DD.) rationes.

CASVS RESOLVTIO.

IGITUR dico, posse quemcumque, modo dicto, Episcopum in tali casu, super tali impedimento dispensare. Pro quo suppono, idem esse inquirere, an iurisdicctio voluntaria exerceri possit in aliàs non subditum, ac inquirere, an in his, quæ sunt voluntariæ iurisdicctionis, possit cadere prorogatio, si partes consentiant. Quòd autem in prædictis cadat prorogatio expressè affirmat Petrus Barbosa in *totum titulum, ff. de iudicijs, vbi ad legem primam, artic. 1. pag. 31. numer. 181.* quòd expressum coligit Bald. *leg. secundum, 2. lect. C. de donat. Anton. cap. Pastoralis, numer. 4. de officio Ordinarij Paulus Castrensis consil. 84. numer. 4. libr. 1. Felinus capit. ceterum, num. 2. de iudic. Decius consil. 150. in principio, Casan. consil. 31. num. 17. & receptum dicit Canolus leg. fin. de iurisdicct. omnium iudic. num. 25. prosequuntur quælmola dict. cap. P. & G. num. 94. & Anton. de Mattheis Romanus tract. de prorro-*

gatione iurisdicctionis, num. 5. ad finem. Probatque lex Emancipari; & ibi Bartol. ff. de adoprione, Angelus, Aretinus, §. præterea, num. 6. Instituta, quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. Et videtur probare textus in leg. 2. de offic. Proconsul. leg. etiam; §. final; Instir. de manumif. vindicta; & leg. 1. C. de emancipat. liberorum; quòd & ibi notat Baldus in rep. num. 1. quam sententiam verioreni dicit Barbosa supra, contrariam referens sententiam num. 182. vbi, infra medium, sic habet: Sed, omnibus pensatis, prima opinio verior videtur; quia cum iurisdicctio voluntaria, vtique iurisdicctio sit, satisfactum videtur verbis huius textus, si quis, aliàs non subditus, voluntarie se subijciat huic, habenti iurisdicctionè voluntariã, prout & ea, quæ sunt voluntariæ iurisdicctionis delegari possunt. Sic ille, referens Baldum leg. 2. num. 4. de offic. Proconsul; & Couarrubiam lib. 5. cap. 10. nu. 6. & num. 183. Pro eodem refert citatus Barbosa, Angelum, Panormitanum, Cornelium, & alios: Ex his ergo.

2 Argumentor sic: idem est, an iurisdicctio voluntaria exerceri possit in aliàs non subditum, si se subijciat; ac, an, in his, quæ voluntariæ sunt iurisdicctionis, possit cadere prorogatio, si partes consentiant; vt patet: atqui hoc secundum est communiter magis receptum, vt vidimus: ergo, & illud primum: Ergo poterit prædictus Franciscus se subdere cuicumque Episcopo ad dispensandum in impedimentis, matrimonium dirimentibus, iurisdicctionem ordinariam habenti: atqui, iuxta probabilem, (& mihi probabiliorè, & fere certam) sententiam, Episcopi, subditos habentes, possunt iure communi, & Ordinario, in suis Diocessibus, ablata reservatione, quòd Pontifex in tota Ecclesia Catholica: ergo talis Episcoporum iurisdicctio potest modo dicto prorogari.

3 Probatur hoc ex definitione prorogationis. Nam prorogatio (relictis alijs modis illam definiendi, quos videre est apud Anton. Butrium, Baldum, Marianum, Socinum, Perez, & Menchacam, quorum quilibet suam assignat, & diuersam, prorogationis definitionem) est extensio iurisdicctionis ordinariæ ad causam, seu personam, aliàs sub ea non comprehensam; vt optimè expresseque Barbosa supra *art. 1. pag. 10.*

num. 10. colligiturque ex mente Iasonij, leg. si per errorem, num. 1. ff. de iurisd. omnium iudic. Vnde per prorogationem iurisdictionis potest iudex excedere metas propriæ iurisdictionis, quia huic excessui accedit voluntas partium, & legis approbatio; vt notat Bonifacius Clem. 1. num. 4. de Hæreticis; ob quod Alexander in rubrica, nu. 6. infra, de noui operis nuntiatione, ait, quod prorogatio iurisdictionis, sit applicatio illius ad personas consentientes, quæ aliàs sub ea non continebantur; vt rectè etiam explicat citatus Barbosa; qui num. 189. pag. 32. §. vnde in hac materia, generalem constituit conclusionem, tenentem, quod iurisdic-tio competens in habitu, & non in actu, potest prorogari, prorogationem que admittit, iuxta leg. 2. de officio Proconsulis: sic etiam alij DD. ab ipso Barbosa relati vbi supra.

4. Ex quò, tanquam verius, & receptius tenet n. 193. contra Glossam communem, verb. alieno, de pœnit. & remis. & Glossam Clem. 1. verb. specialiter, de priuileg. quas refert nu. 191. tenet (inquam) illum, qui habet licentiam à Parrocho, posse confiteri peccata sua cuilibet Sacerdoti, etiam si cura animarum ei adhuc nõ sit cõmissa, vt colligitur ex generalitate dicti capituli, omnis veriusque sexus de pœnit. & remis. & probat Panormitan. Clem. 1. de priuileg. & ita communiter obseruari, asserit additio Capellæ Tholosanæ, q. 221. probatque Paludanus in 4. dist. 17. q. 4. Angelus verb. Confessio, 3. §. 4. Syluester verb. Confessor. 1. q. 5. Felinus cap. Significasti, in principio, de foro competent; & esse magis communem sententiam, asserit Nauarrus cap. Placuit, num. 53. de pœnit. dist. 6. Ratio autem est; quia cum certum sit (ait Barbosa num. 194.) omnem Sacerdotem tempore suæ creationis recipere iurisdictionem spirituales in habitu, iuxta cap. Ad ieiunium, §. Ecce, cap. Generaliter, in fine, 16. q. 1. optimumque Textum in Extrauag. quia quorundam, col. 4. de verborum significatione, Ioannis XXI. sicque assimilatur Iudici Chartulario, qui iurisdictionem habet in habitu, & exercitium illius est in suspensio, donec partes consentiant, de quò etiam ipse Barbosa cum alijs supra num. 189. ideo id, quod in eo, scilicet, Chartulario, iudice dicitur, in prædicto Sacerdote recipiendum est, vt aduertit

Paludanus supra q. 3. col. 7. vers. Tertius, & ipsum referens, Barbosa num. 194. Quod summe notandum est, pro materia de pœnitentia, in qua solet inquiri: an Parrochus possit dare facultatem simplici Sacerdoti, vt possit audire suarum ouium confessiones. Sed de hoc in materia de Pœnitentia in manuscriptis dixi.

3. Non obstat, contra prædictam voluntariæ iurisdictionis prorogationem, textus in leg. est receptum, de iurisd. omn. iudic. de quò Felinus capit. De Ecclesia, num. 5. de constit. decidens, contentiosam iurisdictionem posse prorogari in parem, vel minorem, non vero sic voluntariam iurisdictionem; iuxta leg. Apud eum in principio, infra, de manumis. leg. Apud filium, §. secundum literam Pandectarum Florentinarum, infra, de manumis. vindicta; de quò etiam ipse Barbosa supra num. 186. Non (inquam) obstat; nam ibi decisio Textus eo tendit, vt nullus iudex proroget voluntariam iurisdictionem alteri, qui sit æqualis, vel minor ipso iudice, respectu ipsius iudicis exercendam; quia actus voluntariæ iurisdictionis potest quis apud se expedire, (excipe pœnitentiæ Sacramentum, & alia huiusmodi) iuxta leg. si Consul, de adoptione, & leg. primam de officio Consul; nullaque ad prorogandam tali modo iurisdictionem prædictam necessitas adest; ob cuius necessitaris defectum non patitur ius, vt in his, pari, vel minori sequi subiciat; vt, cum Decio dicta leg. est receptum, num. 6. & leg. Quia ratio, infra, de condition. Inst. aduertit ipse Barbosa supra num. 187. In prorogatione autem contentiosæ iurisdictionis adest necessitas; quia nemo potest ius sibi dicere, leg. vnica, C. vt nemo in causa sua. Ob quò, ad consequendum ius suum potest quis se iurisdictioni cuiuslibet, siue æqualis, siue minoris, submittere, vt prædicti notant DD.

6. Nec obstat, quòd habitantibus in quolibet Episcopatu certi priuatiuè cõcedantur iudices; id est, vt soli tales Episcopi, & non alij, sint iudices causarum suarum ouium. Non (inquam) obstat; nam contra hoc primo stat textus in leg. Sacris 2. iuncta Glossa, verb. Eo, C. de proximis, Sacro. Scriniar. lib. 12. in cuius legis principio dictam fuerat, quòd Magister officiorum tantum cognosceret de cau-

causis militantium in Sacro Palatio, & Familiarium eorum, & sic priuatiuè ad alios Iudices; & tamen ij possunt aliorum iudicum prorogare iurisdictionem, vt ibi probatur, & notant Bart. num. 1. Arentinus *consil. 102. num. 3.* & Barbosa supra pag. 94. num. 53. non ergo, quamuis iurisdictione priuatiuè concedatur, ob id, videtur inhibita in alios Iudices prorogatio.

7 Non obstat secundo: quia in contrarium stat textus in *leg. penult. C. de pactis*; quem textum Bart. & alij communiter, exemplificant in milite, & Scholari, qui renuntiantes proprio priuilegio, coguntur respondere coram alijs iudicibus: vt tradit Bart. *leg. si conuenerit. num. 1. de iurisdic. omnium iudic.* & Baldus *leg. si quis in conscribendo, num. 2. C. de Episcopis & Cleric.* Ex quo sequitur, quod prædicti, de renuntiando proprio priuilegio, possunt aliorum iudicum iurisdictionem prorogare; vt in specie probat, *lex prima cum Glossa, C. ad legem Cornelianam de sicarijs.* Quod autè militibus, & Scholaribus dati fuissent iudices priuatiui, constat ex eo, quod, quando certi iudices, ob personæ priuilegium, conceduntur, priuatiuè dati videntur, vt non possint alij iudices se intromittere in illis causis, iuxta legem *Nec quicquam, vers. 1. supra de officio Proconsul.* & iuxta octo Iuris Consultos, inter quos Garcia tractatione nobilitatis, *Glossa 1. num. 5. vers. fuit pro hac*; quos sequitur citatus Barbosa à nu. 56. pag. 94. Vnde Religiosus potest se Episcopo submittere, vt dispensetur in aliquibus, iuxta probabilissimam sententiam, cum tamen non sit subditus illi; de quo infra.

8 Quare, retenta hac sententia, quod, scilicet, quando certi iudices priuatiuè assignantur, adhuc possint partes alterius iudicis iurisdictionem, præsertim voluntariam, prorogare; dico, quod *ly priuatiuè*, solum prohibet, ne alij iudices propria auctoritate in illis causis se intromittant. Non videtur autem tollere potestatem partibus, idest subditis talium iudicum, priuatiuè concessorum, vt, si velint, non possint prorogare alterius iudicis iurisdictionem; vt post Seruiam, traddunt Afflictus, Imbola, Salicetus, Aretinus, &, eos referens, Barbosa, supra pag. 94. num. 60. Ad quod facit etiam ordinatio quædam, *lib. 5. titulo*

38. §. 2. quæ est hodie, *lib. 1. tit. 5. §. 8. nona Recopilationis*; & probat Cabedus *decis. Lusit. 22. num. 5.* Videatur ipse Barbosa, supra pag. 95. à num. 67. & præcipue pag. 96. à num. 73. & articulo 5. pag. 111. num. 32. & expressè, *art. 3. pag. 78. à num. 206.*

9 Ex his ergo, pro iurisdictionis prorogatione, iuxta communem; & veriorrem sententiam, statutis, satis deducitur, posse quemcumque fidelem, à quocumque Episcopo, alias non proprio, dispensari in prædicto impedimento, sicut si antea esset subditus illi, & in subiectione permaneret. Probatur hoc primo: nam loquendo de Parrochis, probabilissima est sententia, affirmans, illos posse in vniuersa Ecclesia, absque noua alia approbatione, audire omnium fidelium confessiones, etiam sine Bulla, iubileo, aut priuilegio aliquo. Sic meus Fagundes in *quinque Ecclesie præcepta, præcepto 2. lib. 7. cap. 2. à num. 35.* quem cum sex alijs grauissimis Doctoribus sequitur Noster Leander *1. part. pag. 388. q. 61. iuncta pag. 384. q. 43. & ses. Trident. 23. cap. 15.* Ergo iddem, à fortiori, de Episcopis dicendum est: ergo sicut fideles, subiiciendo se Parrochis quibuscumque, possunt per ipsos abtolui, dispensarique in omnibus, sicut si essent propriæ ipsorum oues, sic etiam per Episcopos. Rursus: ergo, sicut Parrochi tunc omnem suam, in foro conscientie, valent cum prædictis fidelibus, ac cū proprijs ouibus, iurisdictionem exercere, sic similiter poterunt Episcopi; quod negari nõ potest. Atqui Episcoporum auctoritas, potestas, atque iurisdictione extendit se ad posse, in casu necessitatis, dispensare in impedimentis matrimonij, præsertim iam contracti, de quo in præsentibus; præcipueque, cum impedimentum sit de iure tantum humano, sicut est præsens: ergo &c.

10 Nec obest dicere, Episcopos hoc posse ex Pontificis Summi facultate præsumpta, quàm minimè Episcopis, non proprijs, cõcedere videtur. Non (inquã) obstat: tum, quia, cum facultas hæc respectu Episcoporum, qui proprij sunt, concessa, non præsumatur concessa ratione proprietatis Episcopalis in subditos, sed ratione solius necessitatis; sic, vbi necessitas aduenit, & aliàs iurisdictione, in Episcopali dignitate fundata, ad est quidquid requiritur ad præsumptam Sum-

Summi Pastoris facultatem. Tum etiam, quia, dato, quòd solum præsumatur cõcessa talis facultas quoad Episcopos proprios respectu illorum, cum quibus est dispensandum, adhuc totum nostro verificatur in casu. Etenim, posita illius, cum quo dispensandum est, electione talis Episcopi, antecedenter non proprii, iam per illam tali Episcopo subijcitur dispensandus, & sic quoad prædictum effectum proprius reputatur Episcopus, iuxta dicta de prorogatione iurisdictionis, consentientibus partibus: cumque tam Parochis, quàm Episcopis, cæteris paribus, & ius consentiat, & dispensandus se subijciat, vnde quaque, quoad prædictum intentum, proprius censendus est Pastor. Tum denique, quia probabiliorum existimo sententiam, (de qua alibi) asserentem, Episcopos non ex cõmissione, sed vel iure diuino, (quòd probabile est) vel humano communi Ordinario (quòd probabilius existimo) habere potestatem ad dispensandum in prædictis, in suis Diæcesibus, sicut in tota Ecclesia Põtificam Summam. Vndè tali iure possunt, quidquid in tota Ecclesia, Pontifex, in suis Episcopatibus, reservatione ablata; cumque reservatio iuris communis, vt pote odiosa, sit restringenda, restringitur vtrique, vt locum non teneat in casibus necessitatis, & maximè occultis, & pro foro conscientiæ. Quà posita restrictione, secundum ius facta, remanet potestas in suo esse antiquo; quo attento, iuxta prædictam sententiam, ordinaria est potestas, & non ex cõmissione præsumpta: non ergo habet vim supra posita replica.

11 Probatur secundo: nam si ex Tridentino supra, qui Parrochiale habet Beneficium, audire potest cõfessiones, &c. absque limitatione aliqua, & sine exigentia plurium Beneficiorum Parrochialium, successiuè habendorum, iam Tridentinum facultatem vtrique fidelibus indiscriminatim præbet, vt cuiuscumque Parrocho possint confiteri, & in omnibus pro foro conscientiæ, sicut proprijs subdi; ergo à fortiori de Episcopis est dicendum.

12 Probatur tertio: vbi adest Summi Ecclesiæ Principis licentia, vt fideles omnes possint cuiuscumque Parrocho subdi, tam in ordine ad absolutionem, quàm dispensationem, &c. non requiritur pro-

prij Parrochi, vel Episcopi facultas: at qui probabilior est sententia, affirmans, Parrochum quemcumque, esse à quocumque fidei vbi que elegibilem, virtute Bullæ, Iubilæi, aut alterius priuilegij, vt videre est apud Suarium, Vivaldum, Henriquez, Toletum, Fagundez, Filliucium, Petrum de Ledesma, Dianã, Trullench, & alios, quos non iter sequitur, à fortiori, Noster Leander supra, pag. 388. q. 60: ergo non est necessaria proprii Parrochi, vel Episcopi licentia. Quia ergo ad absolutionem à censuris, vel poenis præstandam, ad commutationem votorum faciendam, & ad dispensationem etiam impedimentorum præstandam, nec requiritur confessio, nec phisica consideratur absoluendi, & dispensandi præsentia, vt communior testatur sententia, praxisque Doctorum (quod, & verum tenet, quando etiam dispensatio datur virtute priuilegiorum Regularium; vt videre est apud Sanctium tom. 1. summ. lib. 4. cap. 54. num. 16. & Sanctium Abbatensem in Sella, disp. 14. num. 2. & apud alios, quos sequitur Diana 3. part. tract. 2. de dubijs Regular. resol. 9. Imò nec requiritur, quòd dispensans virtute priuilegiorum Regularium, sit proprius illius, cum quo dispensatur, confessor, cum priuilegia solum exigant confessorem, ex approbatione ab Ordinario) si contentus in informi potestatem habet subijcendi se cui libet Episcopo, & de facto voluntarie se subijcit, iam exercitium iurisdictionis voluntariæ requisitam habet subiectionem: ergo, &c.

13 Ex his ergo satis constat, nullam tenere vim argumentum; cuius susurri venas, quasi furtiue, auris mea suscepit: scilicet, omnem actum iurisdictionis in subditum debere exerceri: de quo communis sententia, quàm libenter admitto, vt communiter ab Authoribus declarata, & præcipuè à Sanctio lib. 4. Sum. cap. 37. à num. 23. & cap. 39. num. 27. 28. & seqq. vbi manifestum ait, posse Religiosos, de Superiorum suorum licentia, subdi Episcopis, & cuiuscumque alteri capaci ad absoluendum, dispensandum, &c. Imò, num. 35. hoc admittit ex præsumpta, tacitaq; Superiorum licentia, vt, scilicet, quando Prælatum est mortuus, vel absens, &c. Quòd in casu præsentis concurrat, vt ex informi constat. Imò, num. 36. idem affirmat casu, quo Præ-

la-

latus iniuste licentiam denegaret; *quoniam* (& sunt verba Sanctij) *per Epicheiam* (& omitto, quod contra communem modum de Epicheia loquendi, ait Sanchez Abulensis in suis Sselectis) *non est censendum, voluntatem Summi Pontificis, & Religionis esse, ut Episcopus in eo euentu non absoluat, &c.* Sic Sanchez: cumque ego dispensationem, vel commissionem ad illam, à Toletanæ Ecclesiæ Capitulo, Sede vacante, postulauerim, quam posse illud dare, vt probabilius iudico, & consequutus non fuissém, iam verificatur Sanctij doctrina; proindeque verificari debet eius effectus, scilicet, quod possit quicumque Episcopus in dicto casu dispensare, in quo dispensandus se voluntarie subdit, & pro consequenda dispensatione, & pro recipienda, iuxta Sacros Canones, poenitentia.

14 Igitur quando dico, iurisdictionem voluntariam (vt ore tenus dixi) posse in non subditos exerceri, primò intelligo de subiectione potestati dominatiuæ. Secundò, de spiritali subiectione dispensantis potestati, per modum actus: ad hanc enim spirituales subiectionem non requiritur, quod antecedenter ad dispensationem, quæ nunc postulatur, fuerit dispensatus, aliquando, actualiter subditus; sed sufficit voluntas tunc se subiiciendi, nisi ab alio impediatur. In præsentem autem casu, nec proprius Parrochus, nec Episcopus, dato quod esset, contradicit; nec contradicere valeret; quia res est occulta. Et si priuatim Parrochus, & Episcopus sciret, scientia non sufficiente ad deducendum rem ad forum contentiosum, parum referret, illos repugnare interne, cum Supremus Ecclesiæ Pastor tantum absit, ab approbando proprii Episcopi, vel Parrochi contradictionem, vt potius dispensando, facultatem, se cuicumque Episcopo præbeat subiiciendi: ergo non obstat, à communi sententia argumentum deductum.

15 Aliam, & sanè à doctis viris degenerem, replicam, & non furtiuè, sed palam audiui, quæ sic se habet. Nullus hucusque, de hac re tale somnauit: ergo prædicta solutio sustinenda non est. Sed hanc replicam dico viro docto non congruere. Quot namque sunt sententiæ, paucis ab hinc annis, in lucem editæ, quas præcedentes non agnouerunt Do-

ctores? Rari sane sunt Codices, & prelo mandati, qui speciale aliquid non contineant, ex communibus moralis Theologiæ principijs deductum. Ea omnia referre, tam impertinens est, sicut moraliter impossibile. Videantur Authores, & præcipuè docti. Sanchez, qui simili Philosophandi modo pluribus vtitur in locis. Sed ne omnia occulta maneant, vt in partem, ea scrutandi, laborem excusum.

16 Ecce prædictum Philosophandi modum sequenti exemplifico testimonio. Probabilissima est sententia, affirmans, Simoniam, incursum ob præstandum pretium Electori, ne indignus, vel minus dignus ad Beneficium eligatur, ob redimendam, scilicet, vexationem, esse tantum de iure humano. Sic Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dubio 30. num. 6. & cap. 26. n. 9. Layman lib. 5. tractat. 10. cap. vltimo, §. 2. num. 22.* quos sequitur (vt alios omittam) Diana 5. p. tractat. 14. resol. 1. Vnde permutatio Beneficiorum inter duos Beneficiarios, propria autoritate facta: reservatio pensionis sine Papæ autoritate (licet hanc probabiliter præstare possit Episcopus) promissio Beneficij; pro suffragio, in electione ad Episcopatum: promissio, seu donatio pecuniæ mediatori, pro intercessione Beneficij, &c. hæc (inquam) omnia solum de iure humano simoniam constituunt. Qua sententia posita, rectè, & satis probabiliter inferitur, per talem Simoniam realem, & completam, non incurri poenas, Simonix impositas, nec restituendi onus, sed solum esse læthale peccatum. Sequella probatur ex alia sententia, quam sustinent Sanchez vbi supra *in opusc. tom. 2. lib. 2. cap. 3. dubio 108. num. 3.* & ante illum Aragonius 22. q. 100. art. 6. Petrus Nauarra de restitutione, *lib. 2. cap. 2. à num. 436.* cum alijs, quos probabiliter sequuntur Lessius *lib. 2. cap. 35. dubio 25. num. 141.* Reginaldus *tom. 2. lib. 23. cap. 12. num. 184.* & ipsos referens, Diana 4. p. tractat. 4. *Miscellan. resol. 155.* affirmantes, per Simoniam realem completam non incurri prædictas poenas; quodque probat Sanchez supra ex *Extrauag. 2. de Simonia*, sic incipiente: *Cum scelus Simoniacæ prauitatis tam diuinorum, quam Sacrorum Canonum auctoritas abhorreat, &c.* Ex quibus verbis, sic Sanchez: ergo cum hæc Extra-

nagans pœnas prædictas apponat, loquaturque de Simonia, tam diuino, quam humano simul iure prohibita; si solum Simonia sit humano iure prohibita, prædictis pœnis minimè erit iubeat. Nam præfatio legis dat intellectum toti legi, & ex ipsa regulatur, finalemque accipit causam: vt ex multis tradidit Molina de primog. lib. 1. cap. 5. num. 3. & alij communiter; egoque dixi tract. de legibus. Ergo, sicut hic duplicem coniungendo sententiam, satis doctè infertur prædictarum, pœnarum euasio, in prædictis casibus; sic & ego, relata de prorogatione iurisdictionis voluntariæ communi sententia, additaque, iuxta, supra adductas, sententias potestate in Parrochis, & Episcopis, vt omnes fideles, vbiq. possint absoluere, &c. non contra rationem iudico, positam supra resolutionem; ergo, &c.

17 Ne tamen iuxta prædictam, de Simonia loquentem, sententiam, omnis humano iure Simonia ab incurfione prædictarum excusetur pœnarum; excipienda est Simonia confidentialis, vt scilicet, quando Episcopus renuntiat Beneficio, iniro pacto, vt sibi, vel alijs, postea reddatur; vel cum reseruatione pœtionis, non sibi tamen, sed alijs soluenda. Nam hæc Simonia, licet aliquando de iure sit tantum humano, subdita est pœnis, sicut, & quando datur aliquid Notarijs, vel Officialibus Episcopi, &c. iuxta Tridentinum, *ses. 21. cap. 1. de reformatione*. Sed vide Tannerum 22. *disp. 5. q. 8. dub. 4. num. 95.* & Villalobos *tom. 2. tractatione 27. diffic. 24. num. 1. cum seqq.* & hæc de hac resolutione sufficiant dicta.

VIGESIMVS PRIMVS casus.

QVIDAM (Petrus, scilicet,) conficius impedimentis, matrimonium dirimentis, contraxit cum Maria, in tertio gradu consanguinea sua. Postea fuit tale impedimentum ad forum contentiosum deductum, imò semiplene probatum, licet ab instantia iudicij absolutum.

Quæritur: an sit per Episcopum dispensabile, concurrentibus his, quæ, vt Episcopus dispensare possit, postulatur?

CASVS RESOLVTIO.

1 SUPPONO (quidquid in contrarium dicat Grassis, & Nicolaus Garcia, quos refert Castro Pallao, infra citandus) occultum esse, quòd non est publicum, id est, à maiori parte viciniae, in qua sint saltem decem, cognitum; vt rectè Sanchez de *matrim. lib. 2. disp. 37. n. 11.* & *lib. 8. disputatione 34. num. 55.* & in *Decalog. lib. 2. cap. 11. num. 19.* Barbosa 2. *part. de potest. Episcopi, allegat. 39. num. 24.* & 25. vbi innumeros refert Auctores, teste Castro Pallao, *tom. 1. operum moral. tractatu 3. de dispensatione legis, disp. 6. puncto 15. §. 1. fol. 311. num. 9.* Sic etiam (vt plures alios omittam) doctissimus Sà, *verb. Notorium.*

2 Deindè suppono, delictum, vel impedimentum, non dici deductum ad forum contentiosum ex eo solum, quòd iudici sit denunciatum; sed ex eo, quòd etiam pars sit à Iudice citata; à Citationem enim iudicium incipit, §. *final. instir. de pœna temere litigantiũ.* Et expressè Riccius in *praxi fori Ecclesiastici, resol. 449. in secunda editione,* & in *prima 522.* Sanchez, vbi supra, & Castro *num. 10.* Quia, cum per negationem, vel confessionem partium lis contestetur, vt optimè, cum alijs, Farinacius *tom. 1. praxi criminalis, q. 10. sub. num. 35. ad finem;* & in sola criminis denuntiatione hoc non reperitur; non reperitur etiam crimen, ad forum contentiosum deductum. Tum etiam, quia ad forum contentiosum requiritur iudicium proprie, & Litis contestatio, quæ in sola denuntiatione non reperiuntur, vt patet, & expressè tenent Lancelotus de *attentatis, in præfat. num. 7.* Peregrinus, *variæ. lib. 2. sub rubrica de iudice, num. 54.* & eos referens Castro Pallao, vbi supra. Circa quòd, vide etiã Textum in *cap. ex parte, 30. de verbor. significatione.* Marantam, & Surdum, ab ipso Castro rellatos.

3 Tertio tandem suppono, etiam dici occultum, si, postquam ad forum contentiosum deductum fuit crimen, fuerit de tali crimine in illo foro absolutus, licet deprauatis medijs absolutionem obtinueris. Et hoc; vel quia non potuit delictum probari: vel quia semiplene probatum, ab instantia inducij fuerit absolutum; quidquid dicat Suarez, de censu-

ris disp. 41. sect. 2. à num. 6. vt rectè, cum Sanchez lib. 8. de matrimonio, disp. 34. num. 57. Castro Pallao, adducens pro le Barbosa, Sayrum, Mayolum, & alios. Quibus iic, vt probabilibus, suppositis, sit affirmatiua conclusio.

4 Dico igitur, esse valde probabile, posse Petrū ab Episcopo super tali impedimento dispēfari. Ducor ex generali doctrina, generaliterq; omnibus occultis casibus applicata; quā traddunt Henriq. lib. 14. cap. 9. num. 5. Auila de Censuris, part. 2. disp. 2. dub. 7. & part. 7. disp. 10. dubio 7. Sanchez lib. 2. Summe, cap. 1. nu. 21. vers. Sed quòd; & Reginaldus lib. 30. praxis, tractatu 2. nu. 29. ea ducti ratione, quòd, scilicet, cesset ratio, quare delicta, & ad forum contentiosum deducta, dispensari prohibeantur; ne videlicet, iudicialis eorum impediatur punitio: ergo, &c.

5 Et licet Castro Pallao, vbi supra, num. 12. hoc tantummodo admittat, cum Barbosa, Gutierrez, Emmanuele Rodriguez, Suario, & Bonacina, in casibus, concessis Episcopis à Tridentino, vt in casu irregularitatis, inhabilitatis, excommunicationis, & aliorū impedimētōrū, non vero in dispēfationibus, quæ à Sacra Pœnitentiaria, pro delictis, & impedimentis occultis conceduntur. Citati tamen Authores generaliter loquuntur.

6 Tum etiam, quia in aliorum sententia, licet in Tridentino de nouo Episcopis talis concedatur potestas; hæc tamen (vt communis testatur DD. sententia, apud Sanchez lib. 8. de matr. disp. 2. Basilium, Bonacinam, & alios) quia Principis est beneficium, latè est interpretanda, proindeque positum casum comprehendit; siquidem sub ratione occulti, apud prædictos AA. comprehenditur.

7 Tum etiam, quia à simplici castitatis voto occulto potest Episcopus, in valde probabili sententia, absoluere, cum sit de iure diuino: ergo eadem ratione poterit à tali impedimento, solo humano iure probabiliter introducto, Petrum absoluere. Consequens probatur: quia vel ideo potest Episcopus in voto dispensare, quia Tridentinum reseruans, vel limitans Episcopi potestatem diuino, vel humano iure concessam, vt odiosum, est ad solos publicos casus modo, supra explicato, restringendum: vel

quia Tridentinum absolute omnes occultos casus Episcopis concedit: sed, in quocumque euentu, tam votum, quam impedimētum, sub ratione oculi equa liter continentur: ergo eodem modo, quo potestas, ad dispensandum in votis, Episcopis conceditur, eo etiam ad dispensandum in impedimentis, (imo & à fortiori, vt rectè Sanchez) concessa censetur: ergo, &c. sicque salua &c. dicendum iudico.

VIGESIMVS SECVNDVS casus.

DISPENSAVIT Summus Pontifex cum Petro, v.g. in voto castitatis, vt matrimonium, pro hac, scilicet, vice, contraheret. Mortua fuit vxor, antequam filium, vel filiam, eius successorem, haberet.

Quæsiuit à me: an, virtute talis dispensationis, posset rursus cum alia contrahere?

CASVS RESOLVTIO.

I VIDEATUR facilis affirmatiua resolutio, si Pontifex eo fine, scilicet, vt Petrus successionem haberet, dispensauit. Alias enim inutilis foret dispensatio; si contingenti humano modo, morte, cognita vt tali cessaret: vt pater. Quòd iddem dicendum est, si relinquente vxore filium, filius ipse statim mortem gustaret. Imo iddem dicendum existimo, si, filio Eunucho nato, Mater statim absque alijs moreretur liberis. Nam tunc filius ille ad propagandam Patris prosapiam, quòd per dispensationem intenditur, esset, quasi non esset. Quòd assimili constat: tum, quia ideo abortus testamentum non rumpebat, quia pro non nato habebatur, leg. vxoris abortu, C. de posth. hered. Instit. & Menochius consil. 284. num. 2. lib. 3. Martinus Giurba de consuetudine. Messaneus cap. 10. Glosa 1. ex num. 3. Nec scriptis hæredibus aliquod impedimentum fuit, §. posth. instit. de ex heredat. liber. DD. in leg. Cum Auis, C. de posth. hered. instit. paria enim sunt non nasci, & ita editum fuisse, vt viuere non possit, leg. final. C. de instit. & substit. sic Menochius, & alij relati à Giurba

bi supra num. 4. quos sequitur Torrellā-
calib. 12. cap. 16. num. 19. 20. & 21. ergo id-
 dem etiam erit, non nasci ad aliquem fi-
 nem intentum, ac ita nasci, vt, intentus
 finis consequi non possit, saltem de iure.
 Tum etiam, quia nullus dicit, illud Ma-
 ritum v uxorem habere, qui ad vsus, sibi
 necessarios non habet (vnde Orphana,
 & orbata parentibus dicitur foemina in
 ordine ad consequendum legatum or-
 phanis foeminis relictum, quæ parentes
 habet ita impeditos, vt illi in nihilo pos-
 sint adiunare, de quo alibi dicam) quia
 iddem est, non habere mulierem, ac im-
 peditam, & nullius rei adiutricem, habe-
 re, argumento textus *in cap. Inter corpo-
 ralia, 2. §. sed neque de translation. Episcopi,
 & Glossæ in leg. final. verb. Orbitantes, C.
 ad leg. Fabiam, de plaga,* quibus mire con-
 ueniunt, tradita ab Hypolito Marsi-
 lio, *tract. Bannit. in verb. nullitas, à num.
 99. sic Narbona tom. de ætate ad omnes
 annos, anno 10. cum dimidio, q. 9. pag. 163.
 col. 2.* Tum etiam iddem à simili pro-
 bari potest ex Sexto decretalium, *cap. 7.
 si delegatus, de officio, & potest. iudicis dele-
 gantis, tit. 14. ibi: Si delegatus, quotiens
 cum abesse contigerit, tibi commiserit vi-
 ces suas, poteris, eo rebus humanis exempto,
 cum, & tunc censetur abesse.* Tum deni-
 que iddem contabit ex alibi dicendis,
*tract. de casibus poenitentiae, & tract. de
 casibus ad restitutionem spectantibus.*

2 Rursus etiam videtur facilis affir-
 mativa solutio, si dispensatio in concu-
 piscentiæ remedium concederetur. Tunc
 enim, mortua statim uxore, in eadem
 peccandi, peccato incontinentiæ, occa-
 sione remaneret vir; cumque ad hoc vi-
 tandum supponatur concessa, vt non sit
 frustranea, extendi debet, vsque dum
 moraliter incontinentiæ periculum pos-
 sit absque coniugio euitari.

3 Sed dato, quòd, propter hæc, non
 sit concessa dispensatio, habeatque com-
 pletum effectum, seu finem, à conceden-
 te intentum; hoc opus, hic labor est. Di-
 co tamen, salua communi pace DD. ad-
 huc posse Petrum, iterum, iterumque
 contrahere adepta talis voti commuta-
 tione per Bullam, vel Iubilæum, vel Re-
 gularium priuilegia. Ducor ex eo, quòd
 Summus Pontifex, tunc dispensans, vel
 (vt melius loquar) facultatem Petro ad
 contrahendum concedens, commuta-

fieri solet) Petro iniuncta: cumque huius
 modi opera non sint à Pontifice referua-
 ta, sicut votum, optimè potest Petrus
 virtute Bullæ, &c. cōmutationem de
 commutatione voti castitatis obrinere.

4 Quòd si dicas, Summū Pontificem,
 pro illa tantum vice, tale votum cōmu-
 tasse. Respondeo, *ly pro hac vice,* posse
 applicari ad votum commutatum, non
 vero ad coniugium celebratum, hoc est,
 quòd si Petrus alio voto, post mortuam
 eius uxorem se astringat, non valeat pri-
 ma dispensatio, vel cōmutatio secunda
 vice, hoc est, pro secundò voto. Sic seio
 respondisse doctissimum quendam, illo
 forte ductum fundamento communi,
 scilicet, Principum priuilegia, latè esse
 interpretanda. Nam, licet dispensatio,
 vt pote communis iuris vulnus, sit stri-
 ctè interpretanda; hoc tamen verum te-
 net, quoad non extensionem illius ad
 alios similes casus, non tamen intra eius-
 dem rei concessæ limites. Quidquid ta-
 men sit de hoc.

5 Iudico iddem dicendum, licet *ly,
 pro hac vice,* in coniugium referatur. Nā
 reuera tale votum fuit à Pontifice com-
 mutatum. Rursus, fateor, non posse ite-
 rum Petrum contrahere absque Pontifi-
 cis voluntate. Dico tamen, adesse Sūmi
 Ecclesiæ Pastoris voluntatem, in Bulla,
 Iubilæo, &c. contentam. Quorum fauo-
 re, cum veniant vota omnia, quæ à pri-
 stina referuatione cessarunt; sic venit, &
 præsens castitatis votum, à referuatione
 pristina, posita illius commutatione ces-
 sans; proindeque in Bulla, &c. inclusum,
 ea ratione, quòd, cum referuatio odio-
 sa sit, restringi debeat. Cumque Bulla,
 (& iddem est de Iubilæo, & similibus
 alijs priuilegijs) sit Principis priuilegiū,
 vt probabilis tenet sententia amplianda
 est; ampliataque censetur ad præsentem
 casum, ex eo, quòd votum castitatis, à
 facultate Bullæ, &c. exclusum, illud sit,
 iuxta probabilem DD. sententiam, quòd
 nullam patitur exemptionem: cum vero
 præsens votum exemptionem patiatur,
 quoad non omnimodam castitatem, vt
 patet; erit sicut votum castitatis coniu-
 galis, vel temporaneæ, vel non omni-
 no perfectæ. Cumque huiusmodi vota,
 quæ perfectam non continēt castitatem,
 intellecta, & inclusa veniant in Bulla,
 Iubilæo, &c. iuxta valdè probabilem
 sententiam, de quâ cōmuniter Doctores;
 sic

ſie venit, & Petri præſens votum. Nam licet à Principis Eccleſiæ voluntate deſcēderit, quod tale votum à perfectâ deſiciat caſtitate, hoc per accidens eſt; ſiquidem in ſupradictâ probabili ſententiâ, Bulla, Iubilæum, &c. non inſpectâ cauſa imperfectæ caſtitalis in votis, omnia, quæ perfectam non continent continentiam, vota includit. Per quod patet ad replicam. Sicque iudico: ſalua, &c.

VIGESIMVS TERTIVS caſus.

IOANNES, v.g. in ſecundo, & tertio gradu conſanguinitatis erat cum Elizabeth, ex eodem ſtipite. Impetrauit diſpenſationem pro tertio gradu, pro foro exteriori. At, quia declaratorias literas conſequi omiſſit, iuxta motum propriū Pij V. incipientem, *Sanctiſſimus*, noluit Ordinarius eos in matrimonium coniungere, vſque dum tales adducerentur literæ. Ioannes verò falſas adduxit; quas admittens, Ordinarius, eos in matrimonium coniunxit.

Quæritur; an validum ſit tale matrimonium; excuſenturque prædicti à conſequendis literis veris?

CASVS RESOLVTIO.

I SUPPONIT interrogatio, impedimentum illud eſſe publicum, & notorium. Nam ſi occultum foret, & pro foro conſcientiæ, à Sacra pœnitentiaria obtineretur diſpenſatio, nullæ in prædicto caſu neceſſariæ eſſent declaratoriæ literæ; vt, poſt alios, aduertit Doctif. Sanchez *lib. 8. de matr. diſp. 24. num. 28. & 33.* & poſt ipſum Baſilius *de matr. lib. 8. cap. 17. §. 5. num. 26. in fine.*

2 Suppono & ego, iddem dicendum eſſe, ſi prædicti ſint in quarto, & tertio, vel ſecundo gradu conſanguinitatis; (& iddem eſt de affinitate.) Tunc enim ſemper remotioris gradus ſufficit mentionem facere, iuxta antiquum ius; de quo prædicti AA.

3 Suppono etiam, non valere diſpenſationem, ſi præfati ex vna parte eſſent in primo gradu affinitatis, vel conſanguinitatis. Tunc enim primus neceſſario eſt explicandus, licet alia ex parte

fuiffent in ſecundo, tertio, vel quarto ſecus, ſi vltra quartū, & pro Indis, Neophitis, omnibuſque Indorum Prouincijs vltra ſecundum; nam Paulus III. excluſit pro iſtis tertium, & quartum gradum; vt præfati, poſt, & ante alios, aduertunt DD.

4 Suppono tandem, hoc procedere ſolum in impedimentis conſanguinitatis, & affinitatis, etiam ex illicita copula, in qua tamen, ſi quis ſit in tertio cum primo gradu non eſt impeditus, vt patet: non verò de impedimento publicæ honeſtatis, ex matrimonio rato, non cōſummato. Et omitto ſententiam Veracruz, & Toleti, (quos ſcio nunc ſequi Molleſium in ſuo compendio) aſſerentium, per matrimonium, ratum tantum, ſolum contrahi publicam honeſtatem in primo gradu; ſed de hoc alibi. Vnde in hoc ſufficit, quod fiat remotioris gradus mentio, nullis declaratorijs proximioris gradus obtentis literis, iuxta motum Pij V. & citatos Authores. Quibus poſitis, facilis eſt ad præſentem caſum ſolutio.

5 Dico ergo, præfatos eſſe verè coniugatos. Et ratio eſt; nam literæ declaratoriæ non requiruntur ad tollendum impedimentum, ſed ad auferendum ſcandalum; vt rectè ex Sanctio ſupra *num. 29.* docet Baſilius *num. 26. in fine*; vbi ait, quod, ablato ſcandalo, non peccent cōtrahentes omiſſis talibus literis. Tunc ſic: ſed ablatum fuit ſcandalum per falſas literas adductas; (quidquid ſit de peccato eas falſificandi;) ergo, &c.

6 Confirmatur hoc aſimili ex doctrina ſupra traddita in hoc *tractatu, caſu 21. num. 3.* Nam ita ſe habet, eſſe quem ab inſtantia iudicij, deprauatis medijs, abſolutum à publicitate impedimenti, in prima ſui origine occulto, & diſpenſati pro foro conſcientiæ, & poſtea publici facti: ita (inquam) hoc ſe habet in ordine ad tollendam publicitatem, & ſcandalum, vt diſpenſatio antea obtenta valeat; ac habet ſe, in præſenti caſu, per falſas declaratorias proximioris gradus literas, ſcādali ablatio: atqui in primo caſu, iuxta ſuperius in illo dicta, valet diſpenſatio: ergo, & in hoc ſimiliter valere debet. Sicque ſentio, ſalua, &c.

VIGESIMVS QVARTVS casus.

MARIA, v.g. coniugata, timens à viro suo esse occidendam, habuit notitiam, quòd in libro, in quò contractantium matrimonia scribuntur, deficiebat folium, in quò dies, mensis, & annus celebrationis sui continebatur cõiugij; & mala fide, aliquibusque oblati donis, Parrochum subornauit, vt iterum in dicto libro annũ, mensẽ, diẽq; quò illa matrimonium cum tali viro celebrauit, adscriberet. Consensit Parochus: illaq; malitiose talem apposuit annũ, mensẽ, & diẽ celebrationis cõiugij sui, vt, facta cõputatione ætatis eius, à die suæ ipsius natiuitatis, apparebat, tale matrimoniũ fuisse ætatis suæ vndecimo anno celebratum. Post aliquod temporis spatium, litem de nullitate prædicti matrimonij coram posuit Ordinario. Vir autem eius se absentauit; vidensq; se esse condẽnandũ, scripsit vxori, vt lis finiretur, quia ille cũ alia contrahere volebat. Data fuit de nullitate talis matrimonij sententia; virque contraxit cum alia. Vidensque se liberã Maria, iterum, mala fide, cum alio matrimonium celebrauit. Modo pœnitentiã ducta, remediũ quærit, supponendo, quòd si se absentauerit, scandalum, & non modicum oriatur; quia vir secundus habitat bona fide, sicut, & primus cum vxore sua.

Quærit igitur, an, sicut vsque modo, possit cum tali viro, pro suo secundum omnes reputato, habitare? aut, quid in tali casu iura conscientia valet efficere?

CASVS RESOLVTIO.

I PRAESENS casus, & si maximam de prudentiali habet difficultatem, non modicam retinet de Metaphisico. Quidquid tamen sit de hoc, quamvis quoad substantiam non sit rarus, quoad circumstantias tamen peregrinus est. Sed non mirum; cum ad præcipitiũ, & ad interitum procliuis videatur, ob originale contagium, humana natura. Quia tamen in stadio sumus, dedecetq; suscipere semel, recusare prouinciam, cum hoc tamen compatitur, quòd op-

tarem potius aliorum sequi vestigia. Et certè, si quæ in Authoribus continentur, adeo occulto iacent velo, vt vix ad præsentem laberinthum declarandum, & componendum possint deferuire. Igitur prius de prudentiali, postea de Metaphisico, solutionem præstabo; supponendo primò, & semper, tanquam fidei dogma, in nullo euentu fornicationem licitam esse. Secundò, remedia, quæ, pro prudentiali, ab Authoribus communiter assignantur, & à Filliucio rom. 1. fol. 321. num. 342. recopilantur, in casu præsentis locum non habere; vt videnti constabit.

2 Quoad prudentiam igitur attinet, offero primò, quòd in simili, quoad substantiam, casu, cuidam vxoratae consului. Consului ergo, vt se, vel amantem, vel à dæmone fingeret vexatam; cum aduertentiã tamen, vt sacras Reliquias, Cruces, &c. exterius non contemneret, neque aliquid, secundum se indecens efficeret. Quo factò, & per aliquod tempus perseverante, Maritus totum separauit, & nunquam ad illam voluit accedere; quia semper de ficta dæmonis vexatione, vsque ad mortem ipsius vxor reliquias conseruauit; simulque debitam cautelam in adimplerione præceptorum Ecclesiæ illi proposui.

3 Item; in quodam Authore (cuius nomen ignoro) me in remediũ prædicti casus legisse sum memor, quòd Mulier bonorum suorum, (imò, & aliquorum etiam Mariti) prodiga foret. Quo viso Maritus ab illa se separauit, illi tribuens necessaria. Sed remediũ hoc à conditione viri dependet.

4 Item; scio, me (an in Farinacio? ignoro) legisse, fœminam assumere potionem quandam, quæ fœminæ pulchritudinem omnino solet auferre. Imò, & est remediũ aliquod apud Medicos, quò, ad tempus totam corpus vlcibus redditur plenum. Ex quo factò vir eius, adhuc in illam aspiciendo, maximum patiebatur tormentum. Sed durum erit remediũ hoc respectu fœminarum; quãvis, ob prædictum flagitium, benemeritum, & iustissimè applicatum.

5 Item; si talis fœmina valet, se in confessione alicui Ecclesiæ præcipi manifestans (vt, v.g. Episcopo suo, Archiepiscopo, vel Dño Nuntio Apostolico) cõsequi, vt vir eius, ad bellũ, dux cõstitatur, vel pro

pro qualitate, miles, & mittatur; optinū erit remedium ad vitandum incontinentiæ periculum. Et, dum hoc consequitur, infirmam se, quantum potuerit, fingat, & maximis torqueri doloribus, in tantum, vt adhuc vestes (quanto magis accessum viri) sustinere se non posse, demōstrat.

6 Item; si à Marito consequi potest, vt castitatem voueat, fingendo, se illam promississe antiquitus; & in somnis, in vigiliaque fuisse, & esse modo, admonitam de hoc faciendo, & magnis minantiam supplicij, si hoc iddem non procuraret. Quod semel in simili casu consului; & ob docilem Mariti conditionem, effectum habuit desideratum; sicque fœmina illa se Deo dicauit, & spretis mundi oblectamentis, reliquum vitæ suæ tempus in perfecta contemplatione, & asperrima finiuit pœnitudine; quod fœminæ, (de quâ in informi) tanti sceleris inuentrici, maximè conuenit. Sed remedium hoc etiam à conditione, & docilitate viri dependet. Verum est, quod, quia in casu huius remedij, Maritus aliquandiu recusauit, prædictæ fœminæ consului, vt, se magna, in omnibus sui corporis membris, pati asseueraret tormenta; & coram Marito nihil, vel, si aliquid cibi, parum, maximoque cum labore, gustaret. Hæc sunt, quæ pro prudentiali solutione, ne sequatur in inopinata separatione scandalum, se se mihi offerunt remedia. Cetera (si quæ fuerint) Doctoribus excogitanda relinquo; fatendo, ea, quæ hic assignantur, & alia possibiliter assignanda, valdè à conditione, qualitateque vtriusque coniugis dependere.

7 Pro Metaphisica autem prædicti casus solutione (dato quod nullum ex assignatis, ab alijsque assignandis, remedium proficit) suppono primò, impossibilem in prædicto casu videri vxoris à Marito separationem; cum vndique scandalum immineat, & non modicum. Ducor, nam prædicta fœmina aliquod, ad separandum se à viro, suo reputatiuè, allegare debet dirimens impedimentum, vel aliquam ad diuortium causam præstare: atqui causam ad diuortium non habet (& si illam habet, ad iudicium deferat) & ex alia parte nullum dirimens allegare valet impedimentum, de cuius falsitate non conuincatur, vel ex

cuius allegatione innocentibus, vel innocenti, damnum nō inferat: ergo, &c. Probatur, quoad impedimenta, discurrendo per singula: igitur non vallet allegare errorem personæ, vel qualitatē, coniunctæ cum persona, vt patet. Deinde, neque conditionem, quia Maritus non est seruus, & illi iniuriam magnam inferret: tertio, non votum solemne: quarto, neque cognationem, tam naturalem, spiritualem, quam legalem; vt supponitur: quinto, non crimen, vt manifestum est: sexto, non cultus disparitatem; quia Maritus Christianus supponitur, & Catholicus: septimo, non vim aliquam; quæ si adesset, remedium aliud non inquireret: octauo, non Ordinem Sacrum, vt de se patet: nono, non ligamen; quia (& si verum) maximum oriretur scandalum: decimo, non publicam honestatem, cum euidenter sit contrarium: vndecimo, non affinitatem, ob eandem rationem; & quia innocentem viri consanguineum condemnaret: decimo secundo, non impotentiam, cuius contrarium etiam supponitur: decimo tertio, non raptum, cum voluntarie contraxisset: & tandem; non Claustrinum propriè coniugium; quia coram Parrocho, & testibus, imò & cum præmissis etiam supponitur denuntiationibus celebratum: ergo nullum: ergo si, quocumque allegato, præter ligamē, vel de falsa allegatione erit conuincta, vel iniuriam innocenti inferret, vel denique maximum causaret scandalum: & alia ex parte, ligamen verum allegare non decet, ob damnum fœminæ, quæ, de facto, bona fide est vxor eius veri Mariti, & ob scandalum, & non modicum, similiter oriundum: igitur in præsentī casu impossibilis videtur separatio.

8 Suppono secundo, quod non possit talis fœmina sibi imputare peccatū, quod non fecit, quamvis ex tali manifestatione, & falsa confessione, scandalum posset auferri; quia non sunt facienda mala, vnde veniant bona. Quare, quia à præsentē viro recedere non potest sine scandalo, vt dicitur in informi, non tenetur ire ad primum, iuxta Syluestrum, *verb. Debitū coniugale, in fine*; vbi ait, *quod secus do viro nullo modo reddat debitū. quia nō est vir suus: sed ad præceptū Ecclesie, cohabitabit cum illo, & necessaria ministrabit; modo hoc sine periculo* (ait Sylu.) *adulterij fieri*

possit; alioquin non cohabitabit, etiam si inde excommunicetur, sed separatus, talis coniux, scilicet, necessaria ministrabit. Sic in substantia Sylu; qui tamen non loquitur, quando ex separatione, ob adulterij periculum, scandalum sequeretur. Idem, quod supra, ait idem Sylu. *verb. Matrimonium* 6. q. 4. Et a contrario sensu, idē probare videtur, (scilicet, quod, si sequatur scandalum quocumq; in casu, separari non debet) *verb. Matrimonium* 4. q. 8. dum ait, quod si ab Ecclesia compellatur vir (& idem est de vxore) habitare cum prima vxore, cum quā inualidum fuit matrimonium, & si in exteriori foro validū probatum, & recedere a secunda, cū qua validū re ipsa est matrimonium, teneatur vir (& idem est de vxore) habitare cum secunda taliter, quod inde scandalum non sequatur. Sic ille: sed à contrario sensu, sic ego: ergo, si sequatur scandalum, separari debet à secunda, & vera vxore; & consequenter, negare debitum iustitiæ: ergo (per contrapositionem) si in nostro casu adest scandalum in eo, quod talis foemina ad primum, & verum redeat Maritum, & secundum, in existimatione tantum talem, relinquat, tenebitur habitare cum secundo, & consequenter iustitiæ debitum primo negare Marito; cumque nunquam sit licita, nec esse possit, fornicatio, & habitando cū secundo Marito, fornicationis periculo sit exposita, hoc opus, hic labor est.

9 Circa quod, Thomas Sanchez, inter alios, refert Mag. in 4. dist. 38. sine; Hugum de Sancto Victore, Sepuluedam, Gregorium Lopez, licet dubium, Hostiensē, Perez, & alios, asserentes, in prædicto casu licere tali foeminae Marito reddere debitum, excusarique à culpa ob Ecclesiæ præceptum. Omitto rationes, quibus hoc assertum probatur; quod ita falsū existimat Sanch. citato in loco, scilicet, lib. 2. de matr. disp. 39. n. 5. vt in fide dicat valde periculosum.

10 Sed abstrahendo pronunciamus veritate, vel falsitate talis sententiæ, de quo postea; rigida mihi videtur Sanctij censura, & quorundam, quos ipse sequitur. Et (quidquid sit de autoritate prædictorum Authorum, quia antiquorum) eandem sententiam tenet nouiter Molfesius in Sum. ro 1. tract. 4. cap. 14. n. 9. teste Diana 4. p. tract. 4. resol. 48. Unde alij ex Doctoribus, qui communem sequuntur sententiam, non tam rigide

contrariam, & prædictam, censurant.

11 Ego illam non admitto, si talis foemina in delectationem sibi posse consentire iudicet, & consentire velit. Si verò mere passiuè se habeat, postquam reddere debitum sapius recusauit, & periculum vitæ adsit, (quod satis prudenter, & probabiliter, ex continua negatione debiti, timeri prædicta valet in casu) iterum, hoc opus, iterumque hic, & labor est; nam ex vna parte, absque scandalo, separari non potest; ex alia autem videtur consentire, quod vir non suus ad illam accedat.

12 Refero tamen Sotum, Nauarum, Rodriguez, & alios, quos nouiter sequitur Diana 3. p. tract. 6. resol. 31. asserentes, posse foeminam, ad mortem evitandam, pati externam corruptionem, non tamen consentiendo, sed mere passiuè se habendo; Quia non tenetur (inquiunt) mortem sustinere, dum interius non consentit eiusmodi culpæ: & fecit, quod potuit, ablato scandalo, ad illam vitandam; si è prædicti DD. Ergo, iuxta hanc probabilem sententiam, si mulier (de quā in informi) propter scandalum discedere à Marito non potest, & ex continua resistentia in negando debito, sibi mortem imminere præuiderit, poterit externam simili modo pati corruptionem.

13 Nec obest, illam semper manere in eadem occasione. Quia iam dixi, propter scandalum non posse discedere. Et, si in casu prædictæ sententiæ, quia mors tunc imminet, potest talis foemina passiuè se habere; (& idem posset efficere, quoties mortis immineret periculum) sic quoties prædicta (de quā in informi) coniux, mortem sibi, ex continua debiti negatione imminere præuiderit, poterit similiter externam corporis violationem, & alia huiusmodi, sustinere; præsertim cum in hoc casu peccato non cooperetur, siquidem Maritus bona fide procedit.

14 Nec obest etiam asserere, quod prædicti DD. solum loquantur, quando prædicta foemina renuit, quantum potuit corporaliter, ablato scandalo; at verò coniux, de quā in informi, nullo modo resistere videatur, si cum viro in eodem lecto dormiat. Non (inquam) obest. Tum quia si hoc non faciat, scandalū causabit. Tum etiā, quia si ei mors minaretur, nisi in lecto decumberet, dum

dum tunc nihil aliud postuletur, non videtur se preparare ad actum; cum adhuc in lecto decumbens resistere possit. Imò, quando Sotus ait, quòd ex eo, & alijs supra retulimus, addit, illud esse verum, dum se foemina ad actum (intellige proximè) non componat; cumque inter hoc, quòd est, decumbere, & hoc, quòd est, se ad actum componere, detur medium, non rectè infertur, cubationem, esse ad actum preparationem personalem; quã negat Sotus. Itaque coniux prædicta ad evitandum scandalum, & mortem decubit, quando decumbendi actio ad somnum capiendum ordinatur; vnde decubit, ut dormiat, nõ ut actum habeat. Sic autem ei iacenti, licet non sit licitum, se, per se ipsam, ad actum preparare, non videtur tamen illicitum relinquere se à Marito preparari; præsertim cum præparatio, solum ex parte Mariti se tenens; non sit illicita ob bonam fidem. Vnde siue in lecto, siue extra illum, occurrente mortis periculo, & etiam scandalo, quòd (ut dixi) ex continua negatione oriretur, nõ stante iusta negandi causa, quàm vxor offerat, non videtur illicitum; in tali casu, iuxta Soti sententiam, relinquere, se preparari. Per quod patet ad replicam.

15 Quod si iterum dicas, manifestum esse contentiendi periculum. Dico primo, Doctissimi Sallas 12. tom. 2. tract. 3. disp. 3. sect. 1. num. 31. eandem sustinere sententiam, etiam cum periculo consensu in ipsa foemina. Sic refert etiam citatus immediatè Diana. Dico secundò, multorum esse sententiã, quos sequitur Basilii de matr. lib. 5. cap. 35. nu. 4. asserentium, quod si Dominus cum famula, in domo sua existente, commercium habet in honestum, possit, si, in eiectione talis famulæ à domo sua, scandalum adsit, absolui, etiam si consensus adsit periculum; dum tamen se emmendare proponat. Quod iddem docent Sanctius Abulensis in selectis, Eminentiss. Dom. Cardinalis Lugo, & eos referens, Noster Leander 1. p. pag. 247. q. 39. ne Dominus perdat, centum, v. g. aureos, quos mutuo dedit famulæ, si illam e domo sua eiciat. Quod certè (licet à me non admissum) magni momenti est ad casum præsentem. Nam si hic sola ratio boni temporalis cohabitationem, vel detentionem prædictæ foeminae in domo sua, cum manifesto periculo, facit licitam, quãto magis in no-

stro casu iddem dicendum erit? Tùm tertio; quia aliqui hoc iddem astruunt de Chyrurgo, foeminã medente, & semper contentiente. Et sicut hic officij publici ratio, & medicinæ corporalis necessitas; iterationem medicinæ, & ingressus in domum infirmæ foeminae, etiam cum consensu periculo in peccatum, honestat; sic, in nostro casu, ratio scandali, ex separatione proueniendi, honestabit prædictæ foeminae, in domo viri, pro suo reputati, mansionem, etiam cum consensu periculo, dum tamen emmendationem foemina proponat.

16 Nec Thomas Sanchez contra sententiam, quàm citato in loco tam acriter censurat, rectè concludit ex cap. Inquisitioni, de sent. excommunic. & ex cap. Literas de restit. spoliatorum. Nã in prædictis textibus, nec de mortis periculo, nec de scandalo vlla fit mentio. Et non dico, quòd, propter ista, sit licitum peccatum mortale, imò nec veniale. Sed dico, quòd, illis concurrentibus, & stante, ex parte alia, cohabitandi necessitate, seu carnale, saltem in periculo, exercendi commercium, videtur, aliter ius ipsum fore respondendum. Deduco hoc ex cap. Duo mala, ex cap. Nervi testiculorum, dist. 13. ex Aristotele, & pluribus alijs, ut videre est apud Sanctium lib. 2. de matr. disp. 41. & apud Legionensem de matrim. lib. 10. cap. 15. n. 7. in quibus textibus dicitur, quòd, quoties duo mala occurrunt, ut necesse sit alterum eligere, illud eligendum sit, quod alias minus esset. Quòd manifesta ratione (inquit Legionensis) comprobatur. Nam (& quæ sequuntur, ipsius sunt verba) cum in nullo casu concedendum sit, aliquem esse perplexum, ita ut non possit aliquã partem sine peccato eligere; & ex duobus malis, si alterum necessario eligendum est, maior sit ratio, ut eligatur id, quòd minus est, sequitur, illud sine peccato eligi posse, & quòd alias absolutè ex se consideratum, malum esset, tunc non esse peccatum; cessat enim propter occurrentiã alterius; ac proinde eam partem esse tutiorẽ, si eligatur, occurrente alio maiori malo. Hucusque Legionensis.

17 Ex quibus sic ego: ergo si, ex vna parte, adest in separatione scandalum, & ex alia, in cohabitatione consensus periculum, minus malum erit (& sine peccato) eligendum: atqui minus malum in præsentem est, se, consensus

periculo exponere, quā scādalum cau-
sare; cum in exemplo Dñi cum famula,
Chyurgi cū egrotate foemina, &c. idē,
satis probabiliter, dicatur: ergo, &c.

18 Et confirmatur hoc ex doctrina,
quā citato loco sequitur Legionensis
num. 5. Nam, dum de Sacramento admini-
stratione loquitur, hæc ibi habet ver-
ba: *Sicut, & eadem ratione, in casu necessi-
tatis extremae is, qui est in peccato, ministra-
re potest Sacramentum sine peccato, si tem-
pus ita urgeat, ut ministro non sit locus pec-
nitendi; nam (ut verè; & solide Gabriel
Vazq. 2 tom. in 3. p. disput. 136. cap. 4.)
quāvis sit maior virtus Religio erga Deū,
quā misericordia erga proximum; tamen,
quia Deo plus placet, ut proximo, in cuius
utilitatem institutum est Sacramentum, suc-
curramus quā ut dispositionem alias debi-
tam, erga Sacramentum seruemus, ideo tunc
licet, & Sancto Sacramētum in peccato mor-
tali celebratur, & celebrari debet. Quā ra-
tionem breviter attingit D. Thom. 2. 2. q. 30.
art. 4. ad 1. & hoc sensu intelligitur illud
Hosea 6. misericordiam volo, & non sacri-
ficium, & scientiam Dei, plusquam holo-
caustum.* sic Basilius: ergo, &c.

19 Et confirmatur rursus ex Emmi-
nentiss. Dom. Cardin. Lugo, tom. de Sa-
cramentis in genere, disp. 9. sect. 1. n. 8. vbi,
referens Suarezium de Eucharistia disp. 62.
sect. 5. in responsione ad 4. argumentum, al-
terentem nullo in casu reddi posse licitā
Eucharistiæ susceptionem in statu pec-
cati mortalis, sic habet: *Hoc tamen ni-
mis durum videtur, quia reverentia Sacra-
menti non videtur ita strictè obligare, ut in
nullis circumstantijs debeat ad aliam incom-
moda attendi. Vnde P. Bazquez tom. 3. disp.
207. de Eucharistia, cap. 1. num. 3. & 4. fa-
teretur, aliquando, licet raro evenire posse, ut
absque peccato possit aliquis scienter indispo-
situs, & in statu peccati Eucharistiam sume-
re, ut si quis in altari recordetur peccati, à se
commissi, & ita ardeatur angustijs tempo-
ris, ut non possit attendere ad habendam
cōtritionem, nisi cessando à Sacrificio inchoa-
to, cum sui honoris dispendio: tunc enim abs-
que peccato novo posset Sacrificium consum-
mare, & Eucharistiam sumere; quia reveren-
tia Sacramenti non obligat cum tanto dis-
pendio proprii honoris. Vnde consequenter id-
dem, à fortiori, dicendum videtur de alijs
Sacramentis; in quibus, propter eadem in-
convenientia, licet raro, occurrere posset ca-
sus, quo propter angustias temporis, homo non*

*posset ad cōtritionem se preparare, vel exci-
rare, & aliunde non posset absque gravissimo
decremento, vel etiam irreverentia ipsius Sa-
cramenti, illud non suscipere: in quibus casi-
bus, licet Sacramentum non conferret gra-
tiam, propter indispositionem subiecti, non
tamen contraheretur novum peccatum; sed
esset accessus neuter, hoc est, absque fructu,
& absque peccato.* sic Eminētissimus,
non minusque Sapientis, Dominus Car-
dinalis Lugo. Ergo idem in casu præ-
senti, à fortiori dicendum videtur; cum
solum permissiōe; & ablato, quantum
fieri potuerit, consensu, eligatur cum
prædicto viro, propter sequendi certō,
ablationem scādali; habitatio.

20 Quod autem sit minus malum
tunc permittere; etiam cum periculo
consensus, concubitus modo dicto
iuxta sententiā, supra relatā, quā
discedere à tali Marito; præterquā quod
constat ex dictis. Probatur etiam, nām
in primis, hoc non est cooperari pecca-
to; cum ex parte viri nullum sit pecca-
tum, eo quod bona fide procedat. Tum
etiam; quia ex parte viri est possessio, &
ius in factō, seu actio de factō exigendi,
& extorquendi debitum ab vxore.

21 Quod si dicas, maximam illam,
vel iuris Regulam, scilicet, *indubijs me-
lius est conditio possidentis*; solum verifi-
cari, quando adest dubium, non vero
scientia, ut ex cap. *Inquisitioni*, supra re-
lato, constat. Dici tamen potest, primò,
hoc esse verum respectu vxoris, de im-
pedimento scientiam habentis, in ordi-
ne ad non petendum, & non reddē-
dum; non tamen, in ordine ad non per-
mittendum, ablato, quantum de se est,
consensu in copulam, seu in delecta-
tionem, licet ad sit consensus periculū.

22 Secundò, quia aliqui quoad hoc,
quod est, non posse vxorem reddere de-
bitum, æquiparant dubium impedi-
ti, & scientiam eius, in eo, qui dubitat,
vel scit; ut apud Sanctum supra, Vazq.
& alios potest videri. Quo posito, vide-
tur probata possessio, ex parte viri exi-
stens, ex Legionensis verbis, vbi supra,
num. 9. Vbi loquens de foemina existi-
mante, priorem coniugem viuere, sic
habet; iuxta cap. *Dñs. de secundis nup-
tijijs*: *Idè (inquit) addendum est, quod,
quando Pontifex expresse agit de reddendo
debito, in dubio prioris matrimonij, adhuc in
hincasibus eli gi tuciorē partē, & minus*

malum; (& nunc explico iterum, quod sit minus malum in præfenti) quia (prosequitur Basilius) in dubio, circa mortem Prioris coniugis, magni momenti est possessio, ratione cuius, causa matrimonij posterioris multo maior, & potior est. Ex quo fit, esse maius malum, non reddere petenti, qui est in possessione secundi matrimonij, quàm exponere se periculo incontinentiæ, & adulterij, contra primum matrimonium. Itaque in eo casu non est minus malum reddere, quàm peccatum non reddendi sic contra plures, & maiores virtutes, cum tantum sit contra iustitiam, sed quia conditio possidentis (in qua fundatur licentia, præstita ab Ecclesia, iuxta caput. Inquisitioni de sententia excommunicationis, & cap. litteras, de rest. spoliatorum) multo fortior est, tantaque efficacitatis, & virtutis, ut nulla sit iniuria, contra prius matrimonium, reddere, in dubio, petenti. Quare, ex hac parte, multo fortius manet ius matrimonij secundi, quàm primi; cum in favorem secundi sit certa possessio, & ex alia parte, sit maior obligatio iustitiæ, quàm castitatis, &c. Sic ille, quæ omnia prius, & latius dixit Sanchez supra lib. 2. disp. 41.

23 Hæc sic se habent, & vera sunt, quando dubium tantum adest: ergo, & quando scientia (posset aliquis dicere) iuxta sententiam, æquiparantem dubium de impedimento, & eius scientiam, ut supra dixi. Sed non videtur recta consequentia. Tum, quia, Authores, qui æquiparant dubium cū scientia, solum est, ad effectum negandi debitum. Authores vero, qui hæc diversificant, in eo distinguunt, ut qui dubitat, possit, ob viri possessionem, reddere; non vero, qui impedimentum scit; quia dum adest impedimenti scientia, aufertur possessio in viro ad petendum valide: (quidquid sit de licita de facto petitione, ob bonam fidem) & sic vxor reddere nō potest licitè. Tum etiam, quia sic in cap. Inquisitioni, & in cap. litteras, decernitur.

24 Respondet tamen, hæc in sensu, quo dicuntur, mihi esse certa; non tamè in sensu, quo dicimus, posse talem fœminam permittere se violari, absque animo consensus in delectationem. Ducor ex eo, quod, quando solum est dubium, nullam, neque iura, neque DD. obligationem imponunt vxori, ne in copulæ delectationem consentiat; quia possessio ratione dubij totum facit licitum. Cum-

que, alia ex parte, factis sit probabile, etiam in Basilij sententia, quod, stante scandalo ejiciendi famulam à domo Domini, possit Dominus familiæ absolvi, etiam cum periculo consentus: Si hic (inquam) permittitur famulæ habitatio cum viro, neque ex iure, neque ex facto, pro suo viro reputato: (quod, & de fœmina, permittente sui corporis externam corruptionem, ob mortis periculum, ablato scandalo, probabiliter dicitur, ut ex dictis constat) cur in nostro casu, non licebit permittere accessum viri, pro Marito reputati, & fide bona procedentis, stantibus, in separatione, & fuga à tali viro, scandalo, & in continua cohabitatione (quæ propter vitandum scandalum honestatur) mortis periculo? Unde subiiciendo omnia Sanctæ Matris Ecclesiæ correctioni, & doctis, standoque in rigore informis, dicendum videtur, posse (si nullum ex assignatis hic, vel assignandis forte ab alijs, remedium proffit) præfatam fœminam permittere sui corporis externam corruptionem, & usum, dum, se non cōsentire in delectationem, proponat.

CASVS VIGESSIMVS quin:us.

QVIDAM, in approbata Religione professus, à Summo Pontifice fuit absque causa, ex proprio motu, in castitatis voto dispensatus; quæ posita dispensatione matrimonium contraxit.

Quæritur; an validum sit tale matrimonium?

CASVS RESOLVTIO.

1 SUPPONO, contra aliquos, vobis solemne solo Ecclesiastico iure matrimonium subsequens dirimere: sic valde probabilis tenet Authorum, fere quinquaginta, opinio, apud Sanchez lib. 7. de matrimonio, disp. 26. nu. 2. qui num. 4. in fine ait, illam esse probiliorem, & iuxta Pontificum decreta firmiorem; ut videre est apud ipsum, disp. 25. Sic etiam Azor lib. 12. cap. 6. q. 3. Caiet. 22. q. 88. art. 7. dub. 1. §. quantum vero ad secundam, & alij, etiam ex Modernis, quos per longum esse recensere.

2 Suppono item, Summum Pontificem posse in lege sua absque causa valide dispensare, licet secundum quosdam mortaliter peccet; & iuxta communem sententiam, solum venialiter; alijs absolute Pontificem, sic dispensantem, ab omnia culpa, ablato scandalo, excusantibus. De quo iam supra diximus; & videri etiam potest Sanctius de matrimo. lib. 8. disp. 3. num. 10. fere in medio. Quod, & in omnibus iam notatum reperies Scriptoribus de hac materia. Quibus positus.

3 Dicendum iudico, tale matrimonium esse validum. Et omitto sententiam Innocentij cap. Cum ad Monasterium, num. 2. de statu. monachor. Hostiensis, Ioan. Andreae, Abbatis; Ancharr. Sigismundi, & ex Theologis, Palud. & Pelagij, apud eundem Sanctium lib. 8. ubi supra, asserentium, quod, si foemina tali professo, sic dispensato nubat bona fide, credens dispensationem legitimam, validum sit matrimonium, ne Principis auctoritate decipiatur, ac damnum sentiat. Hac (inquam) omissa sententia. Probatum posita resolutio: solemne votum solum Pontificio iure matrimonium dirimit: atqui valida est Legislatoris dispensatio in lege sua, etiam absque causa data: ergo validum persistit dictum matrimonium; licet, ut debitum petat, dispensatione, causam petente, indigeat, si iuxta probabilioris sententiam sit loquendum; qualis sufficiens erit causa, esse iam contractum matrimonium, & nolle obligari foeminam ad semperpetendum, &c.

4 Resolutionem hanc pluribus possem probare rationibus, quia tamen pro illa litat expressè Sanchez, idè ab alijs probationibus abstinco. Igitur doctis. Sanchez dicit lib. disp. 6. num. sic habet: *Potest tamen doctrina hec valde probabiliter sustineri* (& loquitur de doctrina Innocentij, & aliorum supra) *innitendo alij fundamento; nimirum, quia valde probabile est impedimentum hoc solo iure humano dirimere; ut. ex multis, retulimus lib. precedenti disp. 26. sic proinde, siue bona, siue mala fide impetrata sit dispensatio Pontificia, absque causa concessa, valida erit; ac proinde valebit matrimonium.* Hæc Sanchez;

sicque dicendum iudico, &c.



VIGESIMVS SEXTVS casus.

QVIDAM Parochus, denuntiationes, circa quodam matrimonium, post duos menses celebrandum, voluntarie facere omittens, diebus festiuis in Ecclesia, illas fecit, illis duobus diebus, etiam non festiuis, extra Ecclesiam, stante populi concursu; sicque matrimonio assistit.

Quæritur; an Tridentini pœnas incurrat.

CASVS RESOLVTIO.

1 HVIVS difficultatis, quia in alijs quibus, expressè, Doctoribus inuentæ, facilis est resolutio. Nam Doctis. Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 6. num. 5. & 6. ait, nullas prefatum Parochum incurrare pœnas: duciturque ex eo, quod, non cessant e sine legis, potest materia præcepta in æquivalentem aliam mutari; cumque æquivalens sit, denuntiationes facere, prout factæ supponuntur in informi, ac illas in Ecclesia, festiuis diebus, efficere; hinc est, nullatenus esse talem Parochum puniendum. Nam, iuxta aliam Sanctium, scilicet, Abbulensem, in Selectis disputationibus, non potest iudex punire eum, qui iuxta probabilem est operatus sententiam: ergo, &c.

2 Probo, & ego positam resolutionem: nam matrimonium, sine denuntiationibus celebratum, scienti tamen maiori parte vicinæ, non est, quod pœnas, Clandestinum, ut, satis probabiliter, docent plures, apud Sanctium supra disp. 1. num. 9. ergo idem, à fortiori, in casu posito dicendum est. Antecedens probatur ex eo, quod licet iuris varietur solemnitas, eadem tamen remanet substantia: ergo, quod factum est, iuxta iuris dispositionem factum censetur. Probo Consequens: nam, variata iuris solemnitate, si eadem sit substantia, non variatur iuris dispositio, leg. Ordo, ff. de public. iudic. ergo prædictum matrimonium fuit iuxta iuris dispositionem celebratum. Patet Consequens: nam eadem æquivalenter est substantia.

3 Nihilque refert, quod ex equipollentibus fiat, quod lege præceptum est; iuxta leg. *Cum eorum, C. de sen. vt. videre est, apud præcitatum Sanctium, disp. 1. ubi supra.* Vnde, adhuc in quorundam, apud ipsum Sanctium supra *disp. 5. num. 2.* opinione, asserentium, denuntiationes esse de essentia matrimonij, stat posita resolutio; licet istorum sententiam, vt pote contra communem, absque firmoque fundamento fundatam, falsam iudicem. De quo ipse Sanchez *dicta disp. 5. num. 3.* Ergo nullas incurreret præfatus Parochus poenas. Sicque sentio.

VIGESIMVS SEPTIMVS casus.

FRANCISCVS, v. g. Medicus, noluit te mederi, nisi eius, in matrimonium, filiam duceres. Duxisti illam in matrimonium: modo interrogas; an sit validum?

CASVS RESOLVTIO.

1 HVIVS casus, sicut & præcedentis, facilis est solutio; quia illum expressè referunt, resoluuntque Corduba *in sum. q. 171. p. 1.* Sanchez *lib. 4. de matrim. disp. 12. nu. 13.* Ægidius Coninch. *disp. 28. de matrim. dub. 1. num. 11.* Bonacina *de matr. q. 3. puncto 8. propositione 2. num. 25.* & præter alios. Castro Pallao *tom. 1. operum moral. tract. 2. de libertate, & illius impedimentis, disp. 1. puncto 11. num. 2. fol. 57.* Igitur præfati Authores affirmant, prædictum matrimonium valere. Ducuntur: quia non timore mortis, à Me dico incussa, matrimonium celebratur; sed pretium curationis. Libertas enim, ad matrimonium necessaria, non est in potestate Patris: esto, ergo, excelsium sit pretium, non annullat contractum; quia consequenter, non est error, & dolus in contractus substantia, sed in accidentibus.

2 Et quamuis Ægidius ubi supra, & *nu. 12.* Basilius Legionensis, *lib. 4. de matr. cap. 13. nu. 3.* & *9. cap. 19. nu. 15.* & citatus Castro ubi supra; prædictam limitent solutionem, vt non teneat, quando Medicus obligatus esset, vel ex iusti-

tia, vel ex charitate aliquem, taxato communiter; pretio mederi, quia misatur tunc metum iniuste inferendum. Sanchez tamen, Corduba, & Bonacina, nulla limitatione apposita, quod resolutum est, affirmant.

3 Quod confirmari potest, ex doctrina Sanchez *dicto lib. 4. disp. 13. nu. 8.* & Bonacina *q. 3. puncto 8. nu. 14.* asserentium, validum fore matrimonium, cogente iudice iuste, secundum allegata, & probata; licet iniuste secundum rem; vt si aliquem, matrimonium contrahere cogat iudex cum foemina, post datam promissionem fornicante. Quia ex iusta coactione, secundum ius, non est credendum, ius ipsam matrimonium annullare. Secus, si ex iniusta, secundum allegata, & probata.

4 Fateor, appositam sententiam probabilissimam esse; quia, & si iudex iuste cogat, quia secundum allegata, & probata procedit; ex parte tamen illius, qui cogitur, iniusta est coactio; cum reuera, (hoc est, secundum rem) iniuste cogatur. Ius ergo, irritans contractum ex coactione iniusta, hanc casum non excludit. Cum enim in fauorem Sacramenti, quod plenissimam postulat libertatem, sit iudicandum; quæcumque iniusta, siue actiue, siue passivè, existat coactio, hæc sufficiet ad verificandum ius, contractum irritans. Fateor, (inquam) hanc esse valde probabilem sententiam, quam tenet Legionensis *lib. 4. de matr. cap. 19. nu. 11.* & ipsum referens, citatus Castro, *fol. 58. col. 1. in princ.* quod iddem ex aliorum sententia, quos refert, sequiturque Sanchez Abulensis, *in suis Sellectis,* clare deducitur. Quia, ergo probabilis etiam est Sanctij, & Bonacinae sententia, ubi supra, probabilior redditur posita resolutio: Sicque iudico, &c.

VICISSIMVS OCTAVVS casus.

CASVS sequens erit ad modum voti, seu argumenti (vt iuris peritorum, habita ipsorum gratia, stilo aliquantulum vtar) resoluendus.
Igitur.

IESVS, MARIA, IOSEPH.

FACTVM, super quo, subsequutum ap-
ponitur votum, sequensve decisio
tradditur, sic, prout ex processu dedu-
ctum, continebat. (Et contrahentium
nomina mutabo, ne vniquam alicuius
etiam pedem ad lapidem offendam.)

IGITUR Elizabeth, post contractum,
I coram Parrocho, & testibus, ma-
trimonium, cum Petro v.g. aliud celebra-
uit cum Francisco, & hoc in facie Eccle-
siae. Occurrit ex vna parte, Promotor
Fiscalis, praedictos Elizabeth, & Petrum,
de Clandestinitate primi matrimonij ac-
cusans, eosque, tanquam Ecclesiastica-
rum Sanctionum contemtores, plecten-
dos esse, denuntians. Ex alia vero parte,
praefatus reclamauit Franciscus; qui, &
cum praefata Elizabeth secundum matri-
monium, defacto contraxit, & con-
summauit, illud esse validum, contra pri-
mum, intentans, vrpote contra acciden-
taliter, hoc est, absque denuntiationi-
bus, Clandestinum.

2 Pro parte valoris secundi matri-
monij, ad probandam primi nullitatem,
quatuor specialiter adducivale fundamenta.
Primum est, quod verba praefato-
rum Petri, & Elizabeth, quibus con-
sensus exprimere tentabant, sunt verba
enuntiatiua, seu narratiua, & non practi-
ca. De quo, post alios, in simili aliquan-
tulum casu, Eminentissimus Doctissi-
musque Dominus Cardin. Lugo, tom. 2.
de iust. & iure, disp. 22. sect. 3. num. 23. Se-
cundum est, quod verba praedictorum
Petri, & Elizabeth, non cadant, ad inui-
cem, supra verba alterius; cum verba Pe-
tri, Elizabeth non exprimant, nec illam
significent; Sacramentaque habeant
causare, quatenus significant. Tertium
est, praesentiam Parrochi in dicto casu
non videri eam, quae a Sacrosancto postu-
larur Tridentino Concilio. Quartum
denique: quia est doctrina Caroli Ruyni,
quam sequi videtur Rota, & Abb. de qui-
bus infra, & quae etiam amplecti videtur
a Gutierrez tract. de matrim. cap. 44. num.
9 & 11. ad probandum, matrimonium
Clandestinum, contra matrimonium in
facie Ecclesiae celebratum, requiri tes-
tes, omni exceptione maiores; quales
non sunt consanguinei, nec foeminae;
quae in probando primo matrimonio,

tanquam testes, solummodo asstiterunt.
Et haec quatuor sunt praecipua, quae con-
tra primum matrimonium, pro parte
praedictorum Francisci, & Elizabeth, in
favorem secundi, adduci possunt funda-
menta; vt, ex infra dicendis, latius appa-
rebit.

3 Mihi pro valore primi matrimo-
nij, & pro parte praefati Petri, praedicti-
que Fiscalis faciunt solidiora, imò, &
verissima, fundamenta; quibus, alio non
interueniente obstaculo, motus fui, ad
proferendum assensum in eius valorem,
praedictis non obstantibus, quae vere non
obstant, vt iam videbimus.

§. I.

*Probatum, primum matrimo-
nium fuisse validum, cum pra-
dictis verbis celebra-
tum.*

4 **V**T ERGO ostendam, prius obie-
ctum non tenere, suppono, ma-
num porrectionem, inter contrahere vo-
lentes, esse signum sufficiens ad expri-
mendum consensum, si verba adunt
ex parte alicuius, consensum in matri-
monium exprimentis. Sic, ex cap. 1. de
sponsa duorum, §. non stringit manum, satis
docte deducit hoc Sapientissimus Basi-
lius Legionensis, post alios, lib. 2. de con-
sensu absoluto, cap. 11. num. 8. Ratio autem
huius, a fortiori, est: quia, sicut perseuera-
re in cohabitatione, quando fuit à principio
nullum matrimonium (& sunt verba Basi-
lij) cessante impedimento, cum scientia suf-
ficien-
tenti, est signum consensus, iure saltem an-
tiquo, ita etiam non retrahere manum ap-
prehensam, quae signum fidei datae esse solet,
est reuera porrigere, & fidem asstringere eo
actu publico, vel perseverantia in eo actu pu-
blico. Sic Basilius: ergo, à fortiori, quan-
do vterque contrahere volens, manum
porrigit, vt ex testium dictis, in praesenti
causa, apparet: accedentibus ad hoc ver-
bis illis praefatae Elizabeth, de quibus co-
muniter testes deponunt: scilicet: Señor
Cura, passará V. m. por esto? Nam, si quan-
do

do vnus, idest, vir, manum foeminae apprehendens, & capiens, dicit foeminae: *Do tibi fidem de contrahendo matrimonio: vel, Tecum contraho*: est verum, in aliorum, & Legionensis sententia, matrimonium: quia qui tacet, consentire videtur, cum agitur de obligatione contrahendi, si actus publicus occurrat; praesertim, quia foeminas ad loquendum, vt in plurimum, verecundia occupat (O vti nam semper occuparet) & facile posset praedicta, si noller, manum retrahere. A fortiori iddem dicendum est, quando vterque, ad inuicem, alterius manum, suam illi porrigens, apprehendit, vt in nostro casu contingit; vel etiam, quando vnus, idest, vir, in matrimonium exprimit consensum, & foemina suam illi porrigit manum. Quod, & admittit etiam Sanchez *lib. 1. de matrim. disp. 22. num. 6.* & in dicto casu, adhuc antecedenter ad mutuam manuum porrectionem, non leuiter deducitur apparere.

5 Vnde, non valet dicere, in facto hoc, inter contrahentes, non precessisse alterius consensum, in ordine ad matrimonium. Nam, reuera, inter ipsos contrahentes ad fuit, primo, plusquam valde efficaciter praesumptus, praesuppositiue ad inuicem, contrahendi consensus, per illa verba praefata Elizabeth; scilicet; *Señor Cura, passará V. md. por esto* non leuiter significatus; & secundo, respectu Parrochi sufficenter manifestatus. Constat vtrumque, supponendo, tanquam certum, signa, & actiones, in esse voluntarij, explicari per causam, & a priori: videlicet, per verba antecedentia: vel a posteriori, & per effectum, hoc est, per subsequētia alia verba, vel opera, consensum exprimentia: de quo communiter Philosophi, & Theologi. Quo, tanquam certo, supposito: sic vtrumque proba. Mutua, inter virum, & foeminam, aliās ad contrahendum habiles, manuum porrectio, signum est, de consensu in matrimonium, quando verba, aliquomodo in matrimonium exprimentia consensum, immediate antecedunt, vel subsequuntur immediate: atqui, ad mutuam praefatorum, Petri, & Elizabeth manuum porrectionem, subsequuta fuerunt verba, exprimentia, ad inuicem, in matrimonium consensum; illa, scilicet, ab Elizabeth prolata: *Aunque le pese, Don Pedro es mi Marido*: & il-

la, a praedicto Petro pronuntiata: *Aunque le pese, es mi Muger*; (de quibus verbis sufficientes testificantur testes, vt, infra suo loco, probabimus) quae verba audiuit ipse Parrochus; sicut, & praedictam vidit manuum porrectionem: Ergo, non solum respectu ipsorum contrahentium, arguitur euidenter, ex facto externo, in matrimonium consensus, sed, & respectu ipsius Parrochi, & testium. Tunc sic: sed hoc sufficit, non solum, quando testes, & Parrochus dolo vocari, vel vi adducti, & contra eorum voluntatem matrimonio moraliter assilunt, & consensum intelligunt, (vt contra Seguram, & Azeuedo, testatur communis sententia; apud Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 39. num. 9.* Basilium, Henriquez, & omnes alios, cum Farinacio, & Rebeilo, plures ad hoc Eminētiss. DD. Cardinalium declarationes adducentibus, iddem declarantium, etiam si Parrochus inuitus, affectans non intelligere, auresque, & oculos occludens, nihil eorum, quae agebantur, vidit, vt tenent plurimi) sed etiam, si Parrochus, & testes casu transeant, vt expressè fatetur ipse Sanchez supra, *num. 11.* & alij non contemnendi DD. de quibus Noster Leander 2. p. 91. *moral. pag. 354. q. 38.* ergo in facto hoc sufficientissima aquierunt, & verba, & signa, consensum in matrimonium, inter praefatos, exprimentia.

6 Nec valet, si dicas, praedicta verba, scilicet: *Aunque le pese, Don Pedro es mi Marido: Aunque le pese, es mi Muger*; esse solum enuntiatia, & non practica, seu causatua; de quo supra Eminētiss. D. Cardinalis Lugo. Non (inquam) valet; quod, vt clarius appareat, casum, quem Eminētiss. Cardin. apponit, referre necesse est. Sic autem se habent eius verba, loco supra citato: *Nimirum praesente casu Parrocho, & duobus testibus, & foemina ex industria ibi expectante, aduenit Sponsus, vt clandestine contraheret, qui in ipso ingressu, a quodam tertio rogatus, ad quid veniret in eum locum, respondit: Venio, vt videam Dominam N. meam coniugem: seu (et alij dixerunt) quae est mea coniux: ipsa autem tunc subiunxit: & ipse est meus coniux: quo audito, Parrochus surrexit, & fugit, ne cogereetur matrimonio clandestino assistere.* Sic Eminētiss. D. Cardinalis.

7 Ad quae (gratis pro nunc admissio, quod idem sit casus, ac praesens) respon-

pondeo, primò, grauissimos, vt ipse factetur, ex Iurisperitis sentire, talem contractum, validum esse matrimonium. Quòd, ex consecrationis corporis Christi Domini verbis, scilicet: *Hoc est corpus meum*: nò leuiter probabant. Quæ verba, nò solum enuntiativè, & narratiuè, sed, & practice etiam significat, proindeque causant.

8 Occurrit Eminētis. D. Cardinalis dicens: *Prædicta verba, quatenus Sacramentalia, proindeque ad causandum eleuata, esse practica. At vero, quatenus humana, esse solum enuntiativa, & narratiua. Hęc ille, & satis accurè, vt solet.*

9 Attamen, tanti Domini venia, mihi oppositum dicendum est in casu, quem ponit. Ducor ex eo, quòd triplex est genus verborum alias enuntiatiuorum. Primum est, illorum verborum, quæ prout eleuata, diuinitus causant, qualia sunt prædicta; sicut, & alia Sacramentorum. Cum enim verba hæc: *Hoc est corpus meum*: causent transubstantiando panem in corpus Christi Domini, quòd naturaliter fieri non potest; hinc prouenit, illa, quatenus humana, esse solum enuntiativa; practica vero, quatenus Sacramentalia. Secundum verborum genus est hoc, scilicet: *Hęc est mea vestis: Hęc est mea domus*: & alia, his similia; quæ, secundum se enuntiativa, & narratiua sunt domini, quod quis aliundè habet supra vestem, & domum. In his ergo (vt in plurimum) solum reperiri solet sensus enuntiatiuus. Valeret tamen contingere, vt prædicta verba, etiam practicum sentum haberent, v.g. si duo essent homines; vnus Dominus equi; alter Dominus vestis; & Dominus equi, assumendo vestem in presentia Domini ipsius vestis, diceret: *Hęc vestis est mea: vel, Hęc est mea vestis*. Dominus autem vestis, apprehendens tunc equum, assereret: *Equus iste meus est. vel, Hic est meus Equus*: absque dubio, valida est permutatio, aut venditio; proindeque in prædicto casu, si nullus replicaret, verba prædicta essent ad inuicem colatiua domini, practiceque significarent. Tertium denique genus verborum est ab hominibus, & à natura ipsa destinatum, & ad significandum practice, & ad enuntiantum, seu narrandum. Ex circumstantijs autem debet deduci, qualem, ex dictis, habere debeant significationem. Huius generis verba,

certum iudicio; esse verba, quæ adducit Eminētis. Dominus Cardin. scilicet: *Venio, vt videam Dominam N. meam coniugem: vel, quæ est mea coniux: Et ipse est meus coniux*: nam huiusmodi verba indifferentia sunt ad vtrumque sensum; contrahi tamen debent, & determinari ad talem, vel talem sensum, ex circumstantijs. Rem declaro: si aliunde constaret, & reuera foret, talem foeminam præcessisse uxorem prædicti Petri; tunc solum enuntiatiuum haberent sensum, vt patet. Et non loquor casu, quo intelligerentur prædicta verba de effectu aliquo matrimonij, hoc est, de fide in futurum seruanda, per repetitionem obligationis, vel fidei repetitæ ad non inferendam, ad inuicem, alicui iniuriam: sicut dici solet de repetitione voti, vel de absolute Sacramentali peccatorum, iam semel condēnatorum per pœnitentiæ Sacramentum, de quo satis accurè ipse Eminētis. Dominus Cardinalis Lugo, tom. de pœnit. Si vero de opposito constaret, certè tunc, vt vera forent prædicta verba (quòd in foro exteriori fatendum est) necessario practicum sensum habere deberent; cum debeant ad inuicem includere domini colationem in vtrinque corpora contrahentis; ac per consequens significare consensum de præsentis pro matrimonio contrahendo, & contracto. Ex quo constat, validum futurum matrimonium, cum prædictis verbis, talibus, vestitis, circumstantijs, contractum. Quòd ad nostrum casum applicando, sic ex secundo verborum genere, à fortiori, intentum probo.

10 Magis conducunt ad explicandum consensum in matrimonium, & ad transferendum dominium in corpora contrahentium, ad inuicem, verba hæc: *Hęc est mea coniux: Et ipse est meus coniux*: quam ista: *Equus iste meus est: Hęc vestis est mea*: atqui, si istis verbis adiungeretur, ad inuicem, apprehensio equi, & vestis, essent verba practica, significatiuaque domini, voluntarie ab vtroque permutante, tam supra Equum, quam supra vestem, colati: ergo, quia ad illa verba, scilicet: *Sunque le pese, Don Pedro es mi Marido: Sunque le pese es mi Muger*: præcessit mutua manuum apprehensio, à Parrocho, & testibus visa, à fortiori, debent

bent esse practica verba, dominiq; supra corpus alterius, ad inuicem, collatiua.

11 Et certè, ex circumstantijs, in casu, ab Eminentiſſ. Domino Cardinali Lugo adducto, occurrentibus, ad practice significandum, dicta sunt verba prædicta. Et hæc pro prima ſolutione, adhuc admiſſa gratis vtriuſque caſus ſimilitudine. Itaque verba illa; *Hoc eſt corpus meum*: ablata Chriſti Domini eleuatione, licet ſint enuntiatia; cum aliter, niſi eleuentur, cauſare non valeant, quòd ſignificant: tamen ſimilia prædictis verba, de quibus Eminentiſſ. Domin. Cardin. reſpectu aliarum rerum, quarum inſis, ſeu dominiſſi translatio, & acquiſitio per mutuum conſequitur conſenſum, (quale eſt dominiſſum in corpus alterius, alias non impediti) hæc, (inquam,) verba cauſatiua ſunt.

12 Si autem iterum neget, explicari per prædicta verba conſenſum. Ex circumſtantijs iam prædictis oppoſitum conuincitur. Deinde, in prædicto caſu debent prædicta verba cenſeri ex animo dicta: ergo neceſſario debent aliquid ſignificare; atqui non ſignificant antecedens dominiſſum, ad inuicem, ſupra corpus cuiuſdam; cum nihil præceſſerit, tale dominiſſum practice exprimens: ergo pro tunc conſenſum expriment ſufficientem, quòd vterque contrahens ſub vtriuſque poteſtate redigatur; quòd vtrique neceſſarium eſt, vt vnus ſit maritus, & alter vxor.

13 Si autem dicas, prædicta verba falſo ſignificare antecedens dominiſſum, ſupra corpora prædictorum, Petri, & Elizabeth, ad inuicem, quòd tamen requirebatur, vt verum ſignificarent. Hoc, in primis, eſt petitio principij. Nam dicimus, illa eſſe cauſatiua, vt ſupra, non leuiter, oſtenſum eſt. Rurſus: in foro exteriori cenſeri debent ex animo dicta, & vera. Cumque, quia, ſecundum ſe conſiderata, ſunt indifferencia, ac proinde contrahibilia, non compariaturque illorum contractio ad præcedens dominiſſum, quòd nunquam fuit, neceſſario contrahi debent ad conſenſum de præſenti. Quòd ſic probo: nam qualitas (vt ſic loquar) vxoris, adiuncta verbo, regulari debet ſecundum tempus verbi; leg. in delictis 4. §. Si

damnum extraneus; (ſeu, & ſi extraneus, vt alij legunt) ff. de Noxal. de quo Sanchez lib. 6. de matrim. diſp. 29. numer. 6. Ergo cum qualitas vxoris, in noſtro caſu, adiuncta ſit verbo *Eſt*, quòd ſignificat de præſenti; ſic de præſenti, & pro tunc ſignificare debet conſenſum, ad inuicem dominiſſi, ſupra vtriuſque contrahentis corpora, collatiuum.

14 Et confirmatur; nam verba enuntiatia inducunt diſpoſitionem, quando illud enuntiatum importat diſpoſitionem, & proferuntur ab eo, qui diſponere poteſt; vt, cum additione Alex. conſil. 21. num. 4. lit. D. lib. 1. notat Gutierrez tractat. de matrim. cap. 44. numer. 67. Ergo, quia in prædicto caſu, *ly mea vxor*, ſit enuntiatum, quòd vtrique diſpoſitionem importat, certè diſpoſitionem ſinducunt talia verba, proindeque practice ſignificare debent.

15 Deinde exempla, quæ Eminentiſſ. Domin. Cardin. Lugo ad ſuam probandam ſententiam adducit; ſcilicet: *Ego volo Petrum relinquere Heredem meum: vel; voca notarium, quia volo donare Petro mea bona: vel, venio ad videndum Petrum meum heredem*: nihil conuincunt. Etenim duo prima, apparet manifeſtè, non eſſe ſimilia. Ex tertio autem nil etiam contra nos; quia ſpecialiter ius illi reſiſtit; vt in materia de teſtamentis latius explicatur. Cumque in hoc noſtro caſu nullum ſit ius, determinatam formam aſſignans, ſufficient verba quæcumque, dum practice conſenſum ſignificent; qualia fuerunt prædicta, vt ex dictis conſtat.

16 Præterquamquod (& hæc eſt veriſſima, adhuc in ſententia Eminentiſſ. Domin. Cardin. Lugo, ſolutio contra eos, qui, in prædicto factò, doctrina, & authoritate ipſius Eminentiſſ. Domin. vſi fuerunt; cum ille contrarium clariffimè admittat) igitur reſpondeo ſecundo, eſſe diuerſiſſimum caſum, quem ipſe refert, à caſu præſenti. Nam in hoc noſtro præceſſit manuum porrectio, inter contrahere volentes; in ſuo autem non antecēſſit, neque concommitanter ſe habuit, quæ ſi ad eſſet, ipſemet Eminentiſſ. Cardinalis fatetur, fore tunc matrimonium. Ipſius ſunt verba, quæ ſequuntur: *Quia licet contrahentes poſtea, data mutuo manu, conſenſum expreſſerint, id tamen Par-*

rochus non vidit, nec audivit, sed sola illa verba, quae quidem non videntur practice significare obligationem, sed enuntiative, seu narrative. Sic Eminentiſſ. Dominus. Ergo ſi praecſiſſet mutua manuum porrectione, vel ſubſequeretur, & ipſe Parrochus videret, vel audiret, validum foret matrimonium: atqui, in noſtro caſu, & praecſiſſit, & à Parrocho, & teſtibus viſa fuit: ergo adhuc in ipſius Eminentiſſ. Domini ſententia, validum eſt; cumque adhuc, in ſuo caſu, graviſſimi (teſte ipſo) ex Iuriſperitis validum dicant tale matrimonium, in hoc noſtro omnes conſentire debent.

17 Addo amplius: hæc verba, ſcilicet: *Tractabo te, vt uxorem*; vel, *Habebo te, &c.* vel, *Providebo tibi, vt uxori*: non maiorem vim habent, ac illa, ſcilicet: *Hæc eſt mea uxor*: *Hic eſt meus coniux*: atqui ex cap. *Si quis diuinis*, 30. quaſt. 5. conſtat, per illa verba fieri matrimonium; vt rectè probat Baſilius lib. 2. de matrim. cap. 9. à numer. 4. Ergo, &c. Et quanvis Thomas Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 18. dicat, talem textum non eſſe decretum Pontificis, neque Sancti Eccleſiæ Doctoris, ſed deſumptum ex *Authent. Quibus modis efficiantur legitimi*, §. *quoniam*, collat. 6. neque eſſe ab aliquo Pontifice confirmatum. Fateor, fateatur tamen ipſe Sanchez, magnam vim, & robur habere ad hoc, vt relinquatur in diſpoſitione contractus naturalis, iuxta communem modum loquendi, & ſignificandi. Unde, quia, iuxta talem diſpoſitionem, prædicta verba, ſeu ſigna (de quibus idem dicens eſt) ſatis ſunt explicando conſenſui, ſatis etiam erunt ad illum perficiendum. Præterquamquod lex Ciuilis, quæ Canonica non obuiat, robur habet ad explicandam naturam contractus, quod & ſui oblitus, admittit ipſe Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 6. numer. 24. iuxta textum in cap. 1. de noui operis nuntiatione: ergo, &c.

18 Addo deindè, ex verbis illis, in præſenti caſu contentis, ſcilicet: *Sunque le peſe, &c.* Sufficenter declarari conſentium de præſenti in matrimonium. Quod ſic probo: nam aliquid quoad hoc denotant illa verba, quod Parrochus licitè ſuſtinere, & conſen-

ſuſtinere non valet: ergo denotant conſenſum in matrimonium de præſenti, quem Clandefine Parrochus conſentire non poteſt. Et hoc etiam indicant, licet non ita clarè, verba illa, ſimul cum manuura porrectione, ab Elizabeth prolata: videlicet; *Señor Cura, paſſarà V. m. por eſto* Significant enim aliquid, quod difficile eſt Parrocho admittere. Et hæc pro primo obiecto ſatis ſint ad valorem primi matrimonij ex hac parte.

S. II.

*Probat, verba præſati Petri
ſufficienter explicare per
ſonam Eliza-
berb.*

1 **S**ECUNDVM autem, quod obij-
citur, ſcilicet, verba præſati
Petri; *Sunque le peſe es mi Muger*: non
cadere ſupra perſonam Elizabeth, cum
illam non expreſſiſſent; dicimus etiam
non obſtare; quod ex ſequentibus clarè
conuincitur. Primo: quia verba præſa-
tæ foeminae determinantur per verba Pe-
tri: ergo verba Petri determinant verba
prædictæ foeminae: atqui non poſſunt
illa determinare, niſi cadant ſupra per-
ſonam Elizabeth: cadunt ergo ſupra
verba talis foeminae, ſcilicet, Elizabeth.
Tunc ſic; ſed prædicta verba, quatenus
ſunt determinatiua verborum præſaræ,
ſcilicet Elizabeth, ſunt ſignum reſpe-
ctu Parrochi, tanquam teſtis Authori-
tatiui: ergo ſufficientiſſimè declarant,
eſſe determinatiua verborum non alte-
rius foeminae, niſi Elizabeth.

2 Secundo; quia ex circumſtan-
tijs, prædicto in caſu occurrentibus,
nequit alia foemina intelligi, niſi Eli-
zabeth, in prædictis Petri verbis inclu-
ſa. Nam ſi ex porrectione manuum
viri, & foeminae, quàm Parrochus
vidit, ſimul & teſtes, deducendus
eſt, tanquam ex cauſa, conſenſus,
in prædictis, ad inuicem, verbis con-
tentus, certè ſolam porrectionem
manuum Petri, & Elizabeth, viſu
per-


percepit Parrochus, videruntque testes: ergo subsequenter verba Petri, & Elizabeth, quorum vocem indubitanter Parrochus notam habuit, & de qua testes, qui semper adfuerunt, testificantur, non aliorum, nisi prædicti Petri, & Elizabeth possunt demonstrare consensus: atqui, & manuum porrectionem, & coniunctionem visu percepit Parrochus, & reciproca verba audiuit, de quò similiter testes deponunt: ergo verba, quæ ex parte vtriusque dicta sunt, non supra alios, nisi supra ipsos Petrum, & Elizabeth, cadere valent. Sufficit ergo, quòd, postquam Elizabeth verba illa protulit; *Aunque le pese al Cura, Don Pedro es mi Marido*: subsequenter Petrus dixerit: *Aunque le pese, es mi Muger*; quamvis Elizabeth nomen non expresserit.

3 Tertio; quia ex antecedentibus, & subsequentibus clarè colligitur, Petrum satis significasse nomen Elizabeth. Ducor a simili; proindeque à ratione naturali; (nam, qui a simili arguit, à ratione naturali argumentatur, cum similitudo sit cognata naturæ; teste Baldo, & ex Theologis, pluribus; de quo Ioannes de Cruce in *Epitome privilegiorum*, & Fr. Hieronymus Rodriguez in *Compendio qq. Regular.*) Ducor (inquam) a simili ex Sacrosancto Tridentino Concilio *ses. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij*; vbi, de Parrocho, ad assistendum matrimonio, loquens, primò ait, denuntiationes debere fieri à proprio Parrocho. Secundò; quoad valorem matrimonij tantum dicit: *presente Parrocho*; & non additur adiectivum, *proprio*; quòd adiectivum tertio loco ponit, dum de Benedictionibus pertractat. Sic se habent in Tridentino, quoad hoc, prædicti capituli, ad summam, verba. Vndè ad Replicam, quæ contra hoc fieri solet, ad probandum, sufficere quemcumque Parrochum, licet nullius sit contrahentis; (de quò examen fecimus supra, *casu 4. huius tractatus.*) Respondent communiter DD. &, inter eos, doctissimus Sanchez, ex antecedentibus, & subsequentibus verbis certò colligi, Tridentinum Concilium, dum de valore matrimonij in media parte capituli

loquitur, intellexisse de proprio Parrocho, eo quòd in antecedente, & subsequente, partibus, vbi etiam de Parrocho loquitur, nomen, *proprij*, apposuerit. Quibus sic positis.

4 Argumentor sic: ita indifferentià sunt illa verba, à Petro prolata; scilicet: *Aunque le pese es mi Muger*: ad quamcumque foeminam, ac indifferens est ad quemcumque Parrochum particula illa, *presente Parrocho*: ergo sicut, in Sacrosancto Tridentino Concilio, ex subsequenti, & antecedenti adiectivo, scilicet, *proprio*, colligitur, iuxta communem sententiam, præsentiam Parrochi ad valorem matrimonij, debere esse præsentiam proprii Parrochi; sic in nostro casu, ex antecedenti manuum porrectione Petri, & Elizabeth, & ex sequentibus verbis præfata Elizabeth, videlicet; *Aunque le pese, Pedro es mi Marido*: deduci debet, verba ipsius Petri, scilicet; *Aunque le pese es mi Muger*: Elizabeth, & non aliam significare foeminam. Doctrina, pro simili, ex Tridentino adducta, est communis, & communiter certa: inductum ergo ex ea, à paritate rationis, negari non potest; cum tam in legibus, quam contractibus verba priora, & è contra, per posteriora explicentur, *cap. Qui filius in principio*, & *cap. Si seruum, cap. fin. ff. de legatis 1.* & alibi sæpè, cum pluribus, per Surdum adductis *decis. 288. numer. 30.* & per Barbosam, innumeros referentem, *litera V. N. Axiomate 224. numer. 48. fol. 138.* Ergo non obstat,

quod præfatus Petrus Elizabeth nomen non expressisset.



§. III.

Ostenditur, presentiam Parrochi, in dicto casu, fuisse sufficientem.

TERTIVM obiectum est, quòd presentia Parrochi, in dicto casu, sufficiens non fuerit; iuxta dispositionem Concilij Tridentini. Hoc tamen obiectum ex iam dicendis convincetur. Igitur, vt manifestè probem, presentiam Parrochi, in dicto casu, sufficienter adfuisse, tanquam certam & indubitatam suppono doctrinam, (quòd, & in casu, quoad hoc, magis difficili, supponit doctissimus Doctor D. Idephonus Narbona) asserentium, quòd presentia Parrochi, & testium, iuxta Tridentinum, ea requiratur, quà posita, de tali matrimonio possit constare, & omne aliud matrimonium, à quolibet ex contrahentibus intentatum, impedire; vt ex præfatione capit. *primi sessionis 24. de reformatione*, deducitur; & resoluit Sanchez *libr. 3. de matrimonio. disput. 39. numer. 1.* Quare, secundum omnes, indubitanter dico, requiri presentiam moralem, hoc est, quòd Parrochus, & testes sciant, & intelligant illud, quòd in sui presentia celebratur. *Textus in leg. Coram Titio 209. ff. de verbor. significat.* vbi Iur. Conf. in hæc verba: *Coram Titio aliquid facere iustus non videtur, nisi is intelligat. Itaque si furiosus sit, aut infans, aut dormiens, non videtur, coram eo fecisse; &c.* & ibi Rebuffus, *vers. Octavo intellige*, ait: *Vbi ius requirit presentiam personæ, non intelligit, aliquem presentem esse, nisi intelligat, quid agatur.* Cumque, in nostro casu, tam Parrochus, quàm testes intellexissent, & advertissent ad id, quòd in sui presentia factum fuerit, verè presentes fuerunt; vt pluribus rationibus probat Thomas Sanchez supra *disput. 39. per totam*; & præcipuè *numer. 11. ibi;*

Quia, cum advertant, verè dicuntur presentes; cum presentia, ad valorem matrimonij petita, contenta sit sola intellectus advertentia, quà vitè testimonium contracti matrimonij perhiberi possit, &c. Quare Mag. Nuño in 3. p. Diui Thomæ, quæst. 64. artic. 2. dub. 40. conclus. 2. ad examen adducens, quæ nam presentia necessaria sit in Sacramentorum ministris, & præcipuè in Eucharistia; sic ait: Secundo probatur; quia ista presentia moralis respectu conficientis Sacramentum, & personæ, in quâ conficitur Sacramentum, est necessaria in omnibus alijs Sacramentis propter significationem Pronominis, præter Sacramentum matrimonij, in quo non est necessaria talis presentia; quia consequitur naturam contractus civilis. Sic ille. Cumque in alijs contractibus, certum sit, solum requiri, quòd testes sciant, & intelligant, quòd in sui presentia sit, quin aliundè requiratur, quòd contrahentes videant; & in nostro casu, tam Parrochus, quàm testes, ad prædictum matrimonium sufficientes, (vt infradicemus) sciuerint, & intellexerint, ac viderint, verè presentes fuerunt presentia illa sufficienti, vt, omni ex parte, fini Concilij Tridentini satisfiat.

2 Imò, licet non viderint, dum tamen sciuerint contrahentes, ipsorumque audierint verba, hoc sanè sufficeret; vt rectè Glos. celebris *in leg. 2. §. Idem labeo, ver. Audierint, ff. de aqua pluviæ arcenda*; quàm, fatentur, esse communiter approbatam, Alex. ibi, *numer. 8. Iason numer. 9. & leg. si non speciali, C. de testament.* & sequuntur communiter Domini Canonistæ *in cap. ex literis, de consuetud. latè Felinus in cap. Cum causam, el primero, numer. 5. de testibus.* Et est communis opinio, quòd in omnibus contractibus, & in actibus intervivos, non requiritur, quòd testes videant contrahentes, sed sufficit, quòd eos audiant, & intelligant, eorumque vocem notam habeant; vt cum Alexand. Iason, Paul. de Castro, Abb. Bald. & alijs tenent, Ferdinandus Vazquez, Menoch. *lib. 2. de succes. creatio. §. 13. Reg. 9. num. 3.* vbi quàm plures pro hac refert sententia. Id ipsum tenet Petrus Surd. *consil. 158. numer. 17. volum. 2. ibi: Quòd in stipulatione non requi-*

requiritur visus, sed potest contrahi inter partes, se inuicem non conspicientes; &c. & ibi: Qui dicit, valere stipulationem, etiamsi intercedat paries, vel cortina, vel sit nox, vel habeant terga versa, vel oculos clausos, vel quid ante oculos, ita quod se inuicem non possint videre, &c.

3 Quod autem hoc procedat etiam in causis matrimonialibus, affirmat Menchaca lib. 2. de success. creat. §. 13. Reg. 9. num. 33. vers. Confirmatur; ibi: Quia in actibus inter viuos communis opinio est, cæcum esse posse testem, eiusque testimonium non reijciendum, vt resoluimus supra num. 3. cum seqq. etiamsi causa esset matrimonij, quæ supremi momenti est; &c. Quàm esse communem, & indubitatam opinionem, testantur plurimi DD. quos refert, sequiturque Franciscus Viuius comm. opp. opp. 990. num. 1. & Farinacius in praxi, q. 69. cap. 6. num. 175.

4 Ex quo necessario sequitur, fore fatendum, etiam matrimonium legitime probari, si testes dicant, & affirment, audiuisse, quòd Titius, & Meuia, qui erant in aliquo cubiculo inclusi, talia verba protulerunt, vt per ea, inter eos, contractum fuerit matrimonium, licet paries sit intermedius, ita vt contrahentes videre non possint. Sic in expresso tenuerunt Speculator, d. tit. de test. §. 1. num. 53. vers. Quid ergo, si viro, & muliere, talon in dicta leg. Si non spectali, num. 9. vers. Et sic dicit, C. de testament. Crotus tract. de testib. part. 7. numer. 348. Decius consil. 163. num. 3. ibi: Vbi in terminis concludit, quòd viro, & muliere existensibus in Camera clausa, existentibus testibus, extra Camera, qui dicunt, quòd audierunt eos, ad inuicem dicentes verba apta ad matrimonium de presenti, quòd valeat eorum testimonium; & probatur matrimonium, si voces illorum notas habeant. Et hoc generaliter procedit in actibus, inter viuos; in quibus non requiritur, quòd testes videant contrahentes, &c. Sic ille. Vnde communiter DD. aduertunt, satis esse, si Parrochus aliquo sensu percipiat consensum contrahentium; v. g. visu, si non auditu, percipiat. Potest namque matrimonium verbis, & signis contrahi. Sic Basilus de matrim. libr. 5. cap. 21. numer. 8. & ante eum Thomas Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 39. numer. 2. & plures alij, quos referre nulla nos cogit necessitas.

5 Ex his ergo, à fortiori, dicendum est, in nostro casu valere primum matrimonium; cum testes semper facie ad faciem astiterint, & Parrochus similiter ad mutuam manuum porrectionem, & coniunctionem, audieritque, licet corporaliter aliquantulum absens, verba prædicta, à præfatis Petro, & Elizabeth prolata; vt sic verum teneat, quòd in Psalmum qui habitat in adiutorio Altissimi, super illa verba: Angelis suis Deus mandauit de te. Mellifluus ait Bernardus, ibi: In quouis diuersorio, in quouis angulo Angelo tuo reuerentiam habe, &c. & paulo infra: Vide (ait Sanctus Bernardus) quia, non solo visu, rerum presentia comprobetur.

6 Adde etiam, quòd post celebrationem Tridentini, hoc ipsum tenuerunt Viuius d. oppo 990. numer. 1. vbi, ita fuisse iudicatum in Sacra Rota, testatur, coram Ordinario, die decimo quinto, Nouembris, Anno 1596. Menoch. de arbitr. iud. libr. 2. casu 475. num. 20. &, hanc esse communem sententiam, affirmat Farinacius in praxi criminali, quest. 69. cap. 6. num. 167. licet murus sit intermedius, si voces contrahentium notas habeant testes. Quòd etiam omnino testatur Menoch. supra libr. 2. de success. creat. §. 13. Regul. 9. num. 4. ergo, &c.

7 Nec requiritur, quòd testes agnoscant contrahentes tempore, antecedenti ad contractum matrimonij, cum sufficiat cognitio, vel notitia ipsorum dum contrahunt; vt resolutum fuit in Sacra Rota, decis. 434. p. 1. diuer. numer. 2. & tenuerunt Cyn. Bar. Bald. Salicet. & alij quamplures, quos sequitur Farinacius in prax. quest. 71. numer. 39. 40. 41. & seqq. Quamvis circa hoc nihil à parte contraria opponatur; omnes enim testes, prædicto in casu, contrahentes perfectè agnoscunt. Nam propria de aliquo notitia consistit in animo, iuxta celebrem Glos. in §. sed iste; vbi Iason numer. 54. Instit. de actionibus. Ripa in leg. Admonendi, numer. 122. ff. de iur. iuran. Menoch. de arbitr. iudi. casu 86. num. 6. quos refert, sequiturque Surdus decis. 216. num. 33.

8 Nec obstarer etiam, (quãvis à parte contraria hoc obstaculū apponeretur) quòd testes forent aliquo modo contrahentibus contrarij. Nā ad reprobandū testem

inimicum in ciuilibus causis, qualis est hæc, necessaria est capitalis inimicitia; vt testantur Hyppolitus de Marſi. in leg. 1. §. *Præterea*, in princ. num. 11. ff. de quest. & alij, quos referens sequitur Farinacius supra, q. 53. num. 52. Et casu, quod de hoc aliqua extaret dubitatio, adhuc tunc iudex in fauorem matrimonij sententiam erat iaturus; ex Alex. consil. 146. incipi. in causa, & licet, in fine, lib. 5. quem refert, sequiturque Cardin. Tufchus practi. conclus. iuris. conclus. 154. num. 11. Textuque in cap. fin. de re iudic. vbi notant omnes. Cum ergo in præſenti allegata non obſtent, (quæ hic apponere volui, propter quattum obiectum, de quo infra) & alias ſufficiens ſit Parrochi, & teſtium, in noſtro caſu præſentia, ſic, &c. circa quod.

9 Addo rursus, quod quamvis requireretur viſus, prout in teſtamenti factione poſtulat, leg. si non speciali, C. de teſtamentis, adhuc (& a fortiori) primum matrimonium ex hoc capite validum est; iuxta doctrinam Baldi in dicta leg. Si non speciali, C. de teſtamentis; ibi; *item si cortina sit in medio, vel paries, ita quod restatorem nullo modo videre possit: sed si possit videre, licet cum difficultate, vel per aliquam rimulam, tunc valeret; quia intelligitur, quod notatur in d. leg. 2. §. idem labeo ff. de aqua pluuiæ arcendâ, &c.* Ergo, &c.

10 Addo amplius satis probabilem sententiam Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 39. num. 11. Ledesmae, Gutierrez, Filiucij, Reginaldi, Hurtado, & aliorum, asserentium, assistentiam Parrochi, & teſtium, casu tranſeuntium, ſufficere ad valorem matrimonij. Imò, qui contrariū dicunt (vt videre est nouissimè apud Noſtrum Leandrum 2. p. qq. moral. pag. 354. q. 38.) inter quos est Basilus de matrim. lib. 5. disp. 21. num. 6. adducens DD. Cardinalium declarationes, quas, dicit, non vidisse Sanchez, & alios; solum amplius requirunt, quod Parrochus sit vocatus; quod noſtro in caſu verum tenet, cum ad finem matrimonium contrahendi, illum vocauerit Elizabeth, dicens; *Señor Cura, passará V. m. por esto?* & certè Basilus loco citato solam Parrochi monitionem poſtulat; vt ex ipſo conſtare poterit. Quare miror, quomodo quidam Magistri huius Complutenſis Academiae oppoſitum, ducti DD. Cardinalium declarationibus prædictis,

ſenſerint. Sed de tantis Magistris, (ſicut, & de alijs, etiam vtriuſque iuris, Doctoribus) qui oppoſitum huius reſolutionis (licet illam non viderint) tenere, poſtea iudicium faciemus. Ex hac ergo ſententia, cum prædicta vocationis Parrochi limitatione, communiſter recepta; deducitur clare, præſentiam Parrochi in prædicto calu fuiſſe ſufficientem. Nam planum est, quod Parrochus, & teſtes, caſu tranſeuntes, aliqua tantum videant, & cætera audiant incedentes; cumque etiam in noſtro caſu rogatus, & vocatus, vel adhibitus præſupponatur Parrochus, per illa verba Elizabeth: *Señor Cura, passará V. m. por esto?* teſtesque temper, & corporaliter, & intellectualiter aſſiſterint, a fortiori dicendum est, ſufficientem ad fuiſſe Parrochi præſentiam.

11 Confirmatur hoc totum, (& a fortiori;) nam maior præſentia, (& ſi non; æqualis adminus) ſignificatur per particulam *Te* in forma abſolutionis, a peccatis, ac illa, quæ à Tridentino, ad aſſiſtendum matrimonio, in Parrocho poſtulat: at qui sæpè sæpius contingit, (vt in quamplurimis Monialium Monasterijs,) quod Confessor verba abſolutionis proferat, qui per viſum, perſonam, per particulam *Te* ſignificatam, percipiat: ergo ſufficit præſentia perſonæ, per auditum perceptæ: ergo ſufficit, quæ aſuit in noſtro caſu, prædicti Parrochi præſentia.

12 Sed dices primò, in caſu confessionis non poſtulari præſentiam poenitentis, per ly *Te* ſignificatam, vt conſtet in tota Eccleſia, illum fuiſſe abſolutum; cum ex non abſolutione nulla contra bonum communem ſequantur incommoda, ſicut ex non matrimonio, ſed ſolū contra bonū ipſius poenitentis. Contra tamen eſt; quia licet nõ poſtuletur præſentia poenitentis, per particulam *Te* ſignificatam, vt de illa teſtimonium perhibeat Eccleſia, poſtulat tamen, vt cõmuni fidelium, ac proinde Eccleſiæ, quæ fidelium eſt Congregatio, tam magnum non inferatur incommodum; quale eſt, nõ manere abſolutos, niſi præſentes ſint. Et certè maius foret damnum hoc, cum omnes etiam non contrahentes matrimonium, ad poenitentia Sacramentum accedant. Cum ergo præſentia Parrochi, à Tridentino petita, non poſtuletur ad teſti-

restificandum de tali matrimonio Ecclesie, propter restificandum, sed propter cuitanda incommoda, ex non presentia Parrochi, ante Tridētinum experta; quæ tamen incommoda non superant ea, quæ ex non absolute cunctorum fidelium adultorum, non presentium, iuxta exigentiam particulæ *Tē*, vt patet; hinc est, quod, si in Sacramento poenitentia saluatur vera presentia poenitentis, per particulam *Tē*, significata, & ex visceribus ipsius Sacramenti petita, quin poenitens videatur à Confessore, tanquā Ministro; saluetur etiam sufficientissimè presentia Parrochi, alias non ministri, sed solum authoritatiui testis, contrahentes ipsos; Sacramenti matrimonij ministros, non videntis, intelligentis tamen, per verba contrahentium, ipsorum consensus.

13 Dices secundò, Confessorem Monialium stare tūc in loco, in quo; ablatis impedimentis videre posset poenitentem. Sed hoc nihil conuincit. Nam etiam in nostro casu, si non obstarent parietes intermedij, Parochus ipse videre posset predictos Elizabeth, & Petrum, prædicta verba proferentes. Præterquamquod iam illos, manuum porrectionem, & coniunctionem ostēdentes, ad effectum contrahendi matrimonium, visu percepit; quæ presentia, simul cum morali, & intellectuali continuata, cum fuerit maior, quæ desiderari potuit, non desijt esse talis per fugam Parrochi, si alias fuga illi non suffragatur ad non percipenda verba prædictorum contrahentium. Non enim pro toto tempore, quo celebratur prædictus contractus, necessaria est corporalis presentia Parrochi (sicut nec voluntaria requiritur) nisi ad effectum percipiendi per se ipsum personarum cognitarum verba, exprimentia consensum in matrimonium; vt in simili docet Eminētiss. Dominus Cardin. Lugo, *tom: de Eucharistia, disp. 11. pag. 392. col. 1. in principio.*

14 Confirmatur secundò, ex eodem Cardinali supra, pag. 250. num. 122. cum sequenti; vbi docet, quod panis, licet non videatur, nec tangatur, si tamen præsens sit, possit consecrari. Deindè ait, panis, & vini presentiam sufficienter saluari, & demonstrari, licet sit vinum in Calice cooperto, panisque in capsula inclusus; quia, iuxta communem loquendi modum (ait Eminētiss. Dominus Cardin.) suf-

ficienter demonstratur contentum per proximum continens; quod, & certum dicit; vt etiam ex Bonacina, & alijs, resoluit Trullench. *in praxi resolut. Sacramentorum, lib. 3. cap. 2. dub. 5. num. 2. fol. mihi, 54.* Deinde, idem Eminētiss. Lugo sequenti pag. num. 126. inquit, an materia consecrationis debeat necessario esse præsens secundum se totam; an verò sufficiat, quod secundum aliquam sui partem presens sit? Et, relatis Suario, & Vaz quio, contradictorie oppositis, sic habet, num. 128: *Quia si ponamus apparere panem per fenestram, quoad maiorem sui partē, licet aliqua pars non appareat, non videtur dubium, quin possim demonstrare, pro nomine, hic, totum panem. & dicere: Hic est panis integer: nam licet illa pars vltima seorsim non possit demonstrari; ceterum, cum illa non sit extra spheram propinquitatis necessariae, & aliunde sit continua cum parte, que apparet, totus panis censetur moraliter præsens.* Sic Eminētiss. Lugo: Ex quibus verbis, & præcipuè ex illis, scilicet; *Ceterum cum illa non sit, &c.* vsque ad finē, constat, quod, sicut presentia partis panis, phisice percepta, est presentia totius panis, moraliter presentis; sic presentia phisica, & intellectualis Parrochi porrectioni manuum præfatorum Petri, & Elizabeth, & non ipsorum verbis, & si alias auditu perceptis, est moralis presentia dictis verbis, à fortiori, tanquam parti formæ, consensum in matrimonium exprimentis; præsertim, cum medieta panis nullo immediate percipiatur sensu, & hoc non obstante, sit sufficienter præsens, ratione solius continuationis cum alia medieta panis, visu percepta, proindeque non extra propinquitatis spheram; & in nostro casu, verba prædictorum Petri, & Elizabeth, tanquam pars formæ, vel materiæ, vel vtriusq; iuxta varias DD. sententias, per aliquæ sensum, id est, auditum, à Parrocho sunt percepta; vt patet, & si aliquantulum distante. Distantia enim videntis corporis, licet non compatiatur cum operatione duorum sensuum, scilicet, gustus, & tactus; (nam gustari nequit cibus, nisi in ore existens, nec tangi aliquid valet immediate, & proprie, quod à tangente distat) restè tamen compatitur (imo approximat) se habet per accidens) cum operationibus aliorum tribus sensuum; scilicet, auditus, visus, & odoratus. Et sicut verè esset præsens

ad odorem, & ad visum, ille, qui, & odorem perciperet, & visibile aliquod videret, licet corpore absens; sic præsens debet ad sonitum dici, qui, licet corporea physicaque præsentiâ à resonante distans, sonitum perciperet. Quod, meo videri, evidens est; sicque in nostro casu evidenter concluditur, sufficienter adfuisse Parrochum, & respectu verborum, quæ prædicti Petrus, & Elizabeth protulerunt; cum illa, prout à præfatis dicta, audierit, & respectu porrectionis manuum; siquidem, & illam visu percepit. Et si non minus, (imò magis) totius materiæ consecrandæ requiritur præsentiâ, ac Parrochi præsentiâ ad totam formam, quacum contrahendum est matrimonium, postulatur; planè convincitur, sufficientem in nostro casu adfuisse Parrochi præsentiâ, à Sacrosancto postulatam Tridentino Concilio.

15 Confirmatur tertio, ex administratione Baptismi: nam maiorem, vel, ad minus, æqualem postulant coniunctionem inter se formam, & materiam Baptismi, ac requirere debet præsentiâ Parrochi coniunctionem formæ, & materiæ matrimonij: atqui, iuxta communissimam sententiam, de qua Noster Leander, 1. p. 99. moral, pag. 57. q. 41. sufficit moralis coniunctio, & similitudo, qualis est, si, post ablutionem factam, dicantur verba, vel, è contra: (quod, & Heredia verum dicit, licet post factam ablutionem, vel post dicta verba, diferatur, quodlibet istorum per spatium temporis necessarii ad dicendam orationem Dominicam) ergo, (& primo) ut Parrochus sit præsens, sufficit moralis præsentiâ: Secundo; ergo sufficit illius præsentiæ moralis similitudo cum prolacione verborum, quibus consensus in matrimonium declaratur. Tertio: Ergo satis erit inter manuum porrectionem, & verborum prædictorum prolacionem, similitudo etiam moralis; atqui, in nostro casu, intermedium tæxus, inter manuum præfatorum Petri, & Elizabeth porrectionem, & verborum prolacionem, nõ tollit, inter hæc, moralem similitudinem; cum neque inter ablutionem, & prolacionem verborum formæ Baptismi, vel, è contra, illam rotat prædictum temporis intervallum: Rursum; nec fuga Parrochi aufert similitudinem moralem præsentiæ eius, cum prolacione prædictorum verborum, quando

Parrochus progreditur, vel fugit, si talia audiat verba: (nam si ibi gradum sisteret, vel ibi semper staret, esset physica similitudo præsentiæ eius cum prolacione formæ matrimonij) ergo omni ex parte saluatur in nostro casu Parrochi præsentiâ, à Tridentino Concilio postulata. Quod ex hucusque dictis, meo videri, evidenter sic probatur.

16 Nam in hoc nostro casu verba præfatorum, Petri, & Elizabeth, cum prædicta manuum porrectione, sunt verba de se, adhuc in sententia Emminentiss. Cardinalis Lugo, qui obstare videbatur, manifestatiua consensus prædictorum in matrimonium: atqui de hoc testimonium perhibent Parrochus, & sufficientes testes, ut postea videbimus: ergo omnino testificantur iuxta Sacrosanctum Tridentinum Concilium; quod postulat Parrochi, testiumque præsentiâ, ut eorum testimonio, in libro scripto, à Parrocho ad hoc deputato, nunquam talis matrimonij memoria deleatur, sicque incommoda cessent, quæ experiebantur antiquitus; de quo Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 39. num. 1. & omnes vtriusque iuris DD. atque Theologi: Ergo, &c.

§. III.

Demonstratur, quartum obiectum non tenere in hoc casu; proindeque testes prædictos sufficienter probare valorem primi matrimonij.

Solum superest, quartum dilucere obiectum, ad quod suppono, Indicem in facto hoc, ad petitionem Fiscalis, solum directè intendisse punire clandestinum coniugium, contra Concilij Tridentini decreta celebratum; indirectè autem, & secundo, de valore talis coniugij cognoscere; quo probato; sui officij est etiam, in necessariam consequentiam, super secundo declarare matrimonio, & secundo de facto contrahentes punire. Itaque obiter hæc ad declarationem prædictæ causæ subsequuntur;

obi-

obiterque de illis spectat ad Iudicem cognitio. Et certè, inuestigare, quod nam ex dictis matrimonijs validum sit, non est propriè agere de dissolvendo matrimonio. Deindè; si, quia primum matrimonium validum declaratur, agitur de annullando secundò; similiter, quia secundum declaratur validum, tractabitur de annullando primò: quibus positis.

2 Dico, prædictum obiectum nihil obitare valori primi matrimonij. Tum quia sententia affirmans, ad probandum matrimonium clandestinũ, contra matrimonium in facie Ecclesiæ celebratũ, requiri testes, omni exceptione maiores, ac proindè reijciendos esse consanguineos, & parentes, ac domesticos; procedit, & procedere debet, primò, quando prius cognitum fuit matrimonium in facie Ecclesiæ celebratum, & postea, ad illud invalidandum aliquis de alio priorij sed non cognito, clandestine celebrato, deposuit. Vel secundò debet sententia illa procedere, quando duo simul concurrunt, contententes, Mariam, v.g. esse conjugem suam; nam tunc probatio matrimonij, clandestine contracti, cum solis testibus consanguineis, &c. non prævaleret contra probationem eiusdem cum alio matrimonij, in facie Ecclesiæ celebrati, quando de prioritate clandestini coningij, non aliunde, nisi per consanguineos parentes, seu domesticos, contaret. Quòd hac, & mihi certa, persuadeo ratione: etenim, vel illud primum matrimoniũ in nostro casu, validum fuit; vel nullum, præscindendo à posteriori, & secundò: (nam dicere, illud, quoad sui valorem, vel non valorem, esse suspensam ita, vt nullum sit, quando aliud fuit subsequutum, validũ vero, si aliud non subsequatur, ridiculum est) ergo vel fuit validum, vel nullum, secundum se: atqui non potest dici nullum, iuxta cõmunem sententiam, ratione qualitatũ consanguineorum, parentum, vel domesticorum testium: ergo validum. Rursus; atqui validum matrimonium, licet clandestinum, per locum ab intrinseco, est ad instar plurimorum testium, omni exceptione maiorũ, euidenter probans nullitatem secundũ, & aliorum plurium, de facto postea celebratorum, prioribus conjugibus viventibus: ergo validum persistere debet. Undè sic prædicta sententia cum aliquibus;

Rõte decisionibus intelligi debet.

3 Deindè, quia si hoc in casu agitur de puniendo matrimonio, clandestine contracto, necessario debet tale matrimonium validum assignari. Nam decreta, poenas celebrantibus matrimonium accidentaliter clandestinum, hoc est, absque denuntiationibus, apponentia, certè illud validum supponunt; quod, quia absque denuntiationibus, ad valorem matrimonij, iuxta cõmunem sententiam, praximque Tribunalium, non necessarijs celebratum, merito, puniendum venit. Si ergo Iudici directè, & propriè competit, prædictam clandestinitatem punire; certè indirectè, & consequenter adhuc effectum incumbit, eius valorem supponere. Nam, sicut nullius rei nullę sunt qualitates; sic nullius facti, alias, ne fiat, prohibiti, nullę debent esse punitiones. Quia, quòd nullum est, nullũ producit effectum; leg. 4. §. *condenatus*, ff. de sent. & re iud. cap. *illud*, de iure patronatus; & cap. *Ad dissol vendũ de despons. impub.* vbi textus decidit, matrimoniũ cũ infatè inirum, accusari nõ posse, eo quod irritum sit: de quo Sanchez de *matrim. lib. 3. disp. 2. nu. 5.* (Et non loquor, quando ratione voti solemnũ, aut Ordinis Sacri, matrimonium intentatum, est nullũ; nam tunc non punitur clandestinitas, sed temeritas, & irreuerentia facta voto, vel Sacro Ordini, & si matrimonium nullam sit) si ergo iustissimè prædictum factum punire valet Iudex, necessario debet illud validum declarare. Cumque ad illud validandum sufficiant, iuxta cõmunem DD. sententiam, quicumque testes, non sintque necessarij testes omni exceptione maiores; sic, &c.

4 Et licet Carolus Ruinus *conf. 149. & 150.* apud Gutierrez de *matr. cap. 44. n. 9. 13. 27. 30. & 96.* teneat, quòd matrimonium clandestinum, noctè occulte celebratũ, nõ probetur domesticis testibus in præiudiciũ matrimonij publici, & solennis postea celebrati; quia hoc negotiũ est eius naturę, quòd actu, & habitu, alij testes adesse poterant matrimonio clandestino occulto; quòd, & sequutus fuit Antonius Gabriel, rellatus etiam ab eodem Gutierrez supra, *num. 27.* Non obstat, primò, quia propter occultationẽ, nocturnumque tempus, &c. est diuersissimus casus à casu præsentĩ, in quo matrimonium per Petrum, & Elizabeth, radian.

diantē sole, in principio diei, hora, scilicet, nona matutina, in præsentiā Parrochi, & plurimorum testium publicè fuit contractum. Secundo, quia ipsemet Gutierrez (quidquid in manuscriptis informibus, pro parte contraria, à quibusdam Iurisperitis huius Complutensis Academiae factis allegetur) contra prædictum Authorem, oppositum docet *dicto num. 96.* referens Aretinum, Decium, Baptistam Ferrerum, & alios. Et licet, *nu. 13.* referat, cum Carolo Ruino, Baptistam Ferrerum; ubi tamen solum adducitur Ferrerus cum alijs, ad probandum, quod non admittantur consanguinei ad annullandum matrimonium absolute, & non comparatiuè ad aliud matrimonium. Videatur ipse Gutierrez, qui in casu, quem ponit, à principio dicti capitis, vsque ad *num. 30.* licet probet, pro contraria sententia, non valere primum matrimonium, clandestinum, vel non: (& loquitur, quando, per procuratorem, vñ contractum fuit, posita reuocatione mandati) at à prædicto *num. 30.* incipit oppositum asserere; quod, & latissimè probat, satisque efficaciter, tam ex Pontificio, Regioque iure, quam ex communi sententia; & expressius à *num. 68.* respondet ad ea, quæ principaliter pro contraria parte adduxerat à *num. 1.* Igitur à *num. 78.* probat suam sententiam ex textu, in *cap. Videtur, qui matrim. accusat. pos.* ex textu in *cap. Super eo, el següdo de testib.* ubi Gloss. & plures alij. Videatur etiam à *dicto num. 78.* vsque ad *97.* & præcipuè, *num. 89. 90. & 96.* in quorum primo, idem in proprijs terminis probat ex textu, in *cap. Insuper, qui matrim. accus. pos.* qui textus immediate sequitur post dictum *cap. Videtur*; estque eiusdem Summi Pontificis, scilicet Clementis III. In secundo autè *num.* scilicet, *90.* idem probat ex magno illo practico, famosoque Iuriconsulto, Alberico de Rosatis, cum alijs, in proprijs etiam terminis hoc ipsam comprobantibus. Et tandem in fine *num. 97.* ait, primum matrimonium, de quo ipse in suo loquitur casu, scilicet, per procuratorem celebratum, fuisse nullum per probationem testium consanguineorum, testificantium de reuocatione consensus, ante celebrationem eius per procuratorem; dicitque, idem in terminis tenere P. Fr. Alphonsum de Vega, in *Sum.* idemque fuisse definitiua sententia de-

finitum anno Domini, 1593. in Regia Curia, & Regali Consilio, per septem Iudices Apostolicos, conformiter electos per Regiam Maiestatem Philippi Secundi, Hispaniarum Regis; *quorum Iudicium.* (sic ait ipse Gutierrez) *vnus nos fuimus ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei. Amen.*

5 Igitur, licet prædictus Carolus Ruynus cum Antonio Gabriele, & alijs, contrarium teneat; iam dixi, Carolum Ruynum loqui, quando primum matrimonium clandestinum noctè, & cum domesticis testibus fuit, quasi furtiuè, celebratum; & ita occultè, vt de illo difficilliter constare posset; postque subsequens fuit in facie Ecclesiæ secundum matrimonium; ad quod directè, formaliter, expresseque inuolandum, allegatum fuit primum clandestinum, modo dicto celebratum. In quo sensu debent intelligi etiam Auditores Rotæ, *decis. 209.* contenta in *1. p. diuersorum, num. 1.* & *decis. 273. num. 12.* de quo nouissimè Farinacius. Tunc enim, ob tantam occultationem, præter illam, quam præfert ipsum clandestinum coniugium, iustissimè possunt in ea sententia pro suspectis haberi testes consanguinei, parentes, & domestici, præsertim, quia directè ad dissoluendum tendunt matrimonium.

6 Præterquam quod testes inhabiles admittuntur, quando cum alio habili, & fidedigno concurrunt. Nam tunc habilitas vnus supplet inhabilitatem alterius; vt verum teneat, quod *dignus trahit ad se minus dignum*; vt multis citatis testantur Antonius Gabriel, & Mascardus, quos sequitur Thomas Sanchez de *matrim. lib. 3. disp. 41. nu. 5.* Et hoc, maxime, si alter ex testibus sit Parrochus, cuius authoritati multum tribuitur in iure; vt constat, ex *cap. Cum esses, de testam.* Cumque in nostro casu alij fuerint testes non consanguinei, neque parentes, neque domestici; ij profecto inhabilitatem aliorum, gratis pro nunc concessam, suppleant.

7 Quod si dicas, eos non concordare in dictis, eorumque in declarationibus, dicta ratificantibus. Dico primo, ad ipsorum primo dicta attendendum fore; quia magis in memoria retinetur factum, quando contingit, ac post multum temporis; nec in hoc casu testes, vi, vel dolo, aut tormentis testificantur.

Sed

Sed hoc breuitatis gratia, & quia non necessarium iudico, hic omitto. Secundo, quia, vt ex Epistolis prædicti Parrochi constabat, involuntaria videtur colligi mutatio; (an ob timorē, ignoro) quod, & de famula eiusdem Parrochi, quæ etiā hoc in facto adfuit testis; (imo, & de alijs) non leuiter etiam præsumitur.

8. Igitur, cum in prædicto casu sufficientes concurrant testes, & testes, nulloque modo singulares, neque singularitate obstatiua, id est; repugnantes in facto, quod probatur; neque singularitate diuersificatiua, ex qua inducitur diuersitas rei, & effectus in substantia; neque commutatiua, aut adminiculatiua, quæ difert in loco, & tempore, conuenit autem in substantia; de quo Aymon Graüeta, & Ioseph Ludouicus, apud Gutierrez supra, num. 52. necessario fatendum est, primum matrimonium fuisse validum, proindeque pugnare, ex natura sua, cum quolibet alio, quomolibet, uidentibus prioribus coniugibus, celebrato.

9. Propter hæc iudicauit Iudex primum matrimonium secundo esse preferendum; nec in contrarium adducta, ad contrariam proferendam sententiam illum astringebant. Et quamuis pro contraria parte steterint ex Iurisperitis duo Sapientissimi, & ex Theologis tres, huius Vniuersitatis Complutensis omnes, omnique exceptione maiores, salua ipsorum authoritate, adhuc, quod probatum est, sustinui. Ducebantur autem Iurisperiti, ex decissione Rotæ, ex sententia Emin. Cardinalis Lugo, & ex Gutierrez, sed nõ rectè ab ipsis, proipsis, allegato; sicut, & decissio Rotæ, & Emin. Cardinalis Lugo sententia, vt supra vidimus. Theologi vero procedebant ad probandam insufficientiam præsentis Parrochi, ex DD. Cardinalium declarationibus; quas supra ostendi nostro casui minimè esse cõtrarias. Omnia, (inquam) hæc quinque informia, seu censuræ mihi adducta sunt, vt illis subscriberem; quod renui, dicens, me fateri esse probabilem ipsorum sententiam, vt pote tantorum DD. & Magistrorum; & quod, si hac subscriptione contraria pars esset contenta, illam præberem. Postulauit amplius pars, addens, quod si illis absolutè non subscripsissem, & quod supra à me resolutum manet, diffinitiuam prodijisset sen-

tentia, ob me contradicentem, vel negantem me habentem, iudicaretur à Iudice lata; quasi parum foret assensum meum, siue iudicium occultare, vt promisi, fecique.

10. Ob hæc igitur, iam publica fama diuulgata, in contrarium istius voti, Domino Domino Ioanni de Narbona, meritisimo Vicario Generali, quæ sequuntur, rationes proposui; vt probabilitatem, ab extrinseco saltem, contrariæ sententiæ comprobarem. Igitur prima ratio est: Quando vnum è duobus malis est necessario eligendum, certum est, minus malum eligendum esse; cap. Duo mala, & cap. Nervi testis. dist. 13. de quo communiter Iurisperiti, & ex Theologis eleganter Basilius lib. 10. de matrim. cap. 15. num. 8. & ante eum Thomas Sanchez, & plures alij: atqui in validando quolibet ex dictis matrimonio, adest malum, & minus in validando secundo; ergo eligendum est pro valore secundi sententiam ferre. Maior est expressa in iure: Consequentia est legitima: Minor autem probatur; & primo, quoad primam partem, scilicet, quod in validando quolibet matrimonio ex dictis adsit malum iuris. Etenim negari non potest, quod pro vtraque parte adsit probabilis opinio: ergo si eligatur valor primi matrimonij iuxta meam sententiam; in contraria asserente, secundum esse validum, prior Maritus, vel vir habitabit cum non sua, quod est intrinsece malum; atqui si sequatur valor secundi matrimonij iuxta prædictorum DD. & Magistrorum resolutiones, secundus vir, iuxta meam sententiam, habitabit etiam cum non sua, vt patet; quod similiter est, secundum ius, intrinsece malum: ergo quodlibet istorum matrimonium declaretur validum, malum vtique de iure sequetur; quamuis de facto excusentur contrahentes. Patet hæc Consequentia: nam licet de facto, & in rei veritate, vnum istorum matrimonium validum esse debeat, ex iure tamen diuersitati opinionum subiecto, secundum maiorem, vel minorem probabilitatem, contingens est ad inuicem periculum nullitatis cuiuslibet prædictorum matrimonij; ac proinde est contingens periculum habitandi, vtroque in casu, cum non sua; ac tandem, de iure contingens est culpæ periculum. Quoad secundam vero partem, scilicet, quod

maius sit malum in eligendo valore primi matrimonij, probatur eadem Minor etenim secundo matrimonio nullo declarato, prædicta Elizabeth aliquomodo remanet infamata, exposita que, vt à Petro in uxorem non admittatur; ac per consequens tam Petrus, quam Elizabeth impediti manent ad hoc, vt ambobus viuentibus, neuter possit aliam personam in coniugem accipere; aut vnus illorum erit astrictus Religionem ingredi, & in ea profiteri, vt alter possit cum alia persona contrahere matrimonium: Rursus, ex annullatione secundi matrimonij, plusquam probabiliter timeri potest, grauissima euentura esse damna, quæ certe timebantur: atqui huiusmodi mala, quæ ex annullando secundo sequentur matrimonio; maius efficiunt malum, alias ex quolibet istorum matrimonio, secundum ius, diuersitati opinionum subiectum, infalibiliter sequendū: ergo vera est Minor propositio. Quibus positis sic discursum efficio. Maius malum est, cæteris paribus, validare primum matrimonium, quam secundum: ex duobus malis, quando necessarium est vnum eligere, minus est eligendum: ergo debet iudex secundum, & non primum, matrimonium validum declarare.

11. Secundo in fauorem prædicti discursus facit primo, risus prædictorum, Petri, & Elizabeth, postquam ipsa asseruit: *Señor Cura, passara V. m. por esto*: tunc enim (vt Parochus fuit testatus) vel ex fuga ipsius Parrochi, vel ex alijs ipsius actionibus, aliquantulum ridentes steterunt. Ex quo videtur colligi, non serio præfatos prædicta ad contrahendum matrimonium dixisse verba. Secundo facit probabilis sententia affirmans, ad contrahendum matrimonium requiri testes, omni exceptione maiores, quales non sunt foemine, nec consanguinei, nec parentes, &c. Quam sententiam implicite probat Thomas Sanchez *de marrim. lib. 3. disp. 4. 1. num. 5.* & aliquantulum illam approbat Doctissimus Noster Leander, 2. p. pag. 356. q. 44. non caretque fundamento, iuxta *cap. 1. de consangu. vers. Nunc questio, & fin.* cum alijs, quæ refert citatus Sanchez *num. 4.* Tertio, quia secundum Gloss. & Barbatium, testes debent esse rogati; quod in casu presenti non adfuit. Sic refert ipse Sanchez supra *num. 7.*

Quarto, quia Segura, & Azenedo asserunt, Parrocho contra voluntatem matrimonio assistente, non validari matrimonium. Quinto, quia quidam dixerunt, nullum esse matrimonium, absque denuntiationibus celebratum. Sexto, quia Casus, Guillelmus, Estius, & alij, noniterque Sylvius, affirmant, verba illa Parrochi, scilicet, *Ego vos coniungo*: esse necessaria ad valorem matrimonij. Quod implicite approbat Noster Leander supra pag. 322. q. 9. §. *Secd. probabilius omnium.* Septimo: prædictæ quinque resolutiones præfatorum DD. & Magistrorum, non possunt non esse probabiles. Octauo: fauet practica Tribunalium (quidquid sit de foro interiori) & certe non leuis authoritatis est, non solum declaratio DD. Cardinalium, quam adducunt præfati Magistri, verum, & decisio DD. Auditorum Rotæ sacræ: & sanè decisio, quæ continetur in 1. p. illarum pag. 128. col. 2. fauet, & non parum, sententiæ Caroli Ruini, & Antonij Gabrielis, cum alijs, de quibus præfati DD. Et quamuis prædicti, Carolus Ruinus, & alij loquantur, vt dixi supra, quando matrimonium clandestinum noctu, in propria domo fuit celebratum, cum solis domesticis testibus, de quo, propter occultationem, & secretum non constat, vsque dum celebratum fuit secundum publicè, & in facie Ecclesiæ, matrimonium. Ad hoc tamen respondetur, quod matrimonium primum, quod clandestine celebratum fuit, erat quasi nocte, & in occulto celebratum respectu secundi, quod alibi in facie Ecclesiæ, & publicè fuit celebratum. Nono, etiam aliquantulum fauet notabilis mutatio, & nouitas aliquantulum contraria, in ratificationibus tam Parrochi, quam testium etiam illorum, qui nec consanguinei, nec parentes, nec commensales, seu domestici sunt prædictorum Petri, & Elizabeth, quod quoad hunc effectum præferri debet testificationi aliorum. Ultimo, etiã fauet, non reclamatio, seu taciturnitas, aut separatio præfati Petri, postquam nouit secundum matrimonium, cum deportatione prædictæ Elizabeth in domum præfati Francisci, fuisse celebratum. Et non minus fauet taciturnitas, seu non querella prædictæ Elizabeth, dum secundum contraxit matrimonium.

12. Ex quibus omnibus videtur discendum

dum, quòd si abvtroque, scilicèt, Petro, & Elizabeth iuramentum exigatur, de voluntate, vel non, contrahendi; & simul iurent, se voluntariè, & serio non còtraxisse, pòssit tunc Iudex secundum matrimonium validum declarare. Nam ea, quæ in animo consistunt, cum hominibus innotescere nequeant, testibus probari non possunt; proindeque partim iuramento probantur; vt optimè Couar. 2. *variar. cap. 10. numer. 1.* & multi alij, quos referunt, & sequuntur Mascard. *de probat. conclus. 45. num. 48. & conclus. 94. num. 5.* & Gratianus *reg. 270. numer. 1.* apud Sanctium *de matr. lib. 1. disp. 62. numer. 6.*

13 Quòd si dicàs ex eodem Sanctio *lib. 3. de matr. disp. 15. num. 12. iuncto num. 8.* cum eodem Mascardo, & Felino, hoc verum esse, quando non est aliqua iuris præsumptio, vel quando per verba, vel facta animus probatur; tunc enim nõ ita tur partis iuramento. Cumque in dicto casu, & ex facto ipso, & ex verbis probeatur animus, non standum erit partiam iuramento; cum possessio stet pro ipso matrimonij Sacramento.

14 Fateor, hoc mihi verum esse, proindeque ex principio hoc potius validandum esse primum, quàm secundum matrimonium. At tamen ex omnibus opinionibus, quæ adductæ sunt *numer. 11.* & fauent rationi, *num. 10.* allatæ, pro valore secundi matrimonij, quæ sequitur, efformo rationem.

15 Multitudo opinionum circa vnã, eandemque rem, per diuersa media illam probantium, efficit moralem certitudinem, quando alias opiniones improbables non sunt: (quòd, ad securitatem in operando, euident est, sufficere, vt de se patet) atqui hoc in casu concurrunt plures opiniones, secundò fauentes matrimonio, & plures ex eis cum probabilitate aliqua: efficiunt ergo moralem certitudinem: atqui hæc sufficit, vt Iudex licitè procedat, illumque ratione inconuenientium, seu ob vitanda damna, cogit sic procedere; ergo, & pro secundo matrimonio sententiam ferre. Et hæc fuerunt fundamenta, quæ, ob aliqualem vexationem redimendam, à proprio, intrinsecoque dictaminè discedens, solique extrinsecæ tantorum DD. & Magistrorum in-

uitens authoritatì, in secundi matrimonij fauorem adduxi, quæ tamen, & si multis euidenter concludere visa fuerint, mihi tamen nil roboris, quoad ferendam, iuxta ea, in Ecclesiasticis Tribunalibus sententiam, existimantur habere. Vndè ad illa omnia sic respondeo.

16 Concedo igitur, quòd, quando duo occurrunt mala, vnumque, quasi ex necessitate eligendum, minus sit eligendum, *cap. Duo mala, & cap. Nervi-testicul. distin. 13.* de quibus supra. Quando ergo dicitur, negari non posse pro vtraque parte adesse probabilitatem; & si prima facie videatur conuincere, non tamen trepidandum est à sonitu susurrantis aquæ; nec magnanimorum est à sonitu foliorum timorem accipere. Dico igitur, quòd prædictæ singulares sententiæ, in confirmationem prædictæ rationis adductæ, fere omnes sunt falsæ. Et, quæ aliqualem habent probabilitatem, ita per contrarium vsum in desuetudinem abierunt, vt dedecet, non solum publicè, hoc est in Tribunalibus, & præsertim Ecclesiasticis, verum etiam priuatim illas amplectere. Vndè, adhuc quoad culpam ex iure, (vt sic loquar) non currunt pariformiter, nec æqualiter; vt verum teneret, pro vtraque parte adesse probabilitatem. Assensus autem, seu resolutiones præfatorum DD. & Magistrorum, æqualitatem probabilitatis supplere non valent; siquidem omnia media, quibus ipsi vtuntur, contrarium probant; vt satis aperte monstratum est. Nec per hoc eorum extrinseca contemnitur Authoritas. Hæc tamen, licet extrinsecam præbeat probabilitatem, minimè tamen intrinsecam; quæ sanè postulat, vt pro vtraque parte probabilitas adesset; cui, accedentibus damnis, ex valore primi matrimonij declarato sequendis, maioritas damni, vel mali accresceret; & cui, ob hanc causam, iuxta prædictos textus, iudex patrocinari deberet, & fauere, pronuntiando sententiam, in fauorem illius. Præterquam quod nullatenus cogunt, astringunt; ve, quæ allegantur, sequenda incommoda; primò, quia non per iudicem sequuntur, vt patet;

ter; sed vel ex contrahentium secunda vice delicto; vel ex inordinata aliorum voluntate. Secundo, quia cum non sint facienda mala, unde veniant bona; sic quia satis aperte probatum manet, esse malum, præsertim quoad Forensē iudicium, secundum validare matrimonium, iudico, debere iudicem pro valore primi sententiam ferre. Sicque iudico: salua, &c.

VIGESIMVS NONVS casus.

PETRVS v. g. & Maria, in tertio gradu consanguinei, se carnaliter agnouerunt, ex talique copula filium habuerunt. Consequuti sunt dispensationem, commissam, v. g. Segouienti Episcopo; illamque receperunt in villa, v. g. de Alcazar de San Ioan, in qua habebant domicilium, & habitationem. Antequam tamen remitteretur talis dispensatio ad Segouientem Episcopum, vt illam expediret, contigit, vt Petrus in infirmitatem incideret, foretque morti proximus.

Quæ situm fuit à me, an Ordinarius Prioratus Diui Ioannis posset in foro exteriori super tali impedimento dispensare, ob securitatem conscientie Petri, honoremque Mariæ, & vt facilius posset postea legitimari filius; siquidem non adest locus ad expediendam talem dispensationem per illum, cui committitur? & aduertitur, totum hoc esse publicum, & ad forum contentiosum deductum.

CASVS RESOLVTIO.

I SEMPER quoddam aliquid inquiritur, tangens vel decreta, vel rescripta, dispensationes, seu gratias, necessariū est, ad prudens iudicium efficiendum, de talis decreti, vel rescripti, &c. tenore verborum mentionem facere; & verba, circa quæ versatur dubium, referre fideliter. Atamen, hoc, quoad præsentem casum, non obstante, difficultas præsens, salua communi pace Docto-

rum, probabilem habere potest affirmatiuam solutionem.

2 Vt autem dubitandi ratio magis augeatur, suppono primò, commissiōnem, alicui factam, expresso solius dignitatis nomine, v. g. Segouienti Episcopo, de quo in informi, esse realem commissiōnem, quæ, mortuo Commissario, ad successorem in tali officio transit, & dignitate. Sic expressè definitur in cap. Quoniam Abb. de officio delegat, ibi: *Quia sub expressis nominibus locorum, & non personarum, commissio emanauit.* sic Textus. Nomine autem locorum intelligendæ veniunt dignitates, iuxta communem sensum DD. cum Gloss. ibi; *verbo, Substitutum.* Aliiter iudicatur de commissiōne facta sub expresso nomine personæ, & non dignitatis. Cuius ratio est manifesta; nam tunc commissio fit personæ, quæ moritur, & non per subsequentem in tali officio, & dignitate signatur. Cum autem commissio fit dignitati, quæ (vt sic loquar) non moritur, cum vna sit, & eadem in successore, cap. Si gratiose, de rescriptis, in 6. Sic, &c.

3 Suppono secundo, iudicem delegatum in similibus dispensationibus, licet possit probabiliter subdelegare informationis efficientiam, testiumque depositionem, cui voluerit, ad effectum examinandi; an præces veritate nitantur; non tamen delegare, vel subdelegare posse dispensationem ipsam; quia hæc nudum est ministerium. Constat hoc; quia vbi nudum ministerium, vna cum iurisdictione aliqua committitur à Principe, non potest quidem nudum subdelegari ministerium, bene tamen iurisdictione illa; vt tradidit Innoc. cap. fin. in fine, de officio delegati; & sequitur Abb. ibi, §. finali, numer. 6. & notat Thomas Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 27. numer. 43. & alij communiter.

4 Ex his ergo duobus suppositis difficilior redditur præsentis casus resolutio. Nam in illis persistendo, nullomodo potest præsumi ab Episcopo Segouienti, prædicto Diui Ioannis Prioratus Ordinario subdelegata potestas. Ex alia autem parte nullatenus ab Authoribus est admissum, posse Ordinarium aliquem in impedimentis, matrimonium dirimentibus, & ad contentiosum forum deductis, dispensare, & si ego oppositum do-

doeuerim tractatu de legibus ; quòd ex principijs communibus satis eleganter probat Reuer. admodum Pater, Noster Leander 2.p. pag.470. q.9. per totam. Et quamvis cum tali patrono, in inuestigandis sanis doctrinis maximè circumspetto, in censurandis contrarijs sententijs maximè pio, in earum Authoribus referendis fidelissimo, & in omnibus, quæ pertractat, ad instar solis, radianti ; licet (inquam) tali cum patrono probabiliter satis possem respondere, prædictum Ordinarium posse, prædicto in casu, super tali impedimento (quidquid de proliis, sit legitimatione) dispensare; placet tamen, tam ex hac sententia, quam alijs ex principijs probabilem affirmatiuam ad præsentem casum solutionem præstare.

5 Igitur, prædictis suppositis non obstantibus, probabile iudico, posse præfatum Ordinarium, tam ex ordinaria, quam ex delegata, iurisdictione, prædicto in casu, super tali impedimento dispensare. Quòd possit ordinaria iurisdictione, satis probabiliter ex eo probatur, quòd probabilis valdè sit sententia, affirmans, Episcopos (& iddem est, de habentibus iure communi Episcopalem iurisdictionem in foro contentioso) posse in suis Diocessibus, siue iure diuino, siue communi humano, quidquid Pontifex Summus in tota Ecclesia, nisi reseruatio obstat. Cuius sententiæ Authores referre ommitto ; quia, vel passim inueniuntur, vel facillè possunt inueniri. Ex hac ergo probabili sententia, & mihi satis probabili, argumentor sic. Reseruatio dispensationis in prædicto, alijsque impedimentis, adhuc pro foro externo, est, secundum ius omne, odiosa : ergo secundum iddem ius restringi debet ; nam odia restringenda sunt, & fauores conuenit ampliari, iuxta *Regulam iuris in 6.* ergo prædictus casus in dicta reseruatione minimè comprehenditur. Probatur hæc vltima Consequencia : nam inter causas, ad restringendam reseruationem sufficientes (vltra quod, ipsa, quia odiosa restringenda est) præcipuæ sunt, distantia Prælati reseruantis, & habentis aliàs vices suas ; item infamia volentium contrahere scandalum cum impossibilitate remedij alia via ; fidelium necessitas, &c. at-

qui omnes istæ causæ in præsentem casu concurrunt ; nam quamvis scandalum diminui cæperit, ob recursum ad Romanam Curiam ; remanebit tamen ob non anticipationem talis recursus, non sequuto effectu : ergo prædictus casus in reseruatione minimè comprehenditur : atqui, alia ex parte, reseruatione ablata, quilibet Episcopus, vel Ordinarius, potest in suo Episcopatu, vel territorio, quidquid, quantum ad iurisdictionem, in vniuersa Ecclesia Summus ipsius Pastor : ergo.

6 Quòd si dicas, Episcopos, vel Ordinarios, solum posse in prædictis impedimentis dispensare, ex implicita Summi Pontificis commissione ad casus necessitatis, prout ait opposita sententia. Respondeo primò, hoc intra probabilitatis limites remanere ; proindeque contrariam sententiam, affirmantem, hoc posse illos iure communi, satis remanere probabilem. Respondetur secundo, factum argumentum, probansque, cessare prædictam reseruationem dicto in casu, vt possit Episcopus, vel iure communi Ordinarius, ordinaria iurisdictione, & potestate dispensare, probare etiam cessare talem reseruationem ; & ex Paterna, in Christi visceribus, benigna Pontificis voluntate concedi in prædicto casu ad dispensandum facultatem ; & hoc non solum pro foro conscientiæ, vt probabilissima tenet sententia ; sed etiam pro foro fori, vt satis accurè docet vbi supra citatus Noster Leander. De quò sequenti casu *num. 11. cum seqq.*

7 Secundò, alia, & non improbabili, via, quamvis Sanctio *de matrimo. lib. 8. diip. 30. numèr. 12.* alijsque Authoribus displicente, eadem resolutio comprobatur ; nam mandatum, per Summum Pontificem Ordinario factum, vel per Poenitentiarium Confessori, &c. vt dispenset, si præces veritate nitantur, habet vim, & efficaciam consummata dispensationis ex tempore, quò dispensandi mandatum, vel in Dataria, vel in Sacra edditum fuit Poenitentaria. Sic Præpositus *capit. Quia circa, nu. 2. vers. Quæro namquid, de consang.* referens pro se Ioannem Andræam (quidquid de Ioanne Andræa dicat Couarrubias,) sic etiam in substantia Rebuffus, & Mas-

cardus, & Doctissimus Sà *in Summ. verb. Gratia, numer. 6.* quos etiam refert Thomas Sanchez, proxime citatus; *num. 11.* Sic etiam ex Neotericis quidam, quos (ni fallor) refert in suis resolutionibus Diata.

8 Ex hac ergo sententia, quam etiam alij, vt probabilem, admittunt, sic argumentor. Ille, cui committitur talis dispensatio, solum se habet, vt declarans, & non vt dispensans: ergo impedimentum est iam ablatum, si preces veritate nitantur; ergo predicti, de quibus in informi, valide possunt contrahere. Consequentia hæc in hac sententia est legitima: ergo solum obest Pontificis præceptum, præcipientis de causarum veritate examen efficere per testium depositionem legitimam: ergo, quando causarum veritas est manifesta, superfluit etiam predictum examen; ergo solum ob stare valet prohibitio, quod, scilicet, alius, præter Segouiensem Episcopum, esse iam ablatum impedimentum, declaret. Atqui in casu tantæ necessitatis, non est à ratione alienum, quod predicti Prioratus Diui Iohannis Ordinarius, ablatum esse impedimentum declaret, & admittat; ex Pontificis voluntate præsumpta; ergo, &c. Et, stando in hac sententia, etiam prolis legitimatio habet effectum.

9 Tertio alia via iddem sic probor; priusque suppono, probabilem esse sententiam Sori, & aliorum, quos refert Sanchez *de matrim. libr. 3. disput. 17. à numer. 1.* & implicite approbant Basilii Legionensis *de matrim. libr. 5. cap. 6.* & Noiter Leander *2. p. pag. 345. quest. 7.* Basilii (inquam) quatenus dicit, contrarium esse commune, & longe verius. Noster autem Leander, dicens, oppositum esse longe probabilius, quem vide *quest. 8.* vbi refert Egidium, in alio casu iddem asserentem, & si illum improbet. Igitur predicta verba, scilicet, *Verius, & probabilis*, implicent, sententiam Sori non esse falsam. Nam hoc filosofandi modo sæpius vtitur Mag. Thomas Sanchez, & post ipsum plures alij. Ait ergo Sotus (& iddem dicunt Grassis, Veracruz, & Vega) posse in aliquibus casibus matrimonium sine Parrocho, & testibus celebrari. Ex qua sententia secundum Basilium, & Nostrum

Leandrum, implicite probabili, sic arguo.

10 Ita impedit, dirimitque matrimonium absentia Parrochi, sicut predictum in posito casu impedimentum; ergo causa, quæ probabiliter excusauerit à præsentia Parrochi, sufficiens erit ad excusandum à reservatione predicti impedimenti. Atqui eadem fere causa continetur in informi, ac illa, quæ iuxta predictos Authores, sufficit, vt Parrochi absentia valori matrimonij non obstet: ergo sicut per illam cessat Tridentini decretum de habenda Parrochi præsentia, sic, à fortiori cessabit talis impedimenti (de quò in informi) reservatio; quæ maiorem non habet vim ac Tridentini decretum. Tunc sic; sed, cessante reservatione, potest Ordinarius vtroque in foro dispensare, vt satis probabiliter constat; imò, & omnes debent concedere: ergo, &c.

11 Quarto, sic alio ex capite positam comprobo resolutionem. Et prius suppono, probabilem esse sententiam, affirmantem, quod, cessante causa finali adæquata alicuius legis, seu decreti, etiam in casu particulari, cesset, & ipsa lex, decretumvè. Sic, valde doctos referens, docui tractat. de legibus, & nouiter apud Dianam videri potest: de quò infra. Deinde suppono generalem doctrinam; generaliterque omnibus casibus occultis applicatam; quam tradidit Henriquez *lib. 14. cap. 9. numer. 5.* Auila *de censuris, p. 2. disp. 2. dub. 7.* & *p. 7. disp. 10. dub. 7.* Sanchez *lib. 2. Summ. cap. 1. num. 21. vers. Sed quòd* & Reginaldus (vt alios omittam) *lib. 30. praxis, tract. 2. numer. 29.* & de qua supra mentionem feci; scilicet, quod causa finalis, & adæquata, ob quam delicta, & impedimenta, ad forum contentiosum deducta, dispensari, & absolui prohibeantur, sit, ne iudicialis eorum impediatur puniri. Ex quibus, vt probabilibus, suppositis, argumentor ita.

12 Causa finalis, & adæquata, ob quæ, iuxta præfatos Authores, impedimenta, ad forum contentiosum deducta, reservantur, est, ne iudicialis eorum impediatur puniri: atqui huiusmodi causa nõ impeditur in predicto casu, cū iã fuerit tale impedimentum pro foro exteriori in Dataria Pontifici præsentatum, & per ip-

ipsam Datariam iuridica sententia punitum; (licet punitio aliquantulum differatur, vel propter inopinatam, vel fortè contingentem Petri mortem, effectum adæquato careat in ipso Petro, effectum habitura in totum in ipsa Maria) ergo si, cessante adæquata finali legis causa, etiã in particulari, probabiliter cessat, & ipsa lex, seu decretum; cessabit etiam reservatiua lex talis impedimenti prædicto in casu, in quo adæquata cessat causa finalis: atqui, ablata reservatione, potest Ordinarius dispensare: ergo, &c.

13 Quintò probatur etiam alio ex principio posita resolutio; supponendo, non fore peccatum prædicto in casu publicare talem dispensationem esse iam per illum, cui commissa fuit, resolutam, & expeditam. Quò ad intentum postea probandum, ex benigna Summi Ecclesiæ Pastoris credo, adiuncta probabili sententia Præpositi, supra *num. 7.* relata, asserente, dispensationem factam fuisse in Dataria ipsa, ac cõsequenter ablatum iam fuisse impedimentum; cuius ablationis declarationem postea efficit Ordinarius, cui committitur, si reuera preces veritate nituntur. Suppono (inquam) non fore mortale, publicare, dispensationem esse iam per Segouiensem Episcopum, cui commissa fuit, exequutam, licet reuera non sit. Nam, amphibologice loquendo, iuxta Præpositi, & aliorum, de quibus supra, sententiam, benignamque Pontificis intentionem, non esset peccatum. In quò casu impedimentum iam manebit occultum. Patet hoc; nam publicitas impedimenti prædicti vincitur tunc per cõtrariam de ablatione eius, facti publicitatem, sparsamque famam; ergo intantum abest, vt impedimentum sit publicum, quin potius de eius ablatione sit facti publicitas; ex alia autem parte manet impedimentũ, quòd libenter concedo; ergo manet occultum; quòd negari non potest. Tunc sic; sed in valde probabili sententia, potest Ordinarius in occulto impedimẽto, vel ex delegata iurisdictione, vel ex ordinaria, iuxta superius dicta, dispensare, cõcurrentibus causis, quæ in informi concurrunt: ergo poterit præfatus Ordinarius super tali impedimento, sic iam occulto facto, prædicto in casu dispensare.

14 Discursum hunc ex doctrina, à me supra in alio simili adducta, casu vigeſimo, *num. 3.* comprobare volo, ne fortè ab exteris, esse voluntariè fictum, & absque fundamento, asseratur. Igitur doctissimus Sanchez *lib. 8. de matrimon. disp. 34. num. 57.* & Castro Pallaio *tom. 1. operum moralium, tract. 3. de dispensatione legis, disp. 6. puncto 15. §. 1. fol. 311. numer. 9.* referens pro se Barboſiam, Sayrum, Mayolum, & alios, asserunt, occultum dici illud, quòd, postquam ad forum contentiosum fuit deductum, fuit, medijs etiam deprauatis, per iudicem absolutum, & ablatum. Quò posito, rursus sic argumentor.

15 Iddem est, verum crimen, & ad forum contentiosum deductum, esse per iudicis sententiam nullum declaratum, quia per falsos testes sit nullum probatum; vel iddem est, Reum talis criminis esse ab instantia iudicij quomodo dõlibet absolutum, ac est, nullum iam declarari per publicam famam, ex aliquorum dictis ortam, & introductam; quæ (vt modo, & itilo Iurisperitorum loquar) est negatiua facti publicitas: atqui, quando per iudicem, nullum declaratur tale crimen, (quia, quamvis in se verum, & ad forum contentiosum deductum, per falsos testes nullum probatur) manet, iuxta præfatos Doctores, in ratione occulti delicti: ergo iddem est, quando per publicam famam, per aliquorum dicta defacto introductam, iddem crimen, licet in se verum, & antea ad contentiosum forum deductum, falsum declaratur, & pronuntiatur, vel de falsitate eius conuincitur: ergo iddem dicendum erit de prædicto impedimento, licet iam ad forum contentiosum deducto, & antea per facti publicitatem apparente: ergo, introducta de nouo publicitate, testante, talem dispensationem fuisse iam per illum, cui commissa fuit, opere exequutam, erit publicitas de apparente prædicti impedimenti nullitate; atqui publicitas antecedens, siue iuris, siue facti, per subsequenter in eisdem subiectis, siue iuris, siue facti publicitatem omnino tollitur, & enervatur, sicut consuetudo per consuetudinem, & lex per legem; & e contra, per cõsuetudinẽ, & per legẽ cõsuetudo: ergo, & si adhuc impedimẽtũ maneat

vtique, vt occultum tantummodo, manebit. Atqui negari non potest, vt satis probabile, posse tunc validè, & licitè, prædictis (de quibus in informi) concurrentibus causis, Ordinariū dispensare: ergo, si ex alia parte potest (vt dixi) etiā scire Ordinario, honestari introducta publicitas, amphibologice testificans, tale impedimētum esse iam ablatum, per expeditionem dispensationis ab illo, cui commissa fuit, effectam, poterit etiā licitè à præfato Ordinario, in foro conscientie, super tali impedimento, vt iam occulto, præstari dispensatio: ergo, saltem hac via, vera est prædicti casus resolutio: ergo.

16 Ex his omnibus, sextò, sic argumentor; intendens probare, hanc resolutionem debere esse communem sententiam. Sic igitur argumentor: Doctissimi Nauarri est sententia, & ab alijs communiter recepta, affirmans, illam esse communem sententiam, quam sex classici Doctores defendunt; atqui cōputatione facta inter Doctores, in quinque præcedentibus rationibus contentos, ex classicis ad minus sex, ijque grauissimi, continentur Doctores: ergo resolutio hæc, vt resolutio iuxta communem sententiam facta, debet admitti: ergo, &c.

17 Denique ex prædictis sic tandem arguo: (licet aliquid repetam, quod in antecedenti casu dictum est) multitudo opinionum circa eādem rem, vel excusandam, vel condemnandam, facit, iuxta valdè doctos, moralem certitudinē: ergo prædictæ opinatiuæ viæ circa præfaram resolutionem, illam moraliter certam efficiēt: ergo secūra conscientia poterit Ordinarius illa vti. Quapropter, vt satis probabile iudico, posse Ordinarium Prioratus Diui Ioannis in prædicto, alijsque similibus, occurrente casu, super tali impedimento, cum præfatis Petro, & Maria, validè, & licitè dispensare. Sicque firmarunt doctissimi Patres Magistri Societatis Iesu, Pater Franciscus Ildephonus, Pater Gaspar de Ribadeneira, & Pater Petrus de Calatrana, & ex nostris, satis accusatus Ingeniosusque P. Fr. Antonius à Conceptione, mecum in Sacræ Theologiæ Lectura Socius. Sicque sentio, sal-

ua, &c.

(?)

CASVS TRIGESIMVS.

QVIDAM Regularis Prælati dispensauit, cum Francisco, v. g. in simplici castitatis perpetuæ, absolutæ, & omni ex parte perfectæ, voto, in casu vrgentissimæ necessitatis, illo (inquam) in quò taliter vōuens est constitutus, vt propter incontinentiam votum eiusmodi sit ipsi maximè periculosum, nec sic facili habenti vōrum ad Pontificem accessus, interitque incontinentiæ vrgeat periculum.

Quæritur; an prædicta dispensatio teneat.

CASVS RESOLVTIO.

1 SUPPONO in hoc, & similibus casibus (vt sæpius in præcedentibus dictum est) Episcopos ordinariam habere iurisdictionem, sicut, & ad dispensandum in impedimentis dirimentibus matrimonium, alijs dispensabilibus, & à Pontifice solitis dispensari: & non solum per Epichæam, vt quidam dicunt; vel, vt alij existimant, ex commissione Summi Pontificis. Itaque iure communi, possunt in valdè probabili sententia Episcopi dispensare; vt supra diximus. Quò (quod saltem, vt probabile negari non potest) præsupposito:

2 Dico, (salua pace) prædictam dispensationem fuisse validam. Ducor ex communi Theologorum, præsertim Regularium sententia, asserente, posse Prælatos, imò, & quoscumque Religiosos, ab ipsis Prælati, alias iurisdictionem, quasi Episcopalem habentibus, deputatos, dispensare, virtute priuilegiorum, in illis omnibus, quæ iure communi, & Ordinario ad Episcopos spectant. Cumque in probabiliiori sententia prædictum votum, sicut & votum Religionis simplex, (de quo etiam procedit resolutio) ad Episcopum iure communi, & ordinario pertineant, poterunt similiter vigore priuilegiorum, non solum Prælati, sed etiam subditi Regulares, ad confessiones secularium deputati, modo dicto, in talibus dispensare, prædictis in casibus. Quòd ex suppositis sententijs probabile iudico in foro conscientie; scilicet, quando vota sunt

sunt occulta. Nam licet (vt precedenti casu probatum est) iddem possint Episcopi, etiam in foro contentioso, non tamen Religiosi (dicunt quidam) cum ipsorum, quoad hoc privilegia, non sint in ordine ad contentiosum forum concessa, nisi solum quoad suos subditos. Sed de hoc, quid sentiam infra dicam.

3 Fateor, hoc multis rigidum apparere; sed sine fundamento certe contentiosum. Sicut enim alij suam, illis quomolibet datam, iurisdictionem defendunt, & in dies ampliare desiderant; sic, & nobis licebit iurisdictionem, nobis tot privilegijs concessam Pontificijs, defendere.

4 Nec valet dicere, hoc videri audientium aures offendere. Nam si Pontifex hoc concessit, quis scandalizabitur, contradicere vè audebit? Rursus etiam aures offenderet, quod Mendicantes Confessarij, a Superiore deputari, possint in quacumque irregularitate, etiam Bigamiæ, dispensare; vel ab illa absoluerè; cum tamen hoc illis semel in vita concessum sit; vt habetur in *Compendio Societatis Iesu, verb. dispensatio, §. 6.* & refert Hieronim. Rodrig. in *Compendio, qq. Regularium, resol. 94. in fine.* Quæ concessio à Paulo III. pro benedictinis Vallisoleti ampliatur ad semel in anno, prima die Lunæ quadragesimæ, respectu subditorum suorum oblatorum, ac aliarum Ordinis personarum. Sic citatus Hieronim. Rodriguez supra, *resol. 52.*

Quod iddem continetur in *Bullario, Bulla 9. & 10. Pauli III.* vt etiam, sequitur Portelem in *addit. ad dubia Regularia, verb. dispensare, num. 5.* ait idem Hieronim. Rodrig. supra, *resol. 16. de Bigamia, num. 14.* loquens de Prælati respectu subditorum. Quod, & refert etiam Diana 3. p. tract. 2. *resol. 45.* Et ex privilegio Sixti V. iddem probabiliter docet idem Diana; quoad irregularitatem Bigamiæ; *resol. 63.* vbi repetit concessionem Pauli III. & addit aliam Sixti III. factam pro Carthusiensibus; quem vide resolutione 6. 65. 66. 69. 70. & 71. Hæc (inquam) etiam aures offenderent, non tamen peritorum; ob quod in præfata resolutione persisto.

5 Rursus: horrebit ne audientium aures, quod Prælati Regulares dispensare valeant cum familiaribus, & actualiter seruientibus Monasterio, vt non

obstante defectu natalium; Beneficia Regularia, etiam Curata; obtineant?

Quod potest fieri, dummodo non assumantur ad seruiendum, in fraudem privilegij; ad hoc concessi à Paulo III. & Eugenio III. nec Beneficia sit perpetuum; nec prædicti familiares, & seruitores sint procreati, & geniti à Præbiteris Clericis, vel Religiosis, qui eadem Beneficia in titulum, vel commendam, aut administrationem, seu alias perpetuo vniua aliquando, obtinuerunt; iuxta prohibitionem Clementis VII. de quo cum alijs Hieronim. Rodrig. supra *resol. 52. num. 52.* & etiam Emman. Rodrig. *tom. 1. qq. Regul. q. 12. art. 5.* quem refert idem Hieronim. Rodrig. *resol. 68. de Generalibus Ordinibus, num. 7.* Et dicta *resol. 52. n. 12.* ex eodè Emman. Rodrig. supra, *q. 22. art. 10.* iddem ait de Prælati Conuentualibus, licet Episcopalem iurisdictionem non habeant, ex prædicto Eugenij III. privilegio; & si cum aliqua limitatione. Viderique potest citatus Hieronim. Rodrig. dicta *resol. 68. num. 2. & 9.* vbi ait; quod potestas Generalium, & aliorum Prælatorum, quasi Episcopalem iurisdictionem habentium, ita esse de iure Diuino, vt ablata Pontificis Summi reservatione, vel restrictione eius, possint illi in suis Religionibus, & familijs, quidquid Pontifex valet in tota Ecclesia. Cum igitur dicti Prælati, & Regulares subditi, per ipsos destinati, tam multa, tamque singularia possint, quin nullus peritorum scandalizetur; cur, quod cum tanto dictum est fundamento, vt ex dicendis etiam apparebit, ipsorum peritorum (nam de alijs non curamus, sed, vt credant, postulamus) aures offendere debet?

6 Igitur, licet hoc iam diu senserim, illud in corde absconditum retinens, modo tamen placet illud in medium proferre, occasione ductus sententiæ Croulers, qui in *Regul. Sancti Francisci, cap. 7. lect. 29. fol. 783.* vt refert per doctus Diana 6. p. tract. 6. Miscellan. *resol. 50.* ait, post Regulares in casu prædictæ (de qua in informi) necessitatis, dispensare in simplici voto castitatis absolute, in quo valet Episcopus. Quia (inquit Croulers) cum præsens, similesque casus ordinario iure ad Episcopum pertineat, non video, quare Ordines Mendicantes, per

suu privilegia valentes dispensare in votis, sicut Diocesanus, in hoc, vel simili casu id non possunt? Sic ille.

7 Dico. & ego, loquens præsertim de Prælati Regularibus, & de inferioribus, quibus illi hoc munus cõmiserint; quod, cum per privilegia, & præcipue per privilegium Eugenij III. concessum monachis Sancti Benedicti, (quod, & habetur *in compendio mendicantium, tit. dispensare, respectu Generalium aut Prouincialium*) possint Prælati, habentes quasi Episcopalem iurisdictionem (qualem probabiliter habent omnes Prælati Regulares) dispensare ex iure cum suis subditis, in omnibus, in quibus possunt Episcopi cum suis; cur in his valent, & non valebunt etiam in prædicto, & similibus casibus, sicut Episcopi?

8 Imò, hoc possunt dicti Prælati alijs delegare, vt rectè Hieron. Rodrig. immediate citatus, *nu. 13*. Tum, quia hanc iurisdictionem cum suis subditis habent à iure, dante iurisdictionem ordinariam, ex natura sua diligibilem, iuxta *cap. Pastoralis, & cap. fin. de offic. Ordin.* Tum etiam, ex privilegio perpetuo, quod iurisdictionem ordinariam itidem dare, certi iuris est, vt in *cap. Super, & cap. Pastoralis, & cap. final. de officio delegati*, notant Doctores; de quo citatus Hieron. Rodrig. cum Emmanuele, & Gloss. in *cap. fin. de officio ordin.* & Syluestro, *verbo delegatus, §. 10. & 11.*

9 Sed dices, similia privilegia solum intelligi pro subditis Prælatorum, non vero pro non subditis. Respondeo primo (hoc gratis concessio) adhuc positam resolutionem esse veram, etiam respectu non subditi: quod sic probo: nam etiam Episcopi iddem possunt respectu non subditorum, vt satis probavi supra, casu vigesimo huius tractatus. Quia iurisdictionis gratiosa potest etiam ad alias non antecedenter subditum extendi: vt extenditur etiam indulgentiarum concessio. Imò sicut Pontifex potest cum alijs dispensare, sic etiam valet cum se ipso, licet sibi subditus non sit. Quod, & de Episcopis, ait etiam satis doctè Suarez *lib. 6. de legib. cap. 12. à num. 8.* sequitur Sanctium de *matrim. lib. 8. disp. 3. nu. 6.* & alios. Sed vide resolutionem prædicti vigesimi casus.

10 Respondeo secundò, Regulares non solum posse cum suis dispensare, &

eos absoluerè, sed etiam cum non subditis; ad quod etiam plura habent privilegia; de quibus videri possunt citari Doctores.

11 Imò addo, iddem posse Regulares pro foro exteriori; quia hoc iddè possunt Episcopi pro eodè foro, in casibus, in quibus hoc valent pro foro cõscientiæ, eisdè concurrentibus causis. Quod hoc possint Episcopi etiam pro foro exteriori rectè probat Noster Leander 2. *p. pag. 470. q. 9. per totam*, his ductus rationibus. Prima est; quia in casu magnæ necessitatis, aut utilitatis, potest Episcopus, absolute loquendo, contra Concilium dispensare; vt cum alijs docet Barbosa in *Triden. ses. 1. num. 4.* Secunda ratio est; quia causa, quo id ex euidèti, necessariaque efficiat causa, quæ Pontificem ad id concedendum moueret, statuere aliquid valet contra ius commune; iuxta sententiam Basilij Legionensis *lib. 8. de matrim. cap. 13. num. 2.* cum Ianssonio in *leg. omnes populi, lect. 2. ff. de iust. & iur. & Riccio in praxi, decis. 261.* ergo etiam potest Episcopus pro foro exteriori, non solum in votis similibus, sed etiam in impedimentis, matrimonium etiam dirimentibus, dispensare, in casibus, in quibus potest pro foro conscientiæ. Tertia ratio est; quia ideo in probabilissima sententia dispensat Episcopus in talibus impedimentis pro foro conscientiæ, quia, magna stante necessitate, vel id cõcessisset Summus Pontifex requisitus, ob animarum salutem; vel quia, ob eandem rationem, & alias, (de quibus supra, casu antecedenti) id reseruasse non censetur: atqui hoc iddem, eadem stante causa, pro foro exteriori, faceret Pontifex rogatus; ergo, &c. Vnde Legionensis vbi supra, aliquantulum se hanc in partem inclinat, dum sic habet: *Limita etiam, vt talis Episcopi dispensatio tantum sit pro interiori foro, vt docet Henriquez lib. 12. de matrim. num. 2. quamuis de hac limitatione dubito, cum considero rationes, quibus nititur ea facultas dispensandi in his casibus.* Sic Basilij Legionensis, supra, *num. 5.* ergo, &c.

12 Sed dices iterum: ergo etiam poterunt Regulares prædicti, in talibus casibus, in impedimentis, matrimonium dirimentibus, dispensare. Quod, & si falsum absolute loquendo, sequi tamen videtur ex eadem ratione, qua nos possunt

firmam resolutionem comprobamus.

13 Fateor, prima facie videri replicam absolute consequentem; quam tamen sub distinctione admittendam existimo. Et prius placet referre sententiam Veraeruz, & Rossensis, viri Sancti, & martiris, vt ait Emmanuel Rodrig. infra referendus. Igitur Rossensis in libello de causa matrimonij Regis Angliæ in principio, affirmat, aliquos Mendicantes posse ex priuilegio Leonis X. dispensare cum illis, qui scienter, vel ignoranter, matrimonium cum impedimento affinitatis contraxerunt. Sic refert nouissimè Candidus, tom. 2. *disquisit. moralium, disquisit. 28. art. 17.* ex Emmanuele Rodrig. tom. 3. *qq. Regul. q. 2. art. 2.* vbi docet, hoc priuilegium quoad hoc non esse in vfu. Sed hæc solutio non obstat, cum priuilegia non amittantur per non vsum negatiuum, de quo iam diximus supra. Secundo dicit, hoc fortè fuisse ad particularem casum. Sed hoc etiam non probat contra Rossensem. Tertio, ait, in tali priuilegio solum concedi facultatem ad dispensandum in petitione debiti, quo erant priuati ob incastuosam cum consanguineis coniugis copulam, & hanc solutionem veram existimo, vt communiter docent Doctores. Sic etiam citatus Candidus. Et sic, tres prædictas solutiones adducens, Nostrè Leander 2. p. pag. 474. q. 14. Secundam ego etiam solutionem admisi, tract. de dispensationibus, scilicet, tale priuilegium, fuisse concessionem ad casum particularem.

14 Deinde suppono, Episcopum non solum posse dispensare in simplici prædicto castitatis voto, sicut, & Religionis, in casibus vrgentis necessitatis, in ordine ad contrahendum matrimonium, sed etiam ratione periculi incontinentiæ, etiam si directè, & per se non sit in ordine ad matrimonium contrahendum; vt cõmuniter docent Authores, asserentes, Episcopum posse in similibus casibus pro foro conscientiæ dispensare. Quibus positis; ad replicam, supra num. 12. appositam, sic respondeo.

15 Igitur illam concedo, si cætera sint paria; nego tamen absolute. Ad hoc autem, vt cætera paria sint, necessarium est, quod Prælati Regulares omnimodam in spiritualibus iurisdic-

nem habeant, in illos, in quibus, ex natura rei, & status, potest matrimonium contrahi, & de facto contrahitur; scilicet, seculares. Vnde Abbates, quibus ex priuilegio competit animarum secularium cura; in aliquibus oppidis, seu villis; independenter ab Episcopis, poterunt cum talibus, in similibus casibus, sicut Episcopi, dispensare. Sicut hodie potest Prior Velenis, Vicarius Generalis Villenouæ de los Infantes, en la Mancha; Prior Religionis Diui Ioannis, cum Parrochianis Parrochiæ, Diui Christophori; in Salmantina Ciuitate, & quam plures alij, qui Episcopalem, vt patet, iurisdictionem habent. Concedo inquam, hoc de Regularibus, quibus, ex priuilegio, animarum secularium cura in totum independenter à Dominis Episcopis incubuerit; ob eandem rationem. Nego tamen supra positam replicam, absolute procedentem de alijs Regularibus Prælati, qui nullam secularium animarum curam habent. Non quia, non habeant Episcopalem in suos subditos iurisdictionem; sed quia ex defectu materiæ non incumbit illis vllomodo prædicta iurisdicção in ordine ad impedimenta matrimonij. Cum enim subditi eorum contrariam matrimonio statum elegerint, desinunt sic, esse materia, vel subiecta, apta ad simili dispensatione fruendum; vt patet.

16 Sed contra iterum dices: qui ad Episcopatus est promotus dignitatem, consecratus, vel saltem confirmatus, licet nulla ei Diocæsis assignetur, ac proinde nulli sint eius subditi, poterit in talibus impedimentis, talibus occurrentibus casibus, dispensare cum quocumque, iuxta dicta à Suario; & alijs: atqui hoc illis spectat ratione solius Episcopalis iurisdictionis, qualem habent Prælati Regulares, vt ex dictis etiam constat: ergo non obstat defectus materiæ; ac proinde iddem de Regularibus respectu non subditorum dicendum erit.

17 Fateor etiam satis esse accutam replicam istam; hoc tamen apparenter solum. Vnde respondeo, concessa Majori, distinguendo Minorem; scilicet; atqui hoc illis spectat ratione solius Episcopalis iurisdictionis, &c. distingo: ratione solius Episcopalis iurisdictionis, ex natura rei ad hoc etiam datæ, propter capacitatem subditorum, illis assign-

mandorum, ratione exigentiæ Episcopalis officij; concedo Minorem: ratione solius Episcopalis iurisdictionis vt sic, seu in ordine ad subiecta, seu subditos, illa fruendi ad talem finem incapaces; nego Minorem: per quod pater ad Consequentiam. Itaque cum Prælatorū Regularium, quasi Episcopalis, iurisdictione, sit ex natura rei ad incapaces contrahendi matrimonium subditos destinata, hinc prouenit, illos ad hoc minime iurisdictionem habere; nisi aut expresse, & formaliter hoc illis à Summo Pastore fuerit concessum, quòd nō video; aut implicite, & virtualiter, seu ex natura rei, per assignationem, scilicet, subditorū, qui aliās contrahendi matrimonium sint capaces modo dicto. Et cum respectu votorum simplicium adsint concessa Regularibus priuilegia, dantia illis potestatem Episcopalem; cur, si in talibus casibus Episcopi hoc de iure communi, & Diuino valent, non est Prælati Regularibus similis concedenda facultas, non directè, & in ordine ad contrahendum matrimonium, quia subditos ad hoc capaces non habent, sed in ordine ad remouendum incontinentiæ periculum? (vt de voto simplici castitatis asseruit Croufers, vbi supra; & de simplici voto Religionis, eadem stante causa, vel alia simili, similiter est dicendum.) Cum, quoad hunc effectum nulla sit in dispensandis personis incapacitas subiectionis, quæ cum iurisdictione Prælatorum Regularium in ordine ad Religiosos subditos pugnet. Probabilis ergo manet ad prædictam casum solutio, quantum ad posse Regulares Prælatos in similibus votis, stante prædicta causa, vtroque in foro dispensare. Et certè Principis priuilegium, & præcipuè illud, in quo dispensandi conceditur potestas (vt in prædictis) est latè interpretandum; cum dispensandi potestas sit, iuxta communem sententiam, latissimè interpretanda; dum verborum non excedatur proprietates; qualiter fieret, si ad dispensandum in impedimentis dirimentibus matrimonium, & in impedimentibus, ad finem illud contrahendi, extenderetur, ob rationem dictam; & qualiter non fit, illam dispensandi in prædictis votis, etiam pro vtroque foro, ob incontinentiæ periculum, extendendo potestatem; vt ex dictis apparet. Quare sic sentio: salua, &c.

CASVS TRIGESIMVS primus.

QVAEDAM obsterrix in casu necessitatis Baptizauit puellam; de cuius Baptismo postea dubitatum fuit; & propter hoc dubium, sub conditione, iterum, signato Patrino, fuit Baptizata. Modo Patrinus bona, vel mala fide, matrimonium cum Matre Baptizate contraxit.

Quæritur; an matrimonium hoc validum sit; egeat ve dispensatione?

CASVS RESOLVTIO.

IN HAC difficultate, pro affirmatiua valoris matrimonij parte, & valde difficili, videtur, matrimonium illud fore validum; nec vllum ibi in foro conscientiæ adesse impedimentum: licet, dum dubium manet, mere negatiuum, Ecclesia cognitionè præsumat; vt post, & ante alios, aduertit Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 62. num. 2.*

2 Ducor ex doctrina eiusdem Sanctij supra, *lib. 8. disp. 6. num. 28.* omitendo prius, quòd docet Sà, *verbodispensatio, num. 1.* scilicet, in dubio, an res egeat dispensatione, posse Episcopum, iuxta quorundam probabilem opinionem, declarare, non desiderari dispensationem, vel ad cautellam dispensare; vt ibi etiam refert citatus Sanchez, hoc de puro dubio verum affirmans. Igitur ex ipsius Sanctij sententia sic argumentor.

3 Quando res est omnino dubia, stat possessio pro libertate, potestque iudicare non solum Episcopus, verū, & quilibet Doctor, nullum ibi adesse impedimentum: atqui sic se res habet in presenti; ergo, &c. Maior est sententia Sanchez loco citato; Minorem probor: nam in nostro casu nihil est, quòd contra libertatem Patrini, assistentis conditionato Baptismo, impedimentum possideat: ergo stare debet pro Patrini libertate ad contrahendum possessio, contra impedimentum. Antecedens probor à simili, ab ipso Sanctio vbi supra, adducto; nam ibi ait, quòd, si quis cum femina coeat, habita copula intra vas, sitque dubium, an intra, vel extra vas femina-

minauerit, tunc iudicanda est affinitas; quia in tali dubio præponderat seminationis præsumptio intra vas, ex communiter accidentibus orta; vt rectè Sanchez, remittens se ad *lib. 7. disp. 64. nu. 9.* si vero copula fuerit extra vas, vel propè vas, dubitetque, de seminatione intra vas; tunc, ait ipse Sanchez, stare possessionem pro libertate contra impedimentum. Ex hoc ergo sic Antecedens probo: idè in hoc casu stat pro impedimento affinitatis possessio, quia pro certa copula intra vas feminae stat possessio ipsa contra dubium de intranea seminatione: & idè non adest talis impedimenti possessio, quia pro copula propè vas stare nequit possessio ipsa: sed in casu de conditionato Baptismo, nihil est, quod certo possideat cognationis spiritualis impedimentum, contra priorem Baptismum, etiam dubium: ergo, &c. Probatur Minor: nam in secundo Baptismo ablutio, & forma ipsius Ministri, & si certa, nequeunt; ratione subiecti, iterum sub conditione Baptizati, recipere certitudinem, quæ possideat: ergo, &c.

4 Quod si hoc neges; sic contra insurgo: ergo si, hoc non obstante, vis ponere impedimentum in secundo Baptismo, pone etiam illud in primo, ab Obstetrice collato; ad quod, meo videri, teneris, ob sequentem rationem. Nam ita necessaria est ad Baptismum capacitas subiecti Baptizandi; sicut est necessaria ablutio, formaque Baptismi: ergo sicut, non obstante dubia capacitate subiecti, in iterato sub conditione Baptismo, ponis possessionem pro impedimento contra Parrini libertatem, ob solam, phisice certam, ablutionem, & formam ipsius Baptismi; cur, ob certam capacitatem subiecti, in primo Baptismo ponere non debes possessionem pro ipso Baptismo contra dubium de prolatione formæ Baptismi, ab Obstetrice factæ?

5 Nec obstat, si dicas, capacitatem subiecti nec esse proximam, neq; remotam Baptismi materiam. Nam ponamus, aliquem suscepisse Ordines Sacros, post susceptum in dubio Baptismum: In hoc casu, si dubium de suscepto præualeret Baptismo, esset sub conditione Baptizandus, & rursus sub conditione ordinandus; atqui, esse quem Baptizatum, nec est materia proxima, nec remota

Sacramenti Ordinis, vt patet: ergo, Rursus, si quis de potestate Ministri Ordinis cum fundamento dubitaret, an, scilicet, talis Minister fuerit Baptizatus; & cum potestate ad Ordines præstandos; si tunc ille iterum esset ordinandus, sub conditione foret; si verus ille non fuit Ordinis Minister; qui tamen licet formam apponat, & materiam, non tamen est forma, neque villo modo materia, licet ex nõ existentia veri Ministri sequatur, nullam ad fuisse materiã, neque formam; quod similiter sequitur (formaliter inquam) ex non existentia hominis non Baptizati; vt patet: ergo sicut infert iteratum sub conditione Baptismi dubietas de prolatione formæ Baptismi, sic infert iteratione eiusdem sub conditione Baptismi dubium de subiecto capaci illud recipiendi: ergo sicut fundat possessionem pro valore Baptismi certitudo ablutionis, & formæ prolate sub conditione ad inferendum impedimentum cognationis; sic fundabit possessionem ad inferendum impedimentum prædictum certa omnino capacitas subiecti in primo Baptismo.

6 Et si totum concedas, dicendo, in vtroque casu contrahi impedimentum. Hoc mihi durum videtur, nisi de præsumptione Ecclesiæ loquaris, non de veritate in se, & in foro conscientiæ; quod (& ad primam rationem redeo) sic probo ex concessis. Certitudo capacitatis subiecti ad recipiendum Baptismum fundat possessionem impedimenti contra libertatem Obstetricis, & Parrini (si forte adfuit in sententia, asserente, tenentem puerum in Baptismo non solemniter, contrahere hoc impedimentum) non obstante dubio de ablutione, formæque prolatione: ergo in secundo sub conditione Baptismo nullatenus potest stare possessio contra Parrini voluntatem ad inferendum impedimentum, ratione certæ ablutionis, & verborum formæ Baptismi prolationis. Quod sic probo: cum antecedenti certa possessione ad inferendum prædictum impedimentum, ratione certæ capacitatis subiecti, formaliter loquendo, in primo Baptismo, compati non potest formaliter certitudo prolationis verborum formæ, & ablutionis in secundo Baptismo, vt patet; licet compatiatur materialis ablutio certa, & materialis prolatio formæ: atqui sola,

sola, moralis saltem, certitudo ablutionis formalis, & formalis (vt ita dicam) prolationis verborum formæ Baptismi, potest fundare possessionem contra libertatem ad inferendum impedimentum : ergo si in secundo Baptismo, ratione dubij, valoris, primi, ab Obstetricæ administrati, nulla potest esse certitudo, adhuc moralis, de formali ablutione, & de verborum formæ prolatione formaliter, nulla poterit stare possessio contra libertatem Patrini ad inferendum spiritualis cognationis impedimentum.

7 Sed contra primum à simili argumentum dices iterum: Sicut ex communiter accidentibus in copula habita prope vas, stat præsumptio, & possessio in favorem libertatis illius, qui sic copulatur, vt impedimentum non contrahat affinitatis; sic ex communiter accidentibus in Obstetricæ, de non recta prolatione verborum, stat possessio (vt sic loquar) pro non Baptismo, vt talis non indicetur; proindeque pro impedimenti carentia. Sed contra; & in primis, hoc absolute falsum exitimo, cum fere omnes Obstetricæ prudētissime, & in hoc, satis sint sapientes. Sed gratis dato, sic induco: ergo secundus Baptismus debet sine conditione ministrari; quod falsum est. Probatur hoc; nām pro illo stat certum ius, pro quo certa stat possessio; ergo si pro nullitate Baptismi primi, proindeque pro impedimenti carentia, stat possessio, stabit etiam ius pro subiecto Baptismi, vt absolute, & sine vlla conditione Baptizetur: hoc non fit: signum ergo est, nec pro affirmatiua parte, nec pro negatiua stare possessionem.

8 Si denique dicas, stare possessionem, vt sub conditione Baptizetur. Fa-teor; hoc tamen est, ob bonum animæ, pendens à Baptismo, tanquam à medio ad salutem. Et si obijcias, similiter stare possessionem pro impedimēto, ob legitimationem filiorum, &c. Dico, tale impedimentū, vt pote de iure humano, ac proinde, quod pœnale est, esse restringendum, vt ortum tantum habeat ab absoluto Sacramento, & perfectō, non vero conditionali.

9 Rursus pro valore prædicti matrimonij, sic deinde efficitur ratio: quando de primi Baptismi valore adsunt opinionēs probabiles, ita primus, secū dusq;

Baptismus, solēniter postea sub eōditione datus, sunt validi, vt probabilē valorem non excedant: ergo tam Patrinus in secundo solemnī Baptismo, sub conditione dato, quam Obstetrix (quod idem in probabili sententia dicendum est de Patrino, seuapte puerum in priuato Baptismo) in primo, poterunt ab impedimento probabiliter ad inuicem excusari; quæ est sententia Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 42. num. 7. in fine.* Arquī in dubio ita melior est possidentis conditio, vt hæc ad tribuēdum, saltem probabiliter, ius sufficiat: ergo cū de vtroque Baptismo sit dubium quoad valorem, & in vtroque (vt dixi) sit possessio; in vtroque erit saltem probabile de valore suo ius: ergo Patrinus in secundo, sub conditione solemniter dato Baptismo, poterit, vt impedimentum euadat, ad possessionem primi Baptismi, pro sui valore, recurrere: ergo similiter Obstetrix (& in probabili sententia Patrinus) vt prædictum effugiat impedimentum, poterit ad possessionem, quæ est in secundo Baptismo, pro sui valore, confugere: ergo neuter istorum in foro conscientie impe ditus iudicandus erit.

10 Confirmatur hoc primo: nām qui certus est, se debere centum, dubitat vero, an Ioanni, vel Petro; & hoc æqualiter; tenetur vtrumque, in partē æqualem, creditorem, agnoscere, vt communiter dicitur: ergo vterque, scilicet, Ioannes, & Petrus, ius habent, vt æqualiter de illa re participant; vel illam diuidendo, si diuisibilis fuerit, vel illa æqualiter vtendo, si sit indiuisibilis: atqui in nostro casu certum est in aliquo, ex prædictis, Baptismo non dari impedimentum: ergo certum est, vel Obstetricem, vel Patrinum à tali impedimento esse immunem: ergo æqualiter ius habent ad hanc immunitatem: ergo vtrique debet esse communis: ergo vterque liber erit à tali impedimento.

11 Sed dices, & ad hominem: certū est, in aliquo istorum dari cognationis spiritualis impedimentum, licet dubium sit, quis nām illorum in illo comprehendatur: ergo vterque est debitor sub dubio: ergo Sacramentum in hoc dubio ius habet contra Obstetricem, & Patrinum: ergo vterque debet solvere debitum, cum certum sit, debitum adesse: atqui debitum est, dari impedimen-

mentū : vterq; ergo impeditus manebit.
 12. Respondetur tamen, & a simili, non contemnendo, & rursus ad hominem; nā omnes fateri debēt, quōd, stāte pro vtroque Baptismo opinione probabili, nihilo minus adsit verē, & propriē impedimentum : at, hoc non obstante, vterq; excusatus manet ab illo; vt supra, ex Sancti sentētia, à nullo reprobata, agnouimus; ergo hoc quōd est, esse verē, & propriē in aliquo præfatorum impedimentum, non habet, nec fundat irrefragabile ius contra aliquem ex prædictis; quorum quilibet opinione probabili illud effugit. Atqui pro quolibet illorum adest, ad inuicem, contra impedimentum, possessio, vt supra vidimus; quæ possessio probabilitati adæquatur : ergo neuter, in foro conscientia, impeditus debet censerī. Et omitto confirmationem aliam prædictæ rationis, quia facile videri potest tractat. sequenti, de restit. casu 13. à principio, vsque ad num. 6. inclusive. Ergo videtur, matrimonium prædictum validum fore. Quōd tamen ego non dico, respondendo omnibus allegatis, oppositum tenere omnium DD. consensum; quibus, & alijs in scribendo successoribus ius manet, & actio ad positas prædictas rationes examinandas, & c.

13. Solum pro coronyde, seu appendice, huius tractatus apponere non desinam generalem doctrinam, communiaque principia, vel certa, vel probabilia, ex quibus, qui postea occurrerint, casus, & si difficiles, & pro omni materia, circa statuta, decreta, leges, obligationes, seu privilegia, dispensationes, gratias, aut fauores, facile solui possunt. Igitur pro hoc sit, sequens, & vltimus casus.

CASVS TRIGESIMVS
secundus, & vltimus.

FRANCISCVS absolutam castitatem, omnique ex parte perfectam seruādi voto se astrinxit, imō, & iuramento. Oblata autem nubendi occasione, dispensationem postulauit, expresso in Narratiua solummodo voto; tacito iuramento. Dispensauit Pontifex, & dispensationem in foro conscientia, (quia votum, iuramentumque seruandi castitatem erant occulta.) Doctori, vel Licen-

tato Sacris in Canonibus, vel Sacra in Theologia Magistro commissit; vt per Sacram Pœnitentiarium fieri solet. Peruenit huiusmodi dispensatio clausa, sigilloque munita, ad manus cuiusdam Discalceati Religiosi, ex Mendicantibus, qui à Religione sua Lector Theologiae constitutus, ipsius Theologiae materias, tam Scholasticas, quam Morales, per quatuordecim, & amplius, annos, in Salmanticensis Complutensisque Academiarum Collegijs suis laudabiliter explicuit, & alias delegatam à suo Generali potestatem ad hoc habebat. Qui, sciens in præfato Francisco non solum adfuisse votum, sed etiam iuramentum, dispensauit cum illo, eaductus ratione, quōd dispensatio, vt Principis fauor, & beneficium, latè esset interpretanda.

Quæritur primò: an, supposito quōd, in Religione præfati Theologiae Lectoris, nullus sit Doctoris gradus, neque Magistri, potuerit Pontificias illas literas aperire?

Quæritur secundo: an, supposito quōd potuerit prædictas aperire literas, valida fuerit dispensatio, tacito in petitione eius iuramento?

PRÆMISA AD RESOLUTIONEM casus.

1. **O**ccasione huius casus, sermonem, & rarissimè, habui cum præfato Theologiae Lectore; qui rogauit, vt non solum interrogationibus prædictis responsum præberem, sed etiā, vt differentiam inter dispensationem, dispensandique potestatem assignarem. Cuius voluntati annuens, & desiderio, vtrumque, & latius, quàm ille postulabat, respondi, taliter, vt non tantum quoad præsentem casum, sed quoad omnes alios contingentes responso deferuiret, & solutio. Quæ (Deo dante) continebit: quomodo interpretandæ, declarandæ, ampliandæ, restringendæque sint non solum dispensationes, dispensandique potestas, verum etiam leges, & statuta; vt in sequentibus dicam.

2. Igitur primò præmittendum est, differe inter se dispensationem, interpretationem, abrogationem, irritationemque. Nam irritare est, legē impedire, seu cas-

fare, ne obligandi robur consequatur, vti si legem à Civibus cōstitutam, Principis confirmatione indigentem, vt obliget, Princeps minimè confirmet, sed cesserit. Exemplū sit primò in singulari Valentia: sententia per modum illationis inductū. Igitur ex prædicta irritationis definitione, iuxta sententiā Valentia, infertur, omnia vōta tam Religiosorum, quā aliorum; Dominatiuæ alicuius potestati subditorū, circa opēra, in quibus illis subijciuntur, esse irrita, si absque illorum (id est Superiorum) licentia fiant; siue sint vōta de rebus, illis interdictis, siue non interdictis. Quam sententiā circa Religiosos, admittunt etiam Hostiens. Ricard. Palud. Maior, Rosela, & Angelus, quos refert Sanchez *in opere morali, lib. 4. cap. 25. n. 4. & 5.* & de quā videri possunt Recentiores communiter.

3. Exemplificatur secundo, alio etiā ex capite, & iupremo, in vōtis, & iuramentis Monialium, quæ etiā possunt per Abbatissam, seu Priorissam, Ministrā vè, irritari, vt rectè, contra aliquos, Sanchez infertur ergo secundo prædicta vōta, & iuramenta Monialium non obligare ad peccatū mortale; eo quòd irrita supponuntur ex defectu approbationis Summi Ecclesiæ Pastoris. Sic concessit Iulius II. inter viua vocis oracula. Postquā enim absoluit Moniales à vōtis, & iuramentis, statuit, quòd de cætero istarum vōta, & iuramenta, si fiant, non valeant, nec obligent ad peccatum mortale. Ita Ioan. de Cruce, *in Compēdio lib. 1. c. 6. dub. 20. cōcl. 1.* Ex quo subinfertur, huiusmodi vōta non obligare vilo modo in opinione asserētium, vōtum de quacumq; re, etiam minima, obligare sub mortali. Illatum probari videtur ex eo, quòd, cum nō sit in vouentis potestate ad veniale se obligare, vt probabiliter dicitur; &, alia ex parte, Moniales in vōtis suis specialibus, & etiam in iuramentis, à mortali per Pontificem excusentur; consequenter ab omni culpa immunes videntur.

4. Nec obstat dicere, viua vocis oracula fuisse per Vrbanum VIII. reuocata. Pro nunc enim sufficit pro solutione dicere, Pontifices alios, ante Vrbanum VIII. in scriptis confirmasse Monialium priuilegia omnia, etiamq; viua vocis oracula, &c. Quæ in scriptis cōfirmatio facit, vt, quæ antea tantum erant viua vocis oracula, postea non fuerint; proindeque nō

potuerunt esse materia, supra quam posset cadere Vrbanus VIII. tam recens viua vocis oraculorum reuocatoria confirmatio. Sed de hoc alibi.

5. An autem peccet volens implere vōtum, postquam fuit irritatum? Affirmat Angles, Sayrus, Vega, Palud. & Diu. Anton. Quòd etiā admittit Estima. Rodrig. quando Prælati non ad subditi instantiam, sed sponte propria irritauit.

6. Nota tamen, duplicem esse irritationem; perfectam, scilicet, vnā, imperfectā aliam. Perfecta est, quā posita nunquam vōtum, v. g. reuiuiscit. Ethicè, secundum aliquos, solum cōpetit Superioribus ratione dominij in vouentis voluntatē. Vt cōtingit in impuberibus, quorum voluntas, ratione imbecillitatis iudicij, est sub Patris dominio, & Tutoris, Patris vices gerētis; & in Religiosis, qui nec vele, nec nolle habēt, sed Superior est Dñs voluntatis eorum. Vnde istorum vōta, irritata semel, nunquam reuiuiscunt. Imperfecta autē irritatio, seu indirecta, illa est, per quā irritata vōta aliquando reuiuiscunt. Ex quo etiā solius suspensionis nomine gaudet. Et hæc, secundū Authores, quos itatim referam, solum cōpetit Superioribus, ratione dominij, & potestatis in materiam promissam. Vnde, cessante illius materiae subiectione, seu prohibitione, reuiuiscunt. Quòd contingit in vōtis Pu-berum, & Seruorū, quæ Parentes, & Domini irritant; non ratione dominij in istorum voluntatē, sed ratione solius materiae promissæ. Vnde non possunt prædicti, Patres, scilicet, & Dñi, omnia istorū vōta irritare; sed sola emissa de materia, ipsorū dominio subiecta, ipsique præiudicante. Quòd idem contingit in vōtis vxoruni, iuxta sententiā, deffendentem, non esse integrū viro omnia vxoris vōta irritare, sed sola, de, præiudicante sibi, materia. Ita sentiunt Rosel. *verb. Vorum 2. à n. 6. vsq; ad 13.* Valent. & Suar. *tom. 2. de Relig. tract. de voto*, pluribus in locis.

7. Sed prædictam irritationis diuisionē aliter explicat Säch. vbi supra. Ait enim, tunc dari veram irritationem, quādo vōta, v. g. habent imbibitā conditionē: vel affirmatiuam; vt si placuerit Superiori, quando, scilicet, vouētur res prohibita: vel negatiuā; videlicet, si non cōtradixerit, & hoc quando res, nō prohibita, sunt promissa. Et vtraq; hæc, affirmatiua, vel negatiua ratione modi vouēdi irritatio,

si tunc fiat, vera irritatio est in sententia Sancti; quia utroque modo vota emissa, pendunt ex voluntate Superioris, siue quoad plenum voluntatis dominiū, siue quoad dominiū voluntatis, respectu solius materiae promissae. Imperfectam vero irritationem, seu suspensionem, tunc dari (ait Sanctius) quando vota talē non implicant conditionem, pendentem ex Superioris quomodolibet voluntate: ut contingit quando ante subiectionē sūt. Ut si quis ante seruitutem votum emisisset, quod postea Dominus eius irritasset. Tunc enim non erit absolutē irritū, sed quoad exercitium suspensum pro reposito, quo seruitutis durarit subiectio.

8 Fateor, aliquos Authores praedictā, utroque modo datam, irritationis diuisionem negare; solumque imperfectā irritationem admittere, quā suspensionem appellant. Ista Host. Innoc. Ioann. Ang. Cardin. Anchar. Vincent. Et eiusdem sunt sententiae Palud. & D. Anton. dum dicunt, impuberem, retractum, è Religione per Patrem; Seruum, per Dominum; coniugem, per coniugem, cum simplex Religionis votum emisissent, teneri, cessante ea subiectione, ad Religionem redire. Et haec de irritatione.

9 Abrogatio, seu abrogare, est legem, postquam vim obligandi adeptam est, omnino cassare: & in hoc ultimo, scilicet omnino cassare, difert à derogatione, quae rāum ex parte legem tollit: ut habetur. *leg. Derogatur i 02. ff. de verb. signific.*

10 Interpretari est declarare, legem non habere vim in tali, vel tali casu. Et, quia lex quinque modis potest non vim habere, potest etiam alijs quinque interpretari. Primò ergo potest legis obligatio cessare: ex intentione Legislatoris, hunc, vel illum casum non comprehendentis. Unde Sacerdotem, excommunicatum nominatim, dicimus, posse absoluere in mortis articulo existentem, eo quod non sit Legislatoris intentio similē, ob spirituale proximi bonum, comprehendere casum. Ex quò mihi, inferri dicendum, videtur, eandem interpretationē posse legem pati, ob bonum spirituale ipsius excommunicati. Unde, si quis eundem aggrediat excommunicatum, & ei mortem minetur, nisi Petrum, v. g. extra omne periculum constitutum, confessione audiatur, posset talis excommunicatus Confessor, praesertim in mortali existens, Peni-

tentiae Sacramentum ministrare, ob spirituale iudicium. Cum enim eadem in hoc, ac in primò, casu ratio currat, non est, cur in vno, & non in alio lex interpretetur. Dixi: praesertim si sit in mortali: quia quavis Deo se gratum putaret, iddem dicendum existimo: eo quò iddem potest quis, dicto modo excommunicatus, beneficium alteri conferre, quamvis gratum Deo se existimanti, si in mortis articulo existat. Quòd videtur confirmari ex aliorum sententia, asserentium, non teneri quempiam, ob spirituale proximi vitā, temporali Patris sui vitā non succurrere. Unde (inquiunt) Patre tuo, & altero, in mortis articulo existentibus, posse te, vni cum tantum panem habentem, Patri tuo succurrere, quavis scias, alterum esse in mortali. Sed hoc non admitto, quando ille alter, scilicet proximus, aliter à peccato exire non posset, nisi illi succurrendo; ut quia peccaminosè in ebrietatē incidit. Quae ebrietate durante nullatenus conteri valet. Tunc enim Patre tuo, secū dum sui existimationem, in gratia existēte, & ad perfectius conterendum de peccatis praeteritis, libertatem habente, existimo, potius succurrendum esse illi, quā Patri tuo. Ad intentum ergo iuxta praedictam sententiam sic: ergo sicut in hoc casu propter Patrem potes, quare id ipsum propter temetipsum efficere non valebis? Ita ex nostris sapientissimus, semperque laudandus, Magister meus, Pater Fr. Franciscus de Sancto Iuliano, à me cōsultus, respondit. Haec tamen illatio non procedit in opinione asserentium, posse talem Confessorem excommunicatum in praedicto casu fingere absolutionem; sed in contraria.

11 An autem iste talis sic excommunicatus Confessor, sicque mortis periculo expositus, nisi extra mortis periculum existentē alium absoluat, peccet mortaliter si in mortali existens absoluat? Dico primo, quòd si illi praecipiat absolueri in contemptum Sacramenti, tunc nullatenus potest praefatum extra mortis periculum existentem absolueri; quòd pater. Quia tūc nulla est necessitas, quā allegata exteriorius, posset contemptū Sacramenti effugere, dicēdo, se propter periculum mortis proximi absolutionē praestare, non vero secundū sacrilegā intentionē cogentis, Sacramentique, à Christo Dño institutum, parat pendens. Quò ablato ex par-

te cogentis, Sacramenti contemptu; di-
 cōsecundo; quod, si talis excommuni-
 catus Confessor, ob accelerationem
 mortis proximi, vel obtimorem proprie
 sui ipsius, ita turbatur; vt conter non
 valeat, & occasione coactus absoluat;
 non peccat in absoluendo; quia opus ma-
 lum non facit; nec meretur etiam, quia
 opus supernaturaliter bonum non effi-
 cit. Non peccat quidem, quia omnino;
 & si ab extrinseco, facit coactus non me-
 retur autem; quia factū illud ab ipso, exi-
 stēte in gratia, nō procedit. De quo alibi.

12 Secundo igitur, interpretari valet
 lex ex parte intentionis, illam ferentis.
 Nam, qui Bullam, publicatam Matriti
 prima Dominica Aduentus, suscepit, &
 postea Complutum petijt, vbi publica-
 tur post Christi Domini Natalem, potest
 illa frui vsque ad aliam publicationem,
 Compluti factam, ex pia Pontificis præ-
 sumpta licentia, & intētionē: ita Sañch.
 Abbulensis in suis selectis, in fine libri.

13 Item; votum non iudendi, sub
 certa poena factū, obligat solum primā
 vice, secundum Sa, *verb. Votum, n. 26.* ni-
 si expressē, toties; quoties, vouisset: eō
 quod non videtur vouentis intentio ad
 amplius extendi. Quod admittit San-
 chez, vbi supra, quando poena est grauissi-
 ma, & quæ iterari nō solet: vt pere-
 grinatio Hierosolymitana, aut exhorbi-
 tās eleemosina, ingressio vè Religionis.

14 Deindē ex hoc etiam (licet obi-
 ter) infertur, posse hodie Prælatos meæ
 Religionis expellere incorrigibiles, si-
 cut antea, non obstante Urbani VIII. de-
 creto, edito anno 1624. in quō Pontifex
 non comprehendit illos, qui virtute Re-
 gulæ expellantur à Religionē. Ea primō
 nota, quod Pontificis intentio ex verbis
 decreti sui ipsius colligenda est: vnde
 cum de incorrigilibus loquatur, non
 derogat priuilegio Societatis Iesu, virtute
 cuius Generalis prædictæ Societatis
 expellere potest suos Religiosos, alijs ri-
 tualis, quam incorrigibilitatis; vt docet
 Diana p. 9. tract. 9. resol. 57. ad quem locū
 se remittit, ex Cōpendio ipsius, Antuer-
 piæ edito: anno Domini 1651. *verb. Regu-
 lares, n. 12. pag. 703. cum sequenti.* Ergo ad
 infertur, dico, Pontificē in tali decreto
 nō comprehendere illos Regulares, qui,
 virtute Regulæ suæ Religionis, eos, qui
 expulsionis poena sunt digni, ad expul-
 sionis ipsius poenam per sententiā, iuxta

ius commune latam, condemnantur.
 15 Probatur hoc nomine enim statu-
 ti, & Constitutionis, proprie, & in rigore
 loquendo, non intelligitur Regula; vt
 benē, sequutus Syluest. *verb. Religio, 1. q. 7.*
 & priuilegium Eugenij IV. Ordini Sā-
 cti Benedicti concessio, vt habetur *rom. 2.*
privil. 7. n. 14. Benedict. Haestrenum, An-
 tonio Suarium, & alios, notat Mag. Fr.
 Nicolaus Brauo, Pintianus in *expositione*
sux Regulæ Benedictine. c. 26. pag. 191. n. 3.
4. & 5. dicens per prædictum Urbani de-
 cretum nō comprehendit expulsos in sua
 Religione virtute Regulæ. Quod clarum
 viderur, attentis expressis talis decreti
 verbis, quæ fideliter ex originali, Romæ
 viso, transcripsit P. Fr. Hieron. Rodrig.
 in *Comp. qq. Reg. resol. 57. n. 3.* & sunt, quæ
 sequuntur: *Sublati hac in parte statuti,*
& Constitutionibus cuiuscumque Religionis,
& Ordinis, etiam à Sede Apostolica appro-
batis, & confirmatis: ex quibus manifeste
 constat, prædicta statuta, & Constitutio-
 nes à Pontifice approbatas, & confirma-
 tas, debere esse statuta, & Constitutio-
 nes à Religione factas: ergo ante talia statu-
 ta, & Constituciones supponitur Religio,
 & ordo: ergo supponitur Regula, sine
 quā Religio, & ordo esse non possunt.
 Ergo ex verbis, menteque Pontificis nul-
 latenus meæ Religionis (& iddem est de
 quacumque alia Regula, à Sede Apostoli-
 ca approbata) Regula comprehenditur:
 ergo non loquitur de expulsis virtute
 Regulæ. Deindē; decretum prædictū in
 eō, quod addit, scilicet, quod de cōsilio
 sex Patrum, ad hoc in Capitulis singulis,
 & Congregationibus Generalibus, elige-
 dorum ex dignioribus, & c. est extensum
 iuris communis: ergo odiosum: ergo re-
 stringendum: non ergo mirum, quod ex-
 pulsionem, secundum Regulam factam
 non comprehendat.

16 Deindē; quia decretū prædictū edi-
 tum fuit anno 1624. Nostra autē Regula,
 olim ab Innocentio III. edita, & confir-
 mata, & in Hispaniarū Regnis à Clemēte
 VIII. restituta, à Pauloque V. stabilita;
 denuo ab ipso Urbano VIII. aliquibus re-
 formatis, ad perfectionemque reductis, or-
 dinata, & stabilita fuit anno 1631. sep-
 tem post prædictum decretum annis:
 cumque huiusmodi stabilitas, ordinatio
 que, seu Urbani VIII. dispositio fuerit
 ab ipso, *motu nostro proprio* (eius sunt
 verba) *& ex certa scientia nostra;* de qua

Apostolicæ potestatis plenitudine. emanata, digestaque in melius, & ordinata: & alia ex parte reliquerit in ipsa Regula paragraphum, vel *cap. 24.* ipsius; ubi de expulsiōe tractatur, in ea forma, verborumque tenore, ac illud primo cōfirmavit Innocentius III. certè dicendum videtur, Urbanum VIII. vel noluisse nos per decretum suum quoad ea, quæ ultra ius commune super addit, comprehendere; vel per confirmationem dictæ nostræ Regulæ, vt specialis iuris, & septem annis post dictum editam decretum, illi, vt pote contrario (quod gratis do) derogasse. Sed quia de hoc multa, eruditissimaque cito prelo mandabit sapientis. Mag. meus Pat. Frater Franciscus à Sancto Iuliano, meæ Religionis meritisissimus filius, ipsi in omnibus subscribo.

17 Sed quia lex non solum potest cessare per intentionem, illam ferentis, vt dixi, sed etiam ex parte petentis illam ad propriam causam, ideo potest etiã per intentionem, petentis illam, interpretari. Vnde, exempli gratia, inferunt quidã, petentem, excommunicationem ferri, vt manifestentur furta, contra illum facta, non videri extendere intentionem suam ad Cognatos suos, saltè in primo gradu. Quare si eius Frater furtum cōmiserit, non videtur incurrere talem excommunicationem, quamvis illud non manifestet. Ratio est; quia excommunicatio non extenditur vltra intentionem, illam petentis ad propriam causam: sed credi potest, neminem vele, Fratrem suum excommunicari: ergo, &c.

18 Hoc extendunt alij ad Cognatos in secundo, tertio, imo, & quarto gradu, si continua familiaritate se communicent cum perente censuram talem. Iddemq; alij dicunt de familiarissimo amico. Mihi oppositum est dicendũ, exceptis Cognatis in primo gradu; vel, si in secundo, ita tamen amica familiaritate cōiunctis, vt prudenter credatur, patientem furtum nolle eos comprehendere.

19 Secundo potest lex interpretari ob iurisdictionis defectum in ferente illam. Exemplificant hoc quidam hoc modo: excommunicatio, lata, vt reuelentur Scripturæ, furta, & alia, comprehendens etiam scientes, non ligat deliquentis Cognatos, intra quartum gradum, (& excipitur crimen hæresis, vel aliud quod-

cumque ad Sanctum Inquisitionis Tribunal spectans; & crimen etiam Læse Maiestatis; imò & crimen contra Rempublicam, vel contra bonum commune) ob defectum iurisdictionis in ferente censuram. Cum enim vnusquisque ius habeat, ne occultum suum crimen manifestet, nulla potest esse iurisdictionis ad hoc, in foro exteriori, obligans. Et cum Cognati intra quartum gradum, quantum ad hoc, eadem cum delinquente Cognato persona reputentur: sicut ille non tenetur, sic neque isti. Sic Auila de censuris 2. p. cap. 5. dub. 1. & 2. Quod, & alij extendunt ad totam familiam. Et hoc quidam, aliàs doctus, respondit, allegans Marcum Anton. Genuesem, cum Angelo, & Sylu. verbo *Familia*. Sed hoc cum tanta extensione dictum non admitto, nec probabile iudico, nisi limitatione, de quã numero antecedenti.

20 Tertio potest lex interpretari ob materiæ defectum. Vnde, si quis peccata exterius confiteatur, non ita contra Ecclesiam, præcipientem sub censura, & alijs pœnis ferendis, iuxta *capit. Omnis vtriusque sexus*, & fortè etiam latis in aliquibus Synodalibus, semel in anno confiteri, si eo anno, interiora omnimodo, peccata non fateatur. Imò, si sola mentalia habens peccata eo anno non confiteatur, à prædictis pœnis excusari videtur; cum Ecclesia interiora non puniat censuris, pœnisque peccata.

21 Quarto; potest fieri legis interpretatio, iuxta ipsius verba, seu naturam, in fauorabilibus ampliando, in pœnalibus vero restringendo. Ampliãdo (inquam) vt, cum Clerici percussor excommunicationis censura ligatur. Tunc enim, nomine Clerici, in cuius fauorem est dicta lex, intelligendus etiam venit ille, qui primam, tãtummodo Tonsuram habet, & etiam Nouitius; imò, & secundum quosdam, Clericus, etiam hæreticus; quod alij negant apud Sã, de *excommunicationibus Papæ, extra Bullam Cane reseruatis, num. 1.* Restringendo verò, quando dicitur, teneri nos vitare publicum Clerici percussorem. Intelligitur enim, dum nulla tergiversatione cellari possit delictum; vt ait Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta*. Item; quando excommunicantur dantes, aut accipientes aliquid ex pacto, ob ingressum Monasterij; vt *Extranagan. 1. de Simonia*. Intelligitur enim,

enim, nisi sit consuetudo accipiendi; aut bona accipiatur fide. Etenim requiritur præsumptio, quæ scientiam supponit. Ita Sâ, vbi supra, num. 2. Item infert Fagundez, in quinque Ecclesiæ præcepta, præcepto 2. lib. 4. cap. 3. num. 35. peccare graviter Sacerdotem Concubinam suam audientem in confessione. Sicque Sacerdotem Græcum (inquit Fagundez) non debere audire vxorem in confessione, iuxta Glossam, in cap. Omnes, 30. quæst. 1. Constat autem primum ex cap. finali, 30. q. 1. super quòd Celestinus Papa, citatus ab ipso Fagundez, idem tenet.

22 Item; excommunicatio Canonis, posita occidenti Clericum (aiunt quidam) non incurritur, illum veneno in cibo, & potu occidendo, nisi per vim illum interficeret. Probant ex eo, quòd lex dicat: *Si quis manus violentas, &c.* Sed non occidit illum manibus violentis, qui prædicto modo occidit, nisi per vim cogat venenum sumere: ergo, &c. Sic Auila, vbi supra, d. 3. dub. 12. & antea Emmanuel, de excommunicat. conclus. 15. in fine.

23 Item: quando dicitur in iure, illum incurritur Simoniam, qui prætensionem ad Beneficia pretio emit; excusatur, secundum quosdam, à tali delicto, & consequenter ab excommunicatione ille, qui pro prætensione, non in quantum prætensio est, sed in quantum est vox quædam, seu scriptura, pretium tradit. Sic Hurtado Monde x. tractat. de Simonia. addens, non incurritur Simoniam in commutatione, venditione, seu emptione Cappellaniarum Salmantice Vniuersitatis, quæ non sunt perpetuæ. Sed hoc non admitto; quia (salua tanti pace Doctoris) hoc est nimis laxas ad præceptum habænas præbere fidelibus. De quò alibi dicam.

24 Deindè potest lex interpretari iuxta naturam eius. Exemplificant quidam in voto non bibendi vinum. Quòd, si sit in perpetuum, violatur toties, quoties vinum sumitur. (Intellige, casu, quòd votum validum sit; quòd ex inconuenientibus, alijsque circumstantijs pensandum est; de quo vide Summistas,) si verò sit votum, non bibendi vinum certa die, tunc peccari solum prima vice. Sic Tabiena, Palud. & Diu. Antonin. Ducunturque exemplo Indulgentiæ; quæ, si fuerit perpetua, toties, quo-

ties potest lucrari; non tamen, si ad tempus. Hanc tamen sententiam non approbo quoad partem illam, scilicet, si votum sit, non bibendi determinata die, non violari, nisi prima vice. Hoc (inquam) non probō. Cuius ratio est. Etenim votum obligat instar legis Ecclesiasticæ, dum aliud expressè non constat; quòd, quia ab omnibus communiter notatum, & receptum, probatione alia non indiget: atqui præceptum Ecclesiæ, prohibentis carnes comedere certa die; sicut, v.g. diebus veneris, Vigilijs ieiunij, & in Quadragesima, roties violatur, quoties carnes comeduntur, vt patet: ergo, &c. Nec simile de Indulgentijs aliquid, in contrarium, probat. Primò: quia de fauoribus, ad pœnalia, nulla est similitudo. Secundò: quia etiam, quando Indulgentia est ad tempus, non videtur a ratione alienum asserere, toties lucrari, quoties ad illam lucrandam requisita opere complentur. Denique: quia confessio Indulgentiarum est quid affirmatiuum, cum quò optimè stat, vt non valeat semper, & pro semper: præceptum autem, vel votum, instar præcepti, vel Ecclesiasticæ legis factum, quid negatiuum est; vnde, si prohibet, vel aliquid vetat, semper, & pro semper obligare censetur, vt communiter aduertunt DD. per quòd patet ad simile.

25 Sed dices: præceptum ieiunij est negatiuum, quia negat duplicem comestionem facere in die ieiunij: & nihilominus, si pluries (hoc est, ter, quater, & amplius) quis comedat in die ieiunij, solum in prima fractione peccat, & non in alijs, vt probabiliter à non contemnendis firmatur Authoribus: ergo idem de voto non comedendi carnes certa die dicendum est, non obstante, quòd negatiuum sit, & ad instar legis humanæ Ecclesiasticæ factum.

26 Respondeo tamen; (& gratis admitto, præceptum ieiunij esse absolute negatiuum) notando, dupliciter stare, præceptum aliquod negatiuum esse. Etenim, vel est negatiuum, distributiue negans; hoc est, pro tota die, & pro qualibet diei parte. Vel solum negatiuum est collectiue, v.g. negans aliquid, pro tota die, collectiue sumpta. Quà distinctione vel diuisione supposita, quæ negari non potest. Dico præceptum ieiunij esse
ne-

negatiuum, collectiue tantum, idest, postulare, pro tota die, indiuisibiliter supra, ne fiat plusquam vnica comestio. Vnde, si ipsa die secunda apponatur comestio, extinctum est, in totum, præceptum; cum iam impossibilis sit illius observatio, quæ respicit obseruare ieiuniũ, quod tamen iam locum non habet. Patet hoc: etenim, si posita duplici comestione, quarum vna peccaminosa sit, impossibilis est iam, in sententia, mihi probabilissima, talis præcepti observatio: ergo impossibilis erit eiusdem præcepti fractio. Itaque negatio, quæ in hoc reperitur præcepto, est conditionalis respectu ieiunij, vel, quod iddem est, conditio ieiunij, vt quidam dicunt. Est, itaque conditionalis negatio in hoc sensu; quod, sic negat præceptum hoc secundam comestionem, vt, si illa ponatur, iam non sit ieiunium, nec locus ieiunij: ergo nec ieiunandi præceptum: ergo, nec locus illud frangendi: ergo nec locus iterum, per iteratas comestiones, peccandi. Igitur ieiunij præceptum petit solum, totum diei tempus, collectiue sumptum, cum vnica comestione, negando alias: proindeque est negatiuum, non supponens distributiue, sicut præceptum abstinendi à carnibus, in die Veneris; sed solũ collectiue supponit modo dicto. Sicut enim excusatus à ieiunio, pro aliqua parte diei, pro tota die excusatus censetur; vt patet in eo, qui vigesimum quintum annum implens, post quadrantem horæ, mediæ, v.g. noctis, quæ ieiunij incipit dies, non tenetur eo die ieiunare; sic excusatus à ieiunio seruando, secunda apposita comestione, non tenebitur amplius ieiunare. Et sicut excusatus ab obligatione abstinendi à comestione carniũ, pro aliqua parte diei, ob defectum vsus rationis, (constat in eo, qui ad septennium, quod est signum vsus rationis peruenit post mediam noctem, quæ dies Veneris incipiat) sicut (inquam) excusatus, pro vna hora, post prædictam mediam noctem, à quæ incipiat dies Veneris, non censetur in reliquo diei Veneris tempore excusatus ab obligatione abstinendi à carnibus; sed peccat toties, quoties illas in residuo talis diei tempore comedit; quia negatio istius præcepti distributiue supponit: sic, qui semel huiusmodi frangit præceptum, non ideo à peccato erit immu-

nis; si carniũ repetat comestionem; sed toties peccabit, quoties illas comederit in diuersis horis, nullatenus pro continuato tempore reputatis. Et per hoc patet ad replicam.

27 Sed ad intentum rediens, ex interpretatione legis secundum suam naturam, vt num. 25. supra dixi; infertur tandem, habentem votum ieiunandi in Vigilia Natiuitatis Domini, posse consuetam collationem nocte sumere, nisi contrarium intendisset. Probatum hoc: quia, vbi hæc deficit intentio, censetur, votum obligare, instar Ecclesiastici præcepti: sed hoc saluatur, etiam si ampla, vt solet, pro collatione, refectio assumatur: ergo etiam votum.

28 Ex hoc quidam subinferunt, posse Religiosum Seraphici Ordinis, in Vigilia Natalis Domini, consuetam à fidelibus, collationem sumere. Sic Sanctius, in opere morali, lib. 4. cap. 11. num. 65. Sed Emman. Rodrig. oppositum docet, 1. tom. sum. in 2. editione, cap. 23. num. 10. Quod certè mihi probatur, licet maximi sit ponderis autoritas Sanctij. Et sic probo: prædicti Religiosi ex voto tenentur diebus Veneris ieiunare; ergo eo modo tenentur, quo votum in sua Religione receptum est: ergo qui de nouo profitentur in tali Religione, ea uent intentione obseruandi Regulam, sicut ab antecessoribus obseruatur; atqui in Seraphico isto Ordine non est recepta ampla in Vigilia Natiuitatis Domini Serotina Collatio, vt à pluribus audiui: ergo votum de nouo Profitentium, receptam in Ecclesia, vel (vt clarius dicam) inter fideles, communiter loquendo, consuetudinem excludit: ergo, &c.

29 Quinto, & vltimo, potest lex per finem interpretari: Vnde, deficiente fine, censetur, tunc legem non ligare. Hæc tamen non, sic generaliter dicta, recipienda sunt. Quare distinguenda est duplex cessatio finis, iuxta communem sententiam. Prima cessatio finis est, quædo finis cessat in communi; hoc est, pro tota Communitate Subditorum, seu pro tota Republica. Et, sic cessante fine, etiam ipsa cessat lex, præceptum, vel Statutum. Si vero (& hæc est secunda cessatio finis) cesset finis in aliquo particulari indiuiduo, subdito scilicet, tunc (ait communis sententia) non cessat lex, præceptum, &c. Aliàs, cum ieiunium

iumium sit propter continentiam, tanquam propter finem, institutum, ab illo, ieiunandi videlicet præcepto, vel lege, continens. Quod absolutè falsum est. Dico: *Absolutè falsum*: quia, & si probabilis sit sententia Granados, & aliorum, asserentium, cessare legem, etiam in particulari individuo, cessante fine: hæc tamen sententia de cessatione finis adæquati, tam intrinseci, quam extrinseci, intelligi debet. Sed, quia de hoc latius erit sermo, infra, tractatu de legibus, ab illo nunc abstinco. Et hæc de interpretatione legis pro nunc sufficient.

30 Dispensatio ergo, proprie, & strictè sumpta, est relaxatio iuris, facta ab habente relaxandi potestatem. Nam, per ly, *relaxatio iuris*, differt ab Irritatione, Interpretatione, Abrogatione, & Derogatione; imo, & etiam à Privilegio, quod est Principis beneficium, aliquid, præter ius, concedens, vt legitimum, seu dispensandi potestatem. Per verba autem illa: *ab habente potestatem facta*: declaratur efficiens dispensationis causa. Bene verum est, dispensationem sumi etiam, quamuis improprie, pro iuris declaratione; vt aliqui dicunt. Vnde, quando Pontifex declarat, Ius diuinum in aliquo casu nõ procedere, improprie dicitur dispensare, proprie verò dicitur declarare, tale Ius prædicto in casu non obligare.

31 His præhabitis, restat etiam declarare, seu resolvere: an dispensatio latissimè sit interpretanda? Ad quod dico: certi Iuris est, dispensationem esse strictè interpretandam. Est enim odiosa, quia Iuris relaxatio est. Sic communis DD. consensus; vt videre est apud Sanctium, *de matrim. lib. 8. disp. 1.* Basilium ibi, *cap. 20.* sicque communiter inuenies apud Recentiores. Et constat ex *cap. 7. de filijs Præbiter. in 6.* facitque etiam ratio; nam, si lex, quæ Ius commune corrigit, est strictè interpretanda; *Cap. Quæ à Iure de Reg. iur. in 6.* à fortiori, dispensatio, quæ est vulnus legis. Et iddem, ob eandem rationem, dicendam est de priuilegijs, in quibus aliquid contra Ius conceditur.

32 Hunc sequitur, falso asseruisse Archidiaconum *Cap. Nos consuet. in fine d. 12. & Cap. Quoniam num. 2. dist. 69.* Speculatorem, *tit. de dispensat. §. vlt. num. 2. vers. Quid, si dispensatum est cum aliquo, &*

Velascum consil. 60. num. 3. volum. 1. dum absolutè dicunt, dispensationem, vt pote Principis beneficium, esse latissime interpretandam; ducti ex *cap. Olim de verb. signific. & ex leg. Beneficium, ff. de constit. Princip. ex quibus (inquiunt) constat, beneficium esse latissimè interpretandum.*

33 Sed, licet hæc doctrina, ita absolute prolata, sit à veritate aliena, vt ex dictis constat; à diuersis tamen Authoribus, aliquibus additis limitationibus (omnes referam, probabiliores semper sequutus) amplexatur. Primo igitur illam admittit Sanchez, Emmanuelem, & alios referens vbi supra; quod, & sequitur Basilium citatus: illam (inquam) admittit casu, quo dispensatio esset, *proprio Principis motu*, ob publicam concessa vtilitatem. Ait namque Sanctius, Motum proprium extendere rem, quatenus propria verborum patitur significatio. (Quidquid alij dicant) Censetur autem gratia, Motu proprio concessa, quando Princeps id exprimit; quidquid dicat Socinus Iunior. Vnde merito inferitur, Motum proprium testibus probari non posse, nisi mediate; hoc est, probando, quod in prædicta Scriptura sit clausula, *Motu proprio.* Secundo, dictam admittunt sententiam Felin. Eminent. & alij cum Sanctio; quando dispensatio est clausa in corpore Iuris. Tunc enim sapit naturam legis, quæ latè est interpretanda, quando fauorabilis est. Tertio, eam admittunt Sylu. Ledesma, idem Sanctius, & alij, quando dispensatio versatur circa Iuris communis materiam. Vnde dispensatio, facta in tertio consanguinitatis gradu, extenditur ad secundum cum tertio. Eo quod computari debet iuxta Iuris communis dispositionem, quod computat gradus iuxta eum, qui à stipite remotior est. Quæ etiam ratione, licentia concessa Episcopis ad testandum, facit cõualescere testamētum, antea factum; quia Ius solum petit, adesse testandi facultatem tempore mortis.

34 Quarto, prædictam sententiam admittunt alij apud citatum Sanctium, dum ampliatio dispensationis non excedat verborum proprietatem. Quod, & si probabile dicat Sanchez: at ipse oppositum sustinet ex eo, quod sequeretur, dispensationem cum illegitimo ad Ordines, absque alio addito, extendi ad Ordines

dines Maiores; quod falsum dicit; nisi alias dispensationem impetrans, haberet iam Ordines Minores, Papa hoc sciente. Tunc enim de maioribus intelligeretur licentia; & de omnibus; cum non sit maior ratio vnius, quam alterius; & bene. Sequellam tamen, quam falsam reputat Sanctius, probabilem indicat Philippus, rellatus ab Anton. Cuco *Cap. Literas numer. 10. de filijs Presbyterorum*. Tum, quia, si restringenda sit, erit ad primam Tonsuram; quod negat Sanctius. Tum etiam, quia Suarez *tom. de Censur. disp. 4 i. sect. 3. num. 3.* ait, difficile esse, vniuersaliter hanc acceptare regulam; vt scilicet, ea dispensatio ad solos minores intelligatur Ordines. Tum denique; (& argumentor pro Philippi sententia) nam si permissio in genere mediocritatem respicit, vt ait ipse Sanchez *num. 26.* (vnde inquit, nec ad primam Tonsuram restringendam dispensationem; vt aliquid habeat beneficii; nec ad maiores, quia odiosa est, ampliandam) quid erit dicendum de eo, cui, iam Tonsuram habenti, dispensatio ad Ordines concessa fuit? Si enim permissio in genere mediocritatem importat, quod nam erit medium? Non minores Ordines; quia extremum, ad quod posset restringi, non supponunt. Non aliquis filiorum, vt patet. Ergo aliquis maiorum Ordinum. Cumque, in sententia Sanctij, non sit maior ratio vnius, quam alterius; si ad vnum, pro mediocritate; extenditur; ad omnes, quia eadem est ratio, debet extendi.

35 Ergo ex hac Philippi sententia sequitur, dictam dispensationem extendi etiam ad hoc, vt etiam Beneficij simplicis capax sit dispensatus; quod etiam ait Sa, *verb. dispensatio, no. 14.* & tenuerunt alij. Cuius ratio est: nam dispensatio (vt infra dicam) ad inseparabiliter connexa extenditur atqui indecens est, illum, qui Patrimonio caret, ad sustentationem sufficienti, absque Beneficij titulo ad sacros Ordines promoueri: ergo semel ad Ordines dispensatus, ad Beneficium etiam dispensatus censebitur; siquidem dispensatio ad Ordines, ad maiores etiam se extendit.

36 Quinto, admittitur predicta Archidiaconi sententia, quando dispensatio est in priuato statuto, aut populi consuetudine, iuri communi contrarijs. Tunc enim reducitur ad ius commu-

ne, quod fauorabile est. Sic Syluest. *verb. priuileg. q. 3. conclus. 2.* & Sanchez, vbi supra, *num. 12.* alios referens.

37 Sexto, admittitur etiam, quando dispensatio non priuatis, sed toti Religioni, seu Communitati conceditur. Etenim tunc censetur in perpetuum concessa; ac per consequens æquatur legi, & habetur, ac si in Iuris corpore esset inserta. Sic Henriquez, alios referens, *lib. 7. de Indulg. cap. 22. num. 3. & cap. 24. num. 4. in fine.* Vnde licentia, Episcopo concessa de percipiendis fructibus in absentia, studij causa, late est interpretanda. Quia non personæ, sed causæ, in qua est vtilitas publica, conceditur. Sic ipse Sanchez, alios sequutus *num. 14.* & post ipsum alij.

38 Septimo, admittitur, quando dispensatio est debita, eo quod Princeps, ob occurrentem causam, dispensare teneatur; vt teneatur, perentibus id vtilitate, vel necessitate Ecclesiæ. Sic citatus Sanchez, alium referens Authorem. Imò addit Sarmiento, rellatus ab ipso Sanctio, dispensationem non esse ita strictè interpretandam, vt captiosa, & illusoria reddatur. Vnde licentia testandi, concessa Monachis, & Episcopis, non ita per Pontificem arctatur, vt, si primum testamentum factum reuocent, aliud efficere nequeant. Quia hoc petit testandi natura, vt vsque ad mortem, pro libito, possit testamentum reuocari, & denuo confici: Confessio autem non debet accipi contra naturam testamenti. Sic tenet Basilus, sequutus Sanctium, & alios, alijs etiam oppositum sentientibus.

39 Octauo, ab omnibus admittitur, si solum fiat extensio ad necessario, & inseparabiliter connexa. Vnde dispensatio ad plura Beneficia extenditur ad non residendum in vtroque. Item, si cum Minore dispenseretur, vt habeat Beneficium Parrochiale, consequenter dispensatur, ne intra annum ad Sacerdotium promoueri teneatur; vt sic euitet poenam, *cap. Licet. Canon. de elect. in 6. appositam.* Imò, idem ait Baldus *leg. & si seuerior, num. 19. Cap. Ex quibus causis infamia irrogat;* quamvis annexa sint separabilia, dum dispensatio causam habeat fauorabilem. Vnde vbi Index (ait Baldus) dispensat super poena, censetur super infamia dispensare. Fateor, oppositum, cum alijs, tenere Sanctium,

asserentem, dictam dispensationem esse validam, eo quod infamia cum poena in separabiliter coniuncta sit. Addit tamen Doctus Sanchez (& hoc congruit ad resolutionem casus supra positi) dispensatione posse extendi ad separabiliter connexa, casu, quo quis dispensetur in principali, ratione cuius solum erat inhabilis circa accessorium. Exemplum sit in Canonico, qui prohibetur habere vocem in Capitulo, donec Subdiaconus sit. Unde si Pontifex dispenset in principali, propter quod non habebat vocem in Capitulo, scilicet, in ætate, quam posebat Ordo ille, & fiat Subdiaconus, consequenter dispensatur ad habendam vocem in Capitulo.

Item, dispensatio, Episcopo concessa, vt, vltra tres menses, iure præscriptos, consecrationem deferat, extenditur ad Beneficiorum retentionem. Hoc, aliquibus absolutè negantibus, admittunt alij, quando dispensatio proprio Motu conceditur. Ita Hostien. Ioan. Andræas, quos omnes refert Sanchez *num. 24.* Cuius ratio est: nam vacatio Beneficiorum est inseparabiliter coniuncta dilationi culpabili; quæ tollitur dispensatione. Item, Prælati Religionis, mittens subditum, ab alieno Episcopo Ordinibus initiandum, censetur illi vices suas committere, ad dispensandam in irregularitate, & alijs, quibus Ordinari non potest. Concesso enim aliquo, concessa censetur ad illud necessaria. Ita Ang. Syl. & Henriq. solum hoc admittens, quando impedimentum denuo occurrit, seu in mentem venit. Scio, oppositum alios sustinere, asserentes, Episcopum, cui concessit Tridentinum, posse suum Familiarem ordinare, non posse cum eo in Interstitijs dispensare, ex eo, quod duplex sit impedimentum; & concessio vno, non censetur aliud concessum. Mihi tamen cum Sa, *verb. Episcopus num. 36.* dicendum est, posse in hoc casu Episcopum dispensare in Interstitijs, & quacumque irregularitate, aliàs per Episcopum dispensabili. Ad hoc enim sufficit habitatio maioris partis anni, vt optimè Sanchez *lib. 3. tota disp. 23.*

40 Nono, prædictam Archidiaconi sententiam admittit Aretinus, apud Sanctium *lib. 8. disp. 1. num. 29.* quando dispensatio ab ipso Legislatore conceditur; cuius oppositum tenet Felinus,

rellatus, & sequutus à Sanctio.

41 Vltimo, tandem, eam admittunt in causa matrimoniali Felinus *cap. Postulasti, num. 13. limit. 7. de Rescriptis Militis in re portorio lit. D. verb. dispensatio, num. 23. vers. Dispensatio quatenus.* Gambara, Loafes, Verac. & Borgasius; quos refert Sanchez, oppositum cum alijs tenens, quos sequitur Basilius, & iam fere omnes sequuntur Recentiores.

42 An autem argumentum à paritate rationis, vel à maiori ad minus etiã in dispensationibus locum habeat? Sanctius affirmatiuam partem probabilem dicens, oppositum tenet *num. 31. & seqq.* vbi pro vtraque parte alios refert Authores. Unde potestatem habens vitæ, & mortis alicuius, illam etiam in bonis suis habet, *leg. in suis 11. in principio, ff. de liberis, & Posthum.* Et Banniti spoliatio licita est, ex eo, quod licitè interficere valeat. Quare hanc sententiam admittunt primò alij, ex doctrina Sanctij, quando dispensatio est in fauorabilibus; vt illegitimi ad Ordines; quod tamen negat ipse sanctius, nisi casus, in quo dispensatur, expressam rationis concessionem contineat. Tunc namque (ait Doctus Sanchez) extenditur ad casum, non expressum, vbi eadem militat ratio; sed hoc potius est declaratio, quam dispensationis extensio. Oppositum tamen tenet Felinus.

43 Secundò, eam admittunt, quando id, ad quod extenditur, est inclusum, vel annexum maiori, tanquam pars eius; vt, v.g. concessio Sacerdotio, censetur inferiores Ordines concessi; vt cum alijs docet Sanchez. Tertio, eam admittunt Lopez, & Couarrub. in dispensationibus, à Canone, vel lege inductis; non autem, si ab homine. Tandem; eam admittit Sanchez, quando maius, & minus sunt in eodem genere. Sicut facultas testandi extenditur ad Codicillum, & donationem causa mortis. Sed circa omnia, huc vsque dicta, vide Basilius, vbi supra, plures referentem Modernos.

44 Solum superest prænotare etiam, an dispensandi potestas latissimè sit interpretanda? Et pars affirmatiua communiter est recepta; probari quoque solet, ex *cap. final. de Simonia.* Vbi mandatum dispensandi cum Monachis, Simoniace admisis, Episcopi commissum, extenditur ad dispensandum cum Abbatibus,

eodem vitio affectis. Mihi tamen probatur ex eo, quod nulli præiudicium fiat, nisi soli Principi; qui potest suam totam potestatem, vel illius partem alteri communicare. Sic fore omnium DD. consensus.

45. Aliquas tamen limitationes hæc affirmatiua patitur pars. Nam primo eam limitat Sanctius, vbi supra, *disp. 2.* dicens, non debere ampliari, de casu concessio, ad casum, non comprehensum sub lata verborum significatione, vbi eadē, vel maior ratio militet. Limitat secundo idem Sanchez supra *num. 3.* nisi vergat in graue tertij præiudicium; quia de minimis non curatur. Et, licet oppositum teneat Glossa, quam ibi refert Sanchez, placent tamen ipsius Sanctij limitationes.

46. Tertio, limitatur prædicta communis sententia; si consuetudine inducta esset certa interpretatio in ea materia: Tunc enim restringenda esset dispensandi potestas, ne scandalum sequatur. Ex qua limitatione sequi videtur, quod, ablato scandalo, omnino de facto, ampliari possit; cum tunc nulla ex parte nulum sequatur damnium. Quarto, limita, vt non extendatur ad casum, in quo rarissimè dispensatur. Vt supra de dispensatione notauimus.

47. Vltimo limitatur, quando dispensandi potestas in solius dispensandi fauorem concessa est. Quod contingit, quando ad petitionem illius, quo cum est dispensandum, dispensaturo facultas conceditur: nisi expressè velet Princeps eam gratiam dispensaturo etiam conferre, vt ad notat Sanchez, supra *num. 6.* vel, nisi dispensaturus hoc peteret; vt alij, & non improbabiler, quos ibi refert Sanchez, affirmant. Et, licet oppositum teneat Basilius Legion. hoc loco, *cap. 4. num. 17.* vtrumque probabile existimo.

48. In dubio autem, an velet Princeps gratiam facere dispensaturo, vel ille petierit? Non est amplianda; (ait Sanchez, supra, *disp. 28. num. 90.*) quando ad dispensandum cum determinata persona concessa fuit facultas. Sed oppositum huius limitationis mihi probabile est. Sequeretur enim ex ea præiudicia Bullæ Cruzlatæ non esse amplianda; cum solum sit beneficium ipsius sumentis; vt ipse Sanchez affirmat: Cuius tamen op-

positum probabile iudico cum Ludouic. Lopez, quem refert Sanchez *num. 7.* & alijs apud Dianam in suis resolutionibus. Imo Sanchez sibi contrarius videtur; dum *num. 9.* ait, in dubio, an dispensandi potestas ad casum alium extendatur, interpretandum esse extendi. Ergo in dubio, an Pontifex velet gratiam facere dispensaturo, vel petenti potestatem dispensandi cum illo, ample interpretanda est gratia hæc: ergo iudicandum est, Pontificem illam velle facere petenti. Constat hoc vltimum Consequens: Etenim, si, quia in dubio, potestas dispensandi late est interpretanda; & alias non late interpretaretur, si iudicaretur dispensaturo concessa, consequenter, vt ample interpretetur, petenti illam ad dispensandum concessa iudicari debet. Unde non est credendum Abbati, asserenti, potestatem dispensandi in Beneficijs, intelligi de simplicibus.

49. Quare, potestas, collata Episcopis in Tridentino, *ses. 24. cap. 6. de Reformatione*: (Et nunc loquor de sententia, asserere, talem potestatem esse solum à Concilio datam Episcopis) ad absoluendum, & dispensandum circa omnes casus occultos, nec deductos ad forum contentiosum (excipe Irregularitatem ex homicidio voluntario, de qua alibi) extenditur ad Capitulum Sedeuacante. Quia licet hoc ex speciali iure Episcopo competere, vt ait Suarez *tom. de Censuris, disp. 4. sect. 2. nu. 13.* oppositum sentiens; quia tamen est ex speciali iure Ordinario, vt optimè Sanchez, potest ad Capitulum transire. Immo, non desunt, qui idem affirmant, quamuis solum ex iure delegato illi competere. Quod si hoc probabiliter dicitur, à fortiori dicendum est in sententia Sanctij, & aliorum, in qua Episcopis iure communi hoc competit. Et potiori ratione in mea sententia, quæ sustinet, Episcopis hoc diuino iure competere.

50. Iddem de Episcopis electis, & confirmatis, quamuis non consecratis, dicendum est. Vt ait Basilius, vbi supra, *num. 4.* addens, cum Sanctio *lib. 4. sum. cap. 37. num. 16. & 20.* referente Suarium, Lesium, & Sayrum, posse hanc potestatem committi habentibus iam Tonsuram; non tamen Clericis coniugatis; quia ij tantum quoad quosdam effectus, & quibusdam seruatis circumstan-

stantijs, Ecclesiastici dicuntur, & reputantur, *cap. unico de Cleric. coniug. in 6. & Trident. ses. 25. de reformat. cap. 6.* Non amittitque hanc potestatem, seu iurisdictionem excommunicatus, nisi sit nominatus, aut ita manifestus Clerici percussor, vt nulla tergiuersatione cellari possit: vt ait idem Basilius, & post, & ante ipsum, alij. Iddē dicēdum est de Abbatibus, alijsq; Prælati, iurisdictionem, quasi Episcopalem habentibus, & Diocesium, nulli Episcopo subiectam; contra Suarium, & alios. Quia si potestas, delegata ad dispensandum, ample interpretatur; à fortiori Ordinaria; præsertim quando in corpore iuris, idest, Tridentino, est clausa. Iddem de Superioribus localibus, seu Conuentualibus, respectu suorum subditorum dicendum est. Quia Episcopi iure funguntur; vt tenet Sanchez *disp. 3. num. 5.*

51 Ex his dictis infertur, potestatem, etiam delegatam, ad dispensandum, extendi ad commutandum; vt optimè Sà, *verb. votum, vbi, de irritat. & dispensatione, num. 19.* Henric. Emman. & alij. Quamvis oppositum cum alijs, doceat Sanchez supra, *num. 15.* Vbi ait, cum, qui ex priuilegio potest dispensare, posse partim dispensare, & partim commutare.

52 Solet etiam hic inquiri: an potestas delegata dispensandi, commutandi vè vota, ad iuramenta, & ad vota iurata extendatur? In quo aliqui absolutè negant. Aliqui verò affirmant, quando iuramenta accessoria sūt votis. Quia tūc ablato principali, scilicet voto, cessat accessorium, videlicet iuramentum. Mihi tamen absolutè affirmatiuè respondendum est: quod, & tenuit Sà, *verb. iuramentum, num. 32. & verb. votum, vbi supra, nu. 16.* & post ipsam Sanchez, alios referens. Et probatur: etenim quando vota sunt iurata, constat ex dictis: nam, ablato principali, scilicet voto, auferitur accessorium, idest, iuramentum. Itaq; iddem dicendum est, quoties iuramentum in confirmationem voti factum est. Et certe, dum iuramentum est post votum; & non constat, an in confirmationem fuerit factum; in hoc dubio, factum esse in voti confirmationem, præsumendum est. Si verò de intentione constet; & non fuerit factum in confirmationem voti, sed solum cadat imme-

diatè supra rem, voto iam astrictam. Tunc Sanchez negat, potestatem ad dispensandum in votis, extendi ad iuramenta.

53 Sed, salua tanti Magistri auctoritate, mihi oppositum est dicendum. Et quia de hoc latissimè infra, dum de promissorio iuramento sermo fuerit, acturus sum; sufficiat pro nunc, quæ sequitur, ratio, Doctis. Legionensis auctoritate fulcita. Etenim eadem de voto; promissorioque iuramento est ratio; solumque tertij præiudicium notatur: quo ablato præiudicio; cum solus Deus acceptet; eandemque votum, & promissorium iuramentum Religionis virtutem aspiciat, saltem quoad obligationem implendi; ideò potestas dispensandi in voto, de illo ad iuramentum, tanquam ad casum, omnino similem, extenditur.

Fulcitur hæc ratio pro nūc, auctoritate Legionensis supra *cap. 11.* imò, & Doctissimi Magistri Patris Suarij *lib. 6. de voto, cap. 14. num. 19. & seqq.* Probatque Basilius sic: nam, si solum esset votum, dispensabile esset; & etiam si solum esset iuramentum: ex eo autem, quod fiat simul committantia illa duo vincula, vnū non mutat suam naturam ex consortio alterius: ergo, cum in omni iuramento, promissorio, scilicet, includatur votum (ait Legionensis *num. 3.* contra Sanctium, & Suarium); & ratione voti dispensabile sit, non potest vnū ex consortio alterius naturam suam mutare. Ex quo infertur, ablata ratione voti, in promissorio iuramento inclusa, manere iuramentum in ratione astrictorij; scilicet iuramenti; & sensus erit, iurantem iurare habere propositum sic faciendi. Sic, fere in substantia, Basilius supra.

54 Infertur ergo, (& hæc illatio deseruiet ad resolutionem casus, supra positi, infra præstandam) Infertur igitur, dispensationē voti, tacito iuramento; vel iuramenti, tacito voto; vel si falso dicatur in narratiua, fuisse votum, cum fuerit iuramentum; vel fuisse iuramentum, cum fuerit votum; vel non tantum alterum eorum taceatur, sed falso affirmetur, esse tantum alterum, cum sit vtrumque vinculum, esse validam. Primum constat ex eo; quod ad dispensationem non refert vtrum illorum sit; sed sola spectatur obligatio, ex Religionis vinculo Deo facta; quæ est eadem, vt ait

Sanchez. Vudè mendacium non erit circa quid substantiale dispensationis; & sic illam non vitabit; vt infra dicam.

55 Excipit tamen Sanchez iuramentum, factum non in confirmationem voti, sed ab illo independens. Dicitur ex eo, quòd sint diuersæ obligationes. Hoc tamen non admitto. Et in primis, vix fieri potest, iuramentum promissorium circa eandem rem, nõ esse voti confirmatorium. Deindè: dato, quòd non sit; adhuc iddem mihi dicendum videtur. Nam, quando est votum, & quis iuramentum dicat, vel è contra, non mentitur circa substantialia; ergo iuramentum non excedit votum in aliquo substantiali quoad dispensationem: ergo, sicut appositis duobus votis (hoc est, votum duobus in temporibus factum) circa eandem rem, dispensato vno, censetur alterum dispensatum; sic, dispensato voto, erit etiam ablatum iuramentum.

Quòd si dicas, in primò casu esse tantum vnicam obligationem, bis repetitam; non tamen in secundo. Contra est: & in primis non capio Doctissimi Sanctij assertum: videlicet, in ordine ad dispensationem, esse duplicem obligationem, quando iuramentum circa eandem omnino rem non est confirmatorium præcedentis voti de eademmet re, & esse vnam solam obligationem, in ordine ad dispensationem, quando iuramentum est voti præcedentis confirmatorium. Hoc (inquam) non capio. Nam rogo: quid amplius apponit ille, qui iurat implere, vel facere eandem rem, voto antea ab ipso promissam, si non intendat confirmare votum? Certè ego nihil inuenio, nisi solam intentionem confirmandi votum per factum iuramentum circa eandem rem. Nam iuramentum promissorium de eademmet re, antea voto promissa, iddem est, & ex parte actus, & ex parte obiecti; ergo ex parte solius intentionis iurantis, solummodo valet differre in hoc, scilicet, quòd intentet iurans, vel non intentet, per tale iuramentum confirmare, vel non confirmare præcedens votum. Ergo sola intentio iurantis de confirmando, vel non confirmando per iuramentum ipsum voto, antea facto, præ-

bet diuersam obligationem eidem de eademmet re iuramento. Hoc est, quòd non capio; imò nec sequendum existimo. Etenim iurantis intentio de confirmando, vel non confirmando voto, antea à se facto de aliqua re, per iuramentum postea subsequutum de eademmet re, nullam ex parte obiecti apponit diuersam virtutem, à quà diuersa oritur obligatio in ipso iurante; siquidem, iddemmet iuramentum de eademmet re, voto antea promissa, persistit, quamvis ex iurantis intentione in confirmationem talis voti factum non sit.

Deindè: iuramentum, post votum factum, includit votum eiusdem rationis cum primo: ergo ablato primo, auferatur etiam secundum; vel (vt melius dicam) secundi repetitio. Tunc sic: sed ablata ratione voti, in iuramento inclusa, non potest non auferri ipsa ratio iuramenti: ergo, &c. Explicatur hoc. Nam iuramentum, factum post votum, non est aliud, quàm votum circa eandem rem, afferendo Deum in testem: ergo præter rationem voti, in iuramento inclusa, nihil restat; nisi assertorium iuramentum; scilicet, iurare, se habere propositum sic faciendi: quæ ratio finitur ipsa veritate de præsentis: ergo obligatio in futurum solum spectat ad votum, seu promissionem, in iuramento inclusa: sed hoc nullam maiorem inducit obligationem, quàm votum præteritum: ergo erit repetitio illius; ac proindè, ablato voto, auferatur etiam iuramentum; & è contra.

56 An autem potens ex privilegio legitimare Adulterinum, & Incastuosum, possit, quando vtrumque vitium in eadem persona concurrat? Negant aliqui. Sed melius Henriquez *lib. 14. de Irregul. cap. 18. n. 10. Sã. verb. Dispensatio, n. 7.* & Sanchez, plures referens *num. 28.* Cuius ratio est: nam in favorabilibus mixtum sub simplici comprehenditur: sed potestas dispensandi, &c. quamvis delegata, est favorabilis: ergo, &c. quòd tamen intellige, iuxta dicta; *num. 43.*

Ex quibus infertur, quòd, si legitimandi potestas, alicui concessa, loqueretur de spurij, nulla limitatione apposta, extendi tunc possit ad omnes species spurij. Quia est nomen genericum, comprehendens casum mixtum; quòd est tertia species,

cies; vel si non sit, simplicibus applicabitur; argumento deducto ex lege *Queritur, ff. de statu homin.*; sicque temper sub genere includitur. Sic Thomas Sanchez, ubi supra, alios referens, *num. 30.* Ex his ergo annotatis, non erit difficile ad supra positum casum solutionem præstare; non solum in partem, sed in totum. Quia tamen duo inquirunt, duplici resolutione; claritatis gratia, satisfaciam. Igitur sit:

PRIMA PRO PRIMO quæsitio, resolutio casus.

PRIMUM quæsitum est, an, supposito, quod in Religione præfati Theologiæ Lectoris, nullus sit Doctoris gradus, neque Magistri, potuerit Pontificias illas literas aperire?

57 Et primo posset aliquis dicere, præfatum Theologiæ Lectorem, quia in scientia idoneus est, & talis reputatus, exequutorem esse posse prædictarum literarum. Nam licet statutum sit in *cap. Statutum de rescript. in 6.* Ne Pontificiæ commissiones fiant nisi personis, in dignitate constitutis. Quia tales decet esse Papæ, eiusvè Legati delegatos. Hoc tamen, ut constat, notatque Sanchez *lib. 3. de matr. disp. 34. num. 7.* pro foro exteriori procedit. Undè videtur, in foro conscientie, pro quo veniunt Sacræ Pœnitentiariæ dispensationes, satis esse, si prædictas literas aperturus, Sacræ Theologiæ Lector per tot annos extiterit.

58 Deindè: quia Licentiatus in Sacris Canonibus, Sacravè Theologia, intelligendus venit Doctoris nomine; eo quod sit in via, proximoque actu ad Doctoris, vel Magistri gradum: qui autem existit in potentia, actu propinqua, videtur in ipso actu existere, *l. penult. ff. de mil. testam.* Undè Licentiatus, nomine Doctoris, in favorabilibus comprehenditur; ut docent Bald. *leg. 1. §. Dotis, num. 9. ad fin. ff. solut. matrim.* Alex. dicens eie communem; *leg. Mulier, §. Non est dubitandum, num. 2. ff. ad Trebel. Domini. in proximo sexti, verb. Bonifacius Episcopus, numer. 10.* & ibi Francus *numer. 2.* Et tandem Felin. alios allegans in *proximo decret. §. Gregorius Episcopus numer. 18.*

Quos omnes postquam refert Sanchez supra *numer. 9.* ita habet: *At hoc favorable est.* Atqui Lectores, sicut præfatus, de quo in informi, in ratione sufficientiæ, & scientiæ; proximiores sunt actui Doctorum, & Magistrorum; ergo, &c.

59 Deindè: quicumque Doctor, vel Magister, licet indoctissimus, ut ait Sanchez supra, *num. 10.* & tenet Basillus *de matrim. lib. 8. cap. 21. §. 1. numer. 13.* potest prædictas exequi literas: ergo etiam iddem valebit præfatus Theologiæ Lector, & sanè doctus, efficere. Cum enim illarum executio in Sacramentali confessione, iuxta probabilissimam sententiam, fieri debeat; videtur, Sacram Pœnitentiariam præcipue attendere ad executoris scientiam; quam ad externum Doctoris, Magistri vè gradum.

60 Sed, his omnibus non obstantibus, oppositum communiter tenent Doctores, de hac materia tractantes; ea solummodo ducti ratione, quod, sicut Summ. Pontifex in *dict. cap. Statutum de rescriptis in 6.* ad personarum dignitatem, in gradibus scilicet Doctoris, vel Magistri, respexit, ad exequendas prædictas dispensatorias literas pro foro externo, sic iddem intendit, respicitque Sacra Pœnitentiaria pro illis, in foro conscientie exequendis. Et hoc est, quod pro certa conclusione, responsioneque ad prædictas rationes, Doctores communiter statuunt, & resoluunt. Sed certè semper mihi oppositum probabile visum fuit. Quod & amplectitur ex nostris sapientissimus Mag. meus P. Fr. Franciscus à Sancto Iuliano: Undè, quia, quæ pro foro externo statuuntur, si ad forum conscientie reducuntur, non exigunt externæ Doctoratus, vel Magistri qualitatis aplausum; & aliàs talis qualitatis dignitas non minuarur per qualitatem præfati Theologiæ Lectoris, & aliorum etiam, imò, quia docti, expertique sunt, rectius, securius, commodiusquè tales dispensatoriæ literæ exequuntur, non est à ratione alienum, quod possit præfatus Lector illas, & aperire, & exequutioni mandare. Sicque sentio: salua, &c.

61 Deindè alia via, respòdeo sic: Præfatus Religiosus optimè potuit sacras illas literas aperire, & esse illarum exequutor.

Con-

Constat hoc, ex cōcessione Greg. XIII. facta Generali Societatis Iesu 3. April. Anno 1582. vbi illi hoc concessit, & Confessoribus prædictæ Societatis, per ipsum Generalem, vel per alios inferiores Prælatos, de eius licentia, quoad hoc deputatis. Sic continetur in *Compend. privilegiorum dictæ Societatis, verb. Confessarius, num. 3.* vt ait Sanchez supra *num. 11.* sic etiam Legionensis citatus *num. 13.* referens Salas *de leg. disp. 20. sect. 10. num. 97.* & Emmanuel Rodriguez *tom. 1. qq. Reg. quest. 63. art. 3.* vnde sic habet Sanchez *dict. num. 11. Religiosi etiam alij Mendicantes, & qui eorum privilegijs fruuntur, vt per communicationem potiuntur hoc privilegio, debent esse necessarii à suis Generalibus designati, vel, de eorum licentia, ab alijs Superioribus.* Sic ille. Ergo certum est, potuisse Religiosum, de quò in informi, prædictas dispensatorias literas apperire, illarumque executorem esse. Et hæc pro primo quæsito dicta sufficiant, quæ iam ab alijs Authoribus communiter, & notantur, & admittuntur.

SECUNDA, PRO SECUNDO QUÆSITO, CASUS RESOLUTIO.

62 **I**NTERROGATIO erat: an allegato castitatis voto in Narratiua, tacito tamen iuramento, valida fuerit dispensatio? Huius secundi quæsitii resolutio, & affirmatiua, ex dictis, tam de dispensatione, quam de dispensandi potestate, manifestè apparet. Etenim, vt dixi supra *num. 31.* quando votum, & iuramentum simul de eadem re cōcurrunt, siue iuramentum sit confirmatorium voti, siue non, idem est informare de voto, ac de iuramento, vel è contra: & nihil obest, quòd etiam de industria, vel malitia taceatur iuramentum, voto solummodo narrato, vel è contra. Imò idè etiam est, si narretur, esse iuramentum, cum sit votum; vel dicatur, esse votum, cum reuera iuramentum fuerit. Hæc namque taciturnitas nullam in Narratiua subreptionem inducit; vt ex dictis dicto *numer. 31.* satis constat.

63 **Q**UODRURSUS probatur: etenim sola taciturnitas illorum, quæ ius expressari iubet, potest subreptionem inducere. Sic Rota in *vna Aquitan. 2. Maij 1603.* C. D. Alex. Ludouisio (qui postea fuit Gregius XV.) *Item in alia Brachar. C. D. Card. Bononien. Ian. 19. 1604.* de quò Beltraminus *decif. 108.* & 150. *Glossa. Clement. 1. de præbend.* Felinus in *cap. in hostia 3. Carol. de rescriptis. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 201.* & planum est, nullum ius, imò nec stilum Curix, disponere, vt, concurrentibus veto, & iuramento circa eandem rem, debeat vtrumque exprimi.

46 Et si de hoc esset dubium, adhuc non esset iudicanda subreptio. Constat ex eo, quòd subreptio sit odiosa, sicque restringenda est ad casus solos, in iure expressos, vel secundum ius per consuetudinem introductos. Sic docent Eminētissim. Cardin. Tuschus *tom. 7. conclusio. 720.* & Cald. *consil. 636.*

65 **C**onfirmatur hoc: etenim ad hoc, vt taciturnitas in Narratiua subreptionem causaret, deberet id, quòd tacetur, non significari per aliud, vel eiusdem rationis, vel æquivalentis. Est expressa sententia Rotæ in *vna Brachar. 19. Ian. 1604.* coram Domino Cardin. Bonon. de quò Farinacius *tom. 2. nouis. decif. 105.*

66 **N**ec valet dicere, Pontificem nō concessurum talem dispensationem, si sciret, tacitum fuisse in Narratiua iuramentum. Hoc enim, sicut voluntariè dicitur, voluntariè poterat reijci. Sed, quia non est reddendum malum pro malo: grauisimo fundamento, & si ab extrinseco, ad replicam positam respondeo. Etenim ad hoc, vt iudicetur Pontifex aliquid non concessurus, ad stilum Curix attendendum est: Expressa est sententia Rotæ apud Puteum *decif. 189.* & in ea relatam Lapam *allegat. 89.* Sed sic est, quòd nullus est Curix stilus, determinans, votum, & iuramentum simul de eadem re facta, debere in Narratiua exprimi: ergo nullum adest fundamentum ad asserendum, Pontificem non dispensaturum, si, proposito voto, iuramentum taceatur: ergo, &c.

67 **V**ndè concludenter dico, votum prædictum, prædictumque de eadem

re iuramentum non esse de illis rebus, quarum tacito vno causatur subreptio; sicut causatur in materia Beneficiali; in qua statuitur, quod ad impetrandam aliquod Beneficium, necessarium sit, quod, si impetrare desiderans aliud habeat, illud exprimat. Sic statuitur in iure; *cap. Non potest, & cap. Si motu proprio de prebend. lib. 6.* Rota passim; & in terminis loquendo de Vicaria, Tuschus *tom. 3. conclus. 735.* Calderin. *consil. 32. de rescriptis.* Unde, quia quidam Clericus, qui iam Vicariam quandam possidebat, volens impetrare privilegium ad Beneficium obtinendum, & de facto impetrans, declarata fuit talis impetratio nulla, eo præcisè, quia in narratiua

non fecit mentionem de prædicta Vicaria, & si aliàs cum tali Beneficio compatibili: vt statuitur *cap. Postulasti de rescrip.* Si ergo ius, quod exprimendum necessario est in narratiua, expresse determinat: & nullum est ius, nec Textus, nec Curiaë stilus, determinans, quod quando votum, & iuramentum simul de eadem re concurrunt, ambo exprimantur, per exceptionem colligitur etiam, sufficere, vel solum votum, vel solum iuramentum explicare. Nam exceptio firmat regulam in contrarium, *de reg. iur. in 6.* Et ita hoc, vt certissimum iudico: salua, &c. Et hæc de hoc tractatu, pro nunc, dicta sufficiant, ad Laudem Iesus, Mariæ, Ioseph.



T R A C T A T V S

SECUNDVS, EOS CONTINENS,

AD RESTITVTIONIS MATERIAM

PERTINENTES, CASVS, DE QVIBVS

INTERROGATVS FVI.

PROPONITVR PRIMVS CASVS.

PETRVS, ante horam duodecimam noctis, vel in illa, tenebatur centum aureos restituere: &, sonante quodam Horologio mediam noctem, ad aliud appellauit; ante cuius pulsationem, animum retractans, dixit, cum primo Horologio mediam noctem verè transisse; & sic se iam ad restitutionē nō teneri.

Quærit, in hoc quid nam sit iuris?

RESOLVTIO CASVS.

1. Si præfens, interrogatio ab aliqua, si limpido Metaphisicæ fonte, prout à restitutione excusationem postulat, oriretur, subtilis sanè, grauis, & egregia foret in se, sicut prima fronte apparet. Apparentem tamen tantummodo à restitutione excusationem probare videretur, & probabilis Horologii physica attestatio, & assimili, quæ sequitur, ratio.

2. Nam sicut se habent diuersa Horologia ad constituendum tempus, ad restitutionem aptum, sic se habent diuersæ

Authorum sententiæ ad constituendum, aptum ad comedendum, tempus in die ieiunij: sed si quis, probabilem sequendo sententiam, (de qua infra) afferentem, tempus non esse de essentia ieiunij, commedat octaua scilicet hora diei, potest postea, mutando sententiam, dicere in opposita, se iam non posse ieiunium seruare; & ab illo esse iuste liberum; & consequenter posse toties, quoties voluerit, comedere: poterit ergo præfatus, de quo in infirmi, à restitutione similiter excusari. Antecedens probatur nam qui hora octaua comedit, animo laborandi, vel itinerandi, si postea à laborando causa aliqua impediatur, non tenetur ad ieiunium; vt probabilis tenet DD. sententia, quos, inter alios, sequitur Abbulensis in *selectis, disp. 53. n. 5.* quem refert Diana 1. *p. tract. de ieiunio, resol. 48.* ab illo etiã citatus *ron. 5. ex eo, quod vndecima hora sit, vel de essentia ieiunij; vel ad minus, (vt docet Thom. Sanch. lib. 4. Sum. c. 11. n. 50.) sit illi intrinseca: ergo qui animo*

ieia-

ieiunandi, probabilē sequutus sententiā, dicētem, tempus non esse de essentia ieiunij, octava cōedit hora; poterit postea, voluntatem mutandō, oppositā seque opinionē, asserentem, vnde decimā horam esse de essentia ieiunij; proindeque iuste à ieiunio excusari. Probatur Consequens: nā, qui sententiā prædictā, quæ ait, tempus esse de essentia ieiunij, sequutus, malitiosē anticipando ieiunij horā cōedit, non astringitur amplius ad ieiunium; teste eodem Sanctio Abbulensī; vbi supra; ergo, & qui non malitiosē cōedit. Consequens hoc probatur in eo, qui inadvertenter ad diē ieiunij octava cōedit hora: ergo tam, qui malitiosē, quā, qui non malitiosē, octava diei ieiunij cōedit hora, a ieiunio liber erit: tunc sic; sed qui, probabilē sequutus sententiā, hora octava cōedit, nō malitiosē cōedit: poterit ergo similiter, oppositam sequutus sententiā, dicentē, tempus esse de essentia ieiunij, ab illo illa die excusari. Nullus enim pluribus vti dispensationibus prohibetur; iuxta *reg. 20. de reg. iur. in 6.* Ergo & præfatus, de quō in infirmi, poterit à restitutione excusari.

3. Nec valet si dicas, illū vti opinione probabili in fraudem legis. Nā, si quis, se in ludo pileæ exercens, animo etiā excusandi se à ieiunio, fatigaret, certe ab illo in probabili sententiā esset liber; ergo nō obstat animus excusandi se à lege, vel illam euadendi; ergo si fatigatio, voluntariē etiam desumpta, probabiliter excusat à ieiunio, cur anticipata ad vndecimā horam cōestio, quæ contra essentiam ieiunij in probabili etiam militat sententiā, à ieiunio non excusabit?

4. Propter hanc rationem vidi aliquos, & non leuis aliās auctoritatis aliquantum dubitare, & timore non occurrētis, seu non inuentæ solutionis, in illā aliquā tulum inclinare. Sed certē trepidarunt, vbi nullus est timor. Respōdeo ergo, concessa gratis propositione Maiori, negando Minorē: & ad probationem, admitto probabiles illas DD. sententias: & transeat etiam, excusari à ieiunio illum, qui, bona fide existimans, non esse diem ieiunij, octava hora cōedit, (quò casu vitra ea, quæ pro solutione dicam, habet inculpabilem libertatem, à ieiunio excusantem;) nego tamen, iddem dicendum de eo, qui probabilem sequutus sententiā, asserentē, posse se come-

dere hora octava; & ieiunare, comedere octava hora. Nam, vel tora eius tunc, comedendi licentia, vt postea à ieiunio excusetur, in primā, quā tunc sequitur, refanditur sententiā, vel in secundā, postea sequendam: non in hanc secundā, contra quā non solū militant duæ cōestiones in die ieiunij, sed etiam vniuersa, si ante vndecimā sit horam facta: neque in primā, cui etiam, & si non opponatur cōestio illa, opponitur tamen cōestio duplex: ergo prædictæ opinioniones sic inter se militant, vt sibi ipsis non sint oppositæ: atqui vtraque fateri astringitur, ieiunium esse seruandū, licet induersa tēporis, ad ieiunium requisiti, assignatione fūdetur: ergo neutra in eo, quò asserit, ad non ieiunandum licentiā præbet, vt patet: ergo in nulla fundamentum quis habet ad non ieiunandum. Si enim in tantum vult excusari, in quantum licentiā præbere existimat, si nullā præbent prædictæ opinioniones licentiā, falsum profecto existimat. Itaque qui, primam sequutus sententiā, octava hora cōedit, ita in tēporis assignatione secūde renuntiauit sententiæ, iuxta *Regul. 21. de reg. iur. in 6.* scilicet, quòd semel placuit, amplius displicere nō potuit; vt, vel omnino illam destruxerit, vel, si aliquantulum remanet, solam est, quoad ieiunandi obligationem; quam nūquam, ob eam causam relaxat. Qui verò dicūt, defessum ob pileæ ludij, etiā ad finē à ieiunio se excusandi, nō teneri ad ieiunium, licentiā expresse ponūt in defatigatione, quæ ex se est sufficiens ad non ieiunandum causa. Sicut, & qui dicunt, transeuntem de hoc loco, v.g. Cōpluto, vbi ex voto tenentur vicini audire hodie sacrū, ad aliū oppidum, etiam animo non audiendi, (dum tamen intra tempus, quò determinatē ad audiendum sacrum non tenebatur, exeat extra territorium) causam etiam apponunt, ab auditione Sacri deobligantem, scilicet, absentem esse à loco, in quò, & pro quò tantum viget voti obligatio. Sicut dicitur de Lusitano, vel Aragonensī remeantibus ad limina Regni Castellæ, die Sabbathi, animo vescendi animalium interstina, & excusandi se à lege in Regnis Lusitanæ, & Aragoniæ talia prohibente, & pro talibus tantummodo Regnis; sicut & pro alijs, in quibus eadem, quæ Castellæ, consuetudo oppositum non obtinuit: ergo, &c.

5. Sed contra sic, a simili argues, & ad

hominem; ex probabili scilicet sententia; afferente, irregularitatem ex delicto esse censuram, & ex alia, probabili etiā, dicente, Bullam Cruziatę, nomine absolutionis à pœnis, & censuris, comprehendere irregularitatem, ortam ex delicto. Sic (inquam) à simili argues: sequitur, in aliquorum sententia, posse virtute Bullę Cruziatę, absolui quem ab irregularitate, orta ex homicidio voluntario; & tamen nullus ex vtriusque sententię Doctoribus hoc concedit: ergo licet nulla, ex prædictis circa ieiunium sententia, non esse ieiunandum, affirmer, vt probabile sequetur, excusari à ieiunio illum, de quò in argumento.

6 Respondetur tamen, concessio Antecedenti, negando sequellam, ob disparē rationem. Nam in adducto simili, iuxta prædictam sententiam, quàm non approbo, generaliter saltem comprehenditur in verbis Bullę, irregularitas omnis, quę fuerit pœna, vel censura, à quā (quęcūque illa fuerit) poterit, iuxta eam, quis absolui. Vnde sententia illa, quasi à principio, non negat, posse licetē, & validē, virtute Bullę impendi absolutionem ab irregularitate, orta ex homicidio voluntario. In nostro autem casu nulla sententia ait, posse iuste, absq; causa aliquā naturali (aufero etiam obliuionem, dispensationem, aut aliam moralē causam) excusari aliquem à ieiunio, posita semel commestione, apto, iuxta dictamen rationis, ad ieiunandum tempore. Nam, quę dicit, posse octaua commedi hora, non deobligat à ieiunio: quę autem ab illo iam deobligat, supponit, antepositionem commestionis fuisse peccaminosam, vel, ad minus, fuisse per obliuionem factam, & non sufficientem ad totum diem sine alia comestione transeundum.

7 Quòd si dicas, operantem in opinione probabili non peccare. Fateor, si operationem incęptam in eadem opinione peragat; & sic non peccasse anteponeudo comestionem, & cum sola ea ieiunium peragentem. Nego tamen, talem à peccato esse immunem, si ab electa, quoad anticipatam comestionem, opinione, in reliquo diei ieiunij tempore, discedat.

8 Rursus, in simili adducto, ex conuictione vtriusque opinionis, nulla destruitur alicuius præcepti materia, sicut in casu, de quò in informi, & in eius proba-

tionem. Siquidem, illata ex duplici illa sententia, absoluedi potestas in ampliandū redūdet Principis privilegium, sine quo, talis irregularitas ab inferioribus nequit absolui.

9 Tandem; quia in casu ieiunij supponitur semel vnius sententię facta electio, & virtute illius facta comestio; quę vel omnino aliam destruit sententiam, vel, solum quoad ieiunandi obligationem, illam relinquit. In argumento autē a simili nihil horum inuenitur; & si aliquid, iuxta alicuius sententię electionē, reperiretur factum, deberet attendi, an ex ipso alia destrueretur sententia, eiusvè materia, cum non posset quis in alterius detrimentum mutare consiliū; iuxta Regulam 33. *de reg. iur. in 6.* quę hoc saltem tenet in casu.

10 Accedit etiā; quòd, cum in casu ieiunij (& iddem est in eo, de quò in informi) debeat, in vtraque illa sententia, iuxta rationis dictamen, fidelis quisque, aliàs potens, & debitor, ieiunij lege ligari; cum certum sit, quòd *is committit in legem, qui, verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem*, iuxta regulam, *Certū est*; aliàs 88. *de reg. iur. in 6.* Sic iuxta neutram sententiam potest excusationem a lege allegare. Exempli gratia: infidelis, quis ex Mahomethana secta, qui, (existi mans, tum, probabilem esse sententiam, vel licentiam, comedendi carnes porcinas, ab Ecclesia Catholica concessam; rū etiam, probabilem esse sectam suam, cōcederem carnes die Veneris, vel alijs, ab Ecclesia Catholica prohibitis) porcinam carnem die Veneris comedit, peccabit sanē (& aufero inuincibilem ignorantia, seu inadvertentiam) contra dictamen rationis, postulātis, eum sub aliqua lege ad operandam esse debere: ergo, cum, iuxta rationis dictamen, in vtraque illa sententia debeat, aliàs ieiunij debitor, sub lege viuere, ieiunium præcipiente, nullatenus erit, ob hanc etiam rationem, à ieiunio excusatus.

11 Sed dato, licet non concessio, quòd in ieiunio argumentum teneret, non ideo in restitutione, quę non est temporali simpliciter, sicut ieiunium, alligata, locum habere valet. Non enim restituere teneor, quia fit hodie, (excipio pactum, hac conditione factum) tanquam terminus, ad finiendam obligationem signatus; licet aliquando ad non dif-

différendam apponatur; sed ideò teneor restituere, quia alienum, vel in se, vel in æstimatione, aut damno, retineo; quòd non cessat per aduentum alicuius horæ, vel temporis, præcisse loquendo, vt patet. Ita tamen ieiunare hodie teneor, quod si hodie transeat, vel aliter cesset, (excipè commutationem, vel, de superioris licentia, translationem) non amplius iuxta communem teneor sententiam, vt etiam constat; & per hoc ad difficultatem

12 Quòd si restituendi obligatio duo decima hora, ita sit per pactum imposita; vt, illa hora transacta, finiatür etiam restituendi obligatio, eoquod tunc à Domino illius rei, ius in illam sit in antea debitorem collatum. Dico, quod, licèt cesset restituendi obligatio; non tamen per medium licitum, sed illicitum; iuxta ea, quæ de ieiunij præcepto ià diximus, adhuc posita Horologiorū probabilitate, sicut, & sententiarum, circa tempus, ad seruandum ieiunium requisitum. Sicque, vt certissimum indico, &c.

SECUNDVS CASVS.

PETRVS, v.g. ignarus debiti centum aureorum, quos Francisco, amico suo debebat, donauit illi gratis plusquã centum quinquaginta aureos. Modo, debiti conscius, quærit; an per talem donationē à prædicto debito liber maneat?

CASVS RESOLVTIO.

I Pro affirmatiua solutione faciunt, quæ sequuntur, rationes. Tum, quia, qui immemor, aut ignarus præcepti audiendi sacrum, illud ex deuotione audit, aut ex consuetudine, satisfacit præcepto, licèt postea intra tempus aptum implendi præceptum, illius memor factus sit: qui ergo ex amicitia, vel beneuolentia, amico suo, aliã Creditori, & ignorato, centum quinquaginta præstitit aureos, implebit obligationem centum soluendi. Probatür Consequens: nam actualis ex deuotione intentio audiendi sacrum non tollit, quod eius auditio in die præcepti, licèt ignorati, sit ipsius præcepti impletio; vt procerto

supponunt, ex Authoribus plures; eoquod non auferat habitualem saltem intentionem, quã, si talis nosceret præceptum, illud velet ea auditione implere; ergo nec actualis ex beneuolentia traditio centum quinquaginta aureorum auferet habitualem saltem compensandi debitum centum aureorum, quos ignoranter debebat, intentionem. Antecedens ab inconuenienti probatur. Tū, quia, qui ex consuetudine in Paschate celebraret, celebrandi immemor præcepti, præceptum non adimpleret; quòd iddem esset dicendum de eo, qui frequenter confiteretur in anno; quos tamen certè nullus damnabit.

2 Tum etiam; quia iuxta multorum sententiam, (de qua post, & ante alios, Sanchez *lib. 1. sum. cap. 13. num. 9. & tom. consil. lib. 2. cap. 4. dub. 121.*) leges absolute præcipiunt actum, & non fieri tali intentione: ergo sicut in exemplis adductis aliena intentio non tollit impletionem præcepti, sic in nostro casu intentio donandi non auferet, quòd compensandi obligatio impleatur.

3 Probatür secundò, ab extrinsecò, auctoritate, scilicèt, aliquorum, quos tacitis nominibus refert Sanchez, *tom. consil. lib. 2. cap. 4. dub. 121. num. 2.* affirmantium, præfatum, de quo in infirmi, satisfacere obligationi centum redendi, per traditionem aliorum centum, gratiosè factam Creditori ignorato, à quò nil gratis pro illorum centum renuntiatione accepit.

4 Confirmatur etiam ex eo, quod, qui propter incertitudinem Creditorum tradidit centum pauperibus, immemor etiam debiti eorundem centum, non tenetur postea, certior factus, Creditorum debitum compensare; vt cum alijs tenet ibi Sanchez *num. 3.* ergo, &c.

5 Nec obstat dicere, rationem donationis pugnare cum ratione debiti. Tum, quia potest contingere donationem factam fuisse ante tempus, quo soluere tenebatur; & sic optimè stare, esse donationem in qualitate, & debiti compensationē in substantia. Tum etiã, quia licèt donandi gratis intentio non possit cum compensando debito componi, potest tamen virtualis compensandi intentio, quæ conditionaliter adesse intelligitur, actualem excludere donandi intentionem; quæ exclusa manebit in ratio-

tionem solius compensationis: ergo, &c. Ergo saltem à principio extrinseco probabilis videtur affirmatiua solutio; quã etiam relata apud iuniores aliquos reperies in materia de Charitate.

6 Ego aliquantulum probabiliter iudico, præfatum, per talem donationem, materialiter tantum talem, & formaliter compensationem, liberum remanere à restitutione prædictorum centum, casu, quo debiti conscius ante donationem, nullatenus, nec Creditori suo, nec alteri, donaret, nisi quantitatem, quæ excedit centum aureos, idest, quinquaginta. Fundamentum autem potest esse, quoddam, pro secunda solutione ad replicam, numero præcedenti dictum est; dummodo à Donatario nihil pro remuneratione centum aureorum acceperit. Si enim, quando error dat causam contractui, contractum annullat, ut plures dicunt; non est mirum, quod per errorem facta donatio in compensationem facta explicetur.

7 Deindè, quia non minus ex errore donauit Petrus prædictos centum quinquaginta aureos, ac errat, qui pauperi simulato magnam eleemosynam præbet: atqui si iste, sciens postea sanctitatis simulationem, velit sibi restitui id, quod in eleemosynâ præbuit, teneretur fictus pauper donanti eleemosynam granam restituere, quod sustinet Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 18. dubit. 17. in fine, sic concordans, quod, contra communem sententiam, asserentem, restituendam esse pauperibus talem eleemosynam, ait Sorus, dicens (& loquitur de quacumque eleemosyna) restituendam esse donatori. Ergo, in nostro casu poterit Petrus explicare donationem prædictam in sensu formalis compensationis. Sicut enim donans eleemosynam ficto pauperi non intendit (ait Sorus, & consentit Lessius) donare Christo, nisi quatenus intendit donare huic pauperi; sic dici potest, Petrum non intendisse donare gratis illos centum quinquaginta aureos Francisco, nisi quatenus Franciscus, secundum omnem rationem, esset gratiofus amicus, & nullatenus Creditor rigorosus: ergo sicut ignorata paupertatis simulatio non tollit in paupere obligationem restituendi; sic ignorata rigorosi Creditoris ratio suf-

ficiens erit; & ad statuendam in Petro Donante, & debitore; compensandi intentionem, & in Francisco Donatario, & Creditore implicitam voluntatem de solutione debiti; aliàs esset irrationabiliter inuitus. Sicque sentio: salua; &c.

TERTIVS CASVS.

IN quadam Prouincia contigit, quod volente Petro, v. g. Religionem, succedendi capacem, ingredi, Pater eius, hoc ægre ferens, postulauit à Principe, ut inhabilitaret filium eius, ad hoc, ut ingrediens talem Religionem, & Monasterium, nullum succedendi ius haberet. Quod, & fecit Princeps, iudicans iustam esse causam, à Patre Petri allegatam. Ingressus fuit Petrus tale Monasterium; & Princeps mortuus est; deductaque causa ad Senatam, sententiam tulit in fauorem Monasterij; Paterque Petri coactus fuit, vel hæres eius, legitimam Monasterio Petri reddere; quam tamen legitimam alia via de bonis ipsius Monasterij compensauit occultè.

Quæritur; an talis hæres maneat in conscientia tutus?

CASVS RESOLVTIO.

1 PRO affirmatiua parte facit primo, quod per ius Ciuile, ex iuxta causa, potest auferri Monasterijs succedendi capacitas, seu potestas. Sic tenent Menchaca, & Faber apud Sanchez, tom. 2. sum. lib. 7. cap. 12. Et ratio est, quia potestas hæc succedendi fuit Ciuili iure concessa, ut cum alijs tenet idem Sanchez citatus, n. 5. & notât DD. leg. 1. C. qui testamentum facere possunt: ergo iuxta de causa potest eodem Ciuili iure auferri; iuxta axioma illud, communiter receptum, scilicet, res per easdem, per quas constituitur, causas potest auferri.

2 Deinde, quia Paulus Salyceus, & Additionator, quos refert idem Sanchez num. 16. aiunt, tunc valere statuta contra Ecclesiæ privilegium, quando eduntur ab eo, qui privilegium concesserat. Bene verum est, quod

citati Authores nō vidētur loqui de privilegio remuneratiuo; nec de eo, quod rationem induit donationis, per ipsam Ecclesiam acceptatæ.

3 Tum etiam; quia quando statutum his verbis loquitur scilicet, *Ingressus Religionem non succedat*, (vt factum supponitur in casu præsentis) esse tunc validum statutū, affirmāt Barr. Bald. Guillelmus, Bend. Montalbus, Menchaca, & Landerechius apud citatum Sánchez, *dislo. cap. 12.* & alios. Rationem reddunt, dicēdo; tunc Principem, per tale statutum, inhabilitare personas, adhuc sibi ante Religionis ingressum subiectas. Secus, si statutum diceret: *Ingressi non succedant*; tunc enim dicunt prædicti DD. statutum esse irritum, vt pote, contra sibi non subditos post ingressum, factum.

4 Tum denique; quia, quando statutum sic dicit: *vt ingrediens sit inhabilis ad succedendum*; (quod etiam respectu Petri factum supponitur) tunc esse validum tale statutum, testatur Paulus; quē etiam post, & ante, alios refert Sanchez vbi supra. Cuius ratio est: quia tunc loquitur statutum de ingrediente respectu potestatis succedendi; quam licet tunc habeat, subditus tamen iuri Ciuili. Secus autem esset; si statutum diceret: *vt ingrediens non succedat*; (ait Paulus) eo quod, cum successio sit de futuro, quando iam ingrediens Monasterium, est extra iuris Ciuilis potestatem, nequit tunc tale statutum habere effectum. Ergo iuxta præfatos DD. Pater Petri verè acquisiuit ius, ne filius eius ingrediens succederet, ac proinde nec, loco illius, Monasterium ipsum: ergo nō potuit postea tali acquisito iure priuari per Senatum. Quæ enim semel in definitiuam abiit sententiam, nequeunt vltra ad iudicium trahi, nisi mutatio, vel error aliquis cōtigisset, qui hic non supponitur: ergo iniuste spoliatus fuit Pater, vel eius Hæres, bonis ad Monasterium per Senatus sententiam deductis: ergo, cum nullum haberet tunc ad Supremum alium iudicem recursum, optimè potuit, ob redimendam vexationem, occulta tantundem compensatione vti; securus ergo est in conscientia; præsertim, quia Dominissimus Sanchez, Abbulensis *in selectis disputationibus* ait, licitè posse sequi iurisperitorum sententias, scilicet Baldi, & aliorum. Quod, & repetit Diana plu-

ribus in locis suarum resolutionum.

5 Hæc sanè difficilia mihi videntur: Tum, quia, testibus Sanctio supra *num. 18.* & Diana, communis tenet DD. sententia, tale decretum, si fiat, esse iniquum, & irritum. Tum etiam, quia nullo firmo nititur opposita sententia fundamento. Nam iddem est, aliquid fieri tempore inhabili, & eius effectum in inhabile tempus conferri, *leg. quod sponsæ, C. de donationibus ante nuptias*: ergo quamuis statutum hoc fiat ante ingressum, & sic tempore habili; irritum erit, eo quod eius effectus confertur post ingressum Religionis, & in inhabile tempus.

6 Tum etiam, quia leges Ciuiles, quantumcumque Clericis favorabiles, expressam ipsorum mentionem facientes, ipsos non ligant, vt cum alijs Sanchez *hoc 7. lib. cap. 3. num. 20.* nedum quando sunt odiosæ, quales sunt excludentes ipsos à paterna successione. Imò aliqui dicunt, Monasterium, tanquam verum hæredem, in bona professi succedere, & per modum successionis. Quò stante, iddem esset, auferre bona ingredientis, vel ingressi, ac, auferre ipsius Monasterij bona; quod nullus concedet. Sic sentiunt, inter alios, Angelus, *verb. Monasterium num. 4.* Sylu. *verb. Religio 8. q. 2.* & Tabiena, *verb. Monachus, q. 15. num. 16.*

7 Tum tandem, quia privilegium, semel à sæculari Principe Clericis concessum, non potest ab illo amplius reuocari; vt testatur Felinus, & plures alij sequuntur; tenetque communis sententia.

8 Quod si dicas, Soufam, Duardum, & Villalob. *in summ. tom. 1. tract. 17. dub. 21. num. 4.* & alios, oppositum sentire; vt refert etiam citatus Diana. Fateor, id tamen affirmant, quando tale privilegium non fuerit per Summ. Pontificem confirmatum: atqui ius, & si privilegiatum, succedendi in Monasterijs, succedendi capacibus, est iam per Summ. Ecclesiæ Pastorem, ex pluribus etiam occurrentibus factis, confirmatum, vt patet; ergo, &c.

9 Accedit, quòd sententiam Bartholi, & Bald, vbi supra, intelligit ipse Baldus, non quoad legitimam, sed quoad alia bona. Et si de hoc loquatur, de ingrediente statum, & non de ingresso, loquitur: atqui præsens casus de legitima in-

quiret:

quiris: ergo &c. Sic etiam refert citatus Sanchez *cap. 2. num. 17.*

10 Ob has rationes, & ob Ecclesiasticam immunitatem, non audeo primam approbare sententiam. Fateor tamen, rationes pro hac secunda, & communi, non convincere, speculatiuè loquendo; proindeque in speculatione videri probabilem primam ad casum solutionem; non tamen practice.

11 Quod si dicas, Sanctium, Abbulensem *in disp. selectis* asserere, opinionem, speculatiuè probabilem, eandem in practica probabilitatem habere. Facile respondeo, Authorem intelligendum esse, quando ita absque vilo inconuenienti practitari potest, ac speculari; esset autem maximum inconueniens contra communem vsum, praximque vtriusque Tribunalis, illam practicare sententiam, vt de se patet, ad minus propter scandalum.

12 Quod si tandem dicas, nullum in predicto casu scandalum sequi. Responderetur, hoc, in predicto casu, respectu scandali, per accidens esse; &, ex alia parte, esset contra Ecclesiasticam ostiū aperire immunitatem, etiam in casu posito ab Ecclesia, & a secularibus Iudicibus obseruatam; maximè cum per Pontificiam confirmationem, imo per absoluta Pontificum decreta ius succedendi Monasterijs competat.

13 Dictis adde, quod in dubijs fauendum est Ecclesie. Vnde tenenda est opinio, quæ illi fauet in dubio, an statutum sit contra Ecclesiasticam immunitatem; vt patet *ex cap. fin. de sent. & re iudic. & ex leg. Sunt persone, ff. de Relig. & sumpt. funer.* Si etiam Felix. Iason. Decianus. Hondens, Bellerus, Maynardus, &, eos referens, Diana vbi supra *resol. 65.* quare sic iudico &c.

QVARTVS CASVS.

PETRVS fuit in testamentarium electus cum potestate eligendi locum ad ædificandam Cappellam, & diuidendi aliquam summam, singulis annis, inter pauperes. Et pro electione loci in tali Ecclesia, vel Monasterio & pro electione talis pauperis detulit aliquid, precio æstimabile.

Quæritur; an illud in conscientia restituere teneatur?

CASVS RESOLVTIO.

1 **P**RÆSENS casus, quia paruum est tinet difficultatem, breuiter resoluitur. Respondeo igitur, probabile esse, nil teneri Petrum restituere. Ratio est: quia in talibus casibus (sicut, & ac electoribus ad Maioratum, ad Cathedram, ad officium aliquod sæculare, & de administratoribus alicuius Cappellæ, & executoribus alicuius testamenti, dicunt Bañez, Rodriguez, Ludouicus Lopez, & alij, quos refert Fagundez *lib. 8. Decalogi, cap. 26. num. 39.* & probabiliter sequitur *num. 40.*) in predictis (inquam) casibus datur locus fauori, seu gratificationi. In quâ autem quantitate? Iudicio prudentis, sapientis, probique viri, rerum qualitate inspecta, relinquitur; vt expressè citati sentiunt Authores.

2 Bene verum est, non posse tales aliquid deferre pro electione ad Beneficia Ecclesiastica; vt rectè cum alijs communiter, aduertit citatus Fagundez *num. 40.* licet possint præferre, quæ ex dignisauerint. Ratio est: quia hic fauor ordinatur ad spirituale aliquod, pro quo aliquid deferre, Simonia est. Et si in hoc etiam videam laxissimas à multis præstari habernas, ductis quadam veluti spiritualizata ratione, distinguente rem acceptam à ratione pretij, iuxta Simonie definitionem, scilicet: *est studiosa voluntas emendi, vel vendendi rem spiritualem pretio temporali.* Sed de hoc ipsi videant, de eo, usque ad vnguem, exactam Deo rationem reddituri. Me etenim summo-pere pœnitet de predictæ opinionis vso, aliquoties repetito. Videatur Suarius, *tom. 1. de Religione, lib. 4. cap. 60. num. 5. 9. & 13.* vbi peccare affirmat illum, qui pro Collatione, Electione, & Præsentatione Beneficij aliquid detulit. Quod iddem tenere videtur Fagundez vbi supra. Igitur ab hoc, quia facilè in Authoribus reperitur, sic iudicans, abstineo, &c.

QVINTVS CASVS.

Quis, post Subdiaconatus Ordinem, hodie, v.g. ad titulum Beneficij susceptum, omisit voluntarie recitare officium Diuinum.

Quæritur, an mortaliter deliquerit; & aliquid restituere teneatur?

CASVS RESOLVTIO.

1 SUPPONO, primo; iuxta probabilem sententiam apud Dianam, 4 part. tract. 4. Miscellan. resol. 218. istum talem solum teneri eo die, communiter loquendo; recitare Vesperas, & Completorium: sic Oliuerius apud Dianam supra.

2 Suppono secundo, etiam esse probabilem sententiam, affirmantem, non peccare mortaliter illum, qui semel, aut bis omittit Diuinum officium in anno, ob paruitatem materiæ. Sic Aragonius, cui fauet Sotus, & quoad Choristas professos Thomas à Iesu; vt refert Diana 5. part. tract. 5. de paruitate materiæ, pag. 147. resol. 26.

3 Dicò ergo, salua communi pace DD. talem non peccare mortaliter. Tū, quia qui ob informitatem, v.g. quartanam, excusatur à matutino, non tenetur reliquas horas recitare; quod asserere tenentur, qui dicunt, septem (vel octo, vt aliqui esse volunt) horas Canonicas cadere sub vno præcepto, & nō sub septem præceptis; quodque probabile refert Diana; eoquod omnes septem horæ Canonicæ, tanquam indiuidua materia, sint talis præcepti materia: ergo, qui ob defectum (vt sic loquar) præcepti excusatur à reliquis horis, præter Vesperas, & Completorium, ab istis etiam excusatus censetur. Probo Consequentiā: (& repero rationem pro simili adductā) nam præceptum, iuxta communem sententiam, teste ipso Diana 5. part. vbi supra, est vnum de septem horis Canonicis; quod postulat, veluti pro indiuidua materia, omnes septem horas. Pro quo etiam videri potest, post alios, Ioannes de Cruze de horis Canonicis, præcepto 3. ar. 3. dub. 5. alios referens, dicensque, illum, qui non potest maiorem partem diuini Officij recitare, nō teneri ad minorem,

& si possit. Ex quo sic arguo: iddem est non posse stante præcepto, ac non teneri ex defectu præcepti: ergo sicut qui, stante præcepto, non potest maiorem diuini Officij partem recitare, excusatur à toto; sic qui ob præcepti absentiam, non astringitur maiorem Officij diuini partem recitare, à toto erit immunis.

4 Et confirmatur: nam qui quadrante horæ, ante mediam noctem, votum fecit de recitādo, diebus Sabbati, integro, v.g. B. V. Mariæ Rosario, excusatur illa die à recitando illo; eo quod non possit totū recitare; & illud sit indiuidua materia voti. Quod, & de voto recitandi septem Psalmos pœnitentiales, & de ieiunando in pane, & aqua, & de alijs dicam tract. de monitorijs, ex docto Abbulensi in selectis: ergo, &c. Quod si dicas, hoc esse, quia deficit illi tempus, vt integrum possit recitare Rosarium: Contra est: nam (vt alibi etiam dicam) qui annum vigesimum primum implet post mediam noctem, à quā dies incipit ieiunij, non tenetur, illa die, ieiunare; eoquod, licet possit, excusatus est à præcepto pro parte diei, quæ tota dies est veluti indiuiduum tempus respectu præcepti: ergo esse omnino excusatum à præcepto, quia pro parte, vel materiæ, vel temporis indiuisi, excusatus est, non solum currit, quando non potest, sed etiam, quando potest; ex eo præcisè, quod quomodolibet excusatus à parte materiæ, alias indiuiduæ, vel phisice, vel moraliter, à toto immunis censetur: ergo, &c.

5 Quod si hoc durum alicui visum fuerit, quia vsque modo non dictum; non rectè conqueritur. Nam in primis plura plures dixerunt DD. quæ antea non somnuebantur; de quo ego alibi. Deinde, licet resolutio hæc in sui expressione sit quid nouum, in fundamento tamen, quo firmatur, antiquissimum quid est; vt sic verum teneat: nihil sub sole nouum; teste Sapiente.

6 Deinde, quoad presens attinet, si probabilis est sententia Aragonij supra, respectu totius officij, & pro singulis annis, pro omnibusque ad recitandum astrictis, (ne aliorum, quamuis absque villo fundamento, laxissimas hic proferram habenas) quo magis erit probabile respectu duarum horarum, & respectu solum Ordinatorum, ipso Ordinum die, & pro

& pro semel tantum in vita?

7 Omittoque sententiam aliorum, apud citatum Dianam 5. part. vbi supra, *resol. 6.* asserentium, ad mortale peccatum in laborando diebus festiuis, (& non loquor de rebus forensibus, & iudicialibus, die festo specialiter prohibitis, & si de his eadem ratio videatur) requiratur or horas, asserentibus alijs, requiri saltem tres, iuxta quorum sententiam, retenta communi, scilicet, esse tantum vnicum de recitando diuino Officio præceptum, asserendum videtur, non esse mortale; quia Vesperum, & Completorium non sunt tertia, imo neque quarta Officij pars; vt pater. Omitto (inquam) hoc vltimum; non quia aliorum iudicio resoluendum relinquam, sed quia falsissimum reputo; ergo, iuxta superius dicta, excusatur à mortali ille, de quo in infirmi.

8 Aliquantulum ad hoc accedit, quod ait Philibertus Marchinus *tract. 2. de Ordine, part. 6. pag. 242. deffic. 3. in fine;* scilicet, omissionem vnius integræ horæ non esse peccatum mortale. Quod probat ex eo, quia singulis diebus vnicum tantummodo viget præceptum: sed omisio vnius horæ est parua materia, comparatione facta ad integrum diuinum Officium: ergo, &c.

9 Sed neque sententia hæc est mihi probabilis, licet confirmari possit, & primafacie, nõ leuiter, ex probabili sententia, circa præceptum audiendi Missam. Probabile namque est, non esse mortale peccatum omittere auditionem omnium, quæ in Missa dici solent vsque ad Euangelium inclusiuè; quod, & quidam vsque ad præfatam exclusiuè extendunt. Atqui maior est quantitas prædicta, quam Vesperum, & Completorium; ergo, &c.

10 Sed non tenet exemplum; nam, data probabilitas circa ea, quæ in Missa supponuntur abstracta vsque ad Euangelium, &c. nihil conducit ad sententiam Philiberti Marchini. Etenim dico, illis in Missa ablatis, & relictis, adhuc seruari rationem Missæ; cum, quæ subtrahuntur, vel omittuntur, sint ipsius Missæ pars tantummodo integralis; at Vesperum, & Completorium, duas horas Canonicas essentialiter constituunt. Vnde si de qualibet hora aliquid adimeretur, tunc teneret probabiliter exemplum, vt aliqui dicunt,

11 Neq; hoc est cõtra positã ad casum resolutionem. Dico namque, præceptum esse de recitãdo diuino Officio; quod tunc locum non habet; siquidem in omniam sententia non tenetur ordinatus eo die illud, quoad reliquas horas, recitare. Quare omitto quod Oliuerius ait, scilicet, excusari talem à peccato, non recitando Sextam, & Nonam, ex pia apud Tironem Ecclesiæ intentione: atqui non minus est Tironi, quoad Vesperas, &c. (imo magis) quam quoad Sextam, & Nonam: ergo, &c.

Denique, quia (vt supra iam dixi) septem horæ Canonicæ sunt veluti materia indiuidua præcepti recitandi diuinum Officium; & sicut, qui vigesimum primum annum impleuit, post mediam noctem diei sequentis ieiunij, non tenetur ad ieiunandum eo die; quia excusatus pro parte materiæ indiuiduæ, pro tota excusatus censetur; sic excusatus pro maiori diuini Officij parte, pro toto remanet liber.

12 Imo ex hoc inferebant quidam Docti, iddem esse dicendum; licet Ordinem Sacrum acceperit statim post mediam noctem, per tempus sufficiens ad recitandum matutinum, etiam iuxta Rubricas Breuiarij, ob eandem rationem. Nam sicut ieiunium requirit diem completum, tanquam indiuiduam materiam, saltem illatiuè; & formaliter petit abstinentiam à duplici cõestione, tanquã veram materiam; sic, & præceptum recitandi requirit pro vera materia totum Officium, vt quid indiuiduum, & diem integrum, vt ad illud astringatur: ergo sicut paruum tempus, non cadens sub præcepto, in tali die excusatur à ieiunio, etiam aliàs potentem seruare ieiunij formã; sic paruum tempus diei, quoad Ordinem Sacrum est quis promotus, excusabit pro tota die, à toto, & à qualibet parte Officij, quia indiuidui.

13 Et si dicas, illam partem Officij reputari totum respectu præcepti, tunc aduenientis; iddem esset dicendum de reliquo tempore, subsequuto ad præceptum ieiunij, etiam si posset ieiunij formam quis seruare. Quod quia non dicitur, nisi solum tanquam probabile, sic, & in nostro casu.

14 Ex his ergo (etiam si aliundè certum non esset prædictum Ordinatam primis sex mensibus non recitantem, non

non teneri ad restitutionem fructuum correspondentium diuino Officio) nõ esse ad restitutionem alicuius, etiam magnę quantitatis, fructus obligatum. Quia probabiliter dicitur, neminem ex culpa leui (casu, quò ex culpa ad restitutionem altringatur) teneri ad restitutionem; & multò fortius, vbi nulla est culpa; vt in casu posito, & resolutò; probant prædictæ rationes. Sic quę iudico, salua, &c.

SEXTVS CASVS.

SACERDOS quidam, ductus sententia quorundam apud Sã, *verbo Horæ Canonicę, numer. mihi 11.* recitabat mentaliter ob maiorem deuotionem, per librum visu discurrendo. Post aliquot tamen annos, scrupulo punctus, quæsiuit à me, an tuta conscientia processisset; & deinceps absque lethali saltem sic procedere posset; & an ad restitutionem fructuum Beneficij teneretur?

I Antequam præsentem casum resoluam, aduertere placet, quòd mihi semper valdè probabile extitit, & nouiter docet Caramuel *in Reg. Sancti Benedicti* teste Diana 7. p. tra. 11. *Miscellan. resol. 16.* scilicet, quamcumque vocem, de te audibilem, licet non audiatur, sufficere ad implendum diuini Officij præceptum: *Vox enim (ait ille) est; ad illamque statuendam sufficit, linguam, & labia moueri. Anhelitus enim necessario sequitur. Igitur vox nihil est aliud, quàm respiratio fracta certo modo per labia, & linguam: atqui non possunt labia, & lingua moueri, quin respiratio frangatur: ergo nec moueri poterunt quin sit vox; quę qualiscumque sit, audibilis est.* Sic, ferè in substantia, Caramuel; & ego.

Et licet ex adnotatione ista nihil possit deduci ad fauorabilem præsentis casus resolutionem, alijs tamen plaribus, qui satis frequenter occurrifolent, prædictum suppositum valet deseruire. Illo igitur omisso. Sic.

CASVS RESOLVTIO.

RESPONDI præfatam opinionem (de quã in informi) non esse sic à ratione alienam, vt, licet Doctissimo Sã non placuisset, fundamento probabili careret. Ductus sui primò auctoritate Vgolini, Grassis, doctissimique Thomæ Sanctij *lib. 2. Sum. cap. 10. numer. 41.* vbi, affirmans, legentem libros Hæreticorum, vel alios sub excommunicatione prohibitos, etiam nulla proferendo verba; sed visu percurrendo; incurrere excommunicationem, hanc reddit rationem; scilicet, quia vera lectio nullatenus verborum eget prollatione; argumento *leg. 2. §. inspectio, ff. quemadmodum testament. aperia.* Sic Sanchez; inter omnes doctissimus. Ergo si excommunicationem incurrit, quia verè legebat, verè implet præceptum recitandi Officium, qui sic, per librum discurrendo legit. Imò, licet per librum visu non discurreret, sed memoriter tantum, & mentaliter, existimo adhuc, talem, de quò in informi, implere præceptum de recitando Officio. Ducorque ex eo, quòd recitare est quid superius ad legere modo dicto per librum, & ad mentaliter loqui, memoriter discurrendo. Vndè, licet non valeat ex Antecedenti hoc: scilicet; *memoriter discurrendo mentaliter sui loquutus*: Consequentiã hæc: *ergo lege*: valet tamen hæc: *ergo recitauit*. Probatur hoc ex eodem Sanctio vbi supra, *num. 47.* vbi cum Vgolino asserens à contrario, non incurrere prædictam excommunicationem, qui memoriter dictos Hæretici libros recitat, hanc reddit rationem: scilicet; *Quia aliud est legere, & aliud memoriter recitare.* Sic Doctissim. Sanchez. Ex quò sic arguo: sed præceptum est de recitando: ergo si memoriter mentaliter discurrere, est recitare, erit etiam de recitando Officio præceptum implere.

3 Et licet Sanchez hoc secundo casu non explicet recitare, prout cum mentaliter coniunctum; apparet tamen, latius patere, legere, quàm recitare; ita vt valeat: legit: ergo recitauit. Tunc sic; sed vera lectio (& hæc est ratio Sanctij supra adducta) nullatenus ver-

borum prolatione eget : ergo nec vera recitatio. Ergo non peccauit præfatus, de quò in informi. Imò, aliquali stante causa, nec venialiter in posterum peccabit.

4 Sed dices : ergo nihil concedit Pontifex Religiosis, dum illis concedit, vt mentaliter ob maiorem recitent deuotionem. Quòd fuisse concessum, saltem viuz vocis oraculo, negari non potest. Nec obstat quòd per Pontifices Gregor. XV. & Urbanum VIII. reuocata fuerint priuilegia viuz vocis oraculo. Nam sub prædictis reuocationibus non cadunt illa viuz vocis oracula; quæ sunt declarationes iuris communis, vt docet Peyrinus, adductus a Lezana. Quòd autem priuilegium recitandi mentaliter, sit declaratio iuris communis *cap. Dolentes de celebratione Missarum*, probabiliter deffendi posse, ait Nauarrus *de oratione cap. 19. numer 84. §. Sextum est eiusdem Pape*. Deindè; quia ante Gregor. XV. confirmata fuerunt priuilegia, viuz vocis oraculo concessa; & hoc in scriptis. Per quem modum confirmandi deffierunt esse viuz vocis oracula; & in speciales scriptasque concessiones trãsierunt, vt dicam infra in fine huius opusculi, vbi sermonem instituiam de actione, & iure, quòd habemus recitandi Officium de Sanctissimis mex Religionis Patriarchis, Ioanne de Mata, & Fælice de Valois. Vndè nouissime Pat. Fr. Santorus à Melfi in *Comment. in constit. Minorum, cap. stat secundo, dub. 3.* teste Diana 8. part. tract. 7. *Miscellaneo resol. 58.* sentit, posse hodie Regulares tali priuilegio vti, mentaliterque recitare. Nam verba Pontificum solum (inquit ille) tendunt ad hoc, vt verba ab alijs audiantur, & intelligantur; cumque necesse non sit, vt se audiat, qui solus recitat, sic, &c. Et secundum istam Authorem non solum per priuilegium, quò Regulares fruuntur, sed etiam absque illo, poterunt omnes ad recitandum diuinum Officium obligati, illud mentaliter recitare. Contra quòd tamen militat replica posita in principio huius numeri; scilicet: ergo nihil concedit Pontifex Religiosis, &c.

5 Sed antequam replicæ satisf-

faciam, ex ea fortissimum meo videri probabiliter satis argumentum deducitur hoc modo: Pontifices concesserunt Religiosis, vt memoriter, & mentaliter recitarent: ergo mentaliter recitare est substantialiter præceptum implere. Probatur Consequens: nam, stante tali priuilegio, stat obligario implendi præceptum de diuino Officio recitando: ergo dispensatio, vel Pontificum oraculum non tollit materiam, per quàm tale potest impleri præceptum: ergo solum est priuilegium, & concessio in modo: atqui, quæ modaliter sunt talis præcepti, si defficiant, per se loquendo, non tollunt substantialem impletionem illius; vt sequenti casu dicemus: ergo, &c. Stat ergo, & Pontifices aliquid Regularibus concessisse; & ex vi concessionis, non esse contra substantiam præcepti recitandi diuinum Officium, mentaliter recitare.

6 Sed aduersus omnia hæc stat difficilè satis argumentum, quòd sequitur. Ecclesia non potest, per se, & directè præcipere actum mere internum: sed recitare mentaliter, est actus mere internus: ergo non præcipitur ab Ecclesia directè, & per se: ergo per talem recitationem nequit impleri tale præceptum. Probatur hoc vltimum Consequens: nam nullum præceptum impleri potest nisi materia præcepta apponatur: non est materia præcepta mentalis recitatio, quia est actus mere internus, qui ab Ecclesia non præcipitur: ergo, &c.

7 Et confirmatur: nam ideo, qui in anno pluries confitetur, & de solis venialibus semper, & die, antequam annus, iuxta varias DD. sententias impleatur, vel finiatur, incidit in lathale; ideo (inquam) tenetur ea die confiteri de tali peccato mortali, quia per antecedentes de venialibus confessiones non impleuit præceptum, quòd supra mortalia solum cadit, iuxta communem: ergo si Ecclesia non præcipit per se, & directè actum internum, qualis est mentalis recitatio, per illam non poterit tale præceptum impleri.

8 Nec valet, si ad confirmationem

nem dicas, aliquos sentire, confessio-
nem annuam de venialibus esse imple-
tiuam præcepti. Nam ij Authores lo-
quuntur casu, quò non adsint morta-
lia, vel in roto anno, vel quando fit
confessio. In nostro autem casu adest
in causa expedita vocalis oratio, & præ-
stari potest; ergo cum hæc, quàm po-
test Ecclesia præcipere, non appona-
tur, & apposita sit mentalis recitatio,
quàm Ecclesia præcipere non valet,
directè, & per se, ac proindè, quæ non
est materia præcepti, non poterit per
illam tale præceptum impleri: atqui
præceptum hoc obligat; ergo ad voca-
lem recitationem.

9 Fateor, difficilimum esse hoc ar-
gumentum; pro cuius solutione pri-
ma suppono, præceptum hoc recitan-
di posse dupliciter considerari. Primo
prout perseverans in esse præcepti tan-
tum Ecclesiastici. Secundò, prout cõ-
mutatum de esse præcepti Ecclesiasti-
ci, in obligationem naturalem, & ex
iustitia medio pacto. Rem declaro:
postularunt Regulares à Summis Pon-
tificibus facultatem recitandi mental-
iter diuinum Officium; & in hac ip-
sa petitione se obligare voluerunt ad
mentaliter recitandum, si Pontifex tali
contractui stare voluisset. Annuit
Summus Ecclesiæ Pastor obligationi
naturali recitandi mentaliter, quàm
ipse directè, & per se, imponere non
valebat; facultatemque concessit sic
recitandi. Quà facultate ex parte Sum-
mi Pontificis posita, præcedenteque
implicita obligatione naturali ex par-
te Regularium, inclusa in voluntaria
petitione ipsorum ad mentaliter reci-
tandum, fit, vt commutata sit ex par-
tium consensu, Ecclesiastica recitan-
di obligatio vocalis, in naturalem reci-
tandi mentaliter obligationem; quæ
cum secum afferat maiorem deuotio-
nem, & attentionem, ex natura reci-
tationis mentalis petiram; quia ma-
ior requiritur quies in sensibus, & sus-
pensio; consequenter manet Ecclesia-
sticum præceptum, in naturale com-
mutatum, & per impletionem com-
mutationis, ex maiori virtute prouen-
ientis sufficientissimè adimpletum.
Vndè informa ad argumentum sic res-
pondeo; Ecclesiasticum præceptum

nequit impleri nisi per materiam præ-
ceptam, distingo; non commutatum,
concedo: commutatum, nego.

10 Sed dices; ergo qui Pontifi-
cum priuilegijs talibus non gaudent,
non poterunt mentaliter recitare; quòd
est contra superius dicta.

Sed ad hoc dico multa; primò quòd
si præceptum sit de legendo Officium
diuinum, iam ibi aliqua interuenit
externa actio, directè præcepta, ra-
tione cuius indirectè præcepta manet
mentaliter recitatio, vel attentio. Sed de
hoc infra. Secundò respondeo ex pro-
babili sententia, quàm nouissimè def-
fendit Noster Leander 1. part. pagin.
329. quæst. 73. asserente, poenitentem,
obligatum à Confessore recitare Co-
ronam, vel septem Psalmos Poeni-
tenciales, satisfacere huic obligatio-
ni, hæc mentaliter recitando; casu,
quò expedientius sit eius saluti spiri-
tuali sic recitare. Ducitur hæc senten-
tia ex eo, quòd potest poenitens eas
preces in mentalem ipsarum reci-
tationem commutare; iuxta Authores,
asserentes, posse poenitentem poeni-
tentiam sibi impositam, in melius,
imò, & in euidenter æquale, commu-
tare. Ex quâ sententia sequi videtur,
iddem in nostro casu dicendum esse.
Tum, quia præceptum Confessoris ad
iustar. præcepti Ecclesiastici factum
censetur; ergo sicut illud implet poe-
nitens talem materiam mentaliter re-
citando ratione maioris vtilitatis, vel
saltem æqualis; cur non implebit re-
citandi diuini Officij præceptum, il-
lud mentali recitatione dicendo; si
quidem commodius, & vtilius ani-
mæ negotio consulitur, quòd omnia
Ecclesiæ præcepta intendunt? Tum
etiam; quia tali commutatione, à poe-
nitente facta, verè, & propriè imple-
tur Confessoris præceptum; ergo, &
in nostro casu adhuc verè, & propriè
impletur recitandi præceptum. Pro-
batur Consequens: nam vtroque est
æqualitas in præcepto; ergo, si per re-
citationem mentalem impletur vnum,
per eandem diuini Officij recitatio-
nem mentalem impletur, & aliud.

11 Tandem; quia nec in Tex-
tibus supra citatis, nec in capit. Pres-
biter 41. distinctione; nec in Concilio

Lateranensi sub Leone X. *Can. 9.* nec in Concilio Basiliensi sub Eugenio III. *Can. 8.* nec in omnibus alijs textibus, & Conciliorum decretis, aliquid aliud innuitur, nisi quod voce distincta, clara, deuotaque recitetur diuinum Officium, ad finem, vt ab alijs audiatur; cumque hoc tantummodo curat, vel quando in Choro, vel cum socijs recitatur; & aliunde, necesse non sit quod quis se audiat, vt *numer. 1.* adnotauit; sic concluditur, omnia prædicta iura sola recitatione diuini Officij; quæ indifferens est ad mentalem, & vocalem, esse contenta. Et certè prædictum Lateranense Concilium *in tit. Canonis 9.* vtitur voce, vel verbis, recitandi horas. Et quamvis argumentum positum probet, præceptum requirere materiam externam; iam dixi, hoc esse verum de præcepto humano non commutato, secus autem de commutato in obligationem naturalem.

12 Præterquamquod à simili sic argumentor: non minus essentialiter requiritur ad præceptum hoc humanum subditus Minister, ac externa materia: atqui sufficit probabiliter Minister, ex se, & per se ad recitandum non obligatus, vt præcepto huic fiat satis: ergo, & sufficiet materia, alias non astricta præcepto, qualis est mentalis recitatio, vt cum illa illi satisfiat. Maior negari non potest, vt patet: Minor autem probatur ex Caramuele *in Reg. Sancti Benedicti, disp. 101. dub. 6.* vbi, teste Diana *7. part. tractat. 11. Miscellan. resol. 5.* sic habet: *Quæris, an Nouitij faciant corpus communitatis; nempe, an tres, vel plures Nouitij, non clam, sed publicè signo regulari conuocati, possint in Choro communi diuino Officio satisfacere Respondent nonnulli affirmatiuè; eo quod in favorabilibus semper Nouitij censentur Religiosi.* Sic ille; qui pro negatiua parte etiam alios tacitis nominibus referens, dicensque pro vtraque probabiles adesse rationes; pro affirmatiua hanc adducit, scilicet: *Quod sicut Nouitij possunt, & defacto gaudent privilegijs professorum, ita dicendum est, posse soluere onera, ad quæ professi tenentur. Nec valet dicere, quod Nouitij in odiosis non dicuntur pro-*

fessi. Nam respondeo, certum esse, Nouitios non teneri persoluere hoc onus, sed posse illud persoluere loco professorum dicendum est. Nam licet non sint adhuc incorporati Religioni, sunt aliquomodo pars illius communitatis, & omnibus gratijs, & privilegijs communitatis gaudent, & in favorabilibus dicuntur Religiosi. Sic Caramuel. Ex quò, probabiliter aliquantulum admittendo, sic ego: magis incorporatus (liceat mihi sic loqui) est, & coniunctus liberæ recitationi mentali, qui alias ad recitandum teneretur, ac incorporati, coniunctique sunt professi, ad recitandum obligari, cum Nouitijs, omnino à recitatione diuini Officij de obligatis: atqui non caret probabilitate accurati Caramuel, & aliorum, sententia, dicens, posse Nouitios, alias a præcepto recitandi liberos, implere pro professis obligationem recitandi in Choro: ergo probabile erit, posse mentalem recitationem, sub nullo alias humano cadentem præcepto, subrogari pro vocali recitatione, esseque impletiuam præcepti recitandi pro eo, qui recitare teneretur. Ergo, &c. Hucusque dicta de recitatione Officij diuini mentaliter, ablato privilegio; & si aliquibus videantur aliquid probabilitatis habere; non tamen mihi. Et hæc pro prima parte nostri casus.

13 Pro secunda autem præsentis casus parte, scilicet, an præfatus ad restitutionem fructuum Beneficij astringatur; suppono primo, satis communem esse DD. sententiam, de qua nouissimè Noster Leander *2. p. pag. 102. quæst. 13.* & latissimè Giuniparus Adriano *in reuocatoriam Urbani VIII. constitutionem privilegiorum viua vocis oraculo, extensiuamque constitutionis reuocatorie Gregor. XV. disput. 5. quæst. 2. cap. 1. 2. & 3.* asserentem, modum recitandi diuinum Officium non cadere sub præcepto; & absolute mutationem diuini Officij non esse mortale peccatum, etiam si dedita opera, absque vlla causa fiat. Pro hac sententia refert citatus Giuniparus *cap. 3. numer. 1.* quindecim Authores, eosque grauissimos. Noster autem Leander supra, refert similiter decem & septem Authores, & implicite plures ex Socie-

cietate Iesu, ex Dominicanaque familia. Huius suppositionis rationes apud prædictos videri possunt. Quòposito.

14 Dico præfatum nihil teneri restituere. Quòd sic probo: magis detrahit de Officio diuino, qui longum Officium in breuius commutat, quàm qui assignatum quotidie Officium illud mentaliter recitat: (& abstraho pronunc à maiori attentione, & deuotione, necessaria in recitante mentaliter) atqui, qui primum facit, non tenetur aliquid restituere, & quia diuinum Officium integre recitat, & quia iuxta prædictam, satisque communem sententiam non peccat mortaliter, etiam data opera sic recitando; obligatioque restituendi ex peccato mortali, iuxta probabilem sententiam, petit oriri: ergo nec qui assignatum quotidie officium mentaliter dicit, aliquid restituere tenebitur. Maior est certa, vt patet: Minor satis probabiliter negari non potest: ergo nec Consequentia.

15 Sed dices: ergo qui singulis diebus totius anni recitaret Officium Resurrectionis, nec peccaret mortaliter, nec ad vilam consequenter teneretur restitutionem.

Responderetur: & in primis aliqui ita absolute loquuntur, vt confusionem maximam pluribus offerant, ad finem concedendi totum; quòd à plurimis, & non indoctis sæpius audiui, nullatenusque admisi, sed omnino falsum, vt reuera iudico, reputari. Quòd ex solutione luce clarius apparebit. Responderetur igitur ex citato Giuniparo, vbi supra, numer. 21. & 22. cuius, quæ sequuntur, sunt verba: *Ad probationem verò respondeo, quod si quis omni tempore velet dicere Paschale Officium, ex eo quòd sit breuius, peccaret quidem mortifere, non ex mutatione officij accidentali, sed quia id ex more facere censetur; in quo quadam species contemptus formalis præcepti Ecclesie includitur. Tum etiam, quia nimium intentioni Ecclesie derogaret, quæ specialissima aliqua finali ratione mouetur ad tale breue officium recitandum in illo tempore præciso Paschali, quòd recitatur infra octauam Pasche. Si verò aliud Officium Paschale, quòd toto illo tempore recitatur, frequenter mutaretur, vt loco ferie de aliquo Sancto diceretur, non peccaret certò la-*

thaliter, sicut si in omnibus Ferijs Officium Ferie tertie diceret. Sic ille. Vnde ego certissimum iudico, peccare illum mortaliter, qui in Quadragesima, & Hebdomada Sancta recitaret de Resurrectione. Et hoc, quia valde dissonum est intentioni Sanctæ Matris Ecclesie; quæ tunc Domini nostri Passionem repræsentat. Imò iddem dico, si in Aduentu quis de Resurrectione, recitaret. Si enim Ecclesia, his temporibus, Christi Domini Aduentum, & ipsius Passionem, & mortem repræsentat, quis non videt, valde dissonare tunc dicere: *Surrexerit Dominus verè: Alleloya.* Vnde hoc non ideo est mortale, quia parua quantitas; formaliter loquendo, officio detrahatur; sed ob prædictam in significatione dissonantiam. Sicut parua est quantitas aquæ, quæ cum vino in Calice ponitur; & nihilominus si omitteretur, saltem pluries, erit sanè peccatum mortale, defectu significatio- nis ab Ecclesia Matre intentæ. Ergo, &c.

16 Sed contra id, quòd de contemptu ait Giuniparus, sic potest obijci. Nam poterit quis dicere, se non ex contemptu præcepti, (quòd tunc non est, ac proinde nec præipientis Ecclesie) sed ex sola fragilitate sic recitare. Qui enim rem leuem, leuiterque prohibitam, semper efficeret, non rectè, ablato scandalo, contemptor foret. Sicut si omnibus diebus anni prohiberet Ecclesia carnum commestionem, & quis ob fragilitatem, paruam assumeret materiam, etiam singulis diebus, non videretur contemptor; si scandalum auferas: cum ergo, iuxta prædictam sententiam, mutatio officij non cadat sub præcepto, grauius prohibente, non esset similiter contemptor, qui omnibus diebus prædictum Paschale Officium Resurrectionis recitaret.

17 Hoc, prima facie, argumentum videtur conuincere. Absque Passione tamen examinatum nil roboris habet. Ducor, quia recitare hoc determinate Officium est materia de se grauis, vt, accedente præcepto de qualitate Officij, possit ad mortale obligare. Constat hoc, tam ex materia, quàm ex fine; ex materia (inquam,) etiam tali qualitate induta; quia optimè

potest Ecclesia obligationem imponere recitandi hoc qualitatiuè officium; sicut potest quis obligare, & de facto obligat, suram tem rem in specie determinata, (vt equum, v.g. nigrum, vt talem in specie, & indiuiduo, seu qualitate, restituat. Et in hoc, meo videri, nulla potest esse difficultas. Ex sine autem non minus patet: etenim significatio, seu representatio passionis Christi Domini in die, octauaque, Resurrectionis eiusdem, talem secum affert dissonantiam, vt sub præcepto, grauiter obligante, prohiberi possit, & è contra. Ergo qualitas officij non est de se materia leuis, sed potest sub præcepto, grauiter obligante, cadere: ergo argumentum, factum de paruitate materiae, non tenet. Aliud namque est, esse paruam materiam, aliud verò sub veniali tantum obligare; cum possit quis in materia, aliàs graui, leuem imponere obligationem iuxta veriore sententiam, sicut potest sub sola poena astringere.

18 Et si dicatur, oppositam sententiam Vazquez, esse probabilem, scilicet à materia desumendam esse grauitatem, vel lenitatem obligationis; libenter admitto. Ex quò, cum Pater Vazquez dicat, qualitatem officij cadere sub graui obligatione, debet asserere, qualitatem esse grauem materiam. Et hoc euidens est.

19 Et si amplius dicatur, quòd, secundum aliquos, qualitas officij sub nulla cadat obligatione, & præcepto. Hoc in primis detestatur communis Ecclesiae vsus, in magis Doctis, & timoratis viris satis vigens. Præterquamquod; quid indè, vt non sit de se grauis materia, saltem naturali iure requisita, & præcepta, cum præceptum sit naturale, sancta sanctè, & debitè tractandi? Vndè, licet directè nulla ad sit Ecclesiastica obligatio, adest tamen naturalis, & Diuina, ab Ecclesiasticoque præcepto postulata, & petita. Quò posito argumentum de materia, aliàs leui, nil roboris habet.

20 Igitur, posita graui materia, solum potest argui ex sententia Cai. in *Summ. verb. Contemptus, & verb. Præcepti transgressio*, (de qua alibi fufius,) vbi dicit, quòd, ablato contemptu, non sit intentio piæ Matris Ecclesiae fidelium illaqueare animas, ac proindè non videatur

ad mortale peccatum, ablato contemptu, obligare.

21 Sed reuera in prædicto casu, scilicet, quò omnibus anni diebus officium de Resurrectione quis diceret, contemneret vtique implicite, virtualiter, seu æquiualeuter, adhuc in sententia Cai. Nam tunc (inquit ille) redditur actus in naturam suæ formæ; hoc est, sic tunc quis legem frangit, nunquam conformiter ad illam recitando, ac si pro nihilo ipsam legem haberet. Ex facto nãque ipso, ita continuo, sic interpretatur voluntas non comparandi legi, quia legi, vel vt legi, siue Ecclesiastica, siue naturali, siue diuinæ, quòd sit implicite, & æquiualeuter contemneret. Ergo adhuc in sententia Cai. dici non potest, non esse mortale omnibus diebus de Resurrectione officium recitare.

22 Si autem quæras, qualis, & quanta continuitas, vel consuetudo, iteratio vè in recitando officio Resurrectionis Dominicæ, excuset à mortali, quando absque causa factum contingerit? Dico, hoc ex significatione, & ex temporis qualitate fore pensandum. Vndè à Paschate Resurrectionis vsque ad aduentum exclusiue, & à Natiuitate Domini, vsque ad Septuagesimam, qui recitaret bis in Hebdomada officium Resurrectionis, (& excipio festa solennia) non illum ad mortale peccatum condemnarem; nec similiter ad restitutionem aliquam obligarem; quæ est secunda pars nostri calus. Quam rursus à fortiori sic in quorundam sententia probò.

23 Et prius placet referre casum, qui specialiter fuit mihi propositus. Quidam Sacerdos per duos menses non recitauit culpabiliter diuinum Officium, cui pro illis duobus mensibus correspondebant decem, & octo aurei de fructibus Beneficij. Quidam eius amicissimus promissit illi soluere prædictos decem, & octo aureos. Sic autem eos compensauit; scilicet, recitando pro prædicto Sacerdote per alios duos menses duo integra B. V. Mariæ Rosaria quotidie. Hic autem quæsiuit a me, an obligationi, quàm pro amico Sacerdote non recitante, in se suscepit, sufficienter satisfecerit?

24 Respondi affirmatiuè, quod hæc vni-

vnicā ratione (& erit probatio secundæ partis præcipui casus) probaui. Obligatio restituendi in Sacerdote fuit in amicum transfusa, cum omnibus priuilegijs, quæ quoad compensandam Sacerdos habebat inam sicut res cum suo onere transit, sic, & cum fauore suo: atqui Sacerdos ille, iuxta probabilem sententiam, poterat per Rosaria tali obligationi satisfacere: ergo iddem valet amicus eius, in se talem suscipiens obligationem, efficere. Minorem sustinet expressè Ludouicus de San Ioan in *Sum. pag. 605. col. 2. duda 3. conclus. 1.* quod probat a simili in eadem pag. *duda 2. conclus. 1. col. 1.* vbi (ad marginem referens Azorium, *lib. 10. cap. 14. in principio Suarium tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 29. de pœnis Clericorum non recitant. pag. 461. col. 2.* Nauarrum de oratione, *cap. 21. num. 58. & cap. 7. num. 31. & cap. 19. num. 37.* & Panormitanum *cap. 1. de celebrat. Missar. num. 8.*) ait, posse talem Beneficiarium illud debitum compensare recitando per tot alios dies duo officia. Quia obligatio hæc non postulat ex natura rei (vt citati dicunt Authores) quod fiat bonis temporalibus, sed sufficit, si spiritualibus fiat. Quod iddem tenent Maior, Paludanus, Ledesma, & alij apud Henriquez *l. 6. 13. cap. 13. num. 2.* quos probabiliter refert Trullench. *tom. 1. in Decalog. lib. 1. cap. 7. dub. 24. num. 8.* vbi pro hac sententia refert etiam Suarium *cap. 27. num. 5. & cap. 29. num. 11.* Filliacium, & Molfesiu apud Bonacinam de *horis Canon. disp. 1. q. 5. puncto 2. num. 5.* licet Diana 2. part. *tract. 12. de horis Canon. resol. 24.* referens pro hac sententia solum Molfesiu, & probabiliter Bonacinam, dicat male à Molfesio, & Bonacina pro illa citari Suarium, & Filliacium. Sed in operibus Sapientissimi Dianæ (ait Noster Leander, in referendis Authoribus fidelissimus, & in omnibus alijs nunquā satis laudatus) plures reperiuntur, vel Typographi, dico ego, errores; vel relati Authores per errorem; qui fortè implicite, iddem sentiūt iuxta citationem, à Diana factam, licet non expresserint. Ergo ad intentum: cumque spiritualis fructus, quem in hoc intendit Ecclesia, possit esse maior in alia materia spiritali, vt sunt Rosaria, si cum maiori facilitate, suauitate, deuotioneque exerceatur, vt communiter tenent DD. & ipse etiam Ludouicus de San Ioan citato *dub. 3. con-*

clus. 1. constatque in exemplo voti, in quascumque alias res commutati, quando vel sunt præstatiores, vel æquales, iuxta varias DD. sententias, sic optimè valet per prædicta Rosaria prædictæ obligationi satisfieri: ergo sufficienter satisfecit prædictus talis Beneficiari amicus: ergo a fortiori sufficienter satisfecit debito Beneficij, qui assignata singulis diebus officia recitauit mentaliter. Nam hic orandi modus maiorem secum affert deuotionem, attentionemque; quia magis intentos postulat esse sensus; magisque ab aliarum rerum cura alienos.

25 Neque obstat primo, quod præceptum recitandi sit cuiuslibet diei quoad obligationem, annexum. Nam ex hoc solum sequitur, talem Sacerdotem peccasse contra præceptum de recitando; & non posse iam illud adimplere. Sicut tamen potest, & debet, debitum restituere; sic, & poterit illud aliqua alia re compensare. Imo peccauit etiam contra iustitiam, non præstando tempore debito solutionem pro fructibus Beneficij assignatam; cumque per hoc non extinguatur restituendi obligatio, sed maior ratione damni illati, & veluti lucri spiritualis cessantis, emergat obligatio; ad aliquid amplius in quacumque simili, (hoc est spiritali) materia astrictus manet. Cui obligationi satisfit per recitationem prædictorum Rosariorū, tot alijs diebus, quot omisit Sacerdos ille officium.

26 Nec obstat secundo, si dicas, talem Sacerdotem non posse iam alijs diebus recitare officium omissum, nomine Ecclesiæ, præscribentis recitationem officij talibus, vel talibus diebus. Non (inquam) obstat; Primò, quia non est certum, Sacerdotem priuato diuinum Officium recitantem, illud recitare nomine Ecclesiæ; vt etiam aduertit citatus Ludou. San Ioan, *pag. 606. col. 1.* Secundo, quia, hoc dato, teneretur ad amplius faciendum, ratione maioris, & efficacioris impetrationis, tenentis se ex parte recitantis officium nomine Ecclesiæ; cui maiori, & efficaciori impetrationi satisfit primo; recitando eadem officia alijs diebus, etiam nomine Ecclesiæ, vt concedo; & pro omissione recitandi illa tempore debito, aliquid aliud, v. g. duos Psalmos addendo. Quod totum sufficienter compensatur per duo illa Rosaria, quæ, per tot alios dies, eius amicus reci-

tavit. Nam in mea Religione Laici loco Officij diuini vnum solum recitant integrum Rosarium.

27 Et licet ipsorum Laicorum occupatio, quasi in compensationem, pro commutationis defectu, commutetur; certè, loco prædicti laboris, sufficientissimum foret aliud Rosarium integrum recitare; cum etiam Religiosi, Choro destinati, alijs exercentur occupationibus, quæ, cum diuino Officio, æquiualeant, imò superant ea, quibus Laici exercentur etiam adhibito vno ab illis Rosario integro. Vnde, sicut duobus integris Rosarijs superabundans foret, per Religiosum Laicum recitatis, pro Officio diuino compensatio; sic etiam est superabundans eadem recitatio per præfatum talis Sacerdotis amicum laicum facta.

28 Et hinc sequitur, quod, si quis Sacerdos velet hodie pro tota sequenti Hebdomada, tot officia recitare, cum animo non recitandi singulis talis Hebdomadæ diebus, licet peccaret contra præceptum, diebus alligatum; hac tamen antepositio ne compensaret debitum fructuum, recitationi diuini Officij, pro singulis diebus, correspondentium. Et consequenter iddem foret dicendum, si amicus talis Sacerdotis totidem duplicata integra Rosaria antecedenter recitaret. Non tamen faciendæ sunt mala, vnde veniant bona. Ergo sicut iste, de quo in interloquutorio casu, manet ab obligatione restituendi Beneficij fructus immunis; sic liber à fortiori manebit ille, de quo in secunda præcipui casus parte. Sicque iudico: salua, &c.

SEPTIMVS CASVS.

QUIS furto accepit à Petro centum aureos, quos aliquot per dies tenuit; Postea in extremam incidit necessitatem, in qua eisdem centum aureos consumpsit,

Quæritur, an, postea ad pinguiorem fortunam deueniens, illos restituere teneatur?

CASVS RESOLVTIO.

FACILIS est præsentis casus, adhuc negatiua solutio: dico igitur,

probabile esse, præfatum, de quo in infermi, nunquam teneri centum illos restituere. Ducor, tum ex sententia Soti in 4. de iust. q. 7. art. 1. Bañez q. 32. art. 6. dub. 3. Valentij puncto 5. Coninch. 22. disp. 27. dub. 10. num. 166. & Bonacinae disp. 3. q. 4. puncto 6. dub. 9. quos refert Hurtado Mondex. tom. de fide. disp. 5. de elemosyna, diff. 9. fol. 394. & diff. 11. fol. 399. affirmantium, illum, qui in extrema necessitate alienam aliàs rem accipit, & consumpsit, non teneri vnquam illam restituere. Quia (inquiunt) sicut Dominus rei tenebatur illam absque restitutionis onere illi gratis dare, ita etiã ipse pauper potuit illam absque eo onere arripere. Sic pro prædictis Hurtado vbi supra, fol. 399.

2 Huius etiam sententiæ videntur esse Spino speculo testam. glossa 6. num. 8. Cai. 2. 2. q. 118. art. 3. Aragonius ibi q. 32. art. 5. fol. 742. Sarmiento de redditib. 3. p. cap. 4. à num. 3. vsque ad 6. & in deffenforio illius, lib. 2. monito 3. num. 2. Navarra de restit. lib. 3. cap. 1. à num. 344. per plures, fol. 117. & alij apud Medinam, C. de restit. q. 3. causa 1. fol. 11. §. est alia quaestio, quatenus dicunt, me teneri ex iustitia extreme indigenti elemosynam dare: Imo, si extreme indigenti non succurrat, teneri me postea, ea necessitate etiam transfacta, illam elemosynam restituere: sic illi, quos refert Medina vbi supra. Circa quod Bañez supra fol. 1154. ait, hoc affirmantem, nihil absurdi dicere. Sed hoc omitto, quia non necessarium. Hos Authores refert Thomas Sanchez tom. conf. lib. 1. cap. 5. dub. 5. fol. 57. num. 59. & 60. iddem implicita probabilitate dicens num. 61. Imo expresse iddem dicit valde probabile supra, lib. 2. cap. 3. dub. 121. num. 3. infra medium.

3 Facit etiam pro hac sententia Angelicus Doctor q. 13. de malo. art. 2. ad 4. licet (vt ait Sanch. n. 59. propè finem) explicari possit de debito iustitiæ legalis. Facit etiã Hurtado de Mendoça, tom. 1. 12. disp. 159. sect. 3. num. 63. quod supra dictum manet, expresse concedens. Iddem etiã tenent Castrus Paulus, tom. 1. tract. 6. disp. 2. puncto 10. & vt probabilius, Diana 5. part. tract. 8. resol. 8. & alij, quos, quia res est facilis, libenter omitto.

4 Igitur ex rellata sententia sic argumentor: iddem præstat, in hac sententia, extrema necessitas circa rem, in ea consump-

sumptam; ac præstat, vnanimi omnium consensu, condonatio Creditoris: Sed posita semel Creditoris condonatione, circa rem, quomodolibet acceptam, nõ amplius restituendi obligatio reuiviscit; ergo, semel etiam posita extrema necessitate, res, in ea consumpta, sub nullo in posterum restituendi onere manebit. Maior est probabilis; Minor probabiliter evidens; ergo probabilis Consequentia; proindeque ad præsentẽ casum prædicta resolutio.

5 Sed dices, in nostro casu manere obligationem restituendi illos centum ex vi iniustæ acceptionis; quod sic probatur: Nam iddem est, ante extremam necessitatem habere illos centum ex iniusta acceptione, ac ex iusta, vt in Commodato, Precario, Conducto, & Mutuo: sed, si illos quis ex mutuo haberet, & superueniente extrema necessitate, illos cõlumeret, teneretur, si pinguior postea fortuna aduentauerit, restituere; ergo, licet eisdem centum ex iniusta haberet receptione, illos tenebitur restituere factus diues.

6 Respondetur tamen negando Maiorem simul cõ supposito, prout ad mutuum attinet. Qui enim illos centum mutuo acciperet, illorum dominium verè acquireret; proindeque in extrema non esset necessitate; siquidem de suo habebat, absque villo, pro tunc, restituendi onere. In nostro autem casu nunquam illorum dominium; per se loquendo, acquisiuit, & directè. (Et non loquor de dominio rerum, quæ consumuntur vsu, de quarum genere est pecunia, quarumque dominium consistit in vsu) Quapropter ibi est locus, per se loquendo, extremæ necessitati; sicut etiam esset, si res, antequam extrema necessitas adveniret, in mea esset potestate ex contractu Commodati, Precarij, vel Conducti; de quo iddem dicendum iudico, vt etiam notavit Hurtado de Mendoza, vbi supra, num. 62. ac de centum aureis, de quibus in informi.

7 Itaque possum, vel negare, vel concedere, ex vi illius præcedentis iniustæ acceptionis manere talem obligatum; ex quo nihil adhuc contra me. Nam, concessio teneri ex vi illius iniustæ acceptionis, præcisè loquendo; respondeo, habere etiam ius non restituendi, vel retinendi centum illos, ex vi extremæ ne-

cessitatis, tale ius concedentis. Quo posito; postea, dando vnum pro alio, quasi redimibiliter, commutatio fieri. Nam, si in extrema necessitate omnia sunt communia, licet non adhuc sensum, quod, scilicet, prior Dominus amittat dominium, vel quod dominium sit vtriusque; sed ad modum, quo Mutuator dicitur Dominus rei mutuatæ; vbi licet verè dominium sit Mutuatarij, est tamen redimibiliter; ita vt Mutuator ius iustitiæ habeat, vt suo sibi tempore reddatur; sic cum, iure naturali, res essent cõmunes, & per ius gentium propriæ factæ sint, per apprehensionem, non ita absolutè factæ sunt propriæ, vt omnem excludant conditionem; sed factæ sunt propriæ redimibiliter; vt videlicet, extrema extante necessitate, res esset reddenda ipsi indigenti à verò Domino, sicut illi debita: Quo posito, licet concedatur, in nostro casu teneri præfatum, iniusta acceptione inspecta, illos centum restituere, ius tamen habet, eosdem centum retinendi, adveniente extrema necessitate, illorum dominium modo explicato conferente. Quapropter ius Creditoris, in iniusta acceptione fundatum, compensari potest iure indigentis, in extrema etiam fundato necessitate.

8 Vel, absolutè nego, manere restituendi obligationem ex vi illius iniustæ acceptionis. Nam, licet ante extremam necessitatem perseveraret, restituendi obligatio; at, illa, scilicet, extrema necessitate posita, omnino extinguitur obligatio per ius, ab ipsamet necessitate extrema proueniens; sicut si Creditor illam obligationem condonaret. Sic Nauarra de rest. lib. 4. cap. 4. num. 24. & quidam alij, quos probabiliter refert Lessius de iust. lib. 2. cap. 16. dub. 1. fol. 154. num. 7. qui prædictam solutionem expressè admittit. Sic videtur tenere Sa, verb. restitutio, nu. mihi, 57. in sum. antiqua. Sic etiam, referens Sorum, & Aragonium, tenet probabiliter Villalobos 1. pars. tract. 22. de elemosyna, diff. 2. fol. mihi 520. num. 12. dicens, posse practicari; licet non ita clare distinguat; quorum authoritas sit etiam, & non leue, pro Nauarræ sententiæ argumentum.

9 Tum tandem probò positam solutionem ex sententiâ doctiss. Sa, supra, verb. debitum, num. mihi, 5. vbi ita habet: *probabile est, quod quidam dicunt, neminem*

generi solvere id, cuius soluti lex repetitionem concedit, nisi iurasset solvere. Hæc Sà. Ex quibus sic argumentor, sed, tradidit illis centum ad extremam necessitatem necessarijs, naturalis lex non solum illos reperere, sed, & accipere concedit: ergo, &c. Qua ratione, saltè in substantia, usus fuit. Egidius supra *disp. 27. dub. 10. num. 166.* Alias etiam possem pro hac resolutione afferre rationes, & DD. quia tamen res, ut dixi, facilis est, satis sint dicta: salna, &c.

OCTAVVS CASVS.

Petrus, v. g. rem Domini sui, viginti aureis vendendam, & diligentiâ, & industriam suam, vendidit triginta; sic tamen, ut ex decem aureis, quos, supra viginti, à Domino in pretium designatos, auerat, quinque aureos intra latitudinem iusti pretij, & quinque alios, ultra iustum pretium, detulerit.

Quæritur; an Petrus restituere teneatur Domino rei illos quinque aureos, quos intra iustum pretium, detulit, & alios quinque Emptori, qui rem iam libere contempsit, ut pote supra iustum pretium delatos?

CASVS RESOLVTIO.

1 Proprimò, quòd, quæritur, facilis est solutio. Quare dico, non teneri Petrum Domino rei dare illos quinque aureos, quos, intra iusti pretij latitudinem, sua industria comparauit. Sic, ante alios, tenuit Sà, *verb. venditio, num. mihi 11.* his verbis: *Si pluris vendidisti, quam rei Dominus constituerat, teneris ei totum reddere, nisi tacite donauerit, vel opera tua illud, quod amplius est, meruerit, vel industria partem sit.* Cuius ratio esse potest, nam industria Petri est ex vna parte pretio estimabilis, & ex alia, Domino indebita, & propria Petri, ergo, &c.

2 Quòd si dicas, rem fructificare Domino suo. Verum est, de re, quæ naturaliter fructificat; secus si ex industria; ut in casu posito constat. Et si iterum dicas, rem illam naturaliter fructificare, si quidem illi quinque aurei intrinseco ipsius rei valori correspondent. Negandum est, fructus illos fore naturales; quia,

licet industria illa, ut sit pretio estimabilis, ex intrinseco rei valore dependeat, applicatio tamen talis valoris, quasi pro tunc à Domino derelicti, ad illud maius pretium deferendum refunditur; & alias, absque detrimento pretij, à Domino pro re sua postulati, ab ipso Petro fuit per industriam accommodata. Unde non est, cur rei Dominus rationabiliter possit esse inuitus; proindeque quinque illos aureos iuste poterit Petrus ipse, ut industriae ipsius pretium, retinere. Quòd etiã in lucro, quod latro furata pecunia defert per ludum, amplius confirmatur, iuxta probabilem quorundam sententiam. Imò non deest, qui (& non improbabiler) asserat, latronem, commodantem rem aliquam pretiosam auri, vel argenti, quam iniuste detinet, iuste deferre pretium, absque rei detrimento deductum, & alias à Dño minimè deducendum. Potesit ergo prefatus Petrus, potiori iure, quinque predictos aureos detinere. Quòd, quia passim apud Authores poterit reperiri, alia non indiget probatione. Unde ab illis referendis supersedeo.

3 Maiorem habet difficultatem secundum, quòd inquiritur; scilicet, an alios quinque aureos, extra latitudinem iusti pretij delatos, teneatur Petrus in conscientia reddere Emptori predictæ rei. Et quòd non teneatur, videtur probabile, saltè à principio extrinseco. Probatur primò, quia rem pluris emere, vel vendere, intra dimidium iusti pretij, esse licitum, tenent Baldus in *Authentica, ad hæc, C. de vsuris, oppositione 21.* Barba *cap. 1. de Emptione* Ioannes Crotus *cap. 2. notabili 1. de constitutionibus in 6.* Tenuit etiam Durandus, teste Hurtado Mondejar. *tom. de iust. tractatu de contractibus, disput. 2. diffie. 3.* Deinde hæc sententia contineri videtur in *leg. In causa, §. idem, ff. de Minoribus, & in leg. Item si pretio, §. quæ vendum, ff. locati;* dum dicitur, naturaliter licere contrahentibus inuicem se circumuenire intra dimidium iusti pretij. Nec ius Canonicum ab hoc dissentire videtur, *cap. Cum causa, & cap. Cum dilecti, de emptione, & vendit.* Quòd tandem significari videtur in *leg. 1. Si heres, ff. ad Senat. Trabell.* dum dicitur, rem tanti valere, quanti vendi potest. Quam Sententiam, quoad excusationem à restitutione, tenet Gerson *Opusc. de contractibus, part. 2. propositione 11.* & si dicat, esse pec

catū mortale. Cuius Authoris dicta quo modo inter se cohæreant, est valde difficile. Gerlonem refert Hurtado vbi lupra.

4 Probatur secundò, ex Sanctio Abbuleati *in selectis, disp.* vbi ait, probabiles esse opitiones Donelli, Baldi, &c. Proindeque etiam pro præfata sententia stare debet prædicti Sanctij non contēnda Authoritas; & quia authoritas est Doctissimi viri; & etiam hac nostra ætate florentis. Ergo, cum iuxta præfata sententiam non teneatur Petrus quinque illos aureos Emptori restituere; & alias tantum sint fructus industriae eius; quippe rei venditæ valor nec in partem illos continebat; sequitur, posse Petrum illos licitè retinere.

5 Probatur tertio, ex communi sententia, asserente, emprionem rei supra dimidium iusti pretij non conferre actionem Emptori, contra Venditorem; vt excessum restituat, quando res libere consumpta est, vel alienata. Quidquid in contrarium dicant Conarr. 2. *variar. cap. 4. in fine*, & Pinellus, *leg. 2. C. de rescend. venditione, part. 2. num. 39.* vt refert Hurtado vbi lupra, *diffic. 4.* Ergo nec venditor tenebitur excessum restituere: ergo nec præfatus Petrus in nostro casu; siquidem excessus prædictus non excedebat dimidium iusti pretij; & alias Emptor rem libere consumpserat; vt dicitur in informi.

6 Sed dices, prædictam communem sententiam solum procedere pro foro exteriori, solumque denegare Emptori actionem forensē contra Venditorem; quòd non aufert à Venditore obligationem in conscientia, à iure naturali ortam, restituendi Emptori eam quantitatem, in qua deceptus fuit. Quòd, quia clarum est, nec exemplis, nec DD. indiget authoritate.

7 Respondetur tamen, adhuc prædictam replicam, & si secundum se veram, hoc nostro in casu non tenere. Ducor ex sententia Doctissimi Sà, *verb. venditio, num. 1.* vbi hæc habet: *Cum quis pro empta re plus iusto dat, sine vi, metu, aut errore, presumitur donare.* Sic ille: quia ergo Petrus rem vendere visus est absque vi, metu, aut errore, quæ detegere tenebatur, siquidem in informi nulla horum substantialium fit mentio; videtur, iuxta sententiam Sà, Emptorem libere donas-

se Petro prædictum quinque aureorum excessum. Qui fortè etiam iustificari potuit ob multitudinem Emptorum, penuriamque rerum similium.

8 Deinde Respondeo ex eodem Sà, supra, *verb. Venditio, num. mihi, 20.* præfatum Petrum excusari etiam posse a restitutione, saltem in partem: *quia, quod parum est (inquit Sà) censetur Emptor, & Venditor condonare inuicem:* Ergo cum respectu triginta aureorum, parum videatur quantitas quinque aureorum, etiam ex hac via poterit Petrus ab obligatione restituendi liberari. Sicque sentio: salua, &c.

NONVS CASVS.

QVTDAM, iniuste de facto (quia iniustitiam, & ius, quod habebat, ignorabat) minatus fuit malum Francisco, v.g. sine animo inferendi; nisi Franciscus illi mille aureos donasset. Donauit Franciscus.

Quæritur; an iste quidam iuste illos mille possit aureos retinere?

CASVS RESOLVTIO.

IETIAM præsentī difficultati facilis est affirmatiua solutio. Quare dico, posse præfatum mille illos aureos tuta conscientia retinere. Ducor, & breuiter, ex sententiâ Sanctij *de matr. lib. 4. disp. 9. num. 9.* & *Lesij lib. 2. de iust. & iur. cap. 17. dub. 7. num. 42.* quos nouiter sequitur Castro Pallao, *tom. 1. tract. 2. de libertate, & illius impedimentis, disp. 1. puncto 10. in fine;* asserentium, illum, qui minatus fuit alicui malum, sine animo inferendi; & si iuste posset inferre, retinere posse, quæ sic extorsit, deduxitque. Iuxta quam sententiam sic argumentor: Contentus, de quo in informi, & si iustitiam, iusque, quòd, ad inferendum Francisco malum, habebat, ignorauerit, vere tamè tale habebat ius, & actionem: sed obligatio restituendi non fundatur in animo, licet iniuste, inferendi malum; imo neque in malo ipso, ex parte intentionis iniuste illato; sed in iniuste illato secundum rem; & alias iusta retentio pecuniæ, v.g. quæ fuit donata, in iuri, & iustæ actioni-

Inferēdi malum (per accusationem, v. g.) quod ius, quamque actionem iste quidam, licet ignorans, tunc possidebat, & quod ius Franciscus, donādo mille, emedio tollere intendebat virtualiter, & implicite: ergo sic donatum à Frāncisco retinere valet, præfatus quidam.

2 Vnde licet iste quidam non haberet animum accusandi (quem si Franciscus sciret, forte, vel certo, non donaret) non ideo iniuste retinet. Quippe Franciscus verè donauit; & non vt ille quidam animum deponeret; sed vt certo, & infalibiliter deponeret accusationem; quā de facto deposuit, & qua deposita, accusandi iure se priuauit. Et licet pro omni illo tempore, quo tale ius ignorabat, iniuste, tam ex parte actionis, quam ex parte rei donatæ, illam retinebat, & consequenter, illam restituere erat obligatus; hoc tantummodo per accidens sequebatur. Quia propter in peccato exitit, dum mala fides durauit; quā per scientiam iuris, & actionis, quam habebat, ablata, incipit iusta possessio, & retentio per se, in tali iure fundata. Ergo restituere non tenetur. Sicque iudico; & quia res hæc non est difficilis à comprobationibus alijs abstinere.

DECIMVS CASVS.

PETRVS, v. g. quia existimabat, Mariā esse Consanguineam suam, donauit illi mille aureos, & reuera non erat Consanguinea, sed Affinis; Affinitasque illa erat adhuc dubia.

Queritur; an donatio fuerit valida, vel teneatur Maria restituere?

CASVS RESOLVTIO.

1 **F**ACTOR, contractum gratuitum, (vt est donatio, vel simplex promissio) non subsistere, si eius causa motiua non subsistat. Quia est titulus gratuiti contractus; & contractus sine titulo, ob quem fit, est nullus. Fateor (inquam) ita cum alijs sentire Filiacium tract. 33. cap. 10. Hurtado Mondexarensem tom. de iust. tract. de contractib. disp. 1. diff. 12. & alios.

2 Dico tamen, prædictam donationem esse validam. Ducor, quia probabi-

lis est sententia Cayet. 2. 2. q. 154. art. 9. affirmantis, Consanguinitatem, & Affinitatem eiusdem esse speciei; imo omnes gradus, tam remotiores, quam propinquiores, in vna specifica ratione conuenire. Qua posita sententia, firmam esse videtur donationem, Mariæ factam. Quia error inter Consanguinitatem, & Affinitatem, non est substantialis, sed accidentalis; & ex alia parte non constat de contraria Donantis voluntate: Iudicandum ergo est, Donatē, idem prorsus effecturam casu, quo, Mariam eius tantum Affinem esse, agnosceret.

3 Deinde probatur: nam maiorem rationem inuoluntarij inducit diuitiarum carentia in Maria, v. g. respectu promittentis illi nubere, ac inducit error coniunctionis per Consanguinitatem: atqui etiam in se obligante simplici etiā promissione ad contrahendum cum Maria, diuite existimata, error diuitiarum non annullat promissionis valorem, nec Mariam cogit ad detegendam paupertatem, licet paupertas, à principio cognita, à promittendo retraheret; eo præcisè (& loquor iuxta communiorē sententiam) quia contractus matrimonij, postea celebratus, vel (vt sic loquar) consummatio, vel impletio promissionis nubendi, in celebratis nuptijs consistens, quoad substantialia manet firma, & stabilis, licet in qualitate, seu accidenti, error contingat: ergo si error coniunctionis per Consanguinitatem, est error solum accidentalis respectu coniunctionis per Affinitatem, & donatio ipsa fuit completa, non censebitur donans substantialiter deceptus, nec Maria deceptionem qualitatiuam reticens ad restitutionem astricta. Vnde sicut in promittente, etiā simplici, contrahere, non datur quoad substantialia personæ, cum qua promittit contrahere, error aliquis, seu deceptio, quia finaliter censetur moueri a ratione fornicæ, & talis fornicæ personæ; sic similiter in Petro donante Mariæ mille prædictos aureos assignari debet pro causa, finaliter mouente, coniunctionem ipsius Petri cum Maria; quæ coniunctio certe saluatur per Affinitatem substantialiter, licet accidentaliter, qualitatiua ve (vt asserit Cai.) sit distinctio (errorque proinde) inter Consanguinitatem, & Affinitatem.

4 Nec obstat, Affinitatem hanc in præ-

presenti casu esse dubiam. Nam iudicijs, etiam in materia iustitiæ, melior est conditio possidentis; cumque Maria possideat, iuste retinet, usque dum de veritate constet.

5 Sed dices: forte ante donationem aderat dubium de prædicta Affinitate; quo in dubio videtur, Mariam non posse rem donatam retinere. Sed responderetur, quod vel donans erat dubius de Consanguinitate; vel (ut clarius loquar) de coniunctione, & cognatione, (quia quod sit Affinitas, vel Consanguinitas, est per accidens, ut iam dixi) vel Maria similiter dubia erat; vel tandem uterque simul: neutrum obest: ergo, &c. Non primum; scilicet dubium Donantis; siquidem illo non obstante donauit; proindeque visus est, prædictos mille aureos absolute donare. Non secundum; id est, Mariæ dubium (& omitto sententiam Méding. *C. de restitutione, q. 20. col. 5. vers. secundum, quia præsupponunt*, (ut refert Thomas Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 56.*) asserentis, illum, qui, dubitans, an res sit sua, illam aufert à possessione bonæ fidei, non teneri restituere.) Igitur neque obstat Mariæ dubium de Affinitate, cum Petro Donante. Tum, quia illa, in dubio existens, nihil operatur, sed tantum recipit. Tum etiam, quia, licet sit in dubio, possessionem tamen videtur habere de coniunctione, vel cognatione cum Petro, ob hanc causam illi mille prædictos aureos præbente. Quare potius contra dubium firmatur coniunctio, vel cognatio cum Petro, ad donandum ex coniunctione sanguinis se mouente: ergo non obest Mariæ dubium; ergo neque vtriusque dubitatio; siquidem tunc censetur Petrus ob alium finem donare, vel velle se decipere. Cumque volenti, scienti, & consentienti nulla fiat iniuria, quando per illum stat damnum auferre; sic, &c. Vnde existimo probabile, posse Mariam prædictos mille aureos retinere.

VNDECIMVS CASVS.

QUIDAM legauit Mariæ pauperrimæ mille aureos hac lege, ut caste viuat.

Quæritur, an, castitatem violans, teneatur legatum defuncti Heredibus restituere?

CASVS RESOLVTIO.

1 **B**REVITER etiam dico, quod, si castitatis violatio occultissima sit, videatur, non teneri Mariam in foro conscientiæ legatum restituere. Quod (licet secundum aliquos singulariter defendat Menchaca *de succes. progressu, in leg. 1. num. 98. ad finem*) mihi valde probatur. Ducitur ergo Menchaca ex pœnarum legalium similitudine, quæ, quandiu delictum latitat, minime incurruntur. Pro quo stare videtur Pinellus *leg. ultim. num. 4. C. de bonis maternis*; vbi, discutens, an Vidua, luxuriose viuens, amittat priuilegia, & honores Mariti, partem negantem sustinet, nisi palam in honesta sit; eo quod hæc quoque pœna sit legalis, ac fori externi desiderans sententiam. Sic refert Thomas Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 91. num. 4. in fine*, cum communi omnium contradicens sententia; quod Sanctij dictum, ita absolute prolatum, fere nihil probabilitatis continere, mihi videtur.

2 Ducor ego ex communi sententia, quam nouiter adducit, & bene probat Fagundez *lib. 7. in Decalogum, cap. 27. num. 13. cum sequentibus*, asserente, neminem teneri cum iactura status, iuste acquisiti, restituere; sed posse differre solutionem, & restitutionem debiti, quoad usque potentior fiat, siue debitum sit ex furto, & delicto, siue ex contractu, siue iuste, siue iniuste, & siue culpabiliter, siue inculpabiliter, in eam venerit impotentiam. Sic ibi cum communi sententia Fagundez. Quod primo probatur ex iure Ciuili, *leg. In condemnat. de Rod. & Inst. de act. §. ultim. & leg. 4. & 6. ff. de cessione bonorum*; vbi Textus aiunt, non esse æquum spoliare debitorem omnibus suis bonis, ut restituat; ergo ex vi iuris Ciuilis relinqui debet prædicto debitori status decens, & consequenter, cum notabili detrimento illius, in neutro foro tenetur restituere.

3 Secundo probatur ex ratione naturali: quia impotētia moralis, quādiu durat

excusat à restitutione; sed in nostro casu (idest, in casu huius communis sententiae) datur impotentia moralis: (quod enim est valdè durum, & difficilè, censetur moraliter impossibile; perdere vero statum, vel notabilem lapsum ab ipso pati, est valdè difficilè; vt patet experientia) ergo quandiu datur hæc impotentia, excusat; quidquid sit de radice, à quâ orra fuit; scilicet, an fuerit culpabilis, vel inculpabilis. Sic ferè de verbo ad verbum citatus Fagundez. *Qui numer. 14. ad leg. si miles, ff. de re iudicata*, quàm sibi metipsi obiicit; respondet primò, prædictas leges agere de priuilegijs in foro externo: Quare licet prædictæ leges, loquentes de milite, & de nobilibus personis, illis priuilegium concedant, vt paulatim restituant, nec mendicare cogantur, quòd est priuilegium solum pro foro externo: ipsa verò communis sententia procedit de restitutione in foro interno, & in hoc foro omnes manent obligati ad restituendum æquali obligatione de iure naturali. Ius autè naturale non obligat ad restituendum cum notabili status laetura. Sic, paucis mutatis, respondet primò Fagundez. Aditque pro secunda solutione, ad prædictas leges, dicens, ipsas aliquid amplius concedere, quàm id, quòd communis asserit sententia: concedunt namque, ne huiusmodi personæ nobiles cogantur soluere ultra id, quòd commode possunt; vt notat Molina *tom. 3. de iustitia, disp. 754. §. quando aurem*. Et sic se habet prædicta communis sententia, quàm Sanchez minime negare potest.

4 Imò, ipse Fagundez *numer. 19.* refert Gabrielem, D. Antonin. & Nauarum, asserentes, iddem esse dicendum, licet status fuerit iniuste acquisitus, scilicet per vsuras; ita vt, qui antea communi modo vivebat, comparata per vsuras magna pecuniæ quantitate, nobili postea ceperit se apparatu tractare. Quàm sententiam ipse Fagundez implicite approbat; dum in fine *num. 20.* contrariam probabiliorem, & veriorrem dicit. Hoc tamen ego non admitto; & quia ad resolutionem præsentis casus necessarium non est; & quia mihi improbable videtur.

5 Igitur ad rem, casumque præsentem: ergo non tenetur Maria prædictum legatum restituere defuncti hæ-

redibus; cum detrimento honoris. Patet hæc Consequentia; nam honoris, siue famæ detrimentum detrimento status præponderat: atqui in nostro casu, cum impossibile sit, moraliter loquendo, quòd Maria, pauperrima antea, illos restituat mille aureos; & quòd illi (præsertim si in rebus immobilibus sine situati) non accipiantur (probabiliter saltè,) vt effectus violationis castitatis, vel cum periculo contingenti de suspicionè violatæ castitatis, esset restituere cum sufficienti detrimento honoris, qui plusquam status æstimatur, & merito: ergo libera manet ab obligatione illòs mille aureos Hæredibus defuncti restituendi.

6 Præterquamquod, aliquid amplius conferre debet, esse illos mille aureos iuste, & licite, quoad vsum, & proprietatem, omnino à præfata Maria acquisitos, & ab actione Hæredum omnino exemptos. Quòd si dicas, esse quidem exemptos ab Hæredibus dependenter à caste viuendo; ita vt, si caste non viuat Maria, spectet tunc ius ad hæredes. Dico, hoc (vt ad Menchacæ redeam sententiam, quàm valdè probabilem existimò) esse; in pœnam incontinentiæ, priuationem iuris in prædictos mille aureos apponere. Cumque pœna, & præsertim illa, quæ in pura priuatione non consistit, ante iudicis sententiam non debeat, à prædictaque sententia sit immunis Maria; ratione occultæ incontinentiæ; sic omnino ab obligatione restituendi illos mille erit exempta.

7 Sed dices; pœna, quæ in aliquo priuatiuo consistit, non debetur ante iudicis sententiam: ergo Coniux, qui Consanguineam vxoris suæ in secundo gradu agnouit, non tenebitur à petitione debiti abstinere, vsque dum per iudicis sententiam condemnetur. Probatur hoc: nam pœna priuationis debiti in pura priuatione consistit. Dico tamen illatum hoc esse falsissimum, falsoque ex prædicta resolutione inductum. Scio Simancham *de iust. Catholic. cap. 9. numer. 202.* dixisse, incertum esse, an talis incæstuosus coniux incidat statim in prædictam pœnam. Vt videre est apud Sanctium *de matrimon. lib. 9. disput. 30. numer. 1.* in fine. Est (inquam) falsum; quia aliàs sequere-


queretur, iddem dicendum fore de excommunicatione, aliisque Censuris, quod falsissimum est, ut patet. Sed videatur Sanchez loco citato.

8 Deinde, falso deducitur ex prædicta resolutione, dicta illatio. Quia pœna reddendi illos mille aureos, est pœna non pure priuatiua, sed quæ humanam requirit, postulatque actionem, scilicet, abdicare à se prædictos mille aureos, illosque Hæredibus tradere. Pœna verò priuationis debiti, in argumento illatio adducta, non solum est pure priuatiua, in sensu dicto; sed currit etiam pariformiter cum excommunicatione, & alijs Censuris. Quare iudico, probabile satis esse, non teneri Mariam prædictos mille aureos legantis Hæredibus restituere. Quod, (gratis data, sed non admittit, sententia Simanchas, de dubio circa priuationem debiti, &c.) sic denique probatur. Nam si pœnam priuationis debiti, etiã pure priuatiuam, nõ excedit hæc pœna, imposita Mariæ; scilicet, ut, si caste nõ vixerit, prædictos mille restituat; & de priuationis debiti pœna, est dubium, secundum Simanchas, an ante iudicis sententiam debeatur; erit etiam dubium, an Maria teneatur prædictos mille restituere aureos? Cumque, in dubio sit melior possidentis conditio, Mariaque possideat, sic, &c.

DUODECIMVS casus.

Duo conducti fuerunt ad venandum in Sylua cuiusdam oppidi, arrendata tamen cuidam particulari, prædictos duos Venatores conducenti; illisque pro qualibet die stipendium, seu salarium sufficiens assignanti. Prædicti autem duo Venatores, de Cuniculis, v.g. quos captarunt, quotidie sibi duodecim reseruarunt.

Queritur, an illos, vel illorum æstimationem, teneantur in conscientia restituere illi, qui eos conduxit?



CASVS RESOLVTIO.

1 **O**diosa est tam Arrendatarijs, quam Dominis Sylvarum præsens interrogatio, si contra eos præstanda sit solutio, & in fauorem Venatorum. Nam videtur, iddem iudicium præferendum in hoc casu, ac in casu, quò prædicta Sylua à nemine arrendata sit; sed vel à Domino particulari, vel à Villa, vel à Ciuitate, vel ab aliquo alio, tam quoad vsum, quam quoad proprietatē immediatē possideatur. Ego, quòd à quibusdam, & valde doctis, retenus audiui, dicam prius.

2 Igitur dicebant primo sic; si ipsi Venatores, ultra tempus, in venando per contractum venari solitum, venationi incubuerunt; captaruntque vnusquisque aliquid, vsque ad sex, vel septem, v.g. similia animalia; nihil restituere tenentur; licet quotidie totidem capita, modo prædicto capta, sibi reseruent. Ratio istorum Authorum erat; quia prædicti Venatores nihil de tempore ad venandum pro Arrendatario designato defraudarunt; sicque stipendium, prædicto tempori correspondens, iuste detulerunt. Cumque, alia ex parte, nihil obstat, quòd Sylua sit arrendata, ut infra probabunt, sic ad aliquid restituendum minimè astringuntur.

3 Dicebant secundo; si solum tempus, per conductionem venari solitum, in venando consumpserunt, potuerunt nihilominus aliquid de venatione sibi assumere, v.g. de viginti animalibus, Conducenti ob tempus venationis spectantibus; tria vnusquisque sibi assumere valet; & de quadraginta sex; de octoginta autem, octo, cum tamen vnusquisque Venatorum captaret viginti, vel quadraginta, vel octoginta. Non dabant autem prædicti Doctores licentiam, ut de octoginta animalibus, ab vnoquoque venantium captis, duo decim sibi quilibet assumeret, cum de quadraginta, ab vnoquoque captis, deferendi sex licentiam præberent; quia (assererent) non est merienda res hæc Mathematicè, sed proportionaliter. Et hoc efficere valent (iuxta prædictos Authores) quin stipendium, illi tempori, consumpto in prædictis, quæ sibi reseruant, animalibus,

correspondens; restituere teneantur; licet alias esset materia grauis.

4 Dicebantur præfati DD. ex eo, quod, cum prædicti Venatores ius habeant ad venandum in tali Sylua, quod ius per humanam legem, ad poenam tantummodo obligantem, non amittitur, sic, in prædicto casu, suo vtuntur iure.

5 Nec obest contractus, cum Arrendatario factus, qui fidem seruari ex iustitia videtur inferre.

Nam illi contrahunt ob redimendam vexationem, quam eodem modo infert Syluæ Conductor, ac Rex illi Syluam conducens, casu, quod velit eos, plusquam ad poenam obligare, quod non credunt præfati DD. Probant autem hoc ex eo, quod in Rege, vel Villa erat vexatio, & non iusta contra ius naturale prohibitio; & non amplius iuris in Conductore per Regem, vel Oppidum transfunditur, quam ipse Rex, vel Villa, Ciuitas ve, habebat. Unde quia in Rege, vel Villa, talem Syluam vetante, erat vexatio, hæc etiam in Conductorem transfunditur: ergo si contractus fuisset factus, cum Villa ad venandum, ibi in tali contractu implicite inuoluitur ius Venatoris conducti, vt sibi aliquid, non destruendo Syluam, possit assumere; ergo iddem de contractu cum Conductore Syluæ dicendum est; nam res cum suo onere transit. Sicque Sylua illa cum onere (vt scilicet possint habitatores loci talis Syluæ sibi aliquid venare) transit, ad quemcumque transeat Conductorem. Quare, & si ipsi renuant Conductores, quasi de non seruata fide conquerentes, irrationabiliter conqueruntur; quia per Conductionem illam, factam a Villa cuidam particulari, solum iuste acquisit Conductor, vt ille possit, quidquid voluerit, sibi impune assumere; alij autem non impune. Et sic pro libertate venandi impune soluitur, per contractum conductionis, pretium, a Conductore, vel Arrendatario postea soluendum, & antea oblatum.

6 Dicebant sic tertio præfati DD. Custos talis Syluæ, qui iurauit fideliter Custodis officium exequi, non tenebitur aliquid restituere, si Venatores ea capiant, quæ de iure naturali, iuxta dicta, illis competunt. Quod iddem de Syluæ Custodibus, ne vicini talis oppidi, & a fortiori extranei, arbores cædant, dicen-

dum est. Hoc sic probabant: nam tunc cædentes arborum spolia, & superflua, aridaque trunca ad comburendum, non peccant, etiam si illis sit imposita lex penalis, quæ solum iuste censetur imposita, quando ad euitandam cæssionem viridantium arborum, quæ, pro communi populi vilitate, fructificare, vel naturaliter, vel artificialiter (vt ad domorum fabricas, &c.) possunt, imposita est. In alijs vero, iniusta est, saltem respectu aliorum oppidi vicinorum, præter Conductorem, vel Arrendatarium: ergo cum talibus dissimulare possunt Custodes in superfluis cædendis; imò & debent: ergo pariformiter cum Venatoribus. Patet hoc; nam vnusquisque tenetur, vel, adminus, potest non impedire, nequis rem suam accipiat: ergo.

7 Quod si tales Custodes aliquid à venantibus, vel cædentibus arbores, assumant, vt venantes, cædentesque ligna, secure possint, quod suum est, defferre; si quid tale sit receptum pro rebus, illis aliàs iure naturali competentibus, iniustum est, restituereque tenentur. Secus; si illud recipiant Custodes pro obligatione seruandi prædictos venantes, lignaque cædentes ab alijs Custodibus communes. Quia hoc ex parte venantium, lignaque cædentium licitum est (sicut; & si gratificatiue sit illis donatum) ob redemptionem vexationis. Si verò recipiant aliquid pro deportatione venationis, vel arborum, quæ cædentibus, vel venantibus sunt naturali iure interdicta; tunc, & si non teneantur acceptum restituere pretium, tenentur tamen restituere, & satisfacere totum damnum, à venatoribus, vel cædentibus arbores, illatum. Et licet peccent contra ius inrandum de fidelitate exequendi Custodis officium, non tamen tenentur ad poenam, per Civilem legem inductam; quia hæc non ante iudicis abligat sententiam.

8 Quod si contra prædicta opponas, (inquiunt præfati DD.) venatores per contractum venandi impune conductori Syluæ, sibi in seipsum etiam impune venari, quin aliquid pro hac impunitate in pretium soluerint. Respondent, totum fatendo; dicuntque, hoc non esse venantibus, vel ligna cædentibus, ius aliquod in conscientia præbere, sed illos à poena venantes liberare.

Et licet de hoc posset esse pactum inter venantes, cædentesque, & inter Sylvæ Conductorem, præbendi aliquid pro impunitate, quæ pretio æstimabilis est, quò casu tenerentur venantes, cædentesque ligna, stare promissis: quia tamen nullum præcelsit pactum huiusmodi explicitum, & commutativum pœnæ, venantibus, cædentibusque ligna absque hac impunitate impositæ, seu imponendæ, in pretium pro impunitate venandi, vel arbores cædendi; & alias, sola implicita, & ad pactum non redacta, Conductoris Sylvæ voluntas, non liberandi prædictos Venatores, arborumque cædutores, à non impunitate venandi, & arbores cædendi extra suam voluntatem, arguat tantummodo, ipsum Conductorem velle, prædictos esse subiectos pœnæ, impositæ non impune venantibus, lignaque cædentibus, pœnaque ante iudicis non debeat sententiam; si Venatorum, cædentiumque arbores fortuna effecit, ut illis ossa in dulce incideret, illam feliciter degustent. Sic præfati DD. Circa quòd, quid ego sentiam, quidque ex Authoribus, qui scripta sua prelo mandarunt, dicendum sit, iam dico.

9 Igitur dico, plures de hoc Authores iudicium iam fecisse; inter quos eleganter Sapiens. PP. Molina, & Vazquez. Quapropter ab illorum placitis referendis libenter abstinere; solum dicens, non esse, ob prædictas rationes, communem, & contrariam sententiam relinquendam, nisi vel parvitas excuset materiæ; vel implicita Conductoris Sylvæ præsumatur voluntas; vel alia occurrat circumstantia, quæ factum aliqua honestet via. Quando autem hæc concurrant, non est præsentis instituti. Et si foret, ab omnibus tamen his supersedendum existimo.

DECIMVSTERTIVS casus.

FRANCISEVS v. g. & Ioannes se ad invicem pecunijs adiuvabant. Reddendæ autem rationis tempore, unusquisque ad illam reddendam ducebatur notitia libri, quæ (vulgo) vocant, *de la Caixa*. Franciscus igitur ministrum habe-

bat confidentem, & hæc in arte peritissimum, qui omnibus perpensis, & inspectis, rationem absoluit dicens, Ioannem nihil debere Francisco, Domino suo. Ioannes tamen ductus notitia, quàm ex libro suo deducebat, evidenter sibi persuadebat, se debitorem esse Francisco in quantitate quatuor centum aureorum. Contigit tamen, quòd Franciscus pro quodam Tertio Epistolam Ioanni scripsit, in quâ præfatum Tertium de bonorum, pecuniæque quantitate laudabat. Hic autem Tertius, Epistolam deferens, ad accipiendas decimas illius oppidi, in quò Ioannes habitabat, profectus fuit. Accepit Ioannes Epistolam Francisci, & in ea, præter iam dicta inuenit, quòd Franciscus quantitatem pecuniæ *en moneda de vellon*, ab illo Tertio acceperat, & quòd, ratione difficultatis deferendæ pecuniæ, ipsemet Franciscus rogabat in tali Epistola Ioannem, ut pro illo Tertio solueret tantam quantitatem, (*la qual se avia de gastar en pagar las Chancillerias*) quàm ad soluendam Ioanni ipse se Franciscus obligabat. Eandem præbuit Franciscus quantitatem pecuniæ illi Tertio, pro quò etiam se obligavit ad principale, ductus, tùm potestate divitiarum præfati Tertij, quem Franciscus laudabat; Tùm etiam necessitate, & dependentia, quàm apud prædictum Franciscum recognoscebat. Contigit ut Tertius ille *quebrasse* (ut vulgo dicitur) Ioannesque pro illo se obligando offerret.

Queritur; an excusetur Ioannes à soluendis prædictis quatuor centum aureis, quos, ductus notitia libri sui, Francisco certè debebat? An verò possit illos detrahere à quantitate, quàm, sicut sponsor, pro Tertio illo soluerat?

CASVS RESOLVTIO.

IPRAESENS casus maiorem habet, si in fauorem Ioannis sit præstanda solutio, difficultatem, ac extensionem, & latitudinem continet pro infirmi. Dico igitur, (salua communi pace) Ioannem esse liberum à soluendis Francisco prædictis quatuor centum aureis. Et prius, non est omitrenda cautella

Francisci, in Epistola sua contenta. Nam videtur, se dolose voluisse obligare Ioannem, ut sponsorem pro illo Tertio se offerret in principali; & deinde eximere se ab omni obligatione, excepta ea, quæ explicitè admittebat, scilicet, soluendi tantam quantitatem pecuniæ, quantam acceperat.

2 Ex hoc ergo videtur Franciscus dolose dedisse causam contractui sponsonis Ioannis pro Tertio illo; proindeque teneri ipsum Franciscum damna Ioanni retarcire. Et licet hoc satis dubium sit, proindeque in dubio de damno facto, vel de debito aliquo, non possit damnificatus, vel Creditor, dubius recompensare damnum, vel dubium debitum usurpare; (quidquid contra communem sententiam dicat Medina, de quò supra, casu 10. huius tractatus. Quia damnificans dubius est in possessione, in dubio autem melior est possidentis conditio.) Attamen videtur consequenter, excusari Ioannem à soluenda tanta quantitate Francisco, quantam, dolosa occasione, & inductione dubia ipsius Francisci, traddidit, vel amisit ipse Ioannes, pro illo Tertio factus sponsor. Quòd sic, meo videri, saltem probabiliter, probatur.

3 Nam in dubio de damno facto, vel debito contracto, melior est possidentis conditio: ergo, qui in presenti casu possederit, excusabitur iuste à solutione debiti; vel à compensatione damni. Tunc si, sed dubium de dānificatione, facta Ioanni à Francisco, inducit, dubiam actionem fore in Ioanne, ut Franciscus illi tale damnum satisfaciatur; ergo pro quò steterit possessio rei, cum quā compensandum erat tale damnum, si certum foret, stabit ius, excusans à solutione eius.

Rursus: sed Ioannes possidet ex alia via tantam Francisci pecuniæ quantitatem, quantam sub dubia inductione, à Francisco facta, traddidit ipse Ioannes illi Tertio, pro quò sponsor extitit, soluendo Creditoribus eius: ergo pro Ioanne stabit possessio: ergo & ius ad nō soluendum Francisco eandem quantitatem, quā, occasione Francisci dolosa traddidit ipse Ioannes Creditoribus illius Tertij, pro quò extitit sponsor: ergo, &c.

4 Sed dices: dubium prævalere non

potest contra certitudinem debiti: atque Ioannes certus est, se Francisco debere illam quantitatem: ergo dubium non potest præfato Ioanni suffragari. Corruit ergo quidquid hucusque dictum est.

Sed respondetur, negando suppositum Maioris, supponentis pro subiecto, dubium stare posse cum certitudine debiti. Vnde, ad Minore dico, quòd, licet Ioannes certus sit ex alia via, vel contractu, se debere Francisco prædictam quantitatem, non tamen est certus, se ex omni via; omnibusque modis debitorem esse Francisco quantitatis prædictæ; cumque vnum debitum possit alio compensari, saltem in foro conscientie; si ex inductione dolosa Francisci Ioannes habet ius dubium contra Franciscum, Ioannes sub dubio erit astrictus respectu Francisci, quoad substantiam tantæ quantitatis, licet sit certus, quòd ratione alterius contractus illi debitor sit.

Vnde restituendi obligatio ex se solum nascitur ex retentione rei alienæ, siue iuste, siue iniuste acceptæ; vel siue formaliter, siue æquivalenter, iniuste retentæ. Ergo omiſſa via contractus, vel mutui, à quò certò incēpit debitum ex parte Ioannis; inspiciendoque tantam quantitatem pecuniæ, à Ioanne retentam, & per Franciscum sub dubio à Ioanne ablatam, in substantia rei alienæ, æqualis est ratio dubij, & pro Ioanne, nunc damnificato, licet antea per contractum, vel mutuum, Debitore, & pro Francisco, nunc damnificante, quavis antea per similem contractum Creditore: ergo pro quò steterit possessio tantæ quantitatis, de quā est dubium, stabit ius ad illam non soluendam. Atqui Ioannes possidet, æquivalenter saltem, illam quantitatem, quā inductus à Francisco soluit Creditoribus illius Tertij; cum retineat eandem, licet alio ex titulo antea debitam Francisco, & per dolosam dubiam Francisci inductionem, factam dubiam: ergo melior est Ioannis conditio.

5 Declaratur hoc: si Ioannes non solveret Creditoribus illius Tertij, quòd pro illo sponderat, dolose inductus à Francisco, & ille Tertius deficeret, non teneretur Ioannes in foro conscientie illud solvere ratione possessionis suæ pecuniæ (& omitto sententiam, afferentē; spon-

sponsorum pro alio nõ obligari in conscientia, ratione sponfionis, quæ, secundum iuram sententiam, solum tenet pro foro externo) obligatæ ex dubia Francisci fallacia : atqui, licet soluerit, tantam tamen retinet quantitatem, & possidet, contra Franciscum, sub dolosa damnificatione, dubium debitorem; licet illam quantitatem antea ab eodem Francisco ex alio titulo acceperit; ergo quomodocumque sit, possessio pro ipso Ioanne stat temper: ergo, &c.

6 Sed his, hucusque dictis solum disputandi gratia, gratis datis, licque acceptis, persistendo in resolutione in fauorem Ioannis, sic illam, meo videri, satis efficaciter probò. Supponoque prius, duplicem (quoad præsens attinet) euentiam esse posse. Vnam physicam, & intrinsecam, seu realem: alteram extrinsecam, seu moralem. Euentia physica eã est, quæ habetur, vel per causam, & à priori; vel à posteriori, & per effectum; vel quæ est intuitiua rei in se ipsa; quibus addo euentiam rei in attestante infalibiler; & neutram ex his euentijs habent Franciscus, nec Ioannes in casu præfenti, circa debitum, vel non debitum; Ioannes quidem, de non solutione quatuorcentum aureorum; Franciscus vero de receptione eorum. Deinde contra hanc physicam euentiam, nec contra cæteras, nulli potest dari in contrarium noticia de eadem re, in eodem subiecto; imò neque in diuersis (si de facto loquamur) quidquid sit de existimatione; quia veritas vna est.

7 Euentia verò moralis, & extrinseca, quoad præsens institutum, illa est, quæ cum rei veritate infalibiler non coniungitur, sed potest deceptioni subiacere; & talis est euentia, quam Ioannes habet de non solutione prædictæ quantitatis, quã existimat, se debere Francisco. Similiter euentia, quam Franciscus habet de solutione, facta sibi à Ioanne, est moralis tantum, & errori subiecta. Probatür, & declaratur hoc: prædictæ euentiæ ortum habent ex scriptis in libris *de la Caja* præfatorum Francisci, & Ioannis; qui duo libri testificantur extrinsece, in ordine ad debitum, vel non debitum; liber (inquam) Francisci testificatur de satisfactione integra, facta sibi à Ioanne; Ioannis verò liber testimonium perhibet, in parte prædictæ quatuor cen-

tum aureorum quantitatis, contrarium; cum ergo vna sit intrinseca veritas, & realis, vna ex prædictis euentijs debet esse defectuosa, re ipsa; licet ex testimonio scripto vnaquæque possideat veritatem cum contradictione; ac proinde solum moralem, quæ per aliam vinci potest. Vnde duo prædicti libri habent se, sicut duo Horologia, contrarium testificantia; quorum pulsationes, dum de falsitate per intrinsecum medium non conuincuntur, moralem retinent certitudinem; & habent se ad instar probabiliū opinionum, quarum quælibet, pro libito, sequi potest; vt communis est DD: sententia, communisque Ecclesiæ vtius, atque fidelium. Quibus positis, vt communiter admissis.

8 Probo iam, excusari posse Ioannem a soluendis Francisco prædictis quatuorcentum aureis; & probò sic: quodlibet ex prædictis libris testimonium subditur falsitati, nisi aliquod illorum per intrinsecum medium de falsitate, vel veritate appareat: ergo, dum hoc non constat, vtrumque possidet veritatem non physicam, quia non implicat: ergo moralem: ergo probabilem. Tunc sic; sed Ioannes nullum de facto habet intrinsecum medium, vel principium, certificans physice testimonium sui libri, vel libri Francisci: ergo poterit pro libito, & prout voluerit, illorum cuilibet confirmari: ergo sequutus testimonium libri Francisci, iam de toto debito satisfacti, poterit à restitutione quantitatis prædictæ liberari.

9 Nec obstat, quòd Ioannes, cui intererat, non esse debitorem, se faciat debitorem; quòd præsumptionem de vero inducit debito. Non (inquam) obstat; nam etiam Franciscus, cui non minus intererat, esse Creditorem, Creditoris à se æqualiter rationem aufert. Patet hoc: nam rationem non debitoris, Ioanni consentaneam, Ioannes ipse per librum renuntiat Francisco, contrarium firmans; similiter rationem Creditoris, de se à Francisco amabilem, ipsemet Franciscus per librum Ioanni renuntiat, demonstrans contrarium: ergo, & in interesse sunt æquales, & in illo renuntiandò parificantur, & in se ipsis onerandis pariformiter currunt. Si ergo in omnibus equiparantur, & vnumquodque testimonium veritatem, aut falsitatem sibi, &

ad iudicem, phisice non adiudicat vlllo modo; quamuis moralem habeant euidentiam, non tamen vitra probabilitatis rationem extractam: ergo intra opinionum probabilium, sicut de Horologijs dicitur, rationem continentur: ergo vnūquodque pro libito amplecti valet: poterit ergo Ioannes, testimonium libri Francisci se quutus, à soluendis prædictis quatuor centum aureis excusari: ergo, &c.

10 Vt autem hæc amplius explicentur, appareatque, non esse probationem intrinsecam, & euidentem, ac proinde esse falsitati subiectam, euidentiam illã, quæ, vel de debito, vel de eius solutione, in prædictis libris continetur, aduerto, sæpè sæpius accidere, vt apponatur in libris debiti alicuius solutio, ex confidentia illud soluendi, quin postea solutio subsequatur; & è contra, debiti anticipata, vel tempore debito soluat, quin in libris solutio apponatur; nec per scriptum, ratione obliuionis, de solutione constet. Quod plusquam semel mihi contigit. Ob quod in præstita solutione ad præsentem casum persisto, &c.

DECIMVS QVARTVS casus.

FRANCISCVS habebat in Deposito centum aureos Censuales, quos Petro, amico suo, traddidit ad negotiationem, manens cum intentione, quod, si per iudicem peterentur, illos ex suis pecunijs solueret. Post aliquot dies minutus fuit pecuniæ valor, vt paucis ab hinc annis contigit. Petrusque reddidit illi alios centum in valore pecuniæ iam minuta.

Quæsiuit à me, an teneretur hos centum, vel alios pro censuali reddere Deposito? an vero quartam, vel sextam partem, iuxta valorem pecuniæ, pro tempore, quo illi traddita fuit?

CASVS RESOLVTIO.

1 **R**ESPONDI primo, quòd vel Franciscus traddidit Petro centum

illos mutuatos, vel sub ratione Depositi. Si primo modo: rursus inquiri: vel subrogauit alios pro Deposito centum; vel nullos habebat subrogandos, nec subrogatos. Si alios subrogauit centum, reddendos quolibet postularentur tempore; Dixi, tunc solum teneri Franciscum quartam, vel sextam partem, iuxta pecuniæ, antea tradditæ, valorem, reddere. Probauique ex eo, quòd Depositum, sine vlla culpa deperditum, Domino perit, iuxta communem DD. sententiam; cumque diminutio valoris, prædictæ pecuniæ absque vlla contingerit culpa Francisci; absque vlla etiam ipsius culpa, absque vllò vè alio restituendi amplius onere, Domino Depositi est applicanda. Et in hoc nullam esse difficultatem existimo.

2 Si verò nullos habebat subrogandos centum alios aureos, nec explicite, nec implicite subrogatos. Rursus: vel tunc illos traddidit centum in ratione Depositi perseverantes, vel perseveraturos sub cura amici; vel simpliciter mutuatos. Si illos sub ratione Depositi amico suo traddidit; Dixi tunc, Petrum non teneri Francisco reddere centum alios in pecunia noua, vel minuta, sed solam quartam, vel sextam partem, iuxta pecuniæ minutæ valorem; vt supra dictum est; proindeque teneri Franciscum, tres, vel quinque partes, iuxta pecuniæ mutuatæ valorem, amico suo restituere. Cuius ratio est: quia diminutio pecuniæ supra Depositem cadit, & non supra Petrum, cui Franciscus illos centum aureos sub ratione traddidit Depositi; proindeque nec Petrus, amicus Francisci, nec Franciscus ipse tenentur Deposito centum, in antiqua moneta, alijs centum, in noua supplere; cum siue in Francisci, siue in amici sui Petri potestate, diminutio valoris antiquæ pecuniæ supra Depositem ipsum cadat; in quo, sicut nullum acquisierunt dominium, sic ad nullum ipsius detrimentum tenentur, ex nulla ipsorum culpa proueniens.

3 Imò si ex ipsorum culpa (illa scilicet, quæ iuxta varias DD. sententias requiritur) depositum ipsum amitteretur; & antequam per iudicem, vel iudicis mandatum, tale exigeretur Depositem, contingeret, absque ipsorum culpa, per se loquendo, diminutio pecuniæ,
ad

adhuc ad nullam tenerentur: ceterum traditionem; sed ad solam quartam, vel sextam partem; vt dixi. Dico, *per se loquendo*; quippe quamuis ipsi forent causa, vt in toto Regno pecunia minueretur, ob bonum commune; adhuc a centum excusarentur restitutione; cū tunc per accidens detrimentum illud Deposito adueniret.

4 Si verò Franciscus centum illos Depositi aureos, vel consumpsit iniuste, vel amico suo absolute traddidit mutuos, etiam ad negotiandum; vt dicitur, in informi, vel illos ad lucrum destinavit; Maior videtur difficultas; præsertim, si hoc ex animo non restituendi efficit.

In qua tamen, salua communi pace DD. adhuc probabile iudico, quod, superueniente postea pecuniæ minutione, non teneatur, nisi quartam, vel sextam partem, modo superius dicto, restituere, (quidquid sit de mala nunquam illos restituendi voluntate) si ante ipsius pecuniæ diminutionem iudex centum illos non postulauit.

5 Ducor ex eo, quod, de facto, perinde erat euentura pecuniæ diminutio, si essent illi centum aurei in custodia: ergo nec illorum consumptio; siue bona, siue mala fiat intentione, maiorem in consumente illos obligationem imponit. Quod verò cum illis multum fuerit Depositarius, per se, vel per alium lucratus, nihil obest. Nam, licet in modo, contra Ciuilem, siue Canonicam legem deliquerit, non tamen in substantia rei; siquidem solam quartam, vel sextam partem erat infalibiliter (vt suppono) redditurus.

6 Quod si locupletior inde factus sit Depositarius. Hoc tamen non ex natura rei, sed ex ipsius industria processit. Nam pecunia non parit pecuniam; nec lucram, ex Torquete aureo, mutuo, vel furto ablato, deductum, sub restitutionis obligatione cadit; vt non contenti docent DD. inter quos, Turrianus, & alij.

7 Quod si dicas, iniquum esse, quod quis ex peccato commodum reportet. Contra est primò, concedendo prædictam regulam, dicendoque Depositarium non reportare commodum ex iniquitate, formaliter loquendo; quod esse iniquum. Sed materialiter; quia ex indu-

stria sua, per accidens cum peccato coniuncta, tale commodum reportauit. Secundo dico, illam regulam pro foro fori, non pro Polliforo tenere. Tertio tandem respondeo, illam non intelligi quoad obligationem restituendi; quæ sicut per internam non amittitur contritionem, sic nec per malam contrahitur voluntatem. Cumque sola supponatur mala Depositarij in prædicto casu voluntas sola; quoad se conuertendum ad Deum illi obligatio currit. Ergo, de primo ad vltimum, super Deposito cadit detrimentum, vel damnum, ex diminutione valoris minutæ pecuniæ proueniens; ergo nullo ex prædictis casu tenentur Depositarij; nec eius amicus, vltra quartam, vel sextam iuxta qualitatem minutæ pecuniæ, partem, aliquid præstare. Sicque respondent in nostro Complutensi Collegio die 20. Septembris, anni Domini 1642. quo anno minutæ fuerunt per Sacram, Regiamque Philippi Magni Maiestatem, ob commune bonum, pecuniæ; sicque modo sentio. Fateorque præsentem casum non esse ex difficilimis, imo neque ex difficilibus; solumque illum hic appo- sui, ob sui nouitatem.

DECIMVS QVINTVS casus.

QUIDAM in testamento reliquit Hæredibus seruam ea conditione, vt nec illam vendidissent, nec ferro signassent; aliàs libera maneret.

Quæritur; an filij talis seruæ eodem, ac Mater, potiantur fauore? An verò, ex iustitia, tanquam serui, Hæredibus defuncti seruire debeant?

CASVS RESOLVTIO.

FACTOR etiam hunc casum non esse difficilem, in nullo ex tribus modis, de quibus ille potest difficultatem aliquam pati: Primus est, quando serua ante testamentum erat coniugata, filiosque habet. Secundus; quando coniugata erat, filios tamen non habebat. Tertius denique, quando soluta erat, & sine liberis.

2. Quare dico, in nullo ex dictis casibus extendi ad filios priuilegium Matris.

tris. Ducor primò, quia in nullo ex illis locum habet præsumptio iuris, & multo minus, præsumptio iuris, & de iure. Quæ propter in nullo est præsumenda ampla Testatoris voluntas. Non in primò; cum facile potuerit testator eos excipere, quòd non fecit. Quæ ratio in secundo casu iddem etiam probat. Cumque aliàs cedat in Hæredis præiudicium, iddem omnibus in casibus supradictis dicendum sequitur.

3 Ducor secundò; quia, sicut, vbi ponitur mensura, rationis, seu restitutionis gratia, vltra mensuram illam non est locus dispositioni, seu legato, &c. vt ait Couarrub. tom. 2. fol. 396. num. 1. & 2. ex leg. Si seruus, legat. §. qui cumque. ff. de legat. primò, cum alijs, quas congerit citatus Couarr. sic vbi inter plures fit vnus electio ad legati priuilegium, non debet ad alios, vltra electionis significationem, extendi; præsertim cum in Hæredum cedat præiudicium.

4 Ducor tertio; quia aliàs, quacumque conditione apposita in fauorem Ancillæ, iddem sub eadem conditione deberet ad filios extendi, quòd durum videtur.

5 Ducor tandem; quia si in vltimis voluntatibus, quando res est dubia, præsumitur, testantem paterna ex dilectione potius diligere Neptes, quam piam causam, teste Couarrub. tom. 1. fol. 95. num. 4. à fortiori, in casu posito, vbi res est iam dubia, magisque in Hæredum fauorem propendit, dicendum est, testantem magis diligere filios, vel ascendentes hæredes, quam piam causam, scilicet; filiorum Ancillæ libertatem.

6 Sed dices: sicut in probabiliori sententia, apud Sanctium, lib. 2. Summ. cap. 24. num. 10. deducta ex lege Manichæos 4. §. C. de Heretic. donantur libertate Mancipia, posita Domini hæresi, per sententiam declarata, (quidquid de ipsa factò aliqui dicant) sic apposita venditione, vel ferreo signaculo, manet Ancilla, de qua in informi, iuxta ipsius tenorem, libera: atqui ita libera manent Mancipia, leg. Manichæos, supra citata, vt si filios habeant, ad ipsos etiam tale priuilegium extendatur: ergo in casu nostro iddem dicendum erit.


7 Responderetur tamen, diuersam esse rationem. Nam dicta lex Manichæos non est tantum in fauorem huius, vel illius

Ancillæ; sed omnia Mancipia, sub Domini potestate, seu dominio, ante eius hæresim declaratam existentia, talis libertatis afficit priuilegio; cum limitationibus, quæ apud Sanchez supra posuunt videri. In nostro autem casu solum vni conceditur conditionata libertas. Vnde sicut in casu legis Manichæos non donantur libertate filij, de Ancilla nati; ex vi priuilegiatæ libertatis, Matri præcisse concessæ; sic nostro in casu non debet deduci filiorum Ancillæ conditionata libertas, eo quod similis Ancillæ libertas à Testatore concedatur.

8 Sed dices iterum: Si Auus maternus constituat hæredem filium, & in eius defectum, extraneum; tunc præsumitur, Autum diligere magis Nepotem, quam extraneum; leg. Cum Auus, ff. de conditionibus, & demonstrationibus ad leg. Cum à Sanctissimi, C. de fideicommissis. Vnde in hoc casu, si filius habeat filios, debent illi, præcisse ex institutione Patris eorum in hæredem, accedente iuris præsumptione, in hæreditate succedere: ergo etiam in casu posito, legata Ancillæ conditionata libertas, debet ad Ancillæ filios extendi.

9 Respondetur tamen, diuersam similiter esse rationem. Tum, quia est specialis casus, qui non debet omnibus alijs accommodari. Tum etiam, quia potius ex eo oppositum sequi videtur; nam si præsumitur, hæreditatis institutionem ad Nepotes extendi, & illis fauere: quomodo potest in præiudicium legitimi Hæredis conditionata libertas, Ancillæ concessa, ad eius filios extendi? Et omitto, si filij sint Patris liberi, aliasque sit consuetudo, illos à seruitutis onere liberans; ij enim, licet secundum ius sint serui, vt potè ex Ancilla nati: (nam seruitus sequitur ventrem) aiunt tamen quidam, teste Sæ, verb. Seruus, num. mihi 5. hoc non seruari: ex libero namque Patre natum, liberum esse, inquit pro illis Authoribus Sæ loco citato. Per quòd patet ad replicam. Et hæc pro solutione præsentis casus, tribus prædictis modis intellecti: salua,

&c.



DECIMVS SEXTVS
casus.

SANCTITAS Leonis X. disposuit, quod S. Canonicatus Magistralis Ecclesiæ, SS. Iusti, & Pastoris, Complutensis Vniuersitatis tribuerentur *Oriundis ex Regnis Castellæ, & Legionis duntaxat.* Sic continet Apostolicum rescriptum, approbatiuumque Leonis X. priuilegiū, quod iddem disposuit prædictæ Vniuersitatis fundator; præsertim in Canonicatibus, qui vocantur noui. In concordia autem facta inter Archiepiscopum Toletanum, & Vniuersitatem, Ecclesiamque SS. Iusti, & Pastoris, disponitur, quod, qui obtenturi sunt prædictos Canonicatus, debent esse naturales prædictorum Regnorum, & non extranei. Quibus sic statutis. Quidam ortus in Regno Aragoniæ; obtinuit (vt supponitur) quendam, ex nouis vocatis, Canonicatum, quia Regiam facultatem, Regaleque priuilegium, Magni Philippi III. Hispaniarum Regis obtentam habebat, in qua præfatus naturalis Castellæ efficitur.

Quæritur; an in conscientia sit secutus; vel teneatur prædictum Canonicatum ex defectu Originis (nam, quæ requiruntur iuxta Vniuersitatis prædictæ Constitutiones, omnia alia in illo reperiuntur) relinquere?

CASVS RESOLVTIO.

IDIFFICULTAS hæc, ante factum, fuit hac in Complutensi Vniuersitate ventilata; & contradicentibus non paucis, resolutum fuit ab alijs plurimis, valdeque doctis, in fauorem præfati, non dum prædictum Canonicatum possidentis. Quod, & ego similiter firmaui; scilicet, præfatum habere ius ad prædictum Canonicatum; illumque posse tuta conscientia possidere. In resolutione autem, quam præbui, pro prima, principalique, ratione, assignaui, tam authoritatem, quam rationes, Sapientissimi Reuerend. que P. Fr. Christostomi Cabero, Ordinis Diui Bernardi, meritisimique prædictæ Vniuersitatis Magistri, & Doctoris, tuncque Primariæ Scoti Cathedre moderatoris.

2 Secundo autem sic, ad iddem

probandum, fui ductus: Ly *Oriundus* eodem modo, secundum propriam, strictam, rigorosamque significationem, cadit supra vniuscuiusque natiuitatem, & ortum in Villa, vel oppido, vbi natus est, cum respectu, & subiectione ad Ciuitatem, cui subditur prædicta Villa, vel opidus, iuxta l. 3. C. de naturalib. liber. (de quo etiam Glossa super cap. primum de vsuris, lib. 5. sexti decretal. verbo, *alienigenas, cum addit*) ac ly *matrimonium* exprimit, secundum strictam, propriam, similiterque rigorosam significationem, carnale coniugium. Quod sane planum est. Ergo extensio, quæ locum habuerit in particula, *matrimonium*, ceteris paribus, habebit etiam locum in particula, *Oriundus*. Hucusque totum iudico certum, & absque dubio. Sic igitur arguo. Non est minus efficax vltima Testatoris voluntas, ac efficax fuit in erectione, institutioneque huius Complutensis Vniuersitatis, Collegijque maioris, ac prædictorum Canonicatum, & in designatione personarum, ad illos obtinendos habiliū, Eminentiissimi Domini Cardinalis voluntas; atqui Testatoris voluntas; legantis, v.g. mille aureos; cum expressa clausula, quod sint ad collocandum in matrimonio pauperes solummodo Virgines, extenditur, debetque extendi ad spirituale per solemnem professionem matrimonium, (nedicam, per votum simplex castitatis, vt de vocatis, vulgo, *Beatas*, quidam affirmant) iuxta probabiliorē sententiam, fundatam in *Authent. de Sanctis. Episcop. §. sed, & hoc præsentis, collat. §. iuncto illo primæ Timoth. §. cum luxuriata fuerint, in Christo nubere volunt;* & cap. 2. & vltimo, de transaction. Prælat; & cap. ex publico, de conuers. coningator; & doctrina Crotti, leg. filius familias, §. Diui, num. 62. ff. de legatis primo, Socini, cap. Qualiter el segundo, q. fin. A. penult. de accusat. Rolani conf. 35. n. 20. lib. 3. & altera doctrina Iacobi de Sancto Gregorio, *inuestitura, verb. qui quidem inuestiti, in fine, vt expressè descendit doctissimus Nata, conf. 296. num. 4. explicans Baldum in Authentica nisi rogati num. 11. & sequitur Boerius decis. 3. num. 13. & ex Theologis plures, de quibus Ochagauia de Sacram. matrimony, q. 15. num. 17. dicens hoc seruari etiam in foris contentiosis, Diana 5. p. tract. 14. & Miscelan. 2. resol. 35. mutans sententiam,*

quàm

quam 2. p. r. r. et. 16. resol. 50. 9. sed circa legata, prius sustinuerat, & Basilij Legionensis de *matrim. lib. 3. cap. 7. nu. 11.* vbi ait, hanc fuisse inter Salmanticensis Theologos communem sententiam, quã & alij sequuntur, vt videre est apud Trulench in *Decalogum*: ergo Emin. Cardinalis voluntas, iussistentissimè, & cum obligatione, saluatur in verbo illo, *Oriundus* in ordine ad prebendum prædictum Canonicatum illi, qui vel ex Regali priuilegio, vel ex humana lege fuerit Oriundus, aut Naturalis factus in Regnis Castellæ.

3. Confirmatur primò prædicta ratio: non est ita irrenocabilis origo, propriaque natiuitas, quòd (licet non possit quis voluntate sua ab illa se eximere) non cesset, tam per matrimonium, quam per eie quem constitutum Senatorem, quantum ad aliquid; vt expressè deciditur in *leg. penult. C. de municipib.* & ibi *Gloss. 1.* ergo si per Senatoris officium cessat propria origo, & cum proprietate sufficiente æquiritur altera, etiam poterit nostro in casu cessare per legem, Reglũque Philippĩ Magni priuilegium.

4. Confirmatur secundo: nam Principis volũtas scribit, qui ad exercitum, natura sua mouibilem, tanquam ad Ciuitatem, facit per hoc, illum Ciuitatem, iuxta *Gloss. Lombardia, ad medium, in extramag. quoniam, qui sint rebelles; & c.*

5. Tertio confirmatur. Etenim non rectè sequitur ex eo, quod quis in Regno Castellæ oriatur, quod Regnum prædictum sit proprium Originis domicilium: ergo verbum, *Oriundus*, plurimas patitur, admittitque limitationes, ampliatio nesque. Constat Antecedens *ex leg. filios, C. de municipib. l. 10. & ex leg. Boves, C. de incolis, l. 10.* in quibus deciditur, quod natiuitas vnus absque parentum, siue Matris suæ habitatione non facit Originis domicilium. Quare Marer, quæ habet animum peregrinandi, fingitur, semper fuisse in Ciuitate; & ita ibi peperisse; *leg. 1. & leg. Retro, ff. de captiu.* quod, plaribus relatis Doctoribus, docet, tanquam certam, Sanchez de *matrim. lib. 3. disp. 23. num. 3.* ergo, si tot limitationes, secundum ius, Principisque voluntatem, sustinet verbum, *Oriundus*; quare eam non sustinebit, quæ per facultatem, Regaleque priuilegium, tam conformiter ad ius commune ad obtinendos Cano-

nificatus, illi tribuitur! Siquidem contra ius commune stricta facienda est interpretatio. De quo (vtra quod est communis sententia) adest speciale exemplar in *cap. 1. scilicet, Veniens, de verbor. significat. libr. 5. sexti decretal.* In quo deciditur, illa verba, videlicet, *Recipimus vos (idest Hospitalarios) in proprios, & spectales filios*, limitanda esse confirmiter ad ius commune; ita vt non extendantur, quantum ad exemptionem, à iurisdictione Ordinarij; quia est contra ius commune; sed solum, quantum ad Excommunicationem, Suspensionem, & Interdictum, vt ex ipso capite constar.

6. Confirmatur tandem ex sententia Doctissimi Sa, *verb. Hereditas, num. mih. 18.* vbi ita habet: *Cui relicta bona cum pacto, vt sine liberis decedens, det Petro, si sit Religiosus professus, potest dare Monasterio, est enim id loco filij: nisi appareat testatorem Monasterium excludere voluisse.* Sic ille, dicens, quod videatur *cap. In presentia, de probar.* Qua ductus ego sententia, cuidam in quantitate mille aureorum legatario ea conditione, vt sine liberis decedens, daret Petro; ingresseque Religionem, quin filios habuisset, prædictosque mille aureos cum omnibus, alias suis, bonis ipsi Religioni, quam professus fuit, tradenti; amequæ interroganti, quid iuris esset in hoc? Respondi, ipsum securum esse posse in conscientia; quod obiter hic volui adnotare. Ad rem ergo, ex prædicta sententia, sic tandem prædictam confirmo rationem.

7. Sicut verbum *Oriundus* strictè, rigoro seque sumptum, supra ortum, & natiuitatem appellat cuiusque, sic nomen, *filius*, strictè, proprie, rigoro seque acceptum, supra legitimos carnaliter filios cadit: atqui, non obstante conditione illa, vt scilicet, *sine liberis, vel filijs decedens, det legatarius prædictos mille aureos Petro, v. g.* validum est, in sententia Doctissimi Sa, vbi supra, legatum, si loco filiorum Monasterium sibi per professionem acquirat: (quod iddem dicendum mihi videtur de filijs per perfectam Adoptionem (idest, Abrogationem) acquisitis; & abstraho pro nunc, an similiter valeret de filijs, per cognationem spiritualem habitis) ergo non obstabit prædicta Leonis X. clausula, scilicet, *Oriundus ex Regnis Castellæ, & Legionis duntaxat;* admissa per fundatorem Colegio, per ipsumque Cole-

legium, atque Sanctorum Iusti, & Pastoris Ecclesiam Magistralem, & non cum tanto rigore, ut postea dicam, quominus possint predicti Canonici naturalizati antea per legem, vel per Regale privilegium in Regno Castellæ, præberi; ergo, &c.

8. Tertiò, sic ad iddem probandum ductus fuit: magis proprium est nomen *Masculus* ad significandos solos homines, excludendaque foeminas, ac est verbum illud, *Oriundus*, ad significandum naturalium ex natiuitate, & ortu, ad excludendumque illum, qui ex solo privilegio naturalis est: (quòd planum est) atqui, hoc non obstante, institutio Maioratus, quæ masculos vocat, foeminas non excludit, quando ratione maioris frequentiae mascululi vocati sunt; iuxta expressam Felini sententiam, in cap. *Quoniam*, num. 4. de re. sib. Iasonij in leg. 1. ff. de legatis, num. 24. Hippoliti in leg. vna, num. 232. C. de raptu virgi; post Glottam, ibi, verbo *Sponsam*; De cij consil. 568. num. 2. & 3. & Molinae de primogen. lib. 3. cap. 5. num. 37. hos omnes approbantis: ergo admisso, & nominatio Doctorum ad predictos Canonici; ex Oriundis in Regnis Castellæ, & Leonis, non debet excludere illos, qui (& præcipuè) per Regiam facultatem predictis Regnis incorporati sunt; præcipuè non extraneis alicuius tertij præiudicio immediato; siquidem, adhuc quando præiudicium esset, verum est, quòd (& hæc est probatio à simili) à Principe facta legitimatio cum his clausulis; quòd scilicet, *valeat non obstante lege, & de potestatis Imperatoriae plenitudine*, valet respectu illorum etiam, qui ad Patris successione iure vocantur, leg. fin. & ibi additio marginis, de *Natalibus restituendis*. Probo hanc Consequentiam; illamque probo ex verbis; tenoreque predictæ Concordiæ (de qua in informi) expressiuz quantum ad hoc, primeuz Ereccionis predicti Colegij. Sic ergo habet; quam vidi, predicta Concordia: *Que por concurrir, como concurren, en esta Universidad mucho mayor numero de los naturales de Castilla; y Leon, y Granada, &c. que de otros Reynos, &c.* sic habet predicta Concordia. Ergo sicut, quando, ratione maioris frequentiae, vocati sunt masculi, non excluduntur foeminae, iuxta predictam sententiam; sic ratione maioris frequentiae naturalium prædi-

ctorum Regnorum, excludi, à fortiori, non debent, qui iam extranei non vocantur; in predictisque Regnis per Regale rescriptum naturales sunt facti.

9. Confirmatur hoc ex eo, quòd inclusio vnus personæ non inducit alterius exclusionem; si inclusio propter maiorem frequentiam facta sit; ut expressè traddunt *Inmola in Clement. 1. col. 4. de rescript.* Felinus in cap. *Non ne Benedicimus*, de *presumpt. numer. 5.* Iasonius leg. 1. ff. de legib. numer. 1. & in lege *Admouendi*, ff. de iur. iur. numer. 107. & alij.

10. Nec obstat dicere, quòd rescriptum, Bullaque Leonis X. sic habeat: *E Regnis Castellæ, & Legionis duntaxat Oriundis, &c.* Non (inquam) obstat; primò; quia concessiones, privilegia, seu rescripta, &c. recipiunt interpretationem iuxta intentionem supplicantis. Nam menti supplicantis præsumitur se conformare concedens, iuxta cap. *Inter dilectos*; §. *ceterum*, de *fide instrument.* vbi Felinus col. 2. Iasonius in leg. *Gallus*, §. *iddem credendum*, ff. de *liberis*, & *posthum.* & in leg. *Eas*; C. de *transaccionib.* Decius consil. 10. num. 8. & consil. 6. & 403. num. 15. & ex Theologis, præter alios, Fr. Hieronymi, Rodríguez, compillans Fr. Emmanuelem Rodrig. in *compendio qq. Regular. resol. 90. num. 49. §. secunda Regula.* Item, rescriptum recipit declarationem à precibus iuxta cap. de *diuers. rescrip.* vbi Glos. Decian. Paris. Roman. & alij, relati à Thufco tom. 6. *conclus. 211.* Quòd iddem tenet, multisque textibus probat Gramaticus *decif. 103.*

11. Secundo; (& sit hæc quarta ratio, intentum probans, primoque supponens, quòd in Ereccionè predictæ Vniuersitatis, & in institutione Canoniciatum predictæ Sanctorum Iusti, & Pastoris, Collegiæ Ecclesiæ, specialiterque in institutione illorum Canoniciatum, qui noui vocantur, vititur fundator, nõ verbo *Oriundus*; sed nomine *Naturalis* predictorum Regnorum; quæ clausula similiter, repetita sæpius, in Concordia continetur; ut ex tenore ipsius, quã vidi, constat. Igitur secundo: si rescriptum privilegij Sanctitatis Leonis X. sic diceret: *ex Naturalibus Castellæ, & Legionis duntaxat*; certe non esset, qui dubitaret, esse predictorum Regnorum Naturales; illos, quos Rex per

Regiam facultatem naturales eorūdem Regnorum efficeret: atqui in calu præfenti iddem est dicere, *Oriundos*, ac *Naturales*, in Regnis Castellæ, &c. ergo, qui per facultatem Regiam Naturalis factus est, si sit antiquior, & cum residentia, reliquisque, quæ postulatur, conditionibus, ad prædictum Canonicatum ius habet, & actionem. Minor probatur: nam in prædictâ erectione, & in supra relata, Concordia, expressa, & declarata est voluntas fundatoris, vel Erectoris; Concordantiumq; atqui præfati solum videntur nomine *Naturales*: ergo secundum nomen, *Naturales*, & non secundum verbum, *Oriundos*, in Bulla Leonis X. contentum, fieri debet interpretatio. Probat Consequentiâ hæc, ex cap. citato, *Inter dilectos §. cæterū, de fide instrum.* cū Doctoribus, num. antecesserit relatis, in quo deciditur, quod rescriptum, privilegiū, vel gratia recipiat interpretationē, iuxta mentem illorum, qui postulant.

12. Præterquamquod, illa verba, ex *Regnis Castellæ, & Legionis Oriundos duntaxat*; solum continentur in narrativa, quæ, in præfata Leonis X. Bulla antecedit decreto ipsius Pontificis approbatio, & specialiter confirmatio voluntatis instruentium prædictos Canonicatus; & postquam incepit tale decretum nulla tenus fit mentio prædictorum verborum, vt in eius trasumpto, à pag. 5. propè finem vsque ad ultimum, videri potest. Si ergo rescriptum iuxta petentium regalandum est voluntatem; hæcque in verbo *Naturales* expressa est; secundum naturalitatem, & non secundum Natiuitatem, & Ortum, fieri debet interpretatio.

13. Neque obstat, quod prædicta Concordia per Pontificem Summum confirmata non sit, nec de ea ipse Summus Pontifex notitiam habuerit. Quia si gratia conformis est intentioni petentium, nihil ad rem facit, quod Sanctitas sua intentionem talem non agnoscat. Imò, ob eam rationem, interpretatur quoad exercitium, iuxta supplicantium intentionem; quia talis intentio non agnoscitur. Si enim clarè, & expressè de ea constaret Pontifici, vel cum illa se expressè conformaret Pontifex, vel absolutè, & expressè, non obstante narrativa, oppositum decerneret.

14. Sed contra hoc duplex se se offert

obiectio. Prima est; quod in Bulla Leonis X. pag. 6. *Sexta linea, ante finem*, aqualiter, & implicite vtitur Pontifex verbo *Oriundis*, dum dicit: *Et, vt præfertur, qualificatas personas*: ergo Oriundi, & non Naturales; sub prædicto cadūt decreto. Respondetur tamen, solū cadere sub prædicto decreto secundum veritatem narratiuæ; quæ cum limitanda sit per supplicantis intentionem, quæ de solis intelligitur Naturalibus, de solis illis intelligitur prædictum decretum.

15. Secūda obiectio deducitur ex alijs prædicti decreti verbis, pag. 5. *septima linea ante finem*, vbi sic habetur *Motu proprio, non ad Caroli Regis, vel Guillelmi Cardinalis, aut Capituli Vniuersitatis, seu Collegiorum predictorum, aut alius cuiusvis, pro eis nobis oblata super hoc, petitionis instantiâ sed mera liberalitate, & matura deliberatione, &c.* Ex quibus colligitur, præfatum decretum; aut rescriptum non fore ad petitionem alicuius concessum.

Ad hoc tamen respondetur ex verbis immediatis vsque ad punctū, ante illud: *Approbamus, & confirmamus, Leonis X.* vbi dicitur, quod iddem, & non amplius, *erectum, institutum, applicatum, appropriatum, volitum reseruatū, concessum, decretatum, statutum, & ordinatum per Cardinalem Guillelmum, aut per Vicarium suum, &c.* approbat, & confirmat Sanctitas sua, ergo totum refunditur in Erectorum voluntatem: ergo, quamvis per Pontificem Leonem X. decretatum, non possit per fundatorem, successoresque eius immutari, necesse tamen est, illud non excedere limites voluntatis fundatoris, & Erectoris. In quò iudico, nullum posse adesse dubium. Si ergo voluntas fundatoris per verbum *Naturales* exprimitur, & hæc (vt supradictum est, & rursus dicam) compatitur cum naturalitate per privilegiū, necesse erit, quod prædictū Leonis X. decretum cadat supra totum, excludendo per *ly duntaxat Oriundis*, solos extraneos, vt infra videbimus.

16. Tertiò, quia si lex non includit illud, ad quod mens, seu Legislatoris non se extendit intentio; *leg. cum pater, §. dolo, ff. de legat. 2.* iddem dicendum erit in nouo calu respectu Erectorum, Concordantiumque voluntatem; ad quam solū, Leonis X. in prædictâ Bulla, se extendit voluntas; cū ergo voluntas præfatorū, Erectoris, scilicet, & Concordantiū, solū ad Na-

Naturales se extendat, vt supradictum est; & cum rigore verbi *Naturales* compariantur rectè illi, qui per Regiam facultatem sunt Naturales, idem erit dicendum de Leonis X. voluntate.

17 Quarto; quia si verba Sacrorum Canonum, legum, & Priuilegiorum, veniunt intelligenda secundum id, ad quod principaliter per Legislatorem sunt dicta, *iuxta leg. 1. §. non autem, ff. de flumine*, (nam verba ad vnum finem posita, ad eundem finem sunt interpretanda, *cap. fin. de verbor. significat.* sicut etiam actus agentis non operatur vltra eius intentionem, secundum Philolophos, & Iurisconsultos *in leg. non omnes, ff. de rebus creditis. Leg. in agris, ff. de acquiren. rerum domin. & cap. intelligentia, de verbor. significat.*) & Leonis X. intentio conformatur intentioni Erectoris, & Concordantium; horumque intentio, per verbum *Naturales* expressa, non excludit Naturales ex priuilegio; necesse est, quòd Pontificis Summi Leonis X. intentio talis etiam sit.

18 Quinto; quia si præfatum Pontificis rescriptum est confirmatorium voluntatis præfatorum Erectoris, & Concordantium, quantum est ex se; confirmatioque alicuius statuti, contractus, seu concordia, est illis accessoria. Accessorium autem sequatur naturam principalis, *Reg. Accessorium, de reg. iur. in 6.* sequitur, verbum, *Oriundus*, (dato quòd expressè sub Leonis X. caderet decreto) non habere in præsentì casu maiorem vim; ac habet verbum *Naturales*.

19 Sextò; quia confirmatio contractus alicuius, vel statuti, vel concordia est priuilegium respectu contrahentium; ac per consequens tali priuilegio possunt renuntiari contrahentes. Nam priuilegio vtimur, quando volumus: ergo, si Erectores, Concordantesque præfati, stando in rigore; & efficacia verbi, *Naturales*, admittunt illum, qui per priuilegium Naturalis est, certè renuntiant rigori, & strictæ significationi verbi *Oriundus*, adhuc catu, quo experientia per simile factum idem non probaret, vt plusquam semel probauit.

20 Vt autem doctrina hæc auctoritate non careat: primò allego in eius fauorem, *cap. cum accessissent, de consuetur.* vbi Capitulum Cathedralis recessit per

se à quodam statuto, per Papam confirmato. Secundo; quia est expressa sententia Patris Fr. Emman. Rodriguez *tom. 1. qq. Regul. quest. 63. artic. 5.* quem sequitur Portei *in dub. Regular. verbo Statutum, numer. 21.* Tertio; quia, quod confirmatio habeat vim solius fauoris, & non legis Pontificiæ, docent etiam P. Miranda *tom. 2. quest. 29. artic. 8.* Decius, rellatus per Emman. Rodrig. supra, & cum alijs Fr. Hieron. Rodriguez, vbi supra:

21 Et quamvis verum sit, ad hoc posse responderi, dicendo, debere intelligi de confirmatione communi, & generali; non verò de speciali, quæ explicatur per clausulas, *Ex certa scientia, aut de plenitudine potestatis*, contentas in prædicta Bulla Leonis X. Hoc tamen intelligitur in eo, quod iuxta supplicantium intentionem confirmatum est; vt supra probatum manet.

22 Sit quinta ratio, intentum probans; eodem modo habet strictam, propriam, rigorosamque significationem suam, verbum hoc *Ciuis*, ac illam habet verbum, *Oriundus*: atqui non obstante, quòd verbum, *Ciuis*, suam propriam significationem habeat ex origine propria, iuxta *leg. Ciues*, & ibi: *Glossa 1. & 2. C. de incolis lib. 10.* aut ex origine Patris, iuxta *leg. 1.* & ibi *Glos. ad municipalem*; admittuntur, tanquam Ciues Romani, omnes, Imperio subditi; *Glos. final in leg. 3. de his, qui sunt sui.* Et qui cumque habitet Romanam Ciuitatem sit Ciuis eius, absque specialis impetrationis indigentia, secundum Glossam, *Donauit, in §. fin. in Authentic. vt liberti decreto. collat. 6.* & per consequens valet esse Ciuis per priuilegium, *leg. sed si 32.* & ibi addit. *marg. de iure Fisci*; quòd priuilegium potest ipsa etiam Ciuitas concedere, iuxta *leg. edificia 139.* & ibi *Glos. 1. & leg. fin. ad finem, C. de his, qui sponte publica munerata, lib. 10.* ergo etiam verbum *Oriundus* easdè ampliaciones debet admittere

23 Nec valet dicere, quòd Leo X. addit dictionem illam, *duntaxat.* Quæ appellare videtur supra propriam, strictamque significationem verbi, *Oriundus.* Non (inquam) valet, primò, propter rationes supradictas. Secundo, quia prædicta dictio solum supra Regna Castellæ, & Legionis immediatè appellat. Tertio; quia indifferenter con-

stituitur quis Ciuis; aut per propriam originem, aut per Paternam manumissionem suam, aut Patris sui; aut per adoptionem, quatenus durat; aut denique per allectionem, delationem vè alicuius honoris in Ciuitate, iuxta leg. Ciuis; & Glos. 1. & 2. C. de incolis, lib. 10. Quarta; quia post prædictam dictionem duntaxat, in prima Ereptione, & Concordia contentam, sequuntur hæc verba: *Que no pueden ser nombrados los tales estrangeros*; & planum est, quod *ly*, *Oriundis duntaxat*, Leonis X. cadat supra prædicta verba, citatæ Ereptionis, & Concordiæ, scilicet; *Que no pueden ser nombrados los tales estrangeros*; eumque per huiusmodi verba regulanda sit dictio, *duntaxat*; necesse est, dicere, significationem suam tantum esse forensium, seu extraneorum exclusiuam; & tales non sunt per facultatem Regiam Naturales effecti. Et ex hoc deducunt Iuristæ, atque Theologi hanc regulam; scilicet; *quod una scriptura non solum explicatur per alteram partem eius, sed etiam per alias, omnino ab ea separatas*. De qua regula expressum adest exemplar in leg. 1. ff. de reb. dubijs. Vbi Ulpianus ait; *alteram partem alternatiue per alteram interpretari*; & in leg. Verum, ff. de petit. Hereditaris; leg. Heredes palam, §. si quid, ff. de testam. leg. uxoris, §. fin. de legatis 3. & cap. secundorepunitis 41. de appellat; vbi habetur; *ea, quæ in principio, ad medium, & ad finem, illa vero, quæ in medio, ad finem, atque principium sepe referri*. Hoc est: per media declarantur extrema, & per vnum extremum declaratur aliud. De quò videri possunt Barthol. in dicta leg. 1. de reb. dub. Alexand. consil. 69. volum. 6. Decius consil. 15. & alij, quos sequitur Fr. Hieronim. Rodriguez in Compendio qq. Reg. resol. 90. numer. 49. §. quarta Regula: ergo non obstat prædicta dictio, *duntaxat*, quæ solum forenses, extraneosque excludit.

24 Quintò; (& sit hæc sexta ratio, infernum etiam probans.) Iddem dicendum est de hac dictione, *tantummodo*, ac dicitur de dictione *duntaxat*: atqui dictio *tantummodo*, non excludit similes, sed solum extraneos, & dissimiles: ergo nec dictio, *duntaxat*, excludere debet similes sed dissimiles tantum, atque extraneos. Maior est certa; vt patet: Minor est expressa sententia Thomæ San-

ctij, de matrimon. lib. 7. disp. 31. numer. 6. vbi explicans verba illa Canon. 27. Apostolorum, ibi: *Qui ad clerum profecti sunt, præcipimus, vt, si voluerint, uxorem accipiant, sed Lectores, & Cantores tantummodo*: ait ipse Sanchez num. 3. & tanquam certum, nullum minorem Ordinem impedire matrimonium, non obstante, *ly*, *sed Lectores, & Cantores tantummodo*; quia dictio, *tantummodo*, non excludit casus similes, sed extraneos, & dissimiles: ergo, si, (vt supradictum est) Naturalitas per priuilegium non est extranea; nec dissimilis verbo *Oriundis*, non obstat dictio *duntaxat*. Et iddem respondet Sanchez Constitutioni Nouellæ Iustiniani collat. 4. sub titul. de Nuptijs, §. sed & si quis.

25 Confirmatur hoc ex leg. si morat, 10. soluto matrimonio; in qua deciditur, quod taxatiua dictio, *duntaxat*, loquens de dolo, non excludit latam culpam, quæ dolo æquiparatur. Quod iddem sentit Glos. verb. *Culpam*: ergo, si, iuxta superius dicta, naturalitas per priuilegiū, æquiparatur naturalitati per natiuitatem, & ortum, quamvis Leo X. dicit; *Oriundis duntaxat, &c.* non erant excludendi per legem, aut priuilegium alias Naturales effecti. Ad quod propositum facit etiã lex, *si serui nomine*; & ibi Glos. *Possidet, in add. ad vsucapio. & lex 1. §. per seruum*. & ibi Glos. *ad vsucapion. & add. Marg. de acqui. possess.*

26 Sit septima ratio: sicut verbum *Oriundus*, habet suam propriam significationem ex natiuitate, & ortu, sic etiã verbum hoc, *Orphane*, in sua propria, strictaque significatione sonat carentiæ Patris, & Matris, vel vnus istorum: atqui, hoc non obstare, legatum, relictum ad collocandas tantummodo Orphanas in matrimonio, extenditur, iuxta probabilissimam sententiam, ad Orphanas, quæ æquiuallenter tales sunt; hoc est, quarum Patres impediti, impossibilitatique sunt ad eas sustentandum, & educandus: ergo nominatio Oriundorum *duntaxat, &c.* extendenda est ad æquiuallenter Oriundos. Atqui tales sunt, qui per priuilegium Naturales effecti sunt, iuxta superius dicta: ergo, &c. Nec refero Authores pro relata sententia, quia à nullo ignorari potest.

27 Sit vltima ratio; sitque Epilogando omnes à simili superius relatas;

tas; sitque in hunc modum: ille, qui cum ratione, naturæ, aut legi naturali, conformi, probaret, præfatum, de quò in *informi*, actionem, & ius habere ad prædictum Canonicatum, proindeque ad nullam astrictum esse restitutionem faciendam, absque dubio rectè, & satis efficaciter probaret: atqui sic probat, qui à simili quodam probationem adducit; & multo magis si pluribus similibus idem probat, vt in nostro casu; ergo probat satis, præfatum iuste talem possidere Canonicatum. Maior propositio patet. Minor probatur ex communi vtriusque Iurisperitorum, Theologorumque sententia, quæ sic se habet: Legislatoris voluntas rectè à verosimili declaratur, sicut voluntas hominis à verosimili indagatur; *lege* (vt non deficiat textus, qui in foro iudiciali præcipuè attenditur) *lege* (inquam) *non est verosimile, ff. de eo, quòd metus caus.* Nam qui arguit à verosimili, arguit à ratione naturali; cum similitudo sit cognata naturæ; & pro lege habeatur. De quò Baldus *consil. 180. num. 3. volum. 3.* Oldradus *consil. 13.* & ex Iurisperitis alij; ex Theologis verò, citati, Fr. Emman. Rodrig. & Fr. Hieronym. Rodriguez, Fr. Ioannes de Cruce *in Epitome priuilegiorum*, & alij plures; circa quòd etiam videri potest Doctissimus P. Suarez *lib. 6. de legibus, cap. 1. numer. 17.* ergo de primo ad vltimum præfatus, de quò in *informi*, clarum habuit ius ad prædictum Canonicatum, & à fortiori, iuste illum possidet, proindeque securus in conscientia esse valet.

28 Dico, à fortiori: quia licet non tam clarum haberet iustitiam, sed, vel solum probabilem, vel dubiam habita antecedenter possessione talis Canonicatus, adhuc eo in casu idem; & secundus ius, esset dicendum. Nam satis communiter est recepta illa communis regula; quòd, scilicet, *in dubio melior sit conditio possidentis*: Cumque præfatus, de quò in casu, Canonicatum possideat, melior debet esse conditio eius: ergo, &c.

29 Et pro Coronide aduerto, non tanto cum rigore allegandam esse Bullam Leonis X. quando aliàs, non cum illo, quædam eius clausula accipi videtur; quæ sanè in fauorem cedit Rectorum huius Vniuersitatis; & est in ordi-

ne ad prouisionem prædictorum Canonicatum; quæque valdè fauere poterat præfato, de quò in *informi*: incipit autem clausula his verbis: *Illi quoque, qui lites, &c.* quæ verba continentur in fine paginæ sextæ prædictæ Bullæ; quam sæpius vidi. Sed ne amplius prolixus sim, dum nulla cogit necessitas, à ponderandis prædictæ clausulæ verbis superfedeo. Sicque (vt hic resolutum est) dicendum indico. Salua, &c.

30 Hanc ad præsentem casum præbui in hac Complutensi Vniuersitate solutionem; alijs (& grauissimis sanè) Doctoribus eius, & Matritensis Curia idem, & satis doctè, affirmantibus. Ex quibus aliqua hic referam, præcipuè quoad Regiam potestatem, in ordine ad conaturalizandum, quem Rex voluerit, conducentia. Igitur D. D. Ioannes Giles Portel, in vtroque iure Licentiat, punctum tangens, quæ supra numer. 29. omitti, sic in suo iurorari, pro præfati iustitia, & actione, probat intentum, vt dicat ad solum prædictæ Vniuersitatis Rectorem, vel eiusdem Vniuersitatis Conservatorem aliquem iudicem spectare, lites; contra nominationem præfati in Canonicatum prædictum, à Rectore ipsa factam, componere, & iudicare. Quòd assumptum maxime fauet præfato, cum & ipsius Rectoris faueat authoritati, & nominationi, ab ipso iuridice factæ. Probat autem hoc præfatus Dominus Licentiat ex textu *in leg. in prouinciali, 3. §. 1. vers. Plane, ff. de noui operis nuntiat. iuncto, §. 2. sic illic, vbi supra num. 8.*

31 Et quamvis contra superius à me dicta possent adduci textus; probantes, iure communi excludendos esse extraneos ab optinendis Beneficijs Ecclesiasticis; vt, scilicet, textus *in cap. Bone, et segundo, §. intelleximus, de postulat. Pralat.* textus *in cap. Hortamur, 712 dist.* textus *in cap. Neminem, 70 dist.* textus *in cap. fin. de Clericis peregrinis, cap. quoniam plerisque, de officio ordinar. leg. in Ecclesijs, C. de Episcopis, & Clericis, & Glor. in cap. Si proponente, verb. De hac mentionem, de rescriptis.* Attamen certius est, per prædictos textus, non esse extraneos absolute exclusos, sed præferendos illis esse Naturales, aliàs idoneos, quòd non negatur. Sic constat ex textibus *in cap. Nullus in vitis, & in cap. Obiit, 61. dist.* Sicque

intelligit Garcia de Benef. p. 7. cap. 9. num. 4. & 5. vt refert præfatus Dominus Licentiatus supra num. 14. Vnde priuilegium prælationis, Naturalibus contra extraneos concessum, cessat, si extranei effecti sint per facultatem Regiam; aut alias, Naturales; sicut quoad substantiam cessant leges, 14. & 15. tit. 3. lib. 1. Recopilar. excludentes extraneos in hoc nostro Regno; & pariformiter, cum oriundis in eo; illos admittentes, qui naturalitatis rescriptum adepti sunt; vt expressè in prædictis legibus ostenditur. In quò nulla potest esse dubitatio; vt resoluunt Azebedo, Garcia, Borrello, Zenedo, Gutier. Couar. Amaya, Gregor. Lopez, Carrança, Salcedo, Carolus de Grassalis, & Barbosa, quos refert præfatus D. Licentiatus, supra numer. 15. & 16. Quare ille, qui per Regiam Magistratem, (præcipuè cum omnibus superabundantibus clausulis; vt illam consequutus fuit præfatus, de quò in informi; me teste oculari) habet Regiam de naturalitate facultatem; in totum æquiparatur Originario, iuxta textum in leg. cum ex oratione, §. fin. ff. de excusationibus tutorum, ibi: Eandem excusationem competere etiam ei, qui ius annullorum impetraret, Imperator noster cum Diuo Senero patre suo scripsit: ad quòd etiam facit lex, liberos 18. C. de collationibus, cum Authoribus, quos refert idem Dominus Licentiatus num. 17: quòd iddem ait num. 18. de nobilitate per priuilegium Principis sæcularis, etiã sine interuentu Summi Pontificis, in ordine ad eosdem fauores, quibus nobiles ex sanguine, vel natura potiuntur. Vt docent Menchaca, Garcia, Gutierrez, Narbona, Ciriacus Niger, Escobar, Amaya, & Castillo, teste præfato Licentiato. Pro præsentì etiam difficultate, & casu, eiusque resolutione prædicta citari potest Petrus Barbosa cum alijs. Sicque sentio, vt iam dixi; salua, &c.

DE CIMVS SEPTIMVS casus.

MARIA v.g. sub patria existens potestate, pecunias, resque pretiosas à potente illas alienare recepit, ob turpem sui corporis vsum, ea conditione, à Donante appositâ, scilicet, vt absolute esset Maria illorum bonorum Do-

mina. Vnde de illis in morte quoad partem disposuit, pro suæ animæ salute, in consulto Patre, & occulte, scilicet, in sacrificijs Missæ; relictis Patri multis alijs similibus bonis.

Quæritur, an deducta à Patre suo excommunicatione pro rebus prædictis manifestandis, teneantur; qui illas in bonum animæ Mariæ consumpserunt; eas restituere. Et nota quòd Maria erat iam triginta annorum ætatis?

CASVS RESOLVTIO.

1 **N**ON est difficilis præsentis resolutionis casus. Quare dico, nullatenus teneri illas pecunias, eaque bona restituere illos, qui ea à Maria; pro eius animæ commodo, abceperunt consummenda, & in Sacrificijs Missæ consumpserunt; nec eos etiam, qui talia sacrificia celebrant. Probatum primò; quia vsufructus, relictus filio, vel filiæ, nullatenus ad Patrem spectat, ea ratione, quòd ex vsufructu nequit alter vsufructus institui. Vnde descendit illa Iuris peritorum maxima, scilicet, *Seruitutis non esse seruitutem*, iuxta leg. 1. ff. de seruit. leg. vt expressè ait Trullench. tom. 2. Decalogi, lib. 7. cap. 2. dub. 3. num. 6. Atqui prædictæ pecuniæ fuerunt Mariæ traditæ etiam quoad vsum, vt ex clausula illa, in informi appositâ; apparet: ergo non solum quoad proprietatem, verum & quoad vsum potuit de illis absque Patris consensu disponere.

2 Probatum secundò: quia, quando Pater ab vsufructu excluditur bonorum, quæ filio traduntur, nullatenus talis vsufructus ad Patrem pertinet; iuxta communem sententiam, de qua Nauarrus in Sum. cap. 17. Sanchez tom. 1. consil. lib. 1. cap. 2. dub. 12. Vazquez tom. opusc. de testam. cap. 4. §. 2. dub. 5. in fine, & hos cum alijs referens citatus Trullench; sed per clausulam, in informi contentam, sufficienter manet Pater ab vsufructu talis pecuniæ exclusus; ergo, &c.

3 Probatum tertio; quia, quando aliquid filio, Patre contradicente, datur, tunc non spectat ad Patrem talis rei vsufructus; vt verum supponunt plures, & Trullench vbi supra, ex eo quòd non est æquum, vt tunc Pater commodum aliquod reportet: sed sic est, quòd prædictæ pec-

peccunie, quia ob turpem corporis vsuum lucratae, ad Mariam, contradicente Patre, saltem de iure, quod sufficit, peruenerunt: ergo nullatenus ad ipsum pertinet Patrem illius vsufructus.

4 Probatur quarto: quia, moraliter loquendo, cerum est, illas pecunias non in tanta fore quantitate, quanta, secundum Authores, requiritur, intelligiturque per amplam supellectilem: atqui in tali casu nullam facit filia iniuriam Patri, eas consummendo absque eius consensu; ut expresse docent Sayrus *Clau Reg. lib. 10. tract. 5. cap. 3. num. 45. &c.*, ipsum referens, Trullench ubi supra, *cap. 14. dub. 8. num. 6.* ergo, &c.

5 Probatur quinto: quia, dato, quod predictae pecuniae in magna essent quantitate, tanta videlicet, quae amplam excederet supellectilem; tunc tamen excusatur filia ab iniuria respectu Patris, quando ex ipsarum manifestatione ipsius filiae, Mariae scilicet, periclitaretur fama; ut citati docent Sayrus, & Trullench: atqui, ex manifestatione tanti pecuniarum numeri, periclitaretur utique Mariae fama apud Patrem suum, & forte apud alios: ergo, &c.

6 Probatur sexto: quia in hoc nostro Regno possunt filij, aetate ad testandum sufficientem habentes, testari de tertia parte bonorum aduentitiorum, (qualia sunt praedicta) etiam quoad vsuum fructum, ac si essent extra Patris potestatem, iuxta sententiam Molinae *tom. 1. de iust. & iur. disp. 232. col. 4. vers. Ab effectu tamen;* Antonij Gomez, Menchaca, Ceruanti, & Azeuedo, quos refert Thomas Sanchez *lib. 7. Summae cap. 13. num. 41.* iuxta *leg. Regiam 5.* quae est *4. Tauri, tit. 4. lib. 5. nouae Recopilat.* iuncta *lege 6.* quae est *1. Tauri, tit. 8. nouae Recopilat.* ergo si praedictae pecuniae non excessissent tertiam partem bonorum, quae modo aduentitio ad Mariam peruenerunt, valida erit eius, de illis, dispositio, contra Patris voluntatem. Imo licet illae pecuniae tertiam bonorum excederent partem, adhuc existimo, ex vi praedictarum legum, validam fore talem dispositionem; eo quod lex, in qua talis testandi facultas filijs conceditur, de aduentitij bonis, etiam quoad vsuum fructum, quantitatem non limitet, ut legenti patebit.

7 Probatur septimo, quia non est

improbabilis sententia Aluaradi, apud Sanchez supra *num. 43.* asserentis, liberum esse filijs de talibus aduentitij bonis disponere, etiam quoad vsufructum, ad causas pias pro anima, conscientiaeque exoneratione: sed quod fiat cum solemnitate testamenti, vel sine illa, parum refert ad praesentem casum: ergo, &c.

8 Probatur octauo: si filia consumat aduentitia bona absque Patris consensu, solum tenetur restituere id, in quo illorum aestimabatur vsufructus; ut recte Vazq. supra, *cap. 4. §. 2. dub. 6. num. 45. prope finem*: atqui pecuniae dominium consistit in vsu, illaque non habet vsuum fructum naturalem, sed industriale tantum, de quo, existimo, leges non procedere: ergo in nihilo Patrem defraudauit. Nam dato, quod leges de industriali etiam procederent fructu, adhuc contingentissimus esset talis pecuniae vsus fructus in his, qui mercatores non sunt. Et certe si Pater illas acciperet pecunias, eas absque lucro aliquo consumeret: ergo.

9 Probatur nono: quia incredibile est moraliter loquendo, ut id, quod filia in bonum animae suae disposuit, velit Pater sub tali censura comprehendere. Quam censuram interpretandam existimo de rebus, vel circa res, ad alios effectus consumptas. Quod si Pater velit praedicta in censura comprehendere etiam pecunias illas, in commodum animae filiae suae, in sacrificijs consumptas. Dico etiam, excommunicationem praedictam adhuc non ligare illos, qui de tali pecunia sic disposuerunt. Nam tunc esset Pater irrationabiliter inuitus, de quo alibi: ergo.

10 Probatur tandem: quia accipiens illas pecunias, eas in elemosynam, seu stipendium pro sacrificijs consumpsit: atqui bona in hoc fide processit: ergo nihil Patri Mariae reddere tenetur. Consequentia patet: nam qui bona fide aliquid accepit, consumpsitque, solum id, in quo factus est ditior, iuxta communem sententiam, tenetur restituere: (& omitto probabilem Turriani, & aliorum sententiam, absolutè asserentium, nihil teneri restituere; de quo alibi) atqui qui tales pecunias accepit, & modo dicto illas consumpsit, in nihilo ditior factus est, ut pater: ergo. Et, hac de causa, etiam qui

qui prædictas pecunias, pro oblati sacrificijs, in stipendia acceperunt, ad nihil tenentur. Pareat, & in primis non teneatur, ratione rei acceptæ. Tum, quia fortiter iam consumptæ. Tum etiam, quia de illis dominium æquisierunt. Deinde, non tenentur, ratione iniustæ acceptionis; quia bona fide receptæ fuerunt. Nec tandem ex eo, quod locupletiores sint facti; quod, fallum esse, constat: ergo nullo ex capite: ergo, &c. Vade quod supra resolutum est, verum absolute censeo. Tot autem rationes hic adduco, non necessitatis causâ, sed, ut per similitudinem, sciât, qui interrogati fuerint, (cum non Doctis loquer) rationes inueiligare, quibus alia, etiam difficilima soluere possint. Circa quod, & pro iam dictis, dicendisque.

II Adueruo non omnia, quæ indubium vocari possunt, & quæ à Confessoribus, Doctoribusque, atque Magistris interrogari valent, in Authoribus contineri expressè, & formaliter; quem modum continendi minimè comprehendit illud Sapientis, *Nihil sub sole nouum*. Omnia, igitur, cum reduci possint ad quatuor causas; Materialem, scilicet, Efficientem, Finalem, & Formalem, semper qui respondet, reducere debet rem interrogatam ad causas prædictas, & per quamcumque illarum illam examinare; quod præferri tenet in legibus, Decretis, Rescriptis, priuilegijs, statutis, consuetudinibus, &c. Circa quæ omnia attendenda etiam est Principis, vel Legislatoris intentio. Rursus, etiam attendenda est causa impulsiva, quæ à Finali, & Motiua distinguitur in hoc, quod illa (id est impulsiva) mouet tantum quoad exercitium, vel priuatiuè, vel negatiuè, vel tandem positiuè: Finalis verò causa mouet quoad specificationem, tribuendo vim, vel valorem rei decretæ, statutæ, præceptæ, vel concessæ. Alia etiam attendi debent quoad hoc; scilicet, mutatio rerum notabilis, à tempore, quo facta est lex, seu statutum. Item necessitas grauis, id est, metus, coactio, & similia. Deinde aduertentia operantis, & alia plura, quæ tractatu de Monitorijs diffuse tractabimus; licet iam de his aliqua notata sint supra *tract. 1. de matrim. casu ultimo*. Quibus omnibus in promptu existentibus, facilis erit, vel negatiua, vel affirmatiua, probabilis,

vel certa, ad quamcumque rem interrogatam, solutio.

DECIMVS OCTAVVS casus.

QVIBAM, non habens necessarios Heredes; Franciscum Heredem instituit. Post eius mortem (Testatoris scilicet) exijt Ioannes, Frater ipsius Testatoris, aliud allegans testamentum, ab eodem Testatore factum; in quo ipse Ioannes Heres instituebatur. Vtrumque testamentum eodem die factum apparuit. Allegauit vterque Heres; coram Iudice de actione prælationis. Franciscus, inquam; sic: quod in testamento, sibi fauente, esset legatum ad piam causam; Ioannes verò ita: qui in testamento, pro se ostenso, continebatur etiam ad piam causam dispositio. Tunc Iudex sententiam protulit in fauorem Francisci, cui Ioannes debebat mille aureos, quos ignorabat Franciscus. Audiens autem Ioannes à quodam Iurisperito, sententiam, contra se datam, fuisse iniustam, voluit actionem, quam ad hereditatem habebat, cõpensare in partem; illis mille aureis non solutis.

Quæsiuit à me; an tuta valeret conscientia hoc efficere; vel teneretur Francisco illos mille aureos, antea in conscientia debitos, soluere?

CASVS RESOLVTIO.

I DIFICULTAS hæc, & si apud Iurisperitos primum obtineat locum, cum tamen Theologi impediti non sint ad acquirendam notitiam Iuris Canonici, inò nec, priuatiuè, Ciuilis; hinc est, non esse à Theologo alienam. Igitur, mihi videtur, non teneri Ioannem illos mille aureos Francisco restituere. Ducor ex eo, quod iniusta fuerit Iudicis sententia, præferentis testamentum Francisci testamento Ioannis; quod sic probò. Nam, si in nullo illorum testamentorum adesset pius legatum, causa ve pia, adhuc præferendus esset Ioannes, ut pote frater Testatoris. Quod probò ex sententia Gomezij, cum alijs, quos sequitur Thomas Sanchez, *tom. 2. consl. lib. 4. cap. 1. dnb. 22. num. 5.* afferentis, in tali casu præ-

preferendum esse testamentum illud, in quo, alias ab intestato veniens, hæres esset institutus: atqui fratres veniunt ab intestato hæredes, vt pater: ergo Ioannes, in suo testamento hæres institutus, preferendus erat ex debito.

2. Si autem dicas, in testamento Francisci contineri legatum pium; ob quod, iuxta citatos Authores, præferri debet testamentum. Dico, etiam in testamento Ioannis contineri causam piam; vt dicitur in informi; ob quam etiam, iuxta citatos Authores, præferri debebat tale testamentum, cæteris paribus. Vnde, & si in testamento Francisci, seu à Francisco exhibitò, legatum pium contineatur, hoc tamen sufficienter compensatur per causam piam, contentam etiam in testamento; quod in fauorem sui ostendit Ioannes; proindeque quoad hæc æquiparantur. Cumque aliò ex capite; ratione, scilicet, collateralis consanguinitatis inter Testatorem, & Ioannem fratrem eius, hæredem etiam institutum, præferri debeat Ioannes, cæteris paribus; sic; &c.

3. Imò credo, idem fore dicendum, quamuis in testamento Ioannis nulla esset pia causa. Nam existimo; ius fratris ad succedendum ab intestato, præuallere dicto in casu contra testamentum Francisci, continens etiam legatum pium. Ratio est; quia fortior est actio, cum qua ex iure aliquando coniungitur ius ad hæreditatem, ac illa, cui, per se loquendo, hæreditandi non competit ius: sed legatum ad pias causas in nullo casu, per se loquendo, ad hæreditatem tribuit ius, vt patet; Collateralis autem, fraterna scilicet, consanguinitas tale, per se loquendo, ius tribuit, decedente Testatore ab intestato: ergo, &c.

4. Vnde resolutio hæc non solum præcedit iure communi; vt apud Sanchez supra cum multis alijs, *num. 3.* contra alios, oppositum sentientes, & ab ipso Sanchez rellatos *num. 2.* videri potest; sed etiam stando in iure Regni, iuxta *leg. 3. titulo 14. part. 6.* iuxta quod ius probabilius ceniet ipse Sanchez, diuidendam esse tunc hæreditatem. Quod autem in vtroque casu procedat posita resolutio; constat ex eo, quod in dubijs melior sit possidentis conditio; vt ait ipse etiam Sanchez, *num. 4.* atqui in nostro casu possidet Ioannes; vt possideret etiam, si

forte ex Protocollo Notarij appareret, testamentum suum prius scriptum fuisse: (quod, iuxta Gomezium cum alijs, quos supra *num. 6.* sequitur Sanchez; preferendum est) ergo, &c. Ergo tutus in conscientia esse potest præfatus Ioannes; non soluendo prædictos mille aureos Francisco, in partem recompensationis prædictæ hæreditatis. Sicque probabilius iudico; quidquid de iudicis sit sententia; salua, &c.

CASVS DECIMVS

nonus.

MARIA, v. g. Religionem ingressa, renuntiauit ante professionem, tẽpore iuxta Tridentinum destinato, & cù Ordinarij licentia; Monasterijque consensu; omnibus bonis Maternæ; Paternæque hæreditatis, in Patris sui fauorem. Vt, scilicet Pater de illis disponere posset; cum onere tamen, vt ipse Pater se per scripturam obligasset ad præbendam certam, pro principali; redditibusque, pecuniæ quantitatem: Accepit Maria, designatiuè tantum, & verbaliter, pro renuntiatione hac certam principalem pecuniæ quantitatem de iure, cum annuis redditibus. Sic, professionem faciens Maria; quotannis tales, imò maiores, redditus percepit; licet de principali quantitate omiserit Pater solemnem efficere scripturam. Trãactis sic pluribus annis, auctisque valde Patris sui bonis, obiit ipse Pater, nullo necessario hærede relicto, sed quodam extraneo; & voluntario; instituto, cum maximò hæreditatis augmento:

Quæritur; an per Mariam habeat prædictum Monasterium succedendi ius in omnia Patris Mariæ bona, non obstante prædicta renuntiatione; hæredisque institutione?

CASVS RESOLVTIO.

I N hac difficultate cuius affirmatiua, quæ desideratur, solutio difficilima est. Dico primò: Monasterium prædictum est capax succedendi in Paterna bona, quæ nomine, seu ratione, & iure feudi Pater habebat. Quod antequam probem; omitto primo sen-

sententiam Socini, & aliorum apud Molinam, tom. 3. de iust. & iur. disp. 579. num. 15. ex Couarrub. cap. *Quamuis patium*, part. 3. §. 2. num. 2. qui dicunt, quod, qui ante ingressum Religionis renuntiavit sic cum iuramento, & post professionem mortui sunt Parentes absque descendens necessarijs, tunc Monasterium succedit; eo quod non professo, sed Monasterio defertur hæreditas. Requiritur autem, (aiunt præfati Doctores) tanquam conditio prædictæ renuntiationis, vt teneat, quod renuntianti sit delata Hæreditas. De qua etiam sententia meminit Sanchez lib. 7. Summ. cap. 6. à num. 1.

2 Omitto secundo sententiam aliorum apud citatum Sanchez cap. 7. num. 1. assentientium, talem, scilicet Mariam, posse succedere, & per illam Monasterium, Patri ab intestato. Quibus suppositis, & omisissis.

3 Probatum breuiter prædicta conclusio: nam illa bona non sunt bona hæreditaria; si eque non sunt omnino Paterna; cum feudum tantum iure ad Patrem pertineant. Sic plures ex iuris peritis, quos, cum Molina de iust. & Azorio, sequitur Doctissimus Sanchez lib. 7. Summ. cap. 7. nu. 8. Ex quo fit (ait ipse Sanchez) eos, qui sunt de Trunco renuntiantis cum iuramento hæreditati Stipitis, à quo bona Truncalia descenderent, non excludi a bonis immobilibus, quæ ad eos, qui sunt de Trunco, deuenire debent, decedente postea Pupillo. Quia in hæc, non iure hæreditario, sed iure Sanguinis succeditur; & quia non succeditur Stipiti; sed pupillo; vt latè probat Gutierrez, quem ibi refert Sanchez.

4 Iddem, ob eandem rationem, dicendum est de bonis, quæ Pater habet in Emphyteusim; vt testatur idè Sanchez supra, num. 8. cum Molina, & Seraphino. Idemque denique dicendum venit de bonis Maioratus. In hæc enim non succeditur hæreditario iure, sed iure sanguinis; si sermo sit, non respectu primi Institutoris maioratus, sed respectu sequentium possessorum; iuxta veriore sententiam; quam latè probant Molina de primogenijs, lib. 1. cap. 8. per totum: Gutierrez, & Emmanuel Rodriguez, tom. 2. qq. Reg. q. 78. artic. ultimo. Vbi, multis adductis, rectè probat, valere argumentum de Feudo ad maioratum. Sic etiam Sanchez dicto num. 8. & Molina Theolo-

gus, ab ipso Sanctio relatust ergo in hæc bona potest prædictum Monasterium per præfatam succedere Mariam.

5 Dico secundo; adhuc succedere Monasterium in omnia Patris bona, atque Matris, in quæ iure hæreditario succeditur; non obstante prædicto Patris testamento, neque prædicta renuntiatione, etiam cum Monasterij consensu. Quod, & si difficile videatur, sic tamen probo: Primò, ex quorundam sententia, assentientium, illos, qui, Religionem ingressuri, hæreditati Paternæ renuntiarunt solius Patris contemplatione; legitima etiam accepta portione, vel saltem congrua, posse postea in bona Patris succedere, si non dum professi sunt; vel, si professi, posse, ratione illorum Monasterium, succedendi copax, tunc succedere, siue ab intestato, siue contra testamentum; vt eleganter probat Vazq. Opusc. de testam. cap. 6. §. 2. dub. 12. §. Sed quid dicendum, cum sequenti, pag. 517. & § 18.

6 Ex hac ergo supposita sententia, & inspecta etiam alia sententia Antonij Gomez in leg. 22. num. 5. vbi asserit (& ex eo Vazq. supra, dub. 10. num. 36.) in iure reprobari successione, & futuri iuris, non præsentis, renuntiationem: Argumentor sic præfata Maria; & si renuntiavit, renuntiatio tamen non fuit iuris præsentis, quia nullum factum fuit à Patre testamentum, quo alium hæredem instituisset, quodque inuadere, Maria renuntiauerit: ergo renuntiatio nullius est momenti.

7 Tum etiam; quia eo ipso, quod aliquid à Patre, in renuntiationis pretium, Mariæ fuit assignatum, corrumpit adhuc præsentis iuris renuntiatio; ex eo, quod tunc violenta videtur renuntiatio; vt rectè Gomez loco citato. Constat hoc ex leg. Si quando, §. illud, C. de inoffic. testamen. Vbi dicitur, quod, si Filius pepigit cum Patre, hoc pretio accepto, quod non diceret inofficiosum testamentum post mortem illius, hoc pacto non grauetur Filius, sed dicere potest inofficiosum testamentum. Ergo, &c.

8 Quod si dicas, tale pactum, sic factum, non præcessisse. Respondeo ex Doctissimo Vazq. supra assente, idem esse, tale pactum fieri, ac proprio consensu præteriri, aut ex hæredari filium; vt disputant Authores.

9 Et si rursus opponas, hæc procede-

re, quādo nullum præcedit, tale pactum confirmans, iuramentum. Farcior, adhuc tamen in præstita solutione persisto. Quod probō ex Imperatoriā lege, *non dubium, C. de legib. vbi contractibus, promissionibus, stipulationibusque, iure irritis, additum iuramentum (hoc est Sacramentum) nullius esse roboris decernitur, vt legenti patebit: atqui, stando in iure, tales renuntiationes irritæ sunt: ergo & illis additum, iuramentum. Quod autem prædicta lex, Non dubium sit nostra hac in Hispania recepta, probabilis tenet Doctorum sententia; vt disputatione, & casu singulari de promissorio iuramento infra dicam; ad quem locum, pro alijs objectionibus; quæ contra hoc fieri possunt; me remitto; ne sæpius eadem absque cogente repetam necessitate.*

10 Deinde probatur ex supposita sententia supra, *num. 5.* quæ affirmat, renuntiationem, factam solius Patris contemplatione, esse nullam: cumque in nostro casu sic, satis probabiliter, prudenterque, possit præsumi, factam fuisse renuntiationem prædictam, dicendum erit, illam, in prædicta sententia, nullius esse momenti: sed hoc etiam gratis omisso.

11 Solutionem prædictam probō ratione, mihi, quasi euidenti; quæ sic se habet: Contractus, pactum, renuntiatioque sub conditione, vel conditionali onere facta, non tenet, tali conditione non impleta; quod certi iuris est, proindeque probatione alia non indiget: atqui renuntiatio Mariæ facta fuit ea conditione, eoque onere, vt Pater eius, per solemnem obligationem, illi statim annuos redditus assignasset; quod Pater vsque ad mortem non effecit: ergo à tempore, quo ex contractu implenda erat conditio, impletaque non fuit, renuntiatio prædicta desijt esse valida. Cumque (Iuris Regula attestante) quod *semel est nullum, non possit tractu temporis conualescere*; sic nec prædicta renuntiatio, à tempore cæssationis ipsius non potuit per temporis decursum reuiuiscere.

12 Quod si dicas, talem conditionem impletam fuisse in effectu, & virtualiter, licet formaliter nulla fuisset facta scriptura; siquidem quorannis, promissos à Patre; redditus superabundanter Mariæ filiæ suæ præbuit ipse Pater. Contra est primò; quia à tempore, quo facta

fuit renuntiatio, vsque ad tempus reddendi redditus, præsupponebatur tempus, in quo ex contractu implenda erat conditio, quæ tamen impleta non fuit: ergo cæssauit renuntiatio. Secundò, quia licet effectiue, idem à Patre præstitum fuit filiæ, quod foret per solemnem obligationem præstandum, & amplius; hoc tamen est materialiter, & sicut præstitum fuit, potuit non præstari. Ergo absolute cæssauit renuntiatio prædicta.

13 Præterquamquod, non deest alia, & non contemnenda, ratio. Nam Mariæ renuntiatio in Patris sui commodum fuit facta: atqui tale commodum (si de temporali loquamur) cum ipsius Patris morte finitur; & si de spiritali sit sermo, melius consequitur illud Pater, succedente Monasterio per eius filiam, vt apparet: ergo.

14 Explicatur hoc amplius: nam renuntiatio communiter fieri solet ab his, qui sæculo renuntiant, ad subueniendum, vel pauperibus Patribus, vel Fratribus, vel alijs cognationis vinculo cum renuntiante astrictis; vel tandem ad augendum prædictorum bona, vt illustrior sit parentella: & in hoc sensu solet à iure, cum requisitis alijs admitti. Vnde renuntiatio, cum sit amissio iuris proprii, inter illa, quæ odiosa sunt, computari debet; & consequenter, vt talis debet restringi, ita vt effectum habeat, solummodo quando fit conformiter ad ius, & ad consuetudinem; fidelem iuris interpretem: atqui in nostro casu, licet in vita præfati Parentis illustrior fieret eius domus, non tamen fuit facta ad succurrendum pauperibus cognatis, nec in vita, nec post Patris præfate Mariæ mortem; siquidem extraneus fuit hæres institutus: de quo alibi lamentabatur, & per spiritum Domini flebat Ieremias *cap. 5.* dum dicebat: *Hæreditas nostra versa est ad alienos; Domus nostra ad extraneos*: ergo clausula illa, in informi contenta; vt scilicet, *Pater de illis bonis possit disponere*, solum debet intelligi de dispositione ipsorum in vita; & si in morte, non tamen conuertendo bona ad extraneos, & relinquendo tam coniunctum, vt filiam; quæ per spiritalē veluti cognationem, Monasterium habet ad instar filij, vt supra casu 16. huius tractatus, p. 6. ex Doctissimi Sæ sententia diximus.

15 Et ex hoc solutionem habere po-

potest dispositio Tridentini, dum de huiusmodi renuntiationibus dispositionem tribuit, statuitque. Præterquam quod, Sacrosanctum Tridentinum Concilium solum decernit, non valere Novitij renuntiationem, nisi factam cum Ordinarij licentia, intra duos menses ante professionem, &c. quod non est, illam omnino approbare, sed solum ostendere, quod, præter alia, à iure requisita, debeat de Superioris licentia, & in tali tempore fieri.

16 Quod si à Jurisperitis hæc non admittantur, vel ipsi adhuc aliquantulum requant, ut in Complutensi Vniuersitate, ubi casus interrogatus, & propositus fuit, contigit, alijs etiam audentibus, accipiant (ad maiorem dico abundantiam) quæ sequuntur, (amabiles, quia à fratribus) sententias. Prima est Cephali confilio 62. à num. 14. volum. 1. apud Sanctiū supra, cap. 6. num. 10. in fine, asserentis, renuntiationem Novitiæ fore nullam, ratione enormissimæ læssionis. Ex qua sententia, sic ad propositum inductionem efficitur: à tempore renuntiationis præfata Mariæ, valde aucta fuit Paterna hæreditas, simulque Materna; ut dicitur in informi; videtur ergo læssio enormissima respectu Mariæ. Ergo.

17 Accipiant iam secundam, quam cum multis probat Menochius, apud citatum Sanctiū num. 18. in medio, asserentes, secundum ius commune, non posse Minorem viginti quinque annis donare etiam cum decreto iudicis, & autoritate Curatoris. Quod de ingredientibus Religionem docet Decius in cap. in præsentia, noua eddit, num. 248. de probat; ut ibi refert Sanchez. Cunctque donatio sit quædam renuntiandi proprijs bonis species, quod, absque dubio dicendum, affirmat Sanchez, supra cap. 5. num. 20. sic etiam, iuxta hos Authores, infirma erit prædicta renuntiatio.

18 Tandem, accipiant tertiam, & valde probabilem, sententiam, asserentem, per absolutam Paternæ hæreditatis renuntiationem non excludi filium à portione legitima. Sic sentiunt octo graues Jurisperiti, quos expressè refert Sanchez supra, cap. 7. num. 3. Sic etiam alij, quos etiam, ex Tiraquel. implicite refert idem Sanchez loc. citat. ubi, num. 4. hæc sententiam approbat implicite. Ex hac ergo sententia dicere posse, Mariam, &

per illam Monasterium, ius habere ad legitimam portionem; ac proinde ingredi in medietatem totius hæreditatis cum hærede instituto per Patris testamentum, excepta melioratione in tertio, vel in quinto, vel in vtroque, iuxta varias Regnorum leges. In qua melioratione censetur melioratus hæres institutus.

19 Sic se habent prædictæ sententiæ, quas commemoravi, quia ad meam notitiam peruenit, quæ sequitur, propositio: *Nullus iurisperitorum hoc dicit: nulla vi inuvalidari valet adhuc probabiliter prædicta renuntiatio.* Quare, licet prædictis sententijs, quasi præcipuo non nitatur fundamento, ut ex dictis constat; at tamen sufficienti sane, ut de omnimodo prædictæ renuntiationis valore diuulgata fama euanescat. Unde, quod resolutum est, nunc iudico: salua, &c.

CASVS VIGESIMVS.

QVIDAM Religiosus Novitius, paulo ante professionem, renuntiavit in fratrem suum Majoratum; qui ad illum, post Patris mortem pertinebat.

Quæritur primò, an, mortuo Patre, & Fratre illo absque descendantibus, successura non sit in talem Majoratum aliqua ex Sororibus, quas habet? Sed ita cesset talis renuntiatio, ut ad renuntiantem deueniat Religiosum; & consequenter ad Religionem, in qua professus est? Quæritur secundò, an hoc idem dicendum sit casu, quo talis Religiosus aliquid, intuitu talem faciendi renuntiationem, à Patre accipisset?

CASVS RESOLVTIO.

A Dytrumque, in informi quæsitū, affirmatiuè iudico respondendū. Primum autem sic probat: Quia sicut institutio maioratus ad certum personarum genus limitatur; ita eius renuntiatio, in personas certas effecta; cum ipsis deficientibus finita censetur: Sed maioratus institutio; ad certas personas directa; earum nequit qualitatem transire, ut eleganter comprobatur Ioann. Immoles, in leg. Si verò, §. de viro, ad fin. ff. soluto matrim. ergo renuntiatio prædicti ma-

Maioratus, ad certas, & determinatas tendens personas, illis omnino deficientibus, deficere debet.

2. Tum etiam, quia enumeratio specierum generalitatem restringere solet; leg. *Cum de lanionis*, §. *quidam*; & in §. *Cui fundum*, ff. *de fundo instruct. leg. Legatorum*, §. 1. ff. *de legatis* 2. Ac tandem, leg. *legata supellectili*, ff. *de supellectil. legat.* ergo enumeratio personarum, ad quas Maioratus renuntiatio se protendit, omnes alias, non nominatas, excludit personas: ergo renuntiatio, de qua in informi, nequit ultra nominatum fratrem eiusque descendentes, ut pote illum representantes, protendi; ergo, ipso fratre mortuo, absque descendentes, ad renuntiantem debet Maioratus reduci; atqui acquisita per renuntiantem, per Monasterium acquisita censeantur: ergo, &c.

3. Tum etiam probatur, & mihi plusquam probabilius. Nam in omnibus casibus, in quibus renuntiatio corruit, & ad renuntiantem res renuntiata devolvitur; & succedit renuntians in ea bona, in ea etiam eodem modo succedit Monasterium, succedendi capax; in quo renuntians est professus; quod nemo negabit; (ait Sapientissimus Sanchez *lib. 7. Summ. cap. 7. num. 55.*) sed in predicto casu ita cessat renuntiatio Maioratus, ut illum renuntians, in illum iterum succedat: ergo, & Monasterium. Probatum Minor; nam cetera patent: quia probabilior est sententia, affirmans, quod, licet renuntiatio, alicui facta, ex causa in Religione profitendi, praesumatur fieri in gratiam deficientium; si tamen descendentes deficient, moriaturque ille, in quem, ab ingrediente in Religionem renuntiatio facta fuit, cessat ex tunc renuntiatio ipsa, & in rem renuntiatam iterum succedit professus; proindeque Monasterium, succedendi capax: ergo, licet renuntiatio, de qua in informi, facta fratri, ad eius extendatur descendentes, si tamen ipse, illique deficient, ad ipsum redibit res renuntiata professum, per illumque, ad Monasterium. Quamvis enim non praesumatur, ingredientem Religionem rerum temporalium, quoad se ipsos, sollicitos esse, secus est, quoad Monasterium, quod, ditari eos velle, praesumitur, ut abundantius necessaria

eis suppetant; ut, relatis, Boerio *cap. In praesentia*, numer. 480. cum sequenti, de *probat.* Tello *leg. 6. Tauri*, à numer. 31. usque ad 63. & alijs, docet idem Sanchez supra, numer. 23. cuius haec est sententia. Sic etiam expressè probat textus in *cap. fin. 20. quest. 3. Authent. de Sanctis. Episcop.* §. *sed hoc praesenti*, ibi: *Hoc autem solatio.*

4. Rursus probatur eadem Minor: quia, quando renuntiatio fuit in fauorem fratris expressè facta, tunc, eo mortuo, cessat renuntiatio, & succedit renuntians; quod certum dicit Sanchez, unus pro mille, supra, numer. 29. in fine: sed sic se habet praedicti Maioratus renuntiatio, ut ex informi constat: ergo, &c.

Hoc idem etiam cum Collectario *cap. fin. numer. 34. de donatione*, Antonio Gomez, Gutierrez, & Azorio, docet citatus Sanchez, numer. 20. Quod autem loquatur Sanchez etiam de renuntiatione Maioratus, patet ex ipso met, in *lib. 7. cap. 13. numer. 28.* ubi ad citatum cap. 7. se remittit:

5. Tum denique; quia eadem est quoad hoc ratio de fideicommissio; ac de Maioratu, ut apud citatos Authores, & alios, videri potest; atqui hoc idem de fideicommissio, pluribus relatis Authoribus, docet expressè Molina *de primogenit. lib. 1. cap. 3. num. 37.* ergo.

6. Quod si dicas, casum hunc non reperiri expressè apud Authores; ac proinde rem esse dubiam. Respondeo primò; non omnia deberi ab Authoribus expressè tractari; sed sufficere, quod ex eorum doctrina, in iure, & ratione, fundata, particularium casuum resolutio deducatur, sicut praesentis deducitur; proindeque res haec à dubietate videtur aliena. Sed dato, quod res sit dubia.

7. Respondeo secundò; simulque intentum probo: nam capacitas successione adeo praesumenda est in dubio, ut omnis ille successibilis reputetur, qui de iure prohibitus non ostenditur; leg. *Non minus*, ff. *de H.ered. instit. & leg. Ab ea parte*, ubi Glos. & scrib. ff. *de probat.* ergo capacitas devolvendae successione ad primò renuntiantem erit etiam in dubio praesumenda: ergo cum in praefato Religioso succedendi capacitas supponatur,

ad illum pertinere talis Maioratus successio; dato etiam dubio de devolenda ad ipsum successione. Par enim est ratio de succedendi in dubio capacitate, ac de capacitate devolendæ in dubio successione ad illum, qui primò renuntiavit. Probata ergo sufficienter manet, pro prima parte, ad præsentem casum data resolutio.

8 Pro secunda autem, scilicet, idem esse dicendum casu, quò talis Religiosus aliquid acceperit à Patre, intuitu prædictæ renuntiationis faciendæ, sic probò; licet in hoc aliquos, (& non parum) nonerim dubitare. Probò igitur ex communi Theologorum, ac utriusque iuris Doctorum. Nam onus, vel pretium pro aliquo faciendo sufficienter illo facto compensatur; ergo pretium, pro renuntiatione postulata tributum, sufficienter præstita renuntiatione debet compensari: ergo nequit amplius postulari, ultra id, ad quòd pretium fuit extensum, & ordinatum. Tunc sic; sed id, quòd à Patre filio Religioso fuit præstitum, fuit in pretium, vel in compensationem, pro renuntiatione, à Patre petita, & à filio præstita, datum: ergo, posita tali renuntiatione, nil amplius valet pro re, à Patre filio data, postulari; atqui solum fuit per Patrem à tali Religioso filio petita in fratrem suum renuntiationis Maioratus, & in eius descendentes: ergo, his deficientibus, nil amplius valet per Patrem à filio postulari; ergo res, à Patre filio data, fuit iam omnino per compensationem, præstita à filio, renuntiationis maioratus extincta; ergo ex tunc iudicandum est de maioratu, ac si pro eius renuntiatione nihil fuisset acceptum: sed, ablata acceptione alicuius rei, à Patre filio datæ, succedit filius Monachus, & per illum Monasterium ipsum; ergo, &c.

9 Et confirmatur hoc: nam obligatio ad tempus, ad eam finiendam assignatum, finito tali tempore, omnino extinguitur; ut omnes fateri debent: sed obligatio prædictæ renuntiationis faciendæ, & factæ, solum fuit respectu temporis vitæ fratris, & eius descendendum, ut supra probatum est, adhuc stante, de hoc, dubio: ergo, his deficientibus, omnino extingui debet: ergo nequit amplius prorrogari; ergo ad ipsum debet

renuntiantem, & per illum ad Monasterium, redire.

10 Dixi: *Adhuc stante de hoc dubio*: quòd rursus sic probò: nam accessorium sequitur naturam principalis; *Reg. Accessorium, de regul. iur. in 6.* Sed Maioratus renuntiationis est nostro in casu principale, pretium autem, pro ea datum, quid est accessorium: ergo quidquid de principali, (de renuntiatione scilicet) fuerit dictum, erit etiam de accessorio, (de pretio videlicet pro ea dato) dicendum: atqui capacitas succedendi in hoc dubio, scilicet, quando interposita fuit renuntiationis, semper est præsumenda, ut supra probatum est; ergo idem erit dicendum, dato aliquo pro faciendæ, & factæ, renuntiatione pretio; ergo, &c.

11 Hucusque dicta procedunt, supposito, (ut supponit informis) posse Monachum in Monasterio, succedendi capaci, succedere in Maioratum etiam Hispaniæ, & in alios, iurisdictione carentes; ut optimè Sanchez, post alios supra *lib. 7. cap. 15. num. 16. & 25.* Imò, licet Institutor Maioratus petat arma, & nomen suum à successoribus observari; adhuc idem docet Emman. Rodrig. *tom. 2. qq. Reg. quest. 78. artic. 13.* quòd, & probat idem Sanchez supra, *numer. 22. in fine.* Nam adhuc valet Monachus nomine institutoris appellari; & in sigillo; ac principalibus Maioratus laribus arma sculpta retinere; ut optimè ait Rodriguez supra; dicens, sic sententia fuisse decisum, apud Senatum Regium Pincianum. Imò, non posse excludi à successione in Maioratum Monachos, quando Maioratus est tertio bonorum institutus, iuxta *leg. Regiam 27. Tauri*, quæ hodie est *lex 1. tit. 6. lib. 5. novæ Recopilationis*, tenent, Molina de primogeni. Angulo, Rodriguez, & Gutierrez; quos sequitur Sanchez, quando non supersunt descendentes. Sic ipse Sanchez supra, *numer. 6.* Idem dicens, alijs relatis Authoribus, quando de Maioratu non constat Scriptura, sed sola immemoriali præscriptione; tunc enim non præsumitur Clausula, excludens Monachos, vel Clericos a successione in Maioratum; ut rectè: doctèque ibi probat Sanchez, *num. 7.* Hæc hic adnotare volui, quia

quia in informi supponuntur quoad effectum capacitaris succedendi de iure, in Religioso. Sicque firmarunt in hac Complutensi Vniuersitate septem, ex doctissimis, illius Magistri.

**CASVS VIGESIMVS
primus.**

DOMVM, non habentem pretium statutum, nec lege taxatum, empfit Petrus, v. g. tempore, quo erat copia Emptorum, & pecuniarum, & penuria rerum, illi similius; empfitque illam mille aureis, alias intrinseco pretio non nisi octingentis octoginta valentem.

Quæritur, an possit Petrus iterum eam illis mille aureis vendere, si deteriorata non sit, nulloque modo in hoc locupletior sit factus?

CASVS RESOLVTIO.

IMHI, salua communi pace Doctorum (quia multos habui cōtradicentes) affirmatiuè respondendum videtur. Cōtradicebant autem, non tam resolutioni, quàm rationi; quàm ex nostris quidam præbuit, & quæ ego in præsentiarum, pro verissimâ, vt ar; vt iam dico. Igitur ducor; quia quoties quis rē, non deterioratam, vendit, & habito respectu ad pretium, quo eam empfit, locupletior non est factus, talis venditio est iusta, licitaque, supponens primam venditionem in ratione contractus fuisse iustam: sed sic se habet posita dubitatio: ergo, &c. Maiorem propositionem, intellectam, vt intelligi debet, ita certâ existimo, vt iudicem, à nemine posse negari. Quòd sic explico. Nam, si in prima venditione, excessus ille, vltra intrinsecum iustum pretium præstitus, libere est donatus; (quòd contingit concurrentibus quinque conditionibus, quas videre est apud Nauarrum, *cap. Nouit. de iur. notab. 6. num. 61.* Medinam *C. de rest. q. 31.* Roderic. *1. p. cap. 77. num. 7.* Rebellium *lib. 4. quest. 2. sect. 1.* Valerum de vtroque foro, *verb. Venditio, differentia 6.* Lessium *lib. 2. cap. 21. dubit. 9.* Faustum in *speculo Confessor. disput. 6. de empt. & vendit. quest. 9.* Conradum *de controu. quest.*

57. qui sextam addit conditionem; & alios ex infra citandis) iam in secunda venditione erit iniuste factus locupletior, qui voluerit excessum illum in pretio numerare, re non meliorata. Si verò non fuit excessus ille gratis donatus, tunc in quiro; aut fuit iustum pretium rei, consideratis omnibus, quæ iuxta varias DD. sententias, de quibus omnibus infra, possunt considerari? Vel pretium fuit iniustum? Si primum; ergo res illa, non deteriorata, poterit eodem, quia iustum est pretium, pretio vendi; (& hæc est ratio formalis) & consequenter, quia in nihilo vendens locupletior iniuste factus est. Si verò sit pretium iniustum; tunc fateor, non posse rem illam, non melioratam, cum excessu illo in pretio iterum vendi. Tum, (& hæc est similiter formalis ratio) quia iniustum est pretium. Tum etiam, quia sequeretur, sic vendentem factum esse locupletiozem; eo quòd, vltra ius, quòd habet ad excessum illum, vltra iustum pretium, à primo Vendente deductum, recuperandum, de facto defert, aut deferre vult, aliquid æquale prædicto excessui, vltra iustum pretium assignatum.

2 Nec obstat, quòd obligatio restituendi id, in quo quis locupletior factus est, ad factum, bona tantummodo fide effectum, subsequatur. Nam hoc nō oritur, quasi ex ratione formali, à bona fide, vt sic; sed à bona fide, commitante, vel consumptionem, vel materiale rei alienæ damnus. Declaratur hoc: fuit quis ad cænam rerum, furto ablatarum, iniuratus; cænam bona fide perfecit. Communiter dicitur; teneri talem illud solum, quòd in domo sua, de bonis suis, erat in cænando consumpturus, restituere; quia in eo factus sit locupletior contra innocentem. Itaque propter bonam fidem non astringitur aliquid amittere; & propter innocentem Creditorē, à quo res fuit furto ablata, prohibetur aliquid acquirere: ergo bona fides suffragatur ei, ne aliquid amittat, & Creditoris innocentia interdicat illi aliquid lucrare cum damno ipsius Creditoris: ergo sicut illicitum est lucrare aliquid per rem alienam in Domini ipsius rei detrimentum, sic licitum erit, non perdere aliquid, per consumptionē alienæ rei, bona fide factam, & similiter aliquid non amittere per alienatio-

nem rei propriæ, intra limites iusti pretij. Cumque in hoc secundo modo præfens intelligatur casus; verum tenebit, quod (consequenter inquam) possit prædictam vendere domum illis mille aureis, quos valet, intra latitudinem iusti pretij, deducere; quia, cum tot alios præbisset, & in eisdem ipsa æstimeretur domus, in nihilo iniuste locupletior factus est.

3 Addo superius dictis, quod, si primo vendens, iam excessum illum, ultra iustum pretium, vsu cepit, aut perscripserit, tam iuxta Regulam de triennali possessione, quam alias, de quibus ius Civile, & Canonicum, eorumque Expositores; non poterit secundo vendens excessum illum in pretio numerare. Quia iniustum est pretium; (& hæc est ratio formalis, vt dixi) & quia sequeretur, ipsum locupletiolem fieri, in deferendo excessu illo; quod, quoad ius, iã per leges iuste priuatus est. Quod idem dicendum est in omni euentu, quod secundo vendens, iuste priuatus sit iure, & actione ad recuperandum excessum illum, ultra iustum pretium, primo Venditori datum. Sæpe ergo verum stat, (& si consequenter, id est, cõsequentiã, veritas deducatur) ideo non posse secundo Venditorem eodẽ, quod empserit, pretio rem vendere, quia in iuste fieret locupletior, si res meliorata non sit; propter hucusque dicta: & e contra: ideo (saltem illatiuẽ, & cõsequentiã) posse eodem pretio illam vendere, quod empserit, quia, re non deteriorata, in nihilo factus est ditior. Quod necessario supponit, (vt dixi) primam illam venditionem reciproce in tota pretij quantitate fuisse iustam in ratione contractus.

4 Quod verò in præsentiarum sic res se habeat, probatur iterum: & erit probatio Minoris propositionis suppositi Syllogismi. Igitur probatur ex doct. Lesij lib. 2. de iustit. cap. 21. dub. 4. fol. 277. nu. 29. Fausti in speculo Confessor. disp. 6. q. 10. num. 8. & aliorum, asserentium, in rebus, non habentibus pretium statutum, legè vè taxatum, posse pretium augeri, iuxta rationem laborum, & expensarum, quas in illis conquirendis, & conseruandis subijit Emptor: ergo, cum in nostro casu, ratione copiarum Emptorum, pecuniarumque, & ratione penuriarum domorum, maiores sint in illa acquirenda domo factæ expensæ, siue per modum pretij, & aliàs

iusti, vt infradicam, siue quomodo libet in ordine ad pretium, vel ad rem recuperandam factæ sint, poterit nihilominus Emptor illo saltem pretio illam vendere, quod, si deteriorata non est, locupletior non sit factus. Quidquid pro Mercatoribus, aut ex officio vendentibus addat amplius subtilis Scotus in 4. dist. 15. q. 2. art. 2. quem ex parte sequitur Scotus de iust. lib. 6. q. 2. art. 3. vt videre etiam est apud Faustum, vbi supra, num. 1. per totum.

5 Pro hac ratione refert Lesius vbi supra, Medina in q. 31. Cõuar. lib. 2. vari. cap. 3. num. 3. & alios. Pro hac etiam sunt Vazq. opusc. de rest. cap. 5. §. 1. dub. 10. nu. 61. Turrianus 2. 2. tom. 2. disp. 57. dub. 61. num. 5. Sã, verb. Emptio, n. 4. in fine, Bonac. rom. 2. disp. 3. q. 2. punct. 4. num. 22. & alij, quos etiam sequitur Diana 1. p. tract. de contract. resol. 23. Tenent etiam Malderus 2. 2. tract. 5. cap. 2. dub. 2. Villalobos 2. p. tract. 21. diff. 6. num. 16. fol. 288. & alij, quos per longum esset recensere.

6 Probatur etiam eadem Minor propositio ex doctrina eiusdem Lesij vbi supra, fol. 277. num. 30. Molinæ disp. 346 Rebelli lib. 9. q. 1. sect. 7. Calet. 2. 2. q. 77. art. 1. & eos referentis; Bartholomæi à Sancto Fausto, supra relati, à num. 6. vsque ad 8. dicentium, ratione copiarum Emptorum, & penuriarum mercium, posse res plus vendi, quam alioquin venderentur, si Emptorum esset raritas, mercium vè abundantia; quia ex his (inquit Lesius) crescit communis mercium æstimatio: Idenim plus estimatur, quod à pluribus queritur; quodq; difficilius, vè minore copia inuenitur. Nã quod rarum est, pretiosum est; vt habetur ex D. Hieron. Epist. 85. ad Euagr. Can. legimus, dist. 93. teste Fausto vbi supra, n. 70. Ergo nostro in casu prima illius rei venditio iusta fuit: iusta ergo erit ipsius non deterioratæ domus venditio; præsertim si ex ea in pretio quis ditior factus non sit. Pro hac etiã ratione sunt expressè Bonac. Vazq. Turrian: Sã, Diana, Malderus, Villalobos, & alij supra citati.

7 Dices tamen, in secunda venditione non concurrere copiam Emptorum; ac proinde non manere rem in eadem mensura; ac tandem, venditorem iniuste locupletiolem fuisse factum. Sed contra; & in primis, hoc non obstat, vt prima ratio probat. Deindè, licet Emptorum

rum deficiat abundantia, adest tamen (vt adfuit) penuria rerum, illi similium; quòd sufficit, vt carius res vendatur; vt, cum citatis Lesio, & Rebello, tradit Faustus *numer. 7.* quos ex supra relatis plures sequuntur, & ex Iunioribus alij.

8 Sed dices iterum, quòd, licet primò vendens potuerit pretium talis domus aliquantulum augere, non tamen in tam magna quantitate. Contra tamen; & in primis, cum huiusmodi res nullum statutum, lege vè taxatum, pretium habeant, nulla apparet ratio, conuincens, excessum illum esse vltra iustum, quò Dominus talis domus illam vendere potest. Tùm etiam; quia licet ob rationem illam non potuerit Venditor excessum illum deferre; alia tamen possunt æquiualeter concurrere (quæ etiam in nostro casu concurrissè agnoui) ob quæ prædicta domus potest, potuitque eodem, & forte maiori, pretio vendi. Tùm, quia frequentius vidimus, res maiori, iusto aliàs, pretio vendi, quàm do in fauorem venduntur Emptorum; vt post alios, supra relatos, infraque referendos, tenet Villalobos 2. *p. tract. 21. diffic. 6.* potuit ergo prædicta domus, quæ in fauorem ementis (vt mihi constabat) vendita fuit, maiori, iusto aliàs, pretio vendi. Tùm etiam; quia sicut visescit res, nò solum pro tertia, sed etiam pro dimidia parte, quando quis illam vendere necessitate compellitur; (& loquor de rebus, non habentibus lege statutum, taxatum vè pretium) vt post Vazq. Turrianam, & alios, tenet Diana vbi supra, *resol. 23.* sic etiam potest augeri, saltèm in aliquo, etiam vltra aliàs pretium iustum; quando importunis precibus quis illam vendere cogitur; vt tenent citati proximè Authores, & alij infra referendi: sed in casu præsentì primus Venditor (vt mihi etiam constabat) fuit importunis precibus domum suam vendere compulsus: potuit ergo, hac de causa, vltra aliàs iustum pretium, aliquid amplius deferre.

9 Tùm etiam; quia res, non habentes legale pretium, potest earum Dominus, ob affectum erga illas, maiori, supra aliàs iustum, pretio vendere: potuit ergo etiã ex hoc titulo, quem probant Vazquez, Turrianus, Sà, Malderus, Bonacina, Villalobos, & Diana cum alijs vbi supra, Do-

minus prædictæ domus illam maiori, vltra aliàs iustum, pretio vendere. Imò licet affectio illa sit imaginaria, nulloque consentaneo nixa fundamento, adhuc multi, quos refert Faustus *q. 8. supra titulum,* hoc iddem affirmant.

10 Tùm etiam; quia frequentius vidimus, pluris vendi domos, & alia credito, seu peccunia credita, quàm numerata; atqui pro illis rebus, quæ solent pluris credito vendi, licitum est plus pretij, etiam vltra rigorosum, seu supremum, deferre: potuit ergo similiter domum prædictam Dominus eius pluris ex hoc titulo vendere, (& fortè vendidit) quàm rigorose valeret. Maior propositio experientia ipsa satis constat. Minorem verò probat Sà, *verb. Venditio, num. 7. ibi; Merces, quæ solent frequentius vendi peccunia credita, quàm numerata, vendi possunt pluris expectata pecunia, quàm vendantur numerata, etiam vltra rigorosum; quia in eo venditionis genere, ex communiore Ementium, & Vendentium vsu, & æstimatione, illud est iustum pretium.* Ita Sà; quem post Bonacinam *de contract. disp. 3. quest. 2. puncto 4. numer. 17.* Filliuc. *tom. 2. tract. 35. cap. 5. numer. 113.* Megalam *22. libr. 2. cap. 6. quest. 2. num. 174. cum seqq.* & Molfesum *in Summ. tom. 2. tract. 12. cap. 5. numer. 103.* sequitur Diana supra, *resolut. 21.* sic præfatos referens Authores. Sicut enim anticipata solutio iuste minuit etiam iustum in minimo pretium, vt post Sallas *tractat. de empt. dub. 43.* vndecim pro hoc Authores referentem, tenent Bonacin. vbi supra, *numer. 20.* Filliucius, & eos sequuntus, referensque Diana *resolut. 22.* Ita etiam dilatata solutio potest, vltra iustum rigorosum, supremum vè pretium, iustum etiam aliud commune æstimatione pretium statuere.

11 Addo, ob lucrum cessans, licitum esse carius iusto pretio vendere peccunia credita, quàm numerata; vt contra paucos tenet, post Caietanum, Nauatrum, Conradum, Salonium, Couar. & Syluestrum, Faustus, illos referens, vbi supra, *disput. 6. quest. 22. numer. 2.* dicens, esse communem sententiam.

12 Omitto etiam, quòd, post Sotum *lib. 6. q. 4. art. 1.* Aragonium 2. 2. q. 77. *ar. 4.* Valent. *tom. 3. disp. 5. q. 20. p. 2.*

Lesium vbi supra, cap. 21. dub. 6. Contra-
dum q. 78. Nauarram de restitut. cap. 2.
num. 110. Medinam C. de restit. q. 38. Na-
uarram cap. 23. num. 83. & alios iam
relatis, docet Faustus q. 26. num. 2. scili-
cet, ob periculum probabile in recupe-
rando pretio posse aliquid amplius exigi
etiam vltra rigorosum: ergo cum ex tor-
capitibus (vt alia, infra referenda, hic
omittam) possit pretium vltra rigoro-
sum augeri, non est dicendum, excessum
illum, in informi appositum, (imò ma-
iorem) esse iniustum: eodem ergo pote-
rit prædicta domus pretio vendi, circun-
stantijs eisdem cōcurrentibus, quas (imò
maiores) concurrisse in prædicto casu,
iam dico.

13 Et in primis fere omnes supra
pro primo Venditore assignatæ, pro se-
cundo sunt vendente. De quò etiam cla-
ram habui notitiam. Deinde, (& loquor
etiam de rebus habentibus legitimum
pretium) communior est, cum Doctore
Angelino 2. 2. q. 77. artic. 1. sententia,
apud Molinam disp. 351. Nauarram, Me-
dinam, Nauarram, quos sequitur, refert
que, Faustus supra quæst. 6. & alios iam
citatos, affirmans, ratione lucri cessan-
tis, vel damni emergentis, (quæ duo in
nostro casu concurrisse pro secundo Ven-
dente constabat) posse tantum pretij de-
ducere Venditorem, quanti æstimantur
prudenter lucrum cessans, emergensque
damnum; dummodo Emptorem tam de
damno, quàm de lucro Venditor mo-
neat. Ergo, &c.

14 Et non omittam huius commu-
nis, & veluti in specie traditæ senten-
tiæ, indiuiduos, & tanè singulares, hic
referre casus. Primò igitur exemplificat
Faustus vbi supra, numer. 4. his verbis:
*Hinc, si merum solum, per se, non nisi decem
valet, mihi tamen, quia ades, illis commoda-
tissimum, aucto extruere, valet viginti, hoc
ipsum ex te pretium possum exigere, modo ti-
bi patefaciam, vt videas, an tibi expediat ta-
li pacto emere.* Et ratio est, quia vnusquisque
vendere potest totum, quòd suum est: & in
tali casu non solum res, verum etiam emolu-
mentum est vendentis. Hæc Faustus; qui
refert Garciam lib. 1. de contract. cap. 8. nu-
13. exemplum apponentem in libro ali-
quo, valde necessario, ac vtili alicui Me-
dico; qui quidem, licet, secundum se,
non tanti valeat, potest tamen vendi ali-
quanto plus, ratione damni, quòd

recipit Venditor. Sic Garcia vbi su-
pra.

15 Hanc etiam in specie sententiam
indiuiduat Medina in sua inst. 9. 25. fol.
141. in Hortulano, seu agricola, qui ha-
bet aliquod iumentum claudum, & se-
nio confectum, quod, si velet vendere,
non posset, nec minimo pretio; si tamen
ab alio rogaretur, vt venderet, posset pe-
tere licitè, quòd sibi valeat, propter ne-
cessitatem, quam illius habet. Sic etiam
Villalobos, & si in specie; quatenus post
alios, supra relatos, ait, quòd, quando
res in fauorem venditur Eminentis, maio-
ri pretio vendi possit.

16 Addo, non ex eo, quòd primus
Venditor iniuste vendidisset, sequi in
vniuersum (etiam re vendita non me-
liorata) secundum Venditorem non pos-
se eodem pretio vendere. Ducor; & in
primis omitto sententiam Argentinas in
4. dist. 15. post. artic. 4. ad 1. & ibi Dionysij
Cart. q. 4. quos refert Fernandez à Mou-
re in examine Theolog. moral. part. 1. cap.
18. de septimo Decalogi præcepto, numer. 12.
asserentium, eum, qui bona fide rem
alienam emit, non teneri eam inuento
Domino reddere, licet pretium, latroni
solutum, Dominus reddere nollit. Du-
cor igitur, tum, ex eo, quòd Mercator,
qui Monopolium non exercuit, potest
iuste suas merces vendere illo pretio,
quòd Monopolio creuit, licet aliàs au-
ctum sit pretium per fraudes eorum.
Quia in tali casu communi vendit præ-
tio, quòd iustum est; vt expressè docet
Reginaldus in praxi, tom. 2. lib. 25. cap.
22. num. 350. probabileque dicunt Tur-
rianus 2. 2. disp. 57. dub. 8. num. 7. Bon-
cina de contract. disput. 3. quæst. 2. puncto 3.
num. 11. quos, cum alijs, sequitur, refert
que Diana, supra; resol. 4. Ergo à fortiori
licitum erit vendere maiori pretio do-
mum, de quà in informi; siquidem præ-
tium iuste potuit à primo Venditore au-
geri, vt ex dictis constat; nec postea de-
teriorata est domus. Imò potius ratio-
ne lucri cessantis; damni emergentis,
aliarumque circumstantiarum, de qui-
bus supra, maiori, absque dubio, æsti-
matione, maiori que etiam pretio æsti-
mabilis, dignaque est.

17 Nec obstat dicere, pretium hoc
esse rigorosum, & supremum. Non in-
quam obstat: Tum, quia, sicut prohibito
dicitur, esse rigorosum, sic etiam pro li-
bi.

bito negari poterat. Tum etiam; quia supra appositæ rationes oppositum demonstrant. Tum tandem, (& do gratis, pretium hoc esse rigorosum, & supremum) quia si non faciunt contra iustitiam Mercatores conspirantes, ut nullus eorum, nisi supremo pretio vendat; ut rectè Villalobos ubi supra, *tract. 21. dub. 17. num. 4.* post Molinam *tom. 2. disp. 345.* Nauarram, & alios, quos sequitur Molfesius, *tom. 1. tract. 12. cap. 5. num. 130.* & probabiliter refert Diana, ubi supra, *resol. 24. in fine*; quanto magis poterit licite supremo pretio vendere particularis quidam, qui nec Monopolium facit, nec aduersus aliquem conspirat?

Nec, pro huius complemento resolutionis, omittenda est communis æstimationis, communi experientia comprobata; qua, scilicet, eo maiorem intrinsecum valorem habent domus, quo magis meliori sunt in parte Ciuitatis, vel Oppidi; quod etiam ad præsentem casum est notandum, ut omnibus clare apparebat. Ergo, &c.

CASVS VIGESIMVS secundus.

QUIDAM de bonis incertis restituit in manibus cuiusdam Religiosi duo mille aureos; quos Religiosus accepit absque animo acquirendi dominium Monasterio; imò cum expressa voluntate retinendi illos in Deposito, ut quædam meliori modo de illis disponeret. Tradidit igitur illos cuidam Mercatori ad negotiationem, iraur dimidium lucris sibi accipisset, dimidium autem primis tribus annis dedisset Mariæ, sequenti autem triennio Ioannæ, & tandem tertio triennio dedisset Franciscæ, quæ omnes personæ præfati Religiosi consanguineæ erant. Et quod postea, vel in vita præfati Mercatoris, vel ante mortem ad censum illos destinasset, vel cum illis faueratus fuisset, fundans Memoriam quandam, cuius redditus quotannis in pauperes Villæ præfati Religiosi distribuerebantur.

Præfatus Mercator dubitauit, an Religiosus iste notitiam de tali dispositione dederit præfatis, Mariæ, Ioannæ, & Franciscæ. Item dubitauit, an prædictæ femine admisissent, quod à prædicto Re-

ligioso in fauorem ipsarum dispositum fuerat. Certum tamen est, quod si hoc ita contigit, fuit postquam prædicta pecunia erat sub potestate sua, & dominio, sic sibi dicente tali Religioso; eo quod ille non poterat acquirere sibi, nec habere dominium illius. Post hæc vixit talis Religiosus vno anno, & dimidium lucris dedit Mercatori Mariæ, iuxta prædictam dispositionem.

Mortuus est præfatus Religiosus; & Mercator omnia supradicta Prouinciali præfati Religiosi narrauit; postulauitque ab eo, ut consentiret, quod prædictos redditus, qui ex voluntate Religiosi, ad Mariam, Ioannam, & Franciscam, Consanguineas suas deuenturi erant, diuideret inter tres, aut quatuor ipsius Mercatoris Cognatas, ut statim sibi assumerent, vel non cum tanta miseria vitam agerent; & ut in hora mortis eius, vel antea, principalem summam inter alias ipsius Mercatoris Consanguineas ad prædictum finem distribueret.

In pœnam propriæ dispositionis à præfato Religioso, absque sui Prælati licentia factæ, Prouincialis Mercatori dixit, ut modo, à se valito, & proposito, similia bona distribuere. Cum hac Prouincialis responsione Mercator, & si scrupulosus (quem scrupulum multos per annos in confessione tacuit) per aliquot annos dedit Consanguineis suis pauperibus medietatem lucris.

Quæritur primò, si, quod Mercator fecit, possit in aliqua sententia sustineri? Secundò; si solum contra fidelitatem peccauit? Tertio; si peccauit etiam contra iustitiam; & quid est; quod facere debeat, ut ab omni obligatione maneat liber; quod summopere desiderat, propter difficultatem priuandi se modo alijs duobus mille aureis, quamuis sit diues, illosque habeat?

CASVS RESOLVTIO.

I Dico primò, quod, si Mercator prædictam distribuit quantitatem personis pauperioribus, & melioribus, illis, quibus Religiosus dixit, distribuendam esse, non tenetur Mercator neque prædictæ personæ, aliquid restituere. Non istæ, quia sicut dignior ad ad Beneficium præferendus ex iustitia est,

est, in probabili sententia, sic etiam Pauperior in distributione incertorum. Sicut enim in ratione dignitatis, ad distributionem Beneficiorum requisita, maior dignitas est ex iustitia præferenda, sic etiam in ratione paupertatis, ad distributionem incertorum postulata, maior paupertas erit ex iustitia præferenda. Sic Ledesma *tom. 2. q. 18. art. 3.* quem refert Faustus, infra citandus; & etiam Nauarra de *rest. lib. 4. cap. 2. nu. 47.* Tenuit etiam Sarmiento, quem ex Nauarra in *Apologia de redditibus, q. 1. monito 28. num. 10.* refert Vazq. *Opusc. de restit. cap. 5. §. 4. dubio 1. num. 9.* idem sentit Palat. *Kub. in repetit. cap. Per vestras, de donat. inter virum, col. 356.* & saltem peccare venialiter eligendo ordinarium pauperem, tenet Valerius de *utroque foro, verb. Electio, differentia 2. num. 4. in fine.* Qui idem existimant, quando pecunia fuit ad maritandas feminas relicta; quos probabiliter refert Diana 2. *part. tract. 2. Miscellan. resol. 21.* Sic etiam Alphonsus de Azevedo *conf. 24. dub. 4. num. 44.* & ante ipsum Sapientissimus Philippus Decius *conf. 72. num. 7.* his verbis: *Bona, relicta pauperibus, distribui debent inter illos, qui sunt pauperiores, &c.* Sic etiam Federicus de Senis, *conf. 95. num. 2.* Simon de Prætis, & alij, quos etiam refert Diana 2. *p. tract. 1. Miscellan. resol. 39.* licet ipse ibi in fine notet eum Conrado in *suis responsis, p. 1. q. 101.* non teneri ad restitutionem illum, qui, in testamento pauperioribus in omninate relicta, pauperibus dedit, licet malefaciat.

2 Tum etiam; quia si ex eo solum, quod bona hæc naturali iure pauperibus non pertineant, colligunt Authores, (vt Faustus in *speculo Confes. de restit. q. 176.* Vazq. & Nauarra, vbi supra, & alij) non pauperioribus, sed pauperibus posse fieri restitutionem: ergo, quia multi, vt refert Lelius *lib. 2. cap. 14. dub. 6. num. 35.* & implicite dicit probabile Malderus 22. *tract. 4. dub. 2. fol. 396. col. 1. in princ.* tenere videtur, ad pauperes naturali iure spectare, pauperiores erunt de necessitate eligendi.

Accedit etiam: quia sicut in communi sententia, bona hæc pauperibus solo positiuo iure, ac consuetudine pertinent (excipe Nauarram vbi supra, hoc tantum admittentem in bonis incertis, debitis ex delicto) sic etiam Beneficiorum distributio dignis, idest, la-

borantibus in virtute, & litteris, ex positiuo lege descendit: ergo sicut, hoc non obstante, digniores ad Beneficia, sunt, de necessitate iustitiæ, satis communiter, & meo videri (si de oppositoribus in concursu loquamur) euidenter, eligendi; sic etiam pauperiores erunt ex iustitia præferendi. Hanc ergo retinendo sententiam, nec præfate foemina restituere tenebuntur, nec Mercator, qui ordinem, de iustitia debitum, seruauit; contra quem stare nequit Religiosi contractus, siue onus impositum. Hac tamen relicta sententia, gratisque omissa.

3 Dico secundo, alia via esse in conscientia tutum præfatum Mercatorem, ex eo, scilicet, quod de his disponens, eaque bona fide distribuens, in nihilo factus sit locupletior. Imò ex hoc exculata etiam manent prædictæ foeminae. Ducor; nam sicut bona fides in distribuenda re Domini, post sufficientem adhibitam diligentiam non comparentis, efficit, vt, illo comparente, (& omitto sufficiens ad præscriptionem tempus) non teneatur pauperem, adhuc in specie extantem restituere; vt post Henricq. de *indulgent. cap. 34. num. 8.* tenet Doctus Nauarra *lib. 4. de restit. cap. 2. num. 45.* & alibi, 57. quos referunt Faustus, *q. 278. §. tertio colligo ex commun sententia, in medio,* & Lelius *lib. 2. cap. 14. num. 44.* sic bona (vt suppono) Mercatoris fides in distribuenda prædicta pecunia, efficit, vt quamuis alia foemina, quæ hic comparere non possunt, tanquam Dominus, ratione voluntatis, & applicationis, à Religioso factæ, siue validæ, siue inuolidæ, de quo infra, postea comparerent, à restitutione quocumque excusarentur euentu; licet primæ foeminae applicationem, à præfato Religioso factam, vt aliquid, verè promissum, acceptassent; quod ob illarum taciturnitatem, & omissionem in procuranda applicata pecunia, mihi non persuadeo.

4 Et confirmatur, nã sicut per distributionem in primo casu transfertur dominium, à restitutione in probabili sententia excusans; vt post citatos Authores, tenet etiam Bonacina *tom. 2. disp. 1. q. 3. puncto 4. propositione 4. num. 18.* cum Rebell *o. p. lib. 2. q. 12. sect. 3. n. 23.* referente Sotum, & Syluestrum, & cū Suario, & alijs; imò,

& cum Lesio; licet pro contraria sententia eum referat Faustus, vbi supra sic dominium, per similem distributionem in nostro casu acquisitum, à restitutione similiter excusabit. Imo, & à fortiori; si qui de maiori ratione haberet ius, si Dominus rei in primo appareret casu, ac habet, primo electæ à Religioso, foeminae comparantes. Sed hæc etiam probabili sententia gratis omittam.

5 Dico tertio; tam Mercatorem; quam præfatas foeminas à restitutione esse immanes; ex eo, quod præfatus Religiosus, de prædicta pecunia absque Superioris licentia disponere non valuit. Sic Turrianus 22. tom. i. disp. 84. dub. 3. Rodriguez in spiritualibus exercitijs, part. 3. tract. 3. cap. 15. Vazquez apud Turrianum, Hieronym. Cenedo, de paupertate Religiosa, dub. 24. num. 11. Layman lib. 4. tract. 5. cap. 7. num. 16. & hos probabiliter referens, Diana. 1. part. tract. de paupertate Religiosa, resol. 29. quatenus oppositam sententiam probabiliorē tantum appellat. Iddem sustinere videtur Filliucius tom. 2. tract. 28. cap. 5. fol. 318. num. 99. & Lesius lib. 2. cap. 41. dubio 9. num. 78. vers. 4. vt etiam notat Sanchez in sum. lib. 7. cap. 30. num. 3. in principio; vbi pro hac sententia quosdam sue Societatis Doctissimos tacitis nominibus refert. Alios similiter pro nostra sententia refert Faustus lib. 8. de voto paupertatis. q. 108. Videatur supra citatus Sanchez toto num. 3. vbi pro nobis plures, & vt assolet, satis docte congerit rationes. Vt omnes tamen non omittam.

6 Probatur conclusio hæc: quia huiusmodi administratio est pretio æstimabilis; & nisi personæ eligeretur industria, posset talis Religiosus, vendendo ius administrandi, illud transferre, licet ab his, quibus pecunia distribuenda est, nihil possit recipere: ergo, &c. Et confirmatur; etenim valde mirum est, posse illum, cui traditæ sunt pecuniæ, pauperibus distribuendæ, saltem partem sibi applicare, & non esse actionem hanc pretio æstimabilem, proindeque vendibilem: Sed primum tenet cum alijs Sanchez vbi supra: ergo, &c.

7 Tum etiam; quia (vt ait Turrianus) donans, per talem concessionem, post acceptationem, à Religioso factam, aliquo iure priuatur, nec potest illam reuocare, nec licite de bonis, Religioso

concessis, disponere; & hoc ius reuera in Religiosum transtulit, nempe, facultatem libere disponendi de illis bonis: ergo sine Superioris consensu non poterit illa facultate vti Religiosus absque peccato contra paupertatis votum. Imò talem Religiosum comprehendi in Bulla Clem. VIII. affirmant quidam.

8 Nec obstat, si dicas, dantem non transtulisse dominium dictæ distributionis in Religiosum, qui nomine non suo; sed dantis, talia distribuit. Non inquam obstat; etenim in hoc casu tria, prout ad nos attinet, reperiuntur. Primum, scilicet, quod distributio fiat in pauperes: Secundum, qualitas, seu electio pauperum. Et tertium, distributio maioris; vel minoris quantitatis distribuendæ. Ex quibus, licet primum, idest, distributio in pauperes, nomine dantis fiat, duo tamen alia Religiosi nomine facta censentur.

9 Adde, quod in nostro casu cum pecunia fuerit necessario per ius Ecclesiasticum, vel (vt alij dicunt) naturale, pauperibus eroganda, nulla est ratio probas, incertum Dominum vele, vt Religiosus tam magnam quantitatem; absque Superioris licentia, pro libito suo distribuatur. Quia ad minus peccaret venialiter; vt noniter tenere videtur Peirinius, tom. 1. de subdito, q. 2. de paupert. cap. 2. §. 9. fol. 545. in principio; quatenus cum à mortali excusat casu, quo à Domino detur quantitas pauperibus distribuenda: sed non est præsumendum, Dominum sic vele disponere: ergo. Ac proinde tam Mercator, quam personæ, quibus ipse de Prouincialis licentia, seu dispositione, talia distribuit, ab omni sunt obligatione immunes:

10 Sed, post hæc scripta, audiui quendam, & valde doctum, tertix ad præsentem casum solutioni contradicentem, sequentibus ductum rationibus. Tum, quia prædicta opinio non annullat factum. Tum etiam; quia quod Confessionis via accipit Religiosus distribuendum, nulla indiget Superioris licentia, Summo Pontifice illam tunc concedente, hoc que exigente Confessionis sigillo: Sic ille.

Quibus respondendo, fateor, sententiam illam non annullare, nec reddere irritum effectum, absolute factum iuxta informem Religiosi dispositionem,

nem, id est, absque Superioris licentia disponentis. Nomine tamen absoluti effectus intelligo traditionem, seu exercitam pecuniæ distributionem. Quod verò, sic iam tradita pecunia, non sit talis distributio irrita, non ex eo provenit, quod valeat Religiosus transferre dominium, adhuc valide, quod Religio, seu Monasterium per illum acquiserat; de hoc enim nec licitè, nec valide, per se loquendo, disponere valuit. Provenit ergo ex eo, quod, cum talis distributio, seu qualitas distributionis in eligendis prohibito pauperibus, sit quid accessorium ipsi pecuniæ, pauperibus necessario distribuendæ; & cessante principali, cesset etiam accessorium; *Reg. Accessorium de Reg. iur. in 6.* idèō distributa iam pecunia in pauperes, quibus ex voluntate dantis illam, aut ex positivo, vel (ut quidam dicunt) naturali, iure pertinebat, acquiriturque illius dominio per ipsos pauperes, nequit non cessare ius, quod per Religiosum erat Monasterio acquisitum; eo quod fundatum erat in distribuenda pecunia, tanquam in principali; cuius principalis dominium est iam cum absoluto effectu in pauperes translaturum, aut ex voluntate Domini dantis, aut ex aliquo iure, ex prædictis, in favorem Domini, ut dixi.

11 Hoc, inquam, fateor: ob idque tuta conscientia retinet persona illa distributam, traditamque pecuniam, iuxta Religiosi voluntatem, licet informè. Aliud tamen in presenti casu contingit; etenim Religiosi dispositio circa quantitatem principalem, quæ supererat, non dum habebat effectum; proindeque erat apta per Superioris licentiam formari, vel de eius dispositione emendari, & irrità impeditivè fieri; quia de tali actione, vel (quod idem est) de tali iure, quod habebat Prælatum ad disponendum de prædicta quantitate in, quos pro libito, pauperes voluisset, stante ipsa pecunia, nec licitè, nec valide potuit Religiosus disponere. Et ratio est; quia de illa libera dispositione, vel distributione, acquisivit Religiosus, in hac probabili sententia, dominium, consequenter in Monasterium translaturum: ergo ubicumque tale ius fuerit inventum, vel (ut melius dicam) ubicumque inventa fuerit actio libere de prædictis bonis, iuxta Religiosi voluntatem, disponendi, spectabit uti

que ad Monasterium, tanquam ad Dominum. Atqui in presenti casu, non dum erat quantitas illa pecuniæ distributa, & alias iuxta informem Religiosi distributionem erat distribuenda: ergo accedente Superioris voluntate, antequam prædicta pecunia fuerit distributa, eius dispositioni standum erit. Vnde Religiosus, hac retenta sententia, nec licitè, nec valide potuit alicui ius, semel acquisitum, ad distribuendam prædictam pecuniam conferre; proindeque nec prædicto Mercatori valide fuit collarum.

12 Probatum hoc totum (& demum casum, in quo talis pecunia cum tali actione à Religioso manifestaretur Prælati suo, in cuius iam esset potestate.) Igitur, si hoc in casu, talis Religiosus aliquibus pauperibus prædictam distribuere pecuniam, explicando illis distribuendi, seu dandi pecuniam voluntatem; licet illi talem distributionem, ut quid de facto vere promissum, acceptassent; quis diceret, non posse Prælatum, hac retenta sententia, aliter de prædicta pecunia pro libito suo disponere; & quia retinet pecuniam; & quia in liberam illius distributionem ius habet, per voluntariâ subditi illâ distribuendi intentionem? Nullus sane. Licet ergo in Mercatoris potestate, quasi in Deposito, sit pecunia, pauperibus aliàs distribuenda, poterit Superior de illa pro libito, iuxta Testatoris voluntatem, disponere; siquidem libera illius distributio ad Monasterium pertinet, ut pote per solam Religiosi voluntatem in Mercatorem non translata.

13 Nec obstat, quod huiusmodi pecunia sit via Confessionis acquisita, ut ratione sigilli possit Confessor, etiam Religiosus, absque Superioris licentia (quia Summus Pontifex illam concedere censeatur) de illa pro suo libito disponere. (Et hæc est secunda ratio in contrarium.) Non, inquam, obstat; quia si in Confessione prædicta pecunia fuisset à Domino tradita Confessori, tunc perinde esset, ac si extra Confessionem daretur. Nam regulariter loquendo, & præcipuè in nostro casu, nullus scire potest (etiam explicato Donante) an pecunia illa sit à pœnitente, tanquam à Domino vere donata; an ab illo restituta ob iustam, vel iniustam receptionem: ergo nõ currit sigilli periculum violandi. Li.

centia autem Summi Pontificis necessaria non esset, si violandi sigilli periculum adesset, extra quem casum solum concessa præsumitur in necessarijs rebus. In præsentem autem casum, dato, quod necessaria foret talis præsumpta licentia, esset tantum ratione periculi violandi sigillum, quod nullum est. Nec Confessor aliquis, per se loquendo, tenetur pecuniam, a pœnitente debitam, accipere, ut illam restituat. Quare quod supra resolutum est probabile iudico; sicque firmavit Doctissimus ex nostris Calceatis Patribus, Reuerendissimusque P. Mag. Ledesma. Vnde sic iudico salua, &c.

CASVS VIGESIMVS tertius.

QUIDAM (& non pauci) falso inixto fundamento, sapius fuerunt impedita causa, ne fideles Missarum stipendijs Religiosos adiunarent.

Quæritur; an restituere, & quid, teneantur?

CASVS RESOLVTIO.

OB qualem, qualem absque fundamento loquellam; ob quendam, reuera sine ratione sparsum sermonem; sicque diuulgatum, ut in commune (proh dolor) proloquium abierit; hoc scilicet:

*Religiosi ob mare magnum habent, posse
Vnica Missa pluribus stipendijs satisfacere:*

Propter hanc (inquam) sic extensam doctrinam, sine comite, sine duce, iudico, ad minus cognito; & ideo temerariam; falsam ideo, quia in falsa maris allegatione fundatam; ideo non piam, quia à Charitatis zelo alienam; iniustam ideo, quia nullum vnquam, in ore eius iustitiæ locum inuenit; ideo periculosam, quia Religionis, ad instar maris elatas, vsque ad cœlum elationes, sine securæ veritatis puppi, sicco vestigio exuperare conantem; sed amarâ sanè, quia ex allegati maris amaritudine ortam. Propter hoc publicum, quasi facti, mendacium, de sua falsitate, etiam iuris publicitate vincendum; ob hoc (inquam) & non leue, damnum, (à quo turbido fonte, & si priuatim scio; publice ta-

men, ignoro) in omnium Religionum detrimentum; tyrannica redundans inuidia; propter hunc etiam, omni absque titulo communem, vulgi errorem, (Doctos excipio) ad destructionem distributiua, (ne dicam, commutatiua, saltem consequenter) iustitiæ, celeri cursu properantem, in arenam, aduersus eam, exit modo inuencibilis veritas pugnatu-
tura.

2 Veritas namque, vsque adhuc erroris occulta velo, mortificata, & deiecta, ex nunc, pro nobis erecto collo, & ceruice pingui armata, reuulset in expugnabilis bellatura. Quoties vsque nunc cum dolore Missarum stipendiâ, ut panem, & non indebitum, pollulauimus, & negantia pro responsione verba dolorem nobis super dolorem addidere? Quoties, aliquibus Religiosis, quasi paruulis despectis, licet tolerantia magnis, accidit, quod semel illis Hieremiæ contigit; *Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis?* Exeat ergo nunc in expugnabilis pro nobis veritas, quæ non petram; sed amarissimi maris scandalum funditus euertens, tristissimum illud eloquium in latum conuertat sensum, & pro voluptate, ad instar erroris, quasi veritatis effluxionem restrictione reuerberet; quo sane victoriam, dolore extincto, feliciter decantabit.

3 Duo igitur sunt, quæ in dubium vocari possunt. Primum est: an prædicti teneantur, quæ abstulerunt à nobis, Missarum stipendia satisfacere? & hoc non affirmo. Secundum est; an à prædicta opinione falsa teneantur desistere; & illam contrarijs dictis extinguere funditus? & hoc affirmo, euentissimis infra rationibus comprobandum.

4 In primis tamen, licet antiquitus in aliquibus fuerint Religionibus, vel in aliqua, facultates, seu Pontificia priuilegia, ut recepta, licet plura, (hodiernâ scilicet) stipendia pro paucis licet sacrificijs, in congruam absque vlla computarentur iniustitia, ut infra dicam; nulla tamen hodie talis gratia viget. Quod si credere noluerint increduli, contrarium probent, ut rectè procedant. Quæ enim in factis consistunt, probari debent. Et alleganti priuilegium, illud probare, seu ostendere incumbit. Et testor Deum, nullum, quod sciam (& si foret, certo scirem) in mea Religione adesse
si.

simile privilegium. Sed hoc ad finem huius resolutionis relicto.

5 Ad aliud veniamus oportet mare magnum; quod (& accomodatitè loquor) licet spaciosum manibus, id est, re è operationi, in eo tamen si tot adherent, ita vt numerari non possint; nam illic reptilia, quorum non est numerus: (Cecinit Cytharisticus Rex) ignoro tamè, qui sint isti. Et ne aliqui, vel patrimonio, vel hereditate, vel aliter, magni, apparènter saltem gloriantur, se adhuc in huius littore maris non habitasse; attendant, quod in Davidica sequitur prophetia: *Animalia (inquit) pusilla cum magnis. Spaciosum (inquam) est mare manibus, non manui, sed vtriusque personis Ecclesiasticis, tam Religiosis scilicet, quam Dominis Clericis secularibus. Sed mare hoc magnum, & ad operationem congrua satisfactione compensandam, sanè spaciosum, sanè Religionum naues secure, sicco veluti velligio, vidèò trāsfrètare, teste Davide: (mytice si loquar) illic naues pertransibunt.*

6 Et licet, quia manibus spaciosum, in nostri etiam commodum libere aptari valebat; at antiquam illam libertatem Pontificio, & Religionis nostræ, præcepto sub censura amissimus. Quæ præcepta, an iuri ad congruam naturali derogant? nõ est præsentis instituti. Quod si Domini Clerici sæculares Pontificia etiã lege ligantur; audiui tamè quèdã dicentè, naturali lege illis debitã esse congruã, de altari (vt infra dicã) deducendam; quam, quia alia Summus Pontifex non præstat via, hac impedire non valet. Quæ solutio, si vera foret, pro nobis stare nõ valet, cum in omnibus congruam à Religione accipiamus, vt experientia probat. Huic ergo mari magno, & spaciolo, si Domini Ecclesiastici sæculares possunt, vt adherent, euasione aliquã inuenire, ipsi videbunt. Sed iam conceptum explicare volo.

7 Est ergo hoc mare magnum, vt ad præsens attinet institutum, illud Apostoli. *Qui Altari seruit, de Altari viuere debet:* quæ Doctoris gentium verba, quo modo, qua extensione à varijs accipiantur Doctoribus, non est etiam præsentis instituti. Et fateor, non esse facile, cuilibet Sacerdoti stipendium pro sustentatione congrua assignare iuxta prædictam Apostoli sententiam. Quodcumque ta-

men pro congrua fuerit explicatum, vnus stipendij limites, siue materialiter, siue formaliter, excedens, tam Dominis Clericis, quam Religiosis pro libertate concessum (si vera est prædicta circa congruam ampliatio, quam falsam existimo, ac proinde nullis, Dominis scilicet Clericis, & Religiosis, suffragari, de quo alibi) totum hoc, ipsis in stipendium datum, minus (cæteris paribus, seruataque proportione) minuit (si forte aliquid minuitur) satisfactionem, impetrationemquè; ac si Dominis Clericis applicaretur. Quod sic probò (eoque probato, probata remanebit iniuria, & iniustitia, de quã in informi, ac proinde obligatione extinguendi falsam famam, & introducendi bonam non minus Religiosis, quam Dominis Clericis debitam.) Igitur sic probò: expressius, clariusque aduertendo, quod ea, quæ secundum antiquas referam sententias, nullo adhuc probabili fundamento nituntur. Sic ergo probatur.

8 Tum; quia si congrua ad solum victum extendi potest, magis vtique de Missarum stipendijs, in lautis DD. Clericorum cibarijs, vt in plurimum, quam in victus nostri qualitate, & quantitate consumitur; cum etiam toto fere anno ieiunijs astringamur. Si vero congruam, de sacrificiorum stipendijs ad victum protendas, plus illi, quam nos de talibus stipendijs ad prædictum effectum, tam qualitatiuè, quam quantitatiuè, necesse est, deducant. Si ad habitationem, & seruitium congruam extendas sustentationem; quid dicam? Cum ad vnumquemque Dominum Clericum necessaria sit habitatio, quæ aliàs pluribus sufficeret Religiosis. Et necessaria sit etiam famula, & famulus, domus ve ornatus, quibus omnibus non indigemus, saltem in particulari, vt experientia docet. Et si in cõmuni; vno, vel duobus famulis contenti sumus. Non enim à nostra est humilitate, in multis, alienus proprius labor, qui respectu DD. Clericorum per famulos debet impendi, vel, saltè, semper impenditur.

9 Tum etiam (& specialiter inter lectum, & lectum comparisonem efficio) quia DD. Clericorum lectis, per se magno pretio comparatis, acquisitis, & æstimatis, non desunt in primis tria (vt in plurimum) adminus lanea fulcra (ne dicam,

ca, plumea) deinde sindones, & non lini rudi; similiter ceruicalia ad capitis sustentationem. Rursum, pro repositis qualitate, potiuntur illi ostentatione, vel comoditate, vel utroque simul. Inter nos autem; duae sufficiunt tabulae *con dos frazadas, y una almohada de sayal, o estameña*, ad vnius Religiosi (ne dicam plurius) vitam agendam.

10 Tum etiam; quia haec omnia, quae pro congrua libero assignantur capti, si a DD. Clericis deferuntur, deducunturque ex sacrificiorum stipendijs; (quod nec iudico, nec suspicor, nec ab aliquo etiam dictum, credo) quotidie ita fiet ab illis, & non quotidie celebrantibus. Atqui nos ita ad quotidianam celebrationem astringimur, ut omittentes illam, poena ieiunij in solo pane, & aqua publice puniamur, & hoc toties, quoties; ut scripta ex lege potest constare: ergo, &c.

11 Tum etiam; quia nos Eleemosinas in maiori quantitate, quam stipendia, receptas, in congruam, saltem ob paupertatis votum, computamus; ut patet. Quibus quia Domini Clerici carent, tota congrua ex Missarum stipendijs deducenda erit, si praedicto mari magno, & spaciofo, omnibusque, quantum de te est, communi, licitum est uti; quod falsum est.

12 Tum tandem; quia nos plura alia habemus, quibus stipendorum excessus (pro nunc gratis concessus, nunquam tamen pro veritate admissus) posset compensari; cum non solum toto fere ieiunemus anno, alijsque abstinentiae operibus obligemur; sed etiam in disciplina, ter in hebdomada recepta, in mentali oratione, cui omnibus diebus, adminus per duas horas, vacamus; & in multiplici vocali, tam in communi, quam in particulari, ut constat; & in alijs non leuis asperitatis operibus frequentissimè occupemur. In quibus omnibus, vel formaliter, vel aequaliter, etiam, qui Sacerdotes non sunt, comprehenduntur.

13 Et si forte praedictum, quod iniuste patimur, naufragium, ab aliquibus Ecclesiasticis ortum habuit, atque principium; quod non credo. Rogo tamen, ut attendat praedictis. Deinde, ne oculos auertat a quotidiano labore, quoad oves suas, si Parrochi sunt, vel Beneficiati, quem in illis instruendis, confitendis, adiuuandisque praecipue in mortis articulo exhibemus, & sustinemus. Et omitto alia; quia cum iam dictis, & propositis omnes Regulares speramus, praedictum sparsum ramo-

rem, quem saepius audiri, finem habiturum.

14 Sed dato privilegio aliquo, a Summo Pontifice concessio, quis non videt, maiorem adhuc securitatem in omnibus habere illos, qui nobis, quam Dominis Clericis, praestiterint stipendia? Ratio est manifesta; nam, si, posito privilegio, plura respondeant cuilibet Missae stipendia; quis dubitat, tantum valoris de Thezauro Ecclesiae esse absque dubio applicatum, & posita dispositione receptum, quantum erat per plura adhuc sacrificia applicandum? Et vnde constat alios, hoc carentes privilegio, gratis ad intentum concessio, non uti privilegio illo, illo è mari magno, (nam sic publica fama appellatur) in verbis D. Pauli fundato cum appareatis tantummodo probabilitatis contingentia? Ego hoc non iudico; imò nec suspicor; possibile tamen est.

15 Nec desinam etiam latentem intra gremium huius maris sinum, in quo, qui nam demeriti sunt, ignoro, & si sciam, illis potius esse miserendum, quam invidendum. Ij namque manifestam inferunt praesentibus stipendia iniustitiam, sic, ut cupiditate peccuniarum, temporaliumque bonorum ducti, & decepti, quasi in via abierint non bona, & errore effusi sint, & in contradictione perierint. Sinus iste sic se habet; *Potest Sacerdos pro Sacrificij parte, sibi correspondente, aliud deferre stipendium, si illam offerat pro illo, quem ei stipendium praebet.* Sed dices: sinus iste quomodo latens est, & occultus, si ipsius amica fama sic volat, ut quasi per plateas decurrat? Sed ideo dico latentem, & occultum esse sinum, quia etiam publice practiceretur cum gaudio, sub ovina tamen pelle quasi fur, lupusque rapax incedit. Raptorem, furantemque esse praedictum sinum, & qui in ipso includuntur, sic euidenter ostendo.

16 De essentiali, vel intrinseca ratione contractus est aequalitas seruata: qui ad tale confugiunt sinum aequalitatem seruare effugiunt; ergo contractum; ergo iniustitiam amplectuntur. Maior est certa. Minorem probabo: si quis vendat Petro equum solum probabiliter suum, (& aufero illius possessionem, ad conferendum dominium sufficientem) non explicata probabilitate dominij, & deferat pro illo iustum alias quomodolibet pretium; manifestam facit iniustitiam, quia aequalitatem non seruat: hoc idem contingit in deferentibus occulte stipendium pro parte, sibi meritis correspondente. ergo. Probatum Minor: ideo vendens equum

probabiliter sum modo dicto, equalitatem non seruat, & iniustitiam facit, quia certo phisice pretium recipit, & solū probabiliter equum tradit: at qui Sacerdotes, pro parte, sibi metipsis correspondētes, stipendium deferentes, certo phisice stipendium deferunt; solum probabiliter partem sacrificij applicant; quia certum est, illam esse solum probabiliter applicabilem: ergo equalitatē non seruant. ergo iniustitiam faciunt: ergo sub ouina pelle rapaces lupi existunt. Atqui hæc damna, & incōmoda omnino cessarent si verum Pontificium diploma adfuisset ad plura pro vno Missæ sacrificio stipendia deferenda; cum Pontifex de Thesuro Ecclesiæ quidquid aliās defuisset, suppleret abundantius: ad quid ergo, casu, quò priuilegia adessent, illa calumniantur, & nos propter illa?

17 Sed dices, alios etiā DD. asserere, nō tantum applicari de parte (aliās applicabili certo) ipsius sacrificij, quando a duobus accipiuntur stipendia plura, ac quando ab vno solum vnum accipitur stipendium: & nihilominus excusantur probabiliter sic operantes: ergo, &c.

Respondeo tamen; & quia durissimum est tot tantorumq; Doctorum condemnare, vel improbare sententias, quando aliquomodo saluari possunt; dico, quòd, cum ex illo Pauli, *Qui altari seruit, de altari viuere debet*; deducenda sit cōgrua, quæ quoad quortā varie à Doctoribus assignatur; & ex alia parte æqualitas in cōtractu seruanda sit iure naturæ in quantum potest, dico (inquā) quòd in hoc casu nō deficit æqualitas in proprietate, seu cōmutatione rei datæ, & pretij (vt sic loquar) accepti, sed solum in valore rei, penes magis, & minus; quòd si bona fide quis efficiat, non tollit cōtractus iustitiā; quia reuera applicat, quòd applicare potest. Et quia probabiliter iudicat, partē, quā applicat certo, & quæ præbentibus stipendia certissimè applicatur de iure, & de facto, si dispositi sint, esse tantivaloris, vt pluribus sufficiat, vel vt adquet duorum stipendia, ideo cōmuniter ab iniustitia excusatur. Sit manifestū exēplum in vendente rem suam, quā alij probabiliter dicunt valere centum, alij 150. alij 200. &c. Hic enim si rem certò suam tradat emptori, quamvis supremum deferat pretium, probabiliter tātum iustū, non facit iniuriam; quā in omniū senten-

tia efficeret, si res illa vendita solū probabiliter esset sua; nisi contingentia probabiliter explicasset emptori; sic similiter valor sacrificij, de se certò applicabilis, iuxta aliquos, est infinitus, (quòd ego verū existimo) iuxta alios, & si finitus sit, non tamen ita breue est paliū, vt multos cooperiri non possit. Et si alij dicant contrarium, sitque probabile, quia tamen hoc quoad solum excessum valoris est, ideo ab iniustitia excusatur.

18 Nec obest, quòd in venditione rei explicatur, & valor probabilis eius, & similiter pretium; quòd non cōtingit in sacrificijs, & stipendijs; quia pro vno tantum stipendio, offerendum promittitur sacrificium. Non (inquam) obest: nā hoc fit ob redimendam vexationē; sicut qui equum, quem sustentare non potest, ob solum cibum conducit, potest iuxta Molinæ, & aliorū sententiam, occultè à cōductore accipere solitum pretium; nam promissio illa fuit coacta; & sicut equū cōducens irrationabiliter est inuitus, sic qui solum sibi vult applicari Missam, paruum præbens stipendium, &c.

19 Sed Clarius hoc probatur hoc modo: inæqualitas est substantialis, & quæ cū cōtractus valore non compatitur, si vnus contrahentium probabiliter tantū cōferat rei, in cōtractum adductæ, ius, & dominium, & alter, hęc contingentia dominij ignorans, certū conferat dominium pretij in alterū pro re, quā vendit: ergo omnis de facto cōtractus cū cōtingētia iuris, vel collati dominij ex vna parte, & cū certa iuris, vel dominij collatione ex altera, si contingentia ignoratur in vno ex contrahentibus, est de iure nullus. Cōsequens est legitimū, & simul cū Antecedenti probatur, repetendo appositum de equo supra exēplū. Nam qui in agro videt equū, quē probabiliter solū existimat esse suū, & illū, non explicata dominij cōtingētia, alteri, vel pro pretio infimo, medio, vel supremo, vendit, accepto pretio, & in illud certò collato iure, & dominio, nullū efficit cōtractū venditionis, vt apud omnes certum est, & ipsum naturale demonstrat ius: ergo quia est substantialis inæqualitas, probabilis tantum de aliqua re iuris, vel dominij collatio, pro certa, de pretio, eius, collatione dominij. Nam substantialis inæqualitas in cōtractu, de facto celebrato, illum de iure nul-

nullum demonstrat. Euidens ergo est Cōsequens illud; scilicet, omnis de facto contractus cū contingentiā, vel probabilitate iuris, vel collati dominij ex vna parte, & cum certa iuris, vel dominij collatione ex altera, si contingentiā ignoretur in vno ex contrahentibus, est de iure nullus. Hucusque iudico neminem dissentire posse.

20. Sic ergo prosequor: igitur cum probabilitas versetur sententiarum circa applicabilitatem partis Sacrificij Missæ, correspondentis Sacerdoti, ita, vt probabile sit, ipsum non posse prædictam partem alteri applicare, probabile etiam erit, ipsum non habere ius, & dominium in tali parte, quoad effectum, illam alteri applicandi: ergo occurrente casu, quò quis Sacerdoti præbeat stipendium vñ, quodcumque sit etiam inimum, vt Sacerdos pro eo sacrificium offerat, non contrahet validè cum dante stipendium illud, si solam partem, sibi correspondentem, Sacerdos applicet. Patet Cōsequens: nam præbens stipendium, certum de illo in Sacerdotem ius confert, & dominium; Sacerdos verò solum probabile conferenti stipendium ius præbet in partem, sibi correspondentem. Hucusque etiam nullum fore existimo, qui hoc pro certo, & euidenti admittere non teneatur. Nam ratio, supra posita, cum sit in vniuersali principio, & certo fundata, ad omnia indiuidua, omnes vè species equaliter contrahi debet. Igitur vnusquisque tenebitur quidquid cōtra hanc veritatem obiectum fuerit soluere; & si quò obiectum fuerit, ab aliquibus Authoribus, aliàs probabilitatem habuerit, vel explicari debet, vt salua maneat prædicti principij certitudo; vel si explicationem sustinere non possit, omnino negandum est, tanquam veritati contrarium. Nam certitudo omnem contrariam aliàs quomodolibet oppositionem excludit. Ergo si explicationem, solutionem vè ad obiectio nes supra adductas, quis recipere recusa uerit, persisteritque, & affirmauerit, obiectio nes adhuc esse contrarias, illas falsas reputate tenebitur; eo quòd contra certitudinem nulla possit esse contraria probabilitas, vt patet.

21. Vt autem (quia Scholasticorum modo proceditur) quæ desunt, obiectio nes, earumq; solutiones non omittam.

Dices iterum: qui pro vno sacrificio duplex ab vno stipendium accipit, solā vñ præbet applicationem, cum stipendium præbens duplicatū duplicis sacrificij applicationes in cōtractum, quantū est ex se, deducat; atqui idem est (imo pius) rē nullatenus applicare, ac rem, probabili ter solum inapplicabilem, pro alio, offerente stipendium certum, offerre; & tamen rigidum est negare probabilitatem in Sacerdote, pro vno sacrificio duplex stipendium, communiter taxatum, deferente: quomodo ergo lishæc componenda est?

22. Respondeo primò, quòd, si probabilitas hæc componi non possit cū certitudine illa contraria, per locū ab intrinseco sequitur, illam vsq; modo cum probabilitate durantē sententiam ex nunc, ne excludatur certitudo, fallam esse declarandam. Nam certè inauditum est, & valdè mirādum, admittere probabiliter oppositionem contra cognitam, acceptatāque euidentiā; & si ridiculum est, (vt vulgari idiomate loquar) *descomponer aun santo por componer a otro*; maiori risu dignius erit, *Quitar el honor, y estimacion que a la certidumbre se dane, por darfela a la sentencia*, quæ, ob oppositionem, quæ cum euidentiā dicit, falsa esse debet.

23. Quòd si aliquis principium illud, supra adductum, pro certo non acceperit, ostendat rationem, vel Authorem, tale quid affirmantem; quem fateor me non vidisse. Etenim pro certo, & euidenti accipere tale principium, & negare, quòd dico, manifesta est implicatio, vt consideranti patebit.

24. Respondeo tamen secundò, præter superius dictas solutiones, componendo prædictæ sententiæ probabilitatem absq; contrauentione veritati talis moralis principij. (Et loquor præscindendo pronunc à decreto, & Constitutione Urbani VIII. quæ intenta vnicum tantum valet pro vno Missæ Sacrificio accipi stipendium.) Igitur, si duplicatum præbens stipendium; de duplici applicatione sacrificij conventionem cum Sacerdote efficit, facillè potest Sacerdos in duplici Missa pro illo, & pro alio, alia duo stipendia tribuente, applicationem efficere; sic que pro ambobus duplex efficitur applicatio. Quòd si dicas conuentam applicationem, ex intentione dantis stipendium debere intelligi priuatiuè, hoc

est, cum exclusione alterius applicationis pro alio, iniusta videtur petitio; quia contractus solum tendit ad hoc, vt stipendium recipiens ex iustitia teneatur applicare pro dante stipendium; cum quo rectè compatitur, vt ex charitate, vel alio ex motiuo, possit Sacerdos eandem partem applicabilem pro alijs applicare, vt supra dixi.

25 Dices secundò: in exemplo venditis equum, vel picturam, &c. solum posse dari triplex pretium vulgare, scilicet infimum, medium, & Supremum. In cògrua autem Missæ elemosyna, quidam dicunt attendendam esse Superiorũ taxam communem, scilicet. *A real y quarto rillo, à real, y medio, ò à dos reales*; quidam vero hoc aliquantulum augent; quidam duplicant; alij triplicat; alij amplius addunt; & denique alij, amplissimè loquentes, stipendium debitum, vel licitum, in maximam extendit quantitatem. Ergo cum triplex rãtum sit vulgare pretium, & hic duplicetur triplicitas, vel plures ex his sententijs improbabilis sunt, vel clare apparet, illas cũ dicto principio comparari non posse; quia parũ refert, quòd in iustitia fiat in applicãdo eo, quòd de certo applicabile non est, ac in deferendo excessu in stipendio, quòd de certo deferri non potest.

26 Sed dico ad hæc, primo, quòd vnus quisque, a pretiis equum, Picturam, &c. vel se habet vt lex, legale pretium indiuisibile faciēs; vel respectu eiusdem triplex debet vulgare pretium assignari. Si primum nollis, concede secundũ; ex quo constat, quòd respectu cuiuscumq; hominis, valorẽ rei cognoscentis, assignari debet, & potest triplex pretiũ, infimum, medium, & supremum. Quale autẽ pretium signatum censeatur, quando dicit, equum, vel Picturam valere, v.g. centũ? Dico, quòd si hoc non explicet, & aliàs erga nullũ ex contrahentibus affectu ducatur, debet intelligi de pretio medio; nam tunc nullus est titulus, per quẽ magis velit fauere vni, quàm alteri. Sic similiter dico in taxantibus stipendiũ respectu Sacrificij Missæ. Nam vel isti omnes, & singuli, taxant legaliter, iuxta illud Apostoli. *Qui Altari seruit, de Altari viuere debet*: vel taxant vulgariter, sicque censentur (si Authores taxantes Sacerdotes sint) taxare in supremo; si non in medio, vel infimo, dũ aliud non explicant, vt explicare solent.

27 Deindè, præbentes stipendium teneant, & si ex conuentione de facto velint, integrã ex iustitia applicationem Sacrificij, de iure tamen irrationabiliter procedant, attentis varijs DD. sententijs; (& iterum non loquor post decretũ Urbani VIII. cum quò vsq; ad apices me cõformo) vnde interpretanda est eorũ voluntas debito modo; quamvis Sacerdos nõ explicet, quid facturussit. Quia, tacèdo, vexationem suam redimit, quòd potest efficere, vt in exemplo, ex Molina supra adducto, clare constat; & quia in proprietate, & substantia rei applicatæ, quia applicabilis est, nullam facit iniuriam; cum reuera applicet, & applicatio teneat, ipsi autem, præbenti stipendiũ, incubat plus, minuisse, de sacrificij valore, de se applicabili certo, iuxta dispositionẽ accipere; & hoc de certo, si velit; quòd, tanquã certum, non reperitur in applicante id; quòd solum probabiliter applicabile est, vt patet. Hinc prouenit, quòd in maiori, vel minore pretio, intra latitudinẽ probabilitatis accepto, & deducto, non censeatur rationabiliter inuitus emptor rei, cum hoc cõmuniter supponatur notum à personis, cuiuscumq; conditionis sint; & sit rationabiliter inuitus in traditione, vel applicatione rei, probabiliter tantũ propriæ quoad hunc effectũ; quia de hoc, iuxta ius naturale nulla supponitur in tradente pretium implicita, seti virtualis notitia, seu voluntas. Quippè nec est conditio, quæ natura sua inest contractui; nec de illo stipendium certum præbens sciẽtiam debet habere; nec, per se loquendo, potest, nisi ab applicante talem partem instruatur. Vnde applicatio talis partis, Sacerdoti correspondentis, nõ est onus, quòd sustinere debet stipendium præbens; sicut est, quòd Sacrificium celebrans sit Baptizatus, vel verè ordinatus Præbyter. De his enim cognitio certa haberi non potest; & sic cum tali onere contrahunt, & stipendium dans, & Sacerdos illud accipiens. Cumque non sic se habeat applicatio partis, Sacerdoti correspondentis; si hæc à præbentibus stipendium ignoratur, & quòd applicabilis sit non excedit probabilitatis limites, iniustum omnino est, sic decipere stipendium præbentem, & talis applicationis omnino ignarum. Ergo ad intentum in informi contentum.

28 Hæc sunt ergo, amice Lector, quæ his temporibus, vices maris magni efficere valent. Nam priuilegium nullum est, nec, quoad hoc aliqua a Summo Pontifice concessa gratia. Sic illis ergo, qui absque fundamento dicunt, Nos, cæteraque Religiones habere mare magnum; hoc est priuilegium ad deferenda plura pro quo libet Sacrificio Missæ stipendia; primo rogamus, quod illud ostendant; quod nunquam efficient. Secundo, si volunt quod Nos illis fidem præbeamus circa rectitudinem, quam semper obseruant, deferentes tantummodo pro vno Missæ Sacrificio, vnicum stipendium; quam ex Charitatis debito libenter offerimus; aduertant etiam, Nos nil aliud postulare. Vnde sicut nos fatemur; illos incertitudine, & non in probabilitate; ambulare; eandem, rogo, fidem nobis exhibeant in his, quæ hic pro nobis sunt allegata; vt sic, omni semota inuidia, absque mutua iniuriantia, seu dehonestate; nobis, & ad inuicem, procurantes, viuamus. Vale.

CASVS VIGESIMVS quartus.

RELIGIOSVS quidam ex Domini Nuntij dispensatione sæculare habuit Beneficium, cum clausula collatum, vt intra annum nouam illius obtineat à Summo Pontifice prouisionem.

Quæritur, an vacet tale Beneficium, tali prouisione intra annum non obtenta; & illo anno transacto, iniuste talis Religiosus illud retineat?

CASVS RESOLVTIO.

1 **Q**UIA præsens difficultas facilis est, breuiter respondeo, tale Beneficium non vacasse, sicque necessariam non esse nouam collationem. Ductor; tum, quia illa verba, *Dummodo intra annum, &c.* posita à Domino Nuntio, non sunt conditio, sed modus, vt rectè Thomas Sanchez *tom. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 26. num. 3.*

2 Tum etiam; quia institutiones Beneficiorum sunt actus legitimi, qui non recipiunt conditionem, iuxta *leg. actus,*

ff. de reg. iur. & cap. Actus, eodem tit. in 6. & pater ex cap. Quam pro, 1. quest. 2. & tenent Glos. capit. Si gratiose de rescript. in 6. vers. à Romano, & 7. quest. 1. cap. Pastoralis, vers. Gubernare, Panormit. cap. Significasti; de electione, num. 5. Francus cap. 2. de election. in 6. num. 4. Sebastianus Sapia ad Panormit. dicto cap. Significasti; vers. In aliquo; vbi docent, solum Papam posse absque simonia vitio; has conditiones apponere. Imò nec ipse etiam Pontifex id potest, quando simonia est de iure Diuino; vt cum Panormitano tenet Sanctius vbi supra.

3 Tum etiam; quia hæc dictio, *dummodo* adiecta actui perfecto, non induit conditionem, sed modum; vt rectè Thomas Sanchez *lib. 3. de matr. disp. 33. numer. 2.*

Tum denique; quia quando actus institutus est, vt statim sortiatur effectum; non recipit conditionem; repugnat namque conditio naturæ talis actus; vt bene Couarr. *4. decretal. 2. p. cap. 3. initio. num. 3. & Sancti. vbi supra, de hoc rationem reddens.*

4 Confirmatur hoc primo, ex *leg. Mania, ff. de manum. restam.* vbi lex illa dicit, quod libertas relicta seruis sub hac conditione, *vt per annum assistant monumento,* non cessat; eo quod conditio non est impleta; licet possint serui ad hoc compelli.

5 Confirmatur secundo, ex Glos. alios referente, quam sequitur citatus Sanchez *in consil. cap. non potest, de Prebendis in 6. vers. Retinere;* vbi dicit, quod si Pontifex conferat alicui Beneficium duplex, dummodo in altero ponat substitutum, licet non ponat, valet collatio, compelleretur tamen ponere; ergo, &c.

6 Confirmatur tertio, ex eo, quod collatio huius Beneficij non fuit ad tempus; quò modo solus Papa concedere valet; vt rectè Glos. *cap. unico, de Cappellis in 6. vers. Perpetui;* & ibi Francus, *numer. 2.* Quod etiam sequitur Dominicus, Abbas, Felinus, Sebastianus Sapia, Ananias, & alij, quos sequitur idem Sanchez. Et confirmatur tandem ex eo, quod si Pontificium breue afferretur, non esset opus noua collatione; ergo quia prima sortita est effectum. Sic Sanchez.

7 Nec obstat, si Bulla Pontificia dicat: *dispensamus, vt possis obtinere Cappellaniam;*

si promoueavis, instituaris, &c. Nam verba hæc tacite insunt, licet non apponantur; ex eo, quod, iuxta *cap. Beneficium, de reg. iur. in 6.* Beneficium nequeat obtineri sine Canonica institutione: ergo posita verba nil operantur, ac si apposita nõ fuissent: at qui, non positis illis verbis, valida supponitur collatio: ergo, & quamvis apponantur. Nam ea, quæ iure insunt, etiam si ab homine expressa fuerint, nihil operantur; ait Regula iuris.

8. Nec obstat etiam, si contra opponas *legem si ita relictum, §. illi si volet, ff. de legatis 1.* vbi dicitur; quod, si testator leget centum Titio, si volet, est legatum conditionale; secus, si leget simpliciter; & tamen conditio *si volet*, tacite inest, quia potest legatarius repudiare: ergo, &c.

9. Sed non obstat: nam respondet Sanchez citatus cum Panormit. *cap. Significasti, de elect. in 6.* Regulam illam intelligi, quando non alio modo apponitur; quam tacite inest: at in hoc casu non fit expressio, vt tacite inerat; cuius ratio est; quia, quando relinquo, *si volet*; suspendo effectum legati in euentum conditionis; quare nihil acquiritur Legatario, antequam voluntatem suam declaret, iuxta dictam legem, *Si ita relictum*; quando autem simpliciter legatur Legatario; etiam ignorantem, acquiritur, licet commutabiliter, si noluerit acceptare; eo quod dispositio est pura, iuxta *legem, Cum pater, §. Surda, ff. de legat. 2.* Itaque, quando lego, *si volet*, non confero ex me dominium, vsque dum Legatarij explicetur volitio; & hoc modo non inest conditio hæc, *si volet*, in legatis. Quando autem simpliciter lego, ex me dominium confero, licet sit ad me iterum commutabile, per nolitionem Legatarij, quæ semper inest. Per quod patet ad legem. Ergo, &c. Sicque iudico.

CASVS VIGESIMVS quintus.

PERRVS, v. g. scienter ante legitimam aetatem Presbyter ordinatus, non solum cum Episcopo ordinante, sed, & post, sæpius celebrauit. Deinde fuit illi, à Capitulo suspensus, & non denuntiato;

facta cuiusdam Beneficij collatio, absq; vlla irregularitatis, aliorumque impedimentorū absolute, quod per triennium sic possedit.

Quærit modo, an talis collatio valida sit, securusque sit in conscientia; vel, an teneatur Beneficium relinquere, fructus perceptos restituere, vel à Pontifice, super hoc dispensatorias literas obtinere?

CASVS RESOLVTIO.

RESPONDEO primò, salua semper communi pace Doctorum, talem collationem esse validam, vt potest factam non irregulari. Et in primis, quod per concelebrationem cum Episcopo, illum ordinante, irregularis non fuerit; tenent expressè Henriquez *lib. 13. cap. 10. num. 1. in Glos. lit. F. pag. mihi, 755.* & apud illum Medina, Sylu. & Mayolus. Item, Suarez *de censur. disp. 31. sect. 1. numer. 70.* Rodrig. Sayrus, Hugolinus, Quaranta, Auila, Naldus, & Homobonus, quos refert, sequiturque Philibertus *tract. 1. part. 5. cap. 3. numer. 16.* & ex ipso Nollet Leander cum alijs etiam ex Modernis. Sic etiam Ægidius, & Mercerus, quos, & Suarium, referens, sequitur Diana *5. p. tract. 10. de suspens. pag. mihi, 282. resolut. 37.* Sic etiam Additionator Nauarri *ad consilium 8.* Iddemque dicendum est de ordinato Diacono, vel Subdiacono ante ætatem legitimam, canentemque in Episcopi ordinantis Missa Euangelium, vel Epistolam; vt probabilius cum Suario notat Fagundez. Ratio pro primò (imò, & pro Diacono, & Subdiacono; casu, quo ad canendum se non inuitent) est; quia non ministrat tunc Sacerdos ex propria voluntate. Tum etiã; quia in Ecclesia communiter non recipitur illa Sacerdotum Ordinatorum celebratio pro prima Missa post ordinationem. Ratio autem pro omnibus est; quia (vt rectè notarunt Mercerus, Ægidius, Suarez, & Diana) tunc, moraliter loquendo, non censentur post ordinationem facta ea, quæ durante sunt ordinationis officio. Vnde miror, quomodo hanc sententiam falsam dicat Hurtado *tract. de suspensione, diff. 13. numer. 36.* Pro illa etiam posset (& a fortiori) citari Sà in alio simili, *verb. Irregula-*

ritas ex violatione interdicti, num. 3. per hæc verba: *Admittens interdictum ad celebrandum secum, non incurrit irregularitatem prima vice, quamquam communicet in crimine; sed secunda; oportet enim socium prius incidisse.* Hæc Sà: ergo, &c.

2. Quod vero per subsequentes celebrationes, scienter, & volūtariè etiam factas, irregularis non manserit. (Et non loquor de peccato mortali, quòd sanè committit per vnāquamque celebrationem antequam à tali suspensione sit absolutus, vel illa aliàs cesset) sic probò ex multorum sententia apud Sà, *verbo, irregularitas ex ordinis abusu, num. 7. in fine;* vbi hæc habet verba: *Quòd si quis sit suspensus solum ad tempus, multi censent, si celebret, non fieri irregularem.* Sic Sà: Bene verum est, quod ipse, *verbo suspensio ipso iure, num. mihi, 22.* loquens de Ordinato in sacris sine ætate legitima, aut dimissorij, aut extra tempora, sic habet: *est suspensus ab executione Ordinum, nisi fecisset absque dolo: & si Ordine utatur, non quidem quando ab Episcopo ordinatur, sed post (tunc enim solum incurritur suspensio) sit irregularis, nisi absit contemptus: requiritur enim præsumptio.* Sic ille; qui tamen ex multorum sententia, priora adducit verba. Ex quibus sic argumentor: sed suspensio, quam Petrus, ante legitimam Ordinatus ætatem, incurrit, est ad tempus, &, transacto illo, per se tollitur, vt, post Sà, *verbo, suspensio, num. 17.* probabilis tenet sententia Cordubæ, *casu 144.* & Soti *in 4. dist. 25. q. 1. art. 2. in fine,* cum Medina *in inst. lib. 1. cap. 11. §. 6.* quos, non improbens, refert Diana *5. p. tract. 10 de suspensione, pag. mihi 281. resol. 34. prope finem;* ergo, quia Petrus fuit ad tempus suspensus, per celebrationes, subsequentes concelebrationem cum Episcopo, iuxta Cordubæ, Soti, & Medinæ sententiam, non potuit fieri irregularis; proindeque ex hoc capite valida est collatio Beneficij. Tum etiā; quia, qui ante legitimā ætatē Ordinatus celebrat, etiam postquam ab Episcopo est Ordinatus, non incurrit irregularitatem, si absit contemptus (ait Sà, *verbo, suspensio iure, num. 22.* vbi supra, à Santissimo Inquisitionis Tribunali tolleratus) sed Petrus absque contemptu celebravit, vt ex informi apparet; ergo, &c.

3. Nec obstat primò, quod Capitulum, conferens illi Beneficium, suspensum ex-

titisset. Quia non erat denuntiatum; vt optimè, ante, & post alios Sà, *verbo, suspensio, num. 14.*

4. Nec secundò obstat, quod recipiens Beneficium suspensus fuerit. Tum, quia triennio possidens Beneficium pacifice, etiam mala fide, fit eius, dominus, secundum Nauarrum, & Regulā de trienniali possessione, (ait Sà, *verbo, Beneficium; in antiqua Antuerpiana editione, num. 14.* & etiam *in noua, per Sacrique Pallatij reformatam Magistrum.*

5. Tum etiam, quia, licet ab extrinseco sit probabilis multorum sententia, asserens, irritam esse collationem Beneficij, factam Suspenso ab officio Clericali; at tamen, probabilior est, quæ affirmat, non solum validam, sed, & licitam esse talem collationem. Sic Acunha *in decretum Gratiani, p. 1. dist. 71. cap. 3. num. 3.* Hurtado *de suspensione diffic. 4. num. 8. tract. de censuris.* & eos sequutus Diana *5. p. tract. 10. resolut. 2. pag. 272.* licet in tabula dicat, illicitam esse talem collationem. Iddem alij affirmant de validitate, licet illicitè fiat collatio. Hos Authores referunt, Hurtado (Mondexarensis inquam) vbi supra; & ex ipso, Diana supra citatus. Sic etiam Suarez, Ægidius Conitich. & Layman apud ipsum Dianam loco citato, dicentes, *ex cap. vltim. de Cleric. excommunicat.* solum esse irritandam talem collationem. Nec aliud probat *cap. Cum dilectus 8.* Quod, & alij etiam dicunt *ex cap. Quia diuersitatem 5. de concess. præbend.* licet secundum citatos Ægidium, & Layman, quos ibi sequitur Diana, prædictum cap. nihil dicat ad rem.

6. Fateor, iuxta communem sententiam, talem collationem esse irritandam, si suspensus in suspensione cum Beneficio per triennium perseueret; *ex cap. Cum bonæ memoria 8. de etate, qualitate. & ordine præficiendorum;* vt notat Hurtado vbi supra. Sed quia talis suspensio, gratis post completam ætatem concessa, est occulta, non habebit locum collationis irritatio. Imò ab illa poterit Petrus virtute Bullæ absolui, quando est occulta, in foro cōscientiæ; vt rectè Doctissimus Cornejo *in 3. part. tract. 5. de suspensione, disp. 4. casu 3.* quem, nihil definiens, refert Diana *5. p. tract. decimo, de suspensione, pag. mihi 281. resol. 34. in principio.*

7. Sed ne supra posita sententia, irregularitatem prædicto in casu negans, aliqui

bus ardua videatur. Responded, admissa adhuc gratis irregularitate collationem predictam esse validam. Quod, supponendo, prefatum Petrum esse irregularem, non publicum, sed (vt sic loquar) tolleratum, sic à simili, imò, & à fortiori, probò: nam collatio Beneficij, facta excommunicato tollerato, valida est, vt (licet singulariter) rectè Hurtado Mondex. *disp. 6. de excommunicatione, diffi. 2. num. 6. in fine, & num. 7.* defendit contra omnes, aut fere omnes Doctores; qui, iuxta extrauag. *ad euitanda scandala*, per quam tolleratur, dicunt, nullum ei esse fauorem faciendum; proindeque nec validam fore collationem. Ad quod, concessio, quod nullus sit tali præstandus fauor, dico, adhuc fore validam talem collationem; quia non intenditur per illam ei, sed fidelibus, fauere. Vide Hurtadum vbi supra.

8 Sed dato adhuc, quod de Irregularitate publice constaret, collatio Beneficij valida est, iuxta probabiliore mihi sententiam Sylu. *verb. excommunicatio 4. num. 4. Felini in cap. Inquisitionis, de accusation. num. 6. & Nicolay Plonij, quos probabiliter sequuntur Suarez disp. 4. sect. 2. Egidius disp. 18. num. 6. & Hurtado disp. 1. de irregularitate, diffi. 5. num. 21. pag. 657.* Ratio est; quia nullo dicta incapacitas iure constat. Nam in *cap. Cum bonæ*, supra relato, tantum est sermo de suspensis absolutè, & perseverantibus per triennium in suspensione; de quo iam supra diximus. Et in *cap. 7. de Clerico excommunicato* est tantum sermo de excommunicatis. Ex *cap. vero ultimo, eodem titulo, & ex cap. 2. de Clericis pugnantibus*, ad summum deducitur, Beneficium illicitè conferri Irregulari, & collationem esse irritandam. Cumque communiter recepta sit maxima hæc, scilicet: *Non sunt augenda poenæ, præter in iure expressas*; sequitur, prædictam Petrodici Beneficij, factam collationem esse validam; proindeque illum in cōscientia tutum esse posse, ad nullamque teneri restitutionē fructuū. Sicque sentio, &c.

CASVS VIGESIMVS.

sexus.

QVIDAM annuum legauit censum, annis singulis, iuxta Testamenta

riorum beneplacitum; distribuendum: Testamentarij autem prædictum censum simul, & semel, idest, totam cum suis redditibus summam, cuidam Monasterio in perpetuum applicarunt.

Quæritur, an valide, & licitè hoc efficere potuerint; vel aliquid restituere teneantur?

CASVS RESOLVTIO.

I FACTUS est ad præsentem casum solutio, liberans Testamentarios ab omni culpa, & obligatione. Et nollim, quod, quia prædicta summa Religiosis personis applicatur, iudicet aliquis, me facilem inuenire solutionem. Sed credo meminem quid tale existimaturum, cum respectu omnium aliorum, qui Monasticam vitam non agunt, frequentissimè in hac 1. part. fauorabiliorem, & fidelissimum eum iustitia, saltem probabili, seruitorem me agnoscere possint. Vnde, anticipata, plusquam Canonica, facti purgatione, à tali contingenti calumnia immunis exito. Et quia in me non est pro ratione voluntas, cum ex optem, sit pro voluntate ratio; huic semper inuitens positam ad prædictum casum sic probò resolutionem. Tum, quia quando tertio præiudicium nullum paratur, sed ipsimet eligenti, potest tempus, à Testatore præfixum, præueniri; sicut si quis, instituens Maioratum, dicat: *Instituto Petro, & ipse post mortem suam, instituat Ioannem*; potest ex tunc Petrus Ioannem instituere, eique Maioratum præbere; eo quod nulli præiudicium faciat, sed tantum sibi, libertatem, postea eligendi, auferendo; vt rectè Molina *lib. 2. de primogen. c. 4. n. 25. 26. & 27.* & ipsum sequutus Sanchez, *tom. 2. consilior. lib. 4. cap. 2. dub. 12. pag. mihi 64. num. 4.* ergo iddem, quia eadem ratio, nostro in casu dicendum est.

2. Tum etiam; quia, Testatore relicto Ioanni mille aureos, vt post annum eos pauperibus distribuatur, potest Ioannes, non expleto anni cursu, eos statim pauperibus distribuere; eo quod in hac temporis præuentione, nullis pauperibus præiudicium faciat; quia non magis futuros, quam præsentem respexit Testator; sed solum ad animæ suæ salutem

tem respectum habuit; vt post Couarrub. *cap. Tua, de testam. num. 3.* Decium *leg. Cum tempus, ff. de reg. iur.* Ancharran. *conf. 202.* Panormitan. *conf. 11.* Padillam, *leg. Vnum ex familia, ff. de legatis 2. num. 12.* & Gomefium *leg. 17. Tauvi, num. 7.* tenent Nauarr. *cap. Quando, latino, cap. 3: num. 22.* & Thomas Sanchez vbi supra, contra Beroum *cap. 1. de constit. no. 254.* ergo, &c.

3 Tum tandem; quia si Testator intenderet, quod singulis annis noua fieret distributio, debuisset sane alios designare, qui hoc opus, in perpetuum relictum, iante limitata Testamentariorum visa, exercere deberent: cum ergo eos non assignauerit, videtur clare, voluisse, vt simul fieret distributio; sicque tenet Sanchez citatus: ergo, &c.

4 Confirmantur primo prædicta, & à fortiori; nam si quis relinquat legatum, quolibet anno expendendum, pro liberatione incarceratorum; at ille, cui talis dispensatio competebat, videns, Cognatum eius, & extraneum alium, certo esse in carcerem detrudendos, consumpsit cum eis, ne in carcerem detruderentur, tale legatum: In hoc igitur casu non solum datur aliqua præuentio, seu anticipatio, apparenter contraria voluntati legantis, sed videtur etiam, eius voluntatē ad incarceratos proprie terminatam fuisse: atqui nihilominus, qui sic disposuit, licite, & valide hoc effecit: quid ergo mirum, si in nostro casu, cum sola anticipatione, dicamus, talem simultaneam in totum dispositionem, licitam fuisse, & validam? Maior cum Consequentia patent: Minor autem probatur. Tum; quia paria sunt, impedire consequens, & impedire actum, per quē ad consequens peruenitur: ergo paria erunt, extrahere aliquem à carcere, ac illum, certo in illam detrudendum, ne detrudatur, liberare. Tum etiam; quia, quod parum distat à re, parum, aut nihil distare videtur à voluntate, in talem rem tendente: ergo qui certo, & proxime incarcerandi sunt, pro incarceratis poterunt reputari; vt eruditissimè, plures allegans, probat Tiraquel. post 16. *leg. Conub. Glos. 2. à num. 2. per plures.*

5 Tum etiam probatur eadem Minor: quia vere dicitur, liberare à carcere illum, qui proxime incarcerandum liberat, ne incarceretur: ergo, &c. Pro-

bat̄ Antecedens: nam B. V. Maria vere ab originali peccato fuit redempta, quod tamen non contraxit: eo quod illud, naturali ordine spectato, contractura erat; vt probat Cai. 12. q. 81. art. 3. his verbis: *Non solum (inquit) indiget redemptione, qui actu captiuus est; sed qui est obnoxius captiuitati, & 3. p. q. 27. art. 2.* inquit, personam indigere saluari à peccato, & liberari à peccato, quod habet, vel haberet: oportet enim, aut quod habeat peccatum; vel quod sit in procinctu, & periculo habendi, quisquis eget saluari à peccato. Sic etiam Angelicus Doctor 3. p. q. 52. art. 2. ad 2. vbi illud *Actorum secundo: Christus soluit dolores Sanctorum PP. in inferno:* exponit: non dolores poenarum, quas incurrerant, sed quas incurrisent; nisi ipse præuenisset, auferens illas, & præseruando ab eis. Sicut, & medicus dicitur soluerē morbum, à quo per medicinam præseruat. Hæc in substantia Sanctus Doctor, vbi etiam, & q. 53. art. 3. dicit, veram resurrectionem, & liberationē, à morte eam esse, quæ non tantum à morte, iam incurfa, sed etiam ab incurrenda liberat: Sic etiam Medina, & Corduba in diuersis similibus, quæ videre est, apud Sanchez vbi supra, *dub. 9. num. 2.* hoc probabile dicentem. Sic etiam expressè docuit Hieronim. Paulus, *pract. Cancellaria, in cap. declaratoria, super proponente, seu uolente ingredi, fol. 228. in libellis prauis;* sicque ego iudico: ergo probata manet prædicta Minor propositio: ergo, & à fortiori, posita ad præcipuum casum resolutio.

6 Quam rursus confirmo à simili eodem Sanctio cum pluribus alijs, à se relatis, supra, *dub. 10. num. 2.* vbi habet, quod si quis legauit mille aureos post quatuor mēses largiendos pauperibus, possit executor testamenti præuenire diem, ab ipso Testatore designatum, & statim illos mille aureos Pauperibus elargiri. Tum, quia Testator, sic disponens, potius salutem animæ respexit, quam tempus exequutionis; quod forte adiecit credens, ante illud tempus non posse hanc distributionem fieri absque rei familiaris detrimento. Tum etiam; quia non magis futuros pauperes, quam præsentēs dilexisse videtur, aut considerasse potius futuros; siquidem animæ suæ saluti consuluisse videtur, & fauore ani-

metalem distributionem iussisse. Tum etiam; quia conducibilius est animæ Testatoris diem præuenire. Sic Decius leg. *Cum tempus*, ff. de reg. iur. Anchar. *cons. 202*. Panormit. *cons. 11*. quos refert, & sequitur Couarr. *cap. Tua de testamen. num. 5*. Nauarrus *cap. quando lat. cap. 3. num. 22*. Padilla leg. *Vnum ex familia*, ff. de legat. 2. *num. 12*. Anton. Gomez leg. 17. *Tauri num. 7*. Greg. Lopez leg. 6. *vers. si padren, rit. 10. part. 6*. Spino speculo testament. *Gloss. 28. num. 71*. Matienço lib. 5. *Recop. tit. 4. leg. 14. Glossa 1. à num. 37*. vsque ad 45. Menchaca lib. 1. *de suces. creat. §. 7. num. 17*. Mantica lib. 8. *de coniect. vltim. volunt. tit. 5. nu. 20*. quos omnes refert ipse Sanchez, dicens, hoc verius esse. Et certe designatio temporis in his, & similibus casibus, à Testatore facta, & apposita, facta censetur, & apposita, vt executores Testamentorum legati non diferant impletionem; non vt non anticipent. Manet ergo probata predicti casus resolutio. Sicque sentio; salua, &c.

CASVS VIGESIMVS septimus.

FRANCISCVS, v.g. erat proximè determinatus occidere Petrum: Antonius autem, qui forte aderat, Franciscum consulit, vt tantummodo percuteret Petrum; aut ei brachium abscinderet. Cui consilio acquieuit Franciscus, ea tamen conditione, vt Antonius eum ad abscindendum brachium adiuuaret. Sicque factum est.

Quæritur modo, Primò: an Antonius potuerit licitè ad abscissionem brachij concurrere? Secundò: dato, quod non, an teneatur aliquid restituere?

CASVS RESOLVTIO.

PRÆSENS difficultas omnino dependet à primo, quod quæritur. Nam eo, vel affirmatiuè, vel negatiuè resolutio, consequenter resolutum manebit, & secundum. Si autem dicatur, potuisse Antonium ad prædictam brachij abscissionem concurrere cum iniusto aggressore, nulla videtur esse distinctio inter practicam voluntatem, & spe-

culatiuam, seu permissiuam. Igitur, vt, quod sentio, proferam, suppono, licitum esse consulere minus malum, vt vitetur maius. Nam ex duobus malis, minus semper est eligendum; *cap. Duo mala, & cap. Nervi testicul.* Quò posito.

2 Dico, non posse Antonium ad abscissionem brachij concurrere. Tum, quia in dando consilio ad minus malum nulla adest turpitudine, & iniustitia, quæ in abscindendo brachio in casu posito reperitur.

3 Sed dices; Petrum fore contentum, vt, ne occidatur, ad abscissionem brachij simul cum aggressore Francisco Antonius cooperetur; quod sufficit, vt Antonius ipse ab omni excusetur delicto. Constatque à simili: nam, si ipse Franciscus velet à Petro aureos mille furari, & ab Antonio, de centum tantummodo furandis, consilium acciperet, ea etiam conditione, vt cum ipso Francisco Antonius ipse ad furandum centum concurreret, posset tunc Antonius, vt pote causæ Petri consulens, simul cum Francisco ad furandos centum aureos concurrere, iuxta probabilem sententiam Soti lib. 4. *de iust. q. 7. art. 3. circa finem*, Medina; *C. de rest. q. 7. Ariani in 4. q. 1. de restit. §. secundo dubitatur*; & aliorum, quos refert, sequiturque Vazquez *in opusculis q. 43. art. 1. dub. 2.* ergo etiam poterit Antonius, causam Petri similiter gerens (hoc est, ipsam a morte liberans) ad abscindendum brachium cum Francisco concurrere.

4 Responderetur tamen, disparem esse rationem. Et in primis nota, probabilem etiam esse sententiam ipsius Vazquez, vbi supra asserentis, eodem modo esse licitum suadere minus furtum respectu diuerse personæ, ac respectu eiusdem, quando aliud non superest remedium; quem sequuti sunt Turrianus 22. *tom. 1. disp. 95. dub. 6.* & Legionensis, *de marr. lib. 5. cap. 18. §. 5. num. 28*. quos non improbat Diana 5. *part. tract. 7. de scandalo. resol. 19. fol. 184.* Quodque etiam admittunt Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 11. num. 24. & 25.* & Molina *de iust. tract. 2. disp. 335.* quando persona, furanda (vt sic loquar) non determinaretur, nisi solum in ratione diuitis. Quòd, licet in sententia Castri Pallao *tom. 1. tract. 6. disp. 6. puncto 6. num. 12.* & Hurrado *de Mèdoza, 22. disp. 173. sect. 10.* & aliorum; sic

sic illicitum, & ad restituendum damnatum obligatorium; negatur tamen à Thoma Sanctio, asserente, sic consulentem, non obligari ad restitutionem, licet mortaliter peccet; quia solum in modo delinquit, & contra charitatem, obligantem omnia mala vitare, non verò in substantia. Nam tale consilium in substantia, (inquit Sanchez) bonum est; quia de minori est malo, comparatione maioris, id est, (& sic ego Sanctium interpretor) quia non de malo minori, adhuc ut minus est malum formaliter loquendo, sed de carentia, vel priuatione maioris mali, quæ bona est, licet per accidens, & quasi subiectiuè, coniungatur eum minori malo, non secundum, rationem mali, formaliter sumptam, sed secundum rationem minoris, licet coniunctam (non ex consulentis intentione, & in hoc sensu per accidens, & materialiter) cum ratione mali. In hoc ergo sensu sic intelligo Sanctium *lib. 7. de matr. disp. 11. num. 23.* quem refert etiam Diana vbi supra, *fol. 184. col. 1. in princip.* Ad quod facit, quod dicit Alcozer *in Sum. cap. 6. versic. Y no basta;* vbi asserit, iudicem, priuata scientia condemnantem, peccare quidem; ad restitutionem tamè non teneri. Hæc ille; quæ, nisi dicamus peccare in solo modo, non verò in substantia, saluari non possunt.

5 Respondeo ergo ad replicam numer. 3. appositam, disparem esse rationem. Nam in casu furti censetur Petrus, ut pote suæ peccuniæ Dominus, licentiam ratione dominiij Antonio concedere, ut simul cum Francisco latrone ad furandos centum aureos ipse materialiter, quantum est ex parte sua, concurrat; ut rectè Legionensis *de matr. lib. 3. cap. 18. §. 5. num. 28.* Vazq. *opusc. de scandalo, arr. 1. num. 13.* Turrianus *22. tom. 1. disput. 95. dub. 2.* Hurtado de Mendoza, vbi supra; &, eos referens, Diana citatus, *resol. 19. fol. 184.* Cum verò in casu posito nullum habeat Petrus dominium supra vitam, nec supra corporis membra, aut supra bona ipsius vitæ, nullam potest præstare licentiam ad concurrèdum abscissioni brachij. Ob quòd, licet concursus, seu cooperatio cum iniusto aggressore ad factum sit licita in casu, qui pro simili adducitur, iniusta tamen est, & peccaminosa ad abscindendum brachium. Sic etiam Hurtado, vbi supra.

6 Tum etiam; quia tollerari potest consilium ad minus malum in rebus venereis, datum ei, qui proximè determinatus, & paratus erat, in eisdem rebus maius committere malum; & absurdum erit dicere, posse, qui consilium dedit, cum prædicto inhonesto ad inhonesta concurrere: idem ergo in posito casu dicendum est.

7 Sed dices: vnicuique licitum est putridum brachium abscindere, ad idque, ob vitæ conseruationem, socios adhibere: ergo licitum etiam erit in casu, supra posito, simul cum iniusto aggressore concurrere; cum similiter æquale sit amittendæ vitæ periculum. Respondetur tamen, disparem etiam esse rationem; nam in primo casu amittendæ vitæ periculum naturaliter sequitur, & absque vlla malitia, proindeque à Deo, ut Auctore naturæ, procedit; & sic tam infirmus, quàm alij adiuuantes, ut instrumentum Dei, Author naturæ, licitè, ob vitæ conseruationem, ad abscissionem putridi brachij, ut ad honestum, & naturaliter, phisiceque necessarium medium, concurrunt. Quæ omnia excludit casus, in informi adductus, ut pater.

8 Sed contra iterum dices: æqualis prohibitionis sunt præcepta non fornicandi, & homicidium non patrandi: atqui nulla potest honestari ratione concursus proximus ad minus etiam malum in rebus venereis, adhuc ob defensionem, aut per publicam iustitiam, aliam vè causam; (& non loquor de permissiuo concursu, vel quando quis mere passiuè se habet, de quo dixi *tract. de matr. casu 24.*) de facto autem honestatur concursus ad abscindendum brachium, ob vitæ conseruationem, vel ob supplicium, in pœnam delicti, per publicam iustitiam, quæ etiam licitè præcipit delinquentibus vitam auferre: ergo, ne mors per iniustum aggressorem infligatur, licitum erit cum eo ad abscissionem brachij concurrere.

9 Respondetur tamen, ex duplici capite esse iniustum cum inhonesto ad inhonesta concurrere. Tum, quia innocēs ex se nullum habet dominium, seu potestatem ad dispensandum in similibus. Tum etiã, quia nulla reperitur, vel cognoscitur, à Deo collata, potestas, publicæ adhuc iustitiæ, ad similia honestanda,

da (si Sacramentum auferas, aliamve ipsius Dei dispensationem, & ordinationem) vt patet. In casu verò homicidij solum reperitur potestas, & non per modum dominij, sed per modum instrumenti Dei, ab ipso Deo Reipublicæ, publicæ ve iustitiæ præstita, iuxta illud Sapientis: *Per me Reges regnant, & legum Conditores iusta decernunt; per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam*; quòd etiã unicuique, ratione defensionis præstis, conceditur. Quæ potestas cum nullatenus in casu nostro agnoscatúr concessa; etiã innocenti, vel consulenti minus malum (excipere, nisi innocenti partem pro totius defensione periculo offerat) ideò talis concursus est omnino illicitus, & iniustus, vt ex iam dictis satis constat. Proindeque aliud est malum culpæ permitttere; aliud, ad illud concurrere; vt hoc nunquam liceat; illud tamen aliquando.

10 Sed dices tandem: nam probabilis stat sententia, affirmans, quod si Tyrannus mihi minetur mortem, nisi mihi meripsum manum, vel brachium abscindam, vel mutilem: vel si præcipiat mihi vnam amputare membrum, nisi velim, ab illo duo membra amputari, teneat ego parere, & licitè id possim efficere. Sic expressè sentiunt P. Nauarra *lib. 2. de restit. cap. 3. num. 98. & 99. Lelius de iust. lib. 2. cap. 9. dubit. 14. num. 10. Toletus in sum. lib. 5. cap. 6. conclus. 2. in fine; Sà, verb. homicidium, in fine, & Aragonius 22. q. 65. art. 1.* Probaturque. Tum, quia ius naturale dicat, minus malum eligere ad vitandum maius. Tum etiã; quia qui ferro manum habet ligatam, si videt, se igne comburi, licitè valet manum sibi amputare, vt fugiat, sicque mortem euadat. Tum etiã; quia, qui à canibus est detentus, & mortem, quam timet, aliter vitare nequit, quàm sibi membrum abscindendo, potest, inò, & tenetur, illud abscindere. Tum etiã; quippè qui putridum (vt supra diximus) membrum habet, ne vitam, vel aliud vicinum membrum amittat, licitè præcipere potest, illud putridum sibi amputari. Tandem; quia, qui domi est inclusus, vt ab hostibus occidatur, licitè valet, cum manifesto periculo pedes frangendi, per fenestram se præcipitem dare, si sic existimat, posse mortem effugere: ergo saltem poterit

licitè, sibi, præcipiente Tyranno, membrum vnum amputare; vt vitam, vel duo alia membra conseruet, vt fecit Iosephus, ipso teste, *lib. 2. de bello Iudaico, cap. 27.* Ergo iddem poterit facere præfatus Antonius, in casu posito.

11 Sed, Respondeo cum Angelico præceptore 2. 2. q. 65. artic. 1. quem sequuntur Salonijs, ibi; Sayrus *elani Regia, lib. 7. cap. 9. num. 37.* & alij, quos refert, sequiturque Fagundez *lib. 5. decalogi cap. 12. num. 14. & 16.* negando Antecedens saltem à principio intrinseco. Nec rationes, quibus sententia illa comprobatur, aliud conuincunt; vt, præter iam dicta, probant, quæ sequuntur, rationes. Prima est; quia (vt diximus) est contra ius naturæ, vt quis se ipsum in tali casu mutilet; in tantum, vt, adhuc præcipiente Iudice, nec teneatur, nec possit licitè obedire, sicut nec venenum fumere, propriaque manu sibi venam scindere; vt cum Cal. Soto, Bafiez P. Nauarra, supra num. 8. Ludonico Lopez, Philiarco, & alijs vbi supra tenet ipse Fagundez num. 14. contra Aragonium, & Rodrig. tract. de Ordine Iudiciario, cap. 14. conclus. 2. Quibus aliquantulum videtur fauere Toletus; quos refert citatus Fagundez hum. 13. Peccat autem tunc talia; ob Iudicis iniquum mandatum, exequendo; quia, cum sint supra vires humanas, ob id iniustum est, talia præcipere; proindeque de se, vt sic exequenda, illicita sunt.

12 Secunda ratio est; quia peccat Tyrannus mortaliter talia præcipiendo; cumque metus ille sit ab extrinseco agente contra iustitiam illatus, & per iniuriam, & contra ius naturale; primò, non tenetur quis tam seueræ sententiæ, aut præcepti, in semetipsum esse exequutor. Secundò; peccaret cooperando cum Tyranno, vt supra diximus. Quare communiter reprehenditur Iosephus, quod sibi, præcipiente Tyranno, manum, ne ambas amitteret, amputauit.

13 Tertia ratio est; quia, quando medium, quod ad vitandum maius malum eligitur, est, de se, licitum, aut saltem indifferens, rectè possumus illo vti, ad vitandum maius malum. Vndè, & tenetur ad mortem damnatus scalam ascendere, aperire os, &c. secus, quando est extrinseco malum; quia est coo-

peratio iniusta, scilicet, cooperari peccato ipsius Tyranni, tam iniquam de se rem præcipientis.

14 Nec obstat, si dicas, esse satis probabile, quòd existens Sacerdos in mortali, & rogatus, vt absoluat moribundum, potest, & debet, illum absolueri, ne pereat, licet ob urgentem necessitatem moribundi, non habeat Sacerdos conterendi locum: quo casu, efficit Sacerdos rem, de se aliàs malam, & contra reuerentiam debitam Sacramento, & nihilominus non peccat; imo peccaret in mea sententia, si absolueri omitteret. Non (inquam) hoc obstat; quia in hoc casu necessario vnum malum est eligendum; aut, scilicet, æterna proximi forte damnatio, si non absoluat; aut irreuerentia, fienda Sacramento, si absoluat. Cumque hæc duo mala in prædicto casu Sacerdotem sub disunctione cogant, & respectu illius sit alicuius prædictorum malorum facienda electio, ad quòd necessario cogitur, prudenter efficit, eligendo minus malum, quòd est præbere absolutionem in peccato. Nam ipsum Sacramentum, quòd in salutem nostram institutum fuit à Christo Domino, tunc, propter illam, cedit iure suo; ne moribundus æternaliter pereat. De quo iam supra, & fusius dixi tractat. de matrimo. In nostro autem casu, non obedire Tyranno non est aliquid malum, cum potius ad id solum teneatur, quin ei imputetur, esse sui ipsius homicida; vt patet.

15 Quarta ratio est; nam ideo in casibus alligatæ manus, obsessionis à canibus, & abscissionis brachij putridi, potest licite quis sibi membrum amputare, quia ab extrinseco, & intrinseco agente, sine agentis peccato, & iniuria illata, vel sibi facta, patitur; ab extrinseco scilicet; veluti ab igne, vel canibus, naturaliter agentibus, & non moraliter, ab intrinseco verò, veluti à morbo, naturaliter similiter operante; quòd in nostro deficit casu.

16 Quinta ratio est: quia, qui domi est inclusus, vt ab hostibus occidatur, ideo licite potest se per ianuam dare præcipitem cum periculo fractionis pedum, quia in tali præcipitatione tan-

tum abest à cooperado peccato suorum hostium, vt potius illorum fugiat iniquitatem; per quòd patet ad replicationem.

17 Sed dices iterum: ergo saltem sententia illa est à principio extrinseco probabilis; proindeque probabilitatem eandem posito habebit in casu. Respondetur, concedendo talem probabilitatem prædictæ sententiæ; negando tamen, iddem in casu posito esse dicendum. Cuius disparitatis ratio esse potest; quòd (ablata ratione dominij in vtroque casu, quæ semper auferitur) possit esse priuilegium, soli patienti concessum, ob maiorem, & veluti magis intrinsecam rationem, quam in se habeat, vt per talia sibi consulat media. Quæ ratio in alijs, præter ipsum, non reperitur quoad hoc, præcipiente aggressore iniusto. Cum enim vitæ suæ conseruatio, vel plurium membrorum retentio, magis ipsi sit intrinseca, (imò solum) aliquod videtur fundamentum ad asserendum, cooperantem cum iniusto aggressore, vel eius iniquo præcepto obedientem, solum materialiter, non verò formaliter, cooperari, & obedire. Tum etiam; quia si solum admittimus sententiam illam esse ab extrinseco probabilem, & non ex ratione; non valeatque illatio ab vno ad aliud, nisi ratione fundetur; & nullus illorum Authorum in nostro loquitur casu; non est, cur ad illum extendenda sit probabilitas? Non ab intrinseco; quia non est eadem ratio, vt dixi; siquidem in nulla (vt ego cum Angelico Doctore, & alijs supra, arbitror) fundatur; nec ab extrinseco; quia de nostro casu non loquuntur: ergo, &c. semper ergo verum tenet posita casus resolutio.

18 Pro cuius complemento, iterum repeto, quæ supra dixi numer. 4. scilicet, quòd volenti committere maius malum, licitum sit suadere, vt minus perpetret, dum aliter ab iniquo proposito renocari non potest. Sic, præter alios, Pontius, numer. 4. relatus. Quam sententiam in praxim deduxerunt Loth cum nefarijs Sodomitis, & decem illi viri, qui ad vitandum homicidium obtulerunt Ismaeli materiam

furti. Sic Diana in *Compendio vltim. verbo Scandalum*, numer. 4. Sic licitum est paratum ad aliquod facinus patrandum, conuiuio recipere, & multos austus vrgendo ad ebrietatem prouocare; sic Lelius de iust. lib. 4. cap. 3. dubit. 4. num. 33. & ipsum, probabiliter te quous, Diana, supra, & 8. part. tract. 7. resolut. 43. &c. Ex his, pro primo quæsito dictis, ad secundum dico, præfatum Antonium teneri, non restituente iniusto, & principali aggressore, restituere, primo expensas in curatione factas. Deinde, si patiens erat seruus alicuius, id, in quo æstimatum fuerit prudentis arbitrio seruitium eius. Si vero erat liber, & labore manuum suarum filios, vel uxorem, vel Patrem, Matremque, &c. sustentabat, similiter teneretur prædictos alere prudentis arbitrio, iuxta varias Doctorum sententias, de quibus communiter in materia de restitutione. Sicque iudico, &c.

CASVS VIGESIMVS octauus.

Petrus, v.g. ius Patronatus instituit; post nominatosque Patronos quosdam, sic in institutione habet: *Acabados estos, succeda el mas proximo consanguineo.*

Quæritur, an consanguineus, quem vult ei succedere, proximior esse debeat instituenti ius Patronatus, an vero proximior vltimo Patronatus possessori?

CASVS RESOLVTIO.

IFactus est ad præsentem casum resolutio. Quare dico, quod, deficiente legitimo ex nominatis successore, pro proximiori consanguineo in casu præfati intelligitur proximior vltimi possessoris, aut alius, ab ipso descendens, eum representando, de stirpe tamen eius; in quo ius Patronatus fuit primo institutum; & si hic deficiat, erit illi proximior collateralis. Sic Ludouicus Molina de *Maio. & tribut. tom. 3. tract. 2. disp. 627.* qui licet de Maioribus loquatur, eandem tamen esse rationem de iure Patronatus affirmat num. 13. sic etiã Couar. de *practic. qq. cap. 38. num. 13. §. penult.* & alius Molina Iuriconsultus

lib. 3. de *primogen. cap. 6. num. 41. & cap. 3. num. 19. & lib. 1. cap. 1. num. 26. & 27. & alij.*

2 Probatque resolutionem hanc primus Molina in *Maio. & tribut. tom. 3. ex lege 40. Tauris*; ibi: *Mandamos, que se guarde, y platique* (intelligitur lex 2. tit. 15. part. 2.) *aun en la sucesion de los Mayoraçgos à los transuersales.* Hæc ille.

3 Probat etiam alter Molina Iuriconsultus lib. 3. de *primogen. cap. 7. numer. 17.* iunctis his, quæ cixerat cap. 6. à num. 4. & rursus à num. 23. apud quem videri potest probatio. Sic etiam in partem videtur tenere Vazquez in *opusculo de testamentis, cap. 4. §. 3. pag. 261. num. 54. per totum*, referens cum alijs Antonium Gomez.

4 Videatur tamen Molina Theologus vbi supra, num. 9. vbi, propè medium, ita habet: *Si primus Maioratus institutor instituit Maioratum in fratre, aut in filio fratris, quod ipse descendens careret; certe quando aliquis possessor eius Maioratus temporis progressu descendens careret, is institutor vocasse esset censendus collateralis talis descendens, esto collateralis etiam esset, & non descendens, primi ipsius institutoris.* Sic ille. Videatur etiam num. 12. ibi: *Vel si Maioratus institutus fuit in aliquo collateralis, aut in aliquo prorsus extraneo institutori, necesse est, vt, qui successurus est in linea collateralis, vltimo possessori, tanquam proximior illi, aut representando proximior, sit de stirpe eius, in quo Maioratus fuit institutus, aut illi collateralis.* Hæc Molina; ex quibus, & supra citatis, quod resolutum est, resoluendum iudico.

5 Quod amplius sic probō: nam Maioratus institutio, sicut, & quælibet alia institutio, vel vltima testatoris voluntas, interpretationem recipere debet, & ex fine instituentis, & ex verbis institutionis: atqui in prædicto casu, tam institutoris prædicti Maioratus finis, quam ipsius institutionis verba fauēt proximiori consanguineo, etiã collateralis, casu, quo descendentes deficiant vltimi possessoris Maioratus, si aliàs de stirpe sit primi institutoris: ergo sic iudicandum est. Maior constat ex iure, passim decernente, leges, decreta, statuta, vltimasque voluntates, imò, & fauores, priuilegia, rescripta, gratias.

fiisque, &c. interpretationem recipere, & ex decernentis, instituentis, testatoris, Legislatoris, atque concedentis intentione, & ex verbis decreti, statuti, institutionis, testamenti, legis, celsionis, rescripti, atque gratiæ; in quò nulla esse potest dubitatio. Vnde probatur Minor: nam si præfatus institutor Maioratus vnum tantummodo nominaret Patronum, & in defectu eius, proximior vocaret consanguineum, pro hoc proximiori intelligendus foret, (nisi contrarium expressisset) proximior tali Patrono, etiam collateralis, dum tamen de stirpe foret institutoris talis Maioratus: atqui hoc iddem nostro in casu adæquate tenet respectu proximioris, etiam collateralis, vitimi possessoris Maioratus, dum tamen de stirpe sit primi Maioratus institutoris: ergo, &c. Maior constat; nam quando vnus tantum est nominatus Patronus, & eo deficiente, proximior consanguineus, regulanda est institutio in fauorem nominati Patroni, absque instituentis Maioratus præiudicio: atqui non censetur institutio facta in fauorem illius vnici Patroni expresse nominati, cum indifferenti clausula, decernente, vt, eo deficiente, vocaretur proximior consanguineus, si ad alios deduceretur extraneos ipsi Patrono; & ex alia parte nullum vergit in institutoris talis Maioratus detrimentum, si ad collaterales consanguineos præfati vnici, expresse nominati Patroni protenderetur institutio; dum collaterales prædicti de stirpe sint institutoris, vt patet; siquidem in eadem prosapia Maioratus ipse conseruaretur: ergo Maior propositio certa manet. Probatur ergo Minor, scilicet, quòd iddem in nostro casu, de consanguineis vltimi possessoris sit dicendum. Et probatur sic: nam eadem debet esse institutoris Maioratus voluntas respectu Patroni, primo vocati, ac respectu sequentium, & è contra, cum eos omnes æquali Patronorum successiue priuilegio prosequatur, & gratia: ergo rotum, quòd de proximioribus consanguineis vnici nominati, expresseque vocati, Patroni, remanet dictum, dicendum etiam est de proximioribus consanguineis vltimi possessoris Maioratus: ergo, sicut clausula illa proximiores vocans consanguineos, vnico

tantummodo expresse nominato, vocatoque Patrono, ad collaterales etiam ipsius vnici, expresseque vocati, & nominati Patroni consanguineos protenditur proximiores, si alias de ipsius Maioratus institutoris stirpe sint, sic institutio Maioratus, vocans indifferente, & bage proximiores consanguineos, post decedentes plures, expresse nominatos, vocatosque Patronos, protendi debet ad collaterales etiã vltimi Maioratus possessoris proximiores consanguineos, si alias de primi Maioratus institutoris stirpe descendant: ergo, &c. Sicque iudico.

CASVS VIGESIMVS NONVS.

PETRVS, v. g. filius Francisci defuncti, furatus est à Ioanne centum aureos, pro alijs centum, quos Ioannes à Francisco, patre Petri, per legatum in testamento accepit. Furatus est autem prædictos centum aureos necessitate oppressus; postea in pinguiorem rediens fortunam.

Quæsiuit, an teneretur prædictos centum aureos Ioanni restitueret

CASVS RESOLVTIO.

I **V**T respõsum, quem præbui, assignem; aduerto, casum præsentem triplici in sensu posse procedere. Primo, si Petrus illos centum aureos in extrema necessitate accepit. Et tunc probabilis est sententia, affirmans, non teneri postea Petrum, ad pinguiorem redeuntem fortunam, illos restituere. Ratio est; quia quòd suum erat, vel ex iustitia debitum, vt quidam dicunt; vel, vt alij, ex charitate debitum, accepit. De quò iam supra diximus; & tanquam probabile, alijs relatis Authoribus, implicite admittit meus Fagundes *lib. 4. Decalogi, cap. 2. numer. 33. cum antecedenti*; loquens etiam in casu, quòd creditor, vel eius hæredes in simili essent necessitate.

2 Secundò potest difficultas hæc procedere in casu grauis necessitatis. In quo iddem aliqui, quos improbare non audeo, affirmarunt, de quo supra:

Nec obest contra-dicta, quod præfatus Petrus furandi animo procederet. Nam furtum, obligatione restituendi, ex furto orta; non provenit ex solo furandi animo, nisi cum externa rei alienæ acceptione, vel retentione, vel damno dato coniungatur. Cumque Petrus in posito casu ad prædictos centum accipiendos aureos ius haberet, & actionem, a natura ipsa illi competentem, sic reuera furtum non fecit. Unde quoad restituendi obligationem nihil nocet intentio, sed factum ipsum debet attendi: ita ut, licet propter furandi intentionem excusari non possit, accusari tamen minimè valeat propter ius, quod habet. Quare propriissime hic locum tenet maxima illa, communiter ab utriusque iuris Doctoribus, Theologi que recepta; scilicet; *Si quod ago, non valet, ut ago, valeat, ut valere potest*: Ergo si quod, ex estimatione tantum, furtum fecit, à furto per hoc excusari non possit, ab illo excusabitur ratione iuris, vel actionis, quam de facto, ex naturali iure habebat, ad illos centum aureos accipiendos. Nam hoc modo valere potest factum quoad substantiam, quidquid sit de operantis intentione. Per quod patet ad replicam.

3. Tertò tandem procedere valet præfens difficultas in casu communis, & ordinariæ necessitatis. In quò & si maior videatur difficultas, primaque facie difficilima. Dico tamen, quod, & si iuxta communem, & mihi veram, sententiam, teneatur Petrus illos centum restituere, possit aliqua probabilitate illos retinere. Nam plurimòs in locis ait doctissimus, meusque. *Sæpe Plura extant, qua, ut fiant, consulenda non sunt, & post facta non semper improbanda.* Cumque plurimæ sint viæ ad pacandas fidelium conscientias, casus occurrere potest, in quò expedientius sit (ob difficultatem illum interrogantis, ut in prædicto casu mihi contigit) ad singularia recurrere remedia, licet non adeo trita, & ab Authoribus recepta, quam portas omnimò occludere, & sic, occasionaliter saltem, perseverantiam in peccatis causare. Si enim propter importunitatem plures conceduntur gratiæ, cum maxima bonorum effectuum contingentiâ, alias nullatenus conce-

dendæ; ne gratiam postulans, (& si illam non mereatur accipere) in maiora ruat præcipitia, desperando; erit ne à ratione alienam, viam, aliquali probabilitate securam, parare illi, qui, plusquam forte, in præceptis, abyssi que profundum ruere, & se precipitare paratus est? Ego formidarem utique; si proximo cuiquam, sic desperato, viam, qualicumque probabilitate nitentem, non ostenderem. Formidarem (inquam) ne Deus Optim. Max. sanguinem eius de manu mea requireret. Doctos etiam rogo (imò, & omnes) ne antequam fundamenta videant, scandalizentur. Plura namque plurimum aures offendere in sonitu, & cortice consueverunt, quæ, intus inspecta, in totumque examinata, nihil horroris habebant. Igitur, ut, quod dictum est, probem.

4. Suppono rem, communiter receptam; scilicet, leges, siue Canonicas, siue Civiles, aliquid disponentes, præsertim quoad testamenta, legata, seu legitimas, inducere obligationem in retantibus, & legantibus, & ius conferre legatariis, seu hæredibus tam in foro externo, quam interno. Et omnimò pro nunc sententiam Valeri de utroque foro, *verb. Testamentum*, de qua alibi dicam. In hoc (inquam) supposito, saltem iuxta receptam, communissimamque sententiam, nequit, ut eo videri, esse difficultas; proindeque, nulla est necessitas illud probandi.

5. Ex hoc ergo videtur, esse probabile, Petrum, & si in ordinaria, communique, necessitate illos centum aureos accepisset, non tenebitur postea, ad pluviosorem redeuntem fortunam, illos restituere. Ducor ex *leg. 2. ff. de alimentis legatis, & ex leg. huius, ff. eod. tit.* in quibus continetur, debere Legatarios, filios legantis alere ex bonis legatis. Quod uniuersaliter verum est, dum expresse oppositum non sit cautum. Sic Doctissimus Fagundez *lib. 4. Decalogi, cap. 2. numer. 32.* Ergo non tenebitur Petrus, de quò in informi, prædictos centum aureos Ioanni reddere. Consequentiâ patet: nam Ioannes alios centum accepit per legatum, factum à Patre Petri. Rursus: æqualis ad minus est obligatio, iuxta prædictas leges, in Ioanne Legatario ad succurrendum Petro, legatis filio, de bonis legatis, ac est in quocum-

que diuite ad subueniendum cuiumque pauperi, siue extreme, siue grauiter indigenti: quod, meo videri, negari non potest: atqui, qui extreme, siue grauiter, indiget, ius habet, iuxta dicta, ad accipiendum à diuite quocumque quid quid ad redimendam necessitatem fuerit opus, absque obligatione in posterum restituendi: ergo, & præfatus Petrus, ordinarie indigens, (nam prædictæ leges aliquid concedunt supra extremam, grauemque necessitatem, vt patet) recte potuit, saltem in foro animæ, illos centum prædictos à Ioanne legatario auferre: ergo probabiliter, saltem post factum, sic saluari potest.

6. Imò addunt ex Iuriconsultis quidam, iddem esse dicendum, si illi centum aurei iare emptionis, & permutationis debiti ad Ioannem fuissent transfusi. Quod, quia nimis durum, expresseque contra prædictas leges, admittendum non est. Sic refert citatus Fagundes.

7. Deinde probatur intentum ex simili alio, & si pluribus singulari; quod sic se habet. Quidam ex bonis suis heredem instituit, Hospitale quoddam, relicto Confanguineis suis. Qui confanguinei, postquam Hospitale in pacifica rationum possessione fuit, ab eo clam tantum abstulerunt. Quæsierunt postea, an ad restitutionem astringerentur?

8. In hoc casu non defuere, qui negatiuam præbuerunt solutionem; ducti ex eo, quod, teneantur heredes, (& idem est de Hospitali) id, quod acceperunt, ipsius Testatoris sanguine coniunctis restituere. Cumque occulta ablatio rei propriæ, vel valoris ipsius, ius non auferat, (quidquid de illicito sit auferendi modo) sic, &c. Hos Authores ex Riccio in decis. Archiep. decis. 213. refert Homobonus apud Dianam l. p. tract. de contract. resol. 85. Ad quos accedere potest Sapientissimi Sancti Abbulensis auctoritas, in selectis disputationibus asserentis, sententias Iuriconsultorum esse probabiles; quod etiam refert Diana, vt dixi supra; & infra etiam dicam. Ego (& si hoc non admitto) illud tamen adduco, vt docti videant, quod si tolleratur, nullum prima facie fundamentum ostendens, nec in naturali iure, neque in humano; cur tollerari non debet,

quod supra resolutum est; cum pro eo stent non solum Authores, & graues, verum etiam leges? Vnde antefactum non consulere Petro, solum communiter indigenti, prædictos centum aureos auferre à Ioanne; post factum tamen, vt in presenti, factum ipsum improbare non audeam, nulla probabilitatis via relicta. Sicque sentio.

CASVS TRIGESIMVS.

IN Episcopatu Ciuitatis Pampilonensis viget, & obseruatur, quæ sequitur, constitutio:

Constitucion, como se han de repartir los frutos con el difunto, y nueno Beneficiado:

1. Y Queremos, socorriendo las necesidades de los difuntos, y declarando lo arriba dicho; que el Beneficiado difunto, en todas las Iglesias deste nuestro Obispado, fuera de la Iglesia Cathedral, goze la tercera parte de los frutos del año venidero; despues de su muerte, para que socorran sus necesidades; y paguen sus deudas, y hagan sus honras: Sic se habet prædicta constitutio.

2. Vertitur autem in dubium; an quidam, qui quinque annis in quadam prædicti Episcopatus Ecclesia Vicarius fuit, soluitque Antecessori suo defuncto tertiam omniam fructuum partem, posteaque in Claustralem D. Benedicti Ordinem fuit ingressus, in eoque solemniter professus; ius habeat ad tertiam fructuum prædictæ Vicariæ partem, vt debita soluat; suisque obligationibus succurrat? Et præcipue, an ius habeat, ad quartam decimam, *Que le cabe por lo atrásado, segun el tiempo que ha gozado, cómo de hecho ha principiado à pagar conforme el repartimiento, que se ha hecho?*

(?)

CASVS RESOLVTIO.

3 **A**D præsentem casum affirmatiue respondendum iudico. Quare dico; posse præfatum Vicarium consequi, & consequendi ius habere tertiam partem fructuum ad soluenda debita, & quartam decimam, &c. Ducor; tum, quia tunc mors Ciuilis, per professionem scilicet, naturali æquiparatur morti, eundemque parit effectum in ordine ad acquirendam hereditatem, vel legatum, vel aliquid, statuto, vel consuetudine decretum, quando & in professo, & in eius successore nullus recursus, seu succedendi capacitas reperitur: sed sic se habet profellus, de quo in informi; ergo sicut, naturali interueniente morte, erat illi tertia fructuum adiudicanda pars, sic & ciuili morte, per professionem occurrente. Maiorem probant in casu fere simili Bartol. l. 1. num. 7. de testam. & ibi Bald. num. unico, vers. In Glos. naturalem; Paulus Cumanus, Immoia, Aretinus, & alij, plusquam viginti Authores, quos refert, sequiturque Thomas Sanchez tom. 2. de statu Relig. lib. 7. cap. 3. num. 69. tenent etiam Angelus verb. Hereditas, num. 12. & ibi Tabiena, quest. vltima; Syluester verb. Hereditas i. q. 7. num. 10. dict. 6. Molina tom. 1. de iustit. disp. 140. in intro, & col. 2. vers. Quin & bona; & disput. 186. col. 2. Azor tom. 1. lib. 12. cap. 6. q. 5. & cap. 8. q. 6. Rodrig. tom. 2. qq. Reg. q. 80. art. 1. Nauarrus, Gregorius Lopez, Hódedeus consil. 60. num. 3. & consil. 61. num. 44. volum. 2. & consil. 62. num. 32. volum. 1. Surdus consil. 90. numer. 7. volum. 1. & consil. 557. num. 10. volum. 4. Gutierrez qq. Canon. lib. 2. cap. 1. num. 18. 45. & 51. Tapia, Benedictus Ægidius, Crasus, Co-uarr. cap. 2. num. 6. de testam. Costa, Iulius Clarus, & alij, apud citatum Sanctium. Minor autem, probatur ex eo; quia nec Monasterium, in quo præfatus Vicarius professus est, in onera succedit, nec ipse aliter potest debita soluere: ergo iddem præstat mors ciuili in hoc casu, ac, si interueniret, naturalis mors præstaret: ius ergo, & actionem habet, vt de tertia fructuum parte debita soluantur.

4 Nec obstat, si dicas, hoc admit-tendum non esse in tertij præiudicium,

quod interuenire videtur respectu successoris in casu posito. Non (inquam) obstat. Tum; quia præiudicium hoc in omnibus compensatione æquali reficitur. Tum etiam; quia in præfata constitutione præuisum est: in ipsoque, per accidens sequuto, vis, & efficacia prædictæ constitutionis fundatur. Tum etiã; quia est onus rei, à legitimo Superiore impositum; res autem cum suo onere transit. Tum etiam; quia negamus alicui præiudicium fieri; nam scienti, & consentienti nulla fit iniuria; cum ergo constitutio præfata edita fuerit, sciente Superiore, & bonorum Ecclesiæ dispensatore, & consentiente, nullus est locus iniuriæ, nec præiudicio. Tum tandem; quia adhuc probabilis est sententia, affirmans, professionem, factam in Ordine, succedendi incapaci, censendam esse mortem naturalem in præiudicium tertij. Sic Gratus consil. 68. num. 14. lib. 1. Hódedeus consil. 62. num. 38. volum. 1. & probat Sanchez vbi supra, numer. 80. hoc probabile dicens implicite num. 81. in principio; probat (inquam) quia resolutio iure dantis, resoluitur quoque ius accipientis; leg. Si ex duobus, c. 5. Sed & Marcellus, ff. de in diem adiectione: at per professionem dictam resoluitur ius Fratris; Minoris, v. g. alienantis: ergo, & finitur ius accipientis: (omitto alias rationes) ergo, à fortiori, iddem nostro in casu dicendum est.

5 Tum etiam probatur posita resolutio: nam legatum, relictum filiæ à Patre, si viro, nobilitatis suæ non inferiori, nuberet, debetur ipsi, si Religionem ingrediatur; vt rectè Emmanuel Rodrig. tom. 2. qq. Reg. quest. 127. artic. 1. vbi, inter rationes; quibus satis doctè hoc probat, vna est, deducta ex quadam lege, Titio, ff. de condit. & demonstr. cuius verba referuntur in Pandectis Florentinis, vt testatur quidam Augustinus doctissimus, lib. 1. emendationum, cap. 1. eorumque tenor sic se habet: Titia, si non nupsit, ducēta, si nupsit, centum legauit; nupsit mulier, non etiam centum re sua patet. Ita lex. Ergo ait Rodriguez: Quod ibi in fauorem nuptiarum contra expressam defuncti voluntatem deciditur, ad fauorem Religionis extendi tanto magis debet, quanto magis spirituale matrimonium, quod per professionem solemnizatur, antefertur carnali; quod per mutuum partium consensum; in facie

Ecclesia praestitum, contrahitur. Hæc Rodriguez. Ergo iddem in nostro casu dicendum est; & quia nulla adest in contrarium Legislatoris voluntas; & quia etiam à paritate rationis non leue deducitur argumentum. Etenim, cur spirituale matrimonium carnale in favorabilibus adæquat saltem, & spiritualis sæculo mors, per professionem solemnem introducta, similiter in favorabilibus naturalem mortem adæquare non poterit? Si enim (& est Angelici Præceptoris doctrina) solemnis professio martyrio comparatur; imò in aliquò illud excedit; cur, si martyrij morti comparatur professio, non comparabitur etiam morti naturali?

6 Tum etiam; quia si, in Beneficij fundatione cautum sit, vt, absente Cappellano certo tempore, vacet Beneficium, (quia in dubio censenda est voluntas testatoris, & institutorum, conformis iuri communi; vt tradunt communiter DD. l. *Hæredes mei*, §. *Cum ita*, ff. ad Trebellian.) ea clausula non est intelligenda in casu absentia, ob Religionis ingressum, eo, vel maximè, est, quod in dubio fauendum est Religioni, vt docet Thomas Sanchez in opere *moralis*, tom. 2 lib. 6. cap. 1. num. 4. hæc tenens cap. 4. num. 4. cur in dubio de qualitate mortis, non erit fauendum civili (vt sic loquar) morti, in solemni professione consistenti? Videatur Sà, *verb. legatum* num. 34. 37. & 38. & Couarrub. lib. 1. *variar. resol. cap. 19. num. 10.* qui hoc iddem videtur admittere in fauorem Religionis; non tamen è contra; vt ait Corrector Summæ Sà, supra, num. 34. Vide etiam Molinam *disp. 208.* & plures alios. Hæc namque videtur esse Testatoris (idest, Legislatoris) voluntas, vt patet.

7 Confirmatur hoc per Glos. in cap. *Placuit* 2. 16. q. 1. *vers. Mortuus*, vbi ita habet: *Hic vides, quod ingressus Religionis equipparatur morti naturali; vnde, quod iuris est circa dotem, vel donationem propter nuptias in morte naturali, iddem est in hac morte, idest, in ingressu Religionis; vt; C. de Episcop. & Clericis, l. ultima. Et sicut donatio causa mortis confirmatur morte naturali, ita similiter confirmatur morte civili; vt, C. de donati. inter virum, & uxorem, l. Res uxoris: ergo, &c.*

8 Fateor, mortem Civilem æquiparari morti naturali tantummodo, vbi

hoc in iure cautum inuenitur; vt ait citata Glossa; & videre est apud Farinacium 1. p. *decis. sellect. decis. 240. fol. 279. num. 7.* fictione tamen iuris; saltem equiualentem; in expressis, & omnino similibus, iddem dicendum est, vt super allegata probant. Et, licet per fictionem iuris veritas nõ confundatur, nec deleatur; vt iuxta. *C. de iur. dot. l. in rebus; in principio*, tenet Glossa 6. *decretal. lib. 1. cap. Susceptum, de rescriptis, tit. 3. vers. Non morte.* Nihil tamen contra hoc; nam adhuc posita iuris fictione stat veritas voluntatis Legislatoris in nostro casu; sicut stat etiam voluntas Testatoris, relinquentis legatum alicui, si monachabitur; licet æquiualentem saltem fictione iuris monachus fiat ex Tertijs Sancti Francisci, & similibus; qui vitam cælibem duxerint; vt post D. Francum de Castello Siciliæ, *decis. 88.* resoluit. Barbosa *tom. de vniers. iure Ecclesiastico, lib. 1. de Religiosorum Ordinibus, cap. 43. de statu, & vita Regular. fol. 557. num. 8.* Quod refert etiam Aloytius Riccius in *collectan. decis. part. 4. collectan. 1051.*

9 Et licet aliquando expressè mors Ciuili naturali non equiparetur. Hoc est, vel in conditionibus, in quibus merum factum attenditur; l. *qui Hæredi*, in principio, l. *Mauius*, ff. de condition. & demonstrat. cum similibus. Vel dic, hoc in odiosis, vt in plurimum tantum currere; vt probare videtur Farinacius in *decis. posth. tom. 1. decis. 151. Rotæ Romanæ, num. 1.*

10 Accedit ad hoc, quod non renuntians quoad Ecclesiam habetur pro mortuo; vt 7. q. 1. cap. *In quibus*, §. *Ecce in quibus*. Sicut, & vir ab vxore iudicio Ecclesiæ separatus, quantum ad ipsam pro mortuo reputatur; 33. q. 2. in sum. in principio. Sicut, & etiam Monachus reputatur mundo mortuus, ait Glossa dicto cap. *Susceptum, de rescriptis, tit. 3. in 6. decretal. lib. 1. iuxta 16. q. 1. cap. Placuit* 2.

11 Facit etiam; quia non minus, imo magis, æquiualeat morti naturali status Religiosus, seu solemnis professio, ac illi æquiualeat status matrimonij: sed status matrimonij comparatur morti in legatis: ergo, & Religiosus status poterit etiam morti comparari. Minor probatur ex sententia Sà, *verb. legatum,*

num. 42. etiam in summa correcta, ibi: *Legatum alicui quandiu erit vidua, & post eius mortem, tibi, si nubat, tuum est statim;* sic Sà: sed hoc est, quia contractio matrimonij mortij viduitatis æquiualeat: ergo, &c.

12. Accedit etiam probabilis Hostiensis, & Panormitani sententia affirmans, successorem in Beneficio teneri soluere etiam debita contracta pro Antecessoris necessitate; quod, & si vsu non sit (ait Sà, *verb. Beneficium in sum. correcta, num. 47. in fine*) est tamen valde probabile, & rationale: sed in nostro casu supponitur talis vsus, ex prædicta Constitutione dimanans: ergo, &c.

13. Tum denique, quia Ecclesiæ rem potest Rector nõ solum obligare pro illius, vel sua necessitate, sed etiã tenetur successor (ait probabiliter quidã, quos tacitis nominibus refert Sà, *sum. correcta, verb. Ecclesia, num. 7.*) ergo præfatus, de quo in informi, ius habet ad tertiam fructuum prædictæ Vicariæ partem, vt debita soluat, suisque obligationibus succurrat, & maxime ad quartam decimam, de quã in ipso informi. Sicque, tanquam probabile, Iudico.

CASVS TRIGESIMVS primus.

CVIDAM Beneficiario sic, quoad solvendam Pensionem, præceptum fuit à Pontifice: *Soluas Pensionem tantam Petro, v. g. ex fructibus tui Beneficij.* Conrigit autem, vt, nullos fructus recipiens, nihil solueret. Requisitus autem in Iudicio, & in eo soluens, voluit, soluta Pensione, compensare tantum dẽ, quod aliàs occulte ipsi Petro debebat.

Quæsiuit à me, an in conscientia tutus esset?

CASVS RESOLVTIO.

1. **A**D hoc, omittens aliqua, quæ, licet dicta placerent, dici tamen non expediunt, affirmatiuè respondi, etiam omittendo communem sententiam, affirmantem, saltem ex æquitate, teneri Petrum condonare tunc Pensionem prædicto Pensionario; du-

ctusque sui ex eo, quod, quando Pensio assignatur taxationis gratia, tunc non debetur, nullis existentibus Beneficij, vel Episcopatus fructibus; vt quidam, apud Azorium *lib. 8. de 4. decalogi præcepto, cap. 13. pag. 967.* affirmant: atqui impositio talis pensionis fuit, gratia taxationis, facta, & præcepta: ergo, &c. Probatur Minor (& vide Azorium supra, *pag. 968.*) probatur, inquam, ex eisdem Authoribus, asserentibus, tunc fieri, & imponi Pensionem per modum taxationis, quando, & Pensio ipsa, & Beneficium, ex quo solui debeat, vnica exprimuntur oratione; v. g. *vt Pensio huic, vel illi soluat ex fructibus certi Beneficij:* sed sic ex informi, & in rei veritate, fuit præcepta Pensio: ergo, &c.

2. Fateor, secus, secundum hos Authores, esse dicendum, quando demonstrationis causa fuit Pensio imposita, quod contingit, quando duplici oratione vtrunque, scilicet Pensio, & Beneficium, exprimitur: v. g. *Soluas Pensionem centum aureorum: & soluas eam ex fructibus huius, vel illius Beneficij.* Ad intentum ergo: Ergo talis Beneficiarius nullam tunc debebat Pensionem: ergo, quia ad iudicium nullũ habebat recursum, & si aliquem, ignoratum tamen; optimè potuit occulta compensatione vtĩ, maxime in prædicto casu. Dico, *maximè;* quia non damnares post factum, quamuis occulte, nihil aliàs Petro debens, ab illo tantumdem acciperet. Sententia enim Iudicis, licet in tali casu legale ius ad solutam conferret Pensionem; non abstulit tamen à Beneficiario ius, quod in prædicta sententia habebat, ad nullam soluendam ex fructibus nullis; proinde que, post factum occultæ compensationis, non obligarem illum ad restitutionem, salua: &c. Sicque Iudico.

CASVS TRIGESIMVS secundus.

IN Communitate de Calatayud; in quã Beneficij sunt Patronatus locorum, vel Oppidum, Capitularesque cuiuslibet Ecclesiæ pro libito quemlibet admittunt, tribuendo tertium, mediũ, vel totum fructum Beneficij, quando, & quomodo illis placet; conrigit, vt inciperent præfati Capitulares admit-

tere

tere practice quendam, in partem fructuum.

Quæsierunt primò: an post hoc possint admittere alium, minus antiquum, & illam priori præferre ad effectum, ut prius obrineat integrum Beneficiū, casu, quo prior admittens demeritis careat contra se?

Rogarunt secundò, an, non extante unquam practica de anteposendo minus antiquo, possiat hoc, modo efficere?

Quæsierunt tertio, an duo, vel tres actus positivi, in prius admissi fauorem facti, talem indicant consuetudinem, ut in conscientia violari non possit?

CASVS RESOLVTIO.

PRO solutione dico, quòd, vel illud tertium, medium, & totum sunt diuisiones reddituum, aut distributiones eiusdem Beneficij; aut sunt media portio, integra portio, aut tertia portio pars: si primum; dico (quid sit de potestate, ratione patronatus, Capitularibus data; cuius verborum tenor, vel consuetudinis introductio ad exactam præsentis casus solutionem multum conducere possit) stando in rigore informis, & attento iure communi, non posse Capitulares, dum iam unum admiserint, alium admittere, & hunc illi alteri in eodem Beneficio præferre. Tum; quia de iure communi Beneficia, vel per electionem, præsentationem, & institutionem, vel per collationem conferenda, sunt conferenda pure, libere, palam, sine diminutione vacantia, & in perpetuum; ut aduertit etiam Filliucius tract. 41. de Benef. cap. 3. fol. 21. col. 1. num. 11. ergo ad tempus non potest conferri, sed ad totam vitam Beneficiati; Cap. Percepta, d. 55. cap. Satis peruersum; d. 56. atqui confertur ad tempus, posita alterius admissione in totum, si hoc in informi dicatur: ergo, &c.

2 Tum etiam; quia talis admissio, seu collatio, facta cum pacto, modo, seu conditione alia ab illis, quæ iure in sunt, quales sunt: *Si vaccans sit: si is, cui confertur, sit idoneus: Si habeat animum commorandi, & seruiendi in illa Ecclesia; & alia;* de quibus Azor lib. 6. cap. 26. q.

3. & Filliucius supra, num. 12. est Simoniaca, cap. Quam pro, 1. q. 2. cap. Cum priorem, Cap. vltim. de pactis; ut recte Azor q. 2. & vbi supra Filliucius; ergo multo minus potest conferri cum conditione, nullatenus in iure existente, ut totum amittatur, licet aliunde de alia portione ei prouideatur.

3 Tum etiam; quia, si, ut alteri in totum conferatur, debet in primò admissio, saltem in partem, vaccare, & non supponitur vaccans, non poterit alteri conferri: cap. 1. cap. Nulla, de concess. præbend.

Tum etiam; quia licet, ut fiat, libere fieri debet, donatio, semel tamen facta, nequit sola Donantis annullari voluntate, ut patet: atqui collatio Beneficij est quædam donatio: ergo: Tum etiam; quia ius, alteri iam acquisitum, adhuc Pontifex non tollit; Cap. si is, cui; de præbend. lib. 6. ergo multo minus præfati Capitulares hoc efficere poterunt.

4 Nec obstat, quod per modum privilegij concessum sit. Nam etiam privilegia, & præsertim, quæ Ecclesiæ fiunt, & in illius commodum aliquantulum redundant, quale esse potest admissio, de qua in informi, sine causa non tollit Pontifex; ut ait Leo Papa in cap. Privilegia, cum sequentibus 25. q. 2. ergo multo minus inferiores Papæ. Sic Barbosa tom. de vniuerso iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 2. num. 114. cum sequenti.

5 Tum etiam; quia, facto Beneficij concursu, si ex pluribus examinatus vnus electus fuit pro magis idoneo, non potest inde ad aliquos annos à non approbato peti nouus consensus; ut, cum frequenti Decissione Rotæ, tenet Farinacius p. 3. & 4. decis. sellect. decis. 505. num. 4. ergo semel electus in nostro casu non poterit post aliquod tempus à Beneficio repelli, licet in partem; licetque aliunde illi prouideatur, nisi sit commutatio voluntaria, legitimi superioris auctoritate facta. Videatur Farinacius decis. 254. num. 4.

6 Tum tandem; quia si primus electus fuit in possessione, ad præscriptionem requisita, etiam ex hoc capite non potest suo iure priuari; ut in simili tenet Farinacius decis. 260. num. 2. ergo, &c. Et hæc de primò sensu, circa intelligentiam informis, à me in principio solutionis posito.

7 Si verò sit secundum, idest, integra portio, media, aut tertia pars, circa diuersa Beneficia, vt esse credo. Adhuc pro solutione data in fauorem primò admissi, tanquam probabile suppono, posse per duos, aut tres actus introduci consuetudinem; quæ sufficienter præscripta, tam Ciuilem, quam Ecclesiasticam legem abroget; sic, relictis pro nunc quamplurimis, quos referam, Authoribus, infra dum de consuetudine sermo fuerit, tener Sa, *verb. consuetudo, num. 5.* Angelus ibi, *num. 9.* & similiter Sylu. *q. 6. num. 9.* Vnde in cap. Ita nos, 25. q. 2. binus actus appellatur quasi vsus, & consuetudo. Consonat, l. 3. in fine, C. de Episcop. audien. vt, multis rellatis, ait Sallas, q. 97. tract. 14. disp. 19. sect. 8. fol. 492. col. 2. num. 72. Goffredus Travenlis in sum. tit. de consuetudine, num. 4. & sequent. sic asserens: *Sicut binus actus, vel trinus inducit possessionem, vel quasi; vt cap. Cum Ecclesia futruña, de causa possel. & propr. & cap. fin. col. tit. & leg. 1. C. de fideicomis. licet vnico acquiratur, vel deperdatur possessio, vel quasi; leg. Cum talis, C. de seruir. & aqua; cap. Cum. M. de constit. & cap. Pro illorum, de præbend. Quantum verò temporis necessarium sit, certè ad præscribendum contra Ciuilem legem sufficit decennium; & contra Ecclesiasticam quadraginta annorum requiritur iuxta citatos Authores. Scio, aliquos, etiam contra Ecclesiasticam legem sufficere decennium, affirmasse. Vnde quamuis ius Canonicum ad præscribendum contra Ecclesiam annos requirat quadraginta, hoc solum est, secundum mentem, P. Vaſ. disp. 177. cap. 5. ne Ecclesia ex negligètia ipsius tam cito amitrat dominium suarum rerum; non autem ad præscribendum contra legem Ecclesiasticam. Et Molina, teste Sallas vbi supra, sect. 4. fol. 477. col. 2. lit. B. ait, consuetudinem de re Ecclesiastica, quæ sit præter legem Canonicam, vim obligandi habere post decem annos. &c.*

8 Rursus aduertendum est, quòd præscriptione vni aliquid acquiritur, & aufertur alteri; Consuetudine autem vni acquiritur, & alteri non aufertur. Sic ex Aymon aduertunt Matienço, Azor, Co. uarrub. & eos, cum Molina, & alijs, referens, Sallas, q. 97. tract. 14. disp. 19. sect. 1. fol. 432. col. 1. num. 6. lit. E. quibus positis, Dico.

9 Si consuetudo, iuxta dicta, sufficiens ad præscriptionem tempus adepta

est, non possunt Domini Capitulares præferre alterum primò admissio. Tum, quia vel ius Canonicum oppositum decernit, vel non: si primum (quod in præsentibus casu durum videtur ob tertij. dampnum) iam per præscriptam consuetudinem derogatum est. Licet enim consuetudo hæc sit per ipsos Capitulares introducta, & res per eandem, per quas constituitur, causas possit dissolui; hoc verum tenet, quando tota ratio consuetudinis in introducentes illam refunditur; quod in nostro casu fallit; cum consuetudo sit in fauorem illoꝝ, qui semel admissi sunt, vt patet; absque quorum consensu auferri nequit. Si vero de iure communi nihil sit, prohibens prædictum modum ascendendi in fauorem eorum, qui primò admissi sunt, vel ad tertiam portionis partem, vel ad mediam (quod certum iudico, fatendo libertatem iuris communi ad vtrumque) iam per prædictam consuetudinem acquisiuit primò admissus ius, vt omnibus subsequenter præferatur, nisi aliunde indignus reddatur. Et licet consuetudo non auferat ius, vt fateor; & ex iure communi libere possint Capitulares quemquam idoneum eligere, quomodo velint; quia tamen, introducendo prædictam consuetudinem, suo iure cesserunt, & in primò admissos, ne postponantur, illud contulerunt, sibi impudent. Sicque iudico, &c.

CASVS TRIGESIMVS tertius.

QVIDAM Testator duas fundauit Cappellanas, & ambas Sacerdotales. Clauſula foundationis vnus sic se habebat: *T pasado el primer Capellan, por mi nombrado, los que despues huuieren de ser Capellanes, sean Sacerdores Presbyteros, y preferidos los Doctores en Teologia à los, que no lo fueren. Quidam, patroni consanguineus, non Sacerdos actu, nec actu Doctor, ætatis tamen sufficientis, vt intra annum Sacerdos fieret, & similiter in via ad Doctoratus gradum, similiter intra annum consequendum, obrinuit talem Cappellaniam, Clauſula autem foundationis alterius Cappellaniæ erat, quæ se quitur: *T que el que huuiere de ser Capellan, aya de ser vn año antes Sacerdote: prouisus fuit vnus, cui deficiebant tres mentes,**

vt impletus esse annus Sacerdotalis functionis.

Quæsierunt à me ambo, an tuti essent in conscientia; vel Cappellanas dimittere tenerentur, & acceptos restituere fructus; vel ad id possent obligari?

CASVS RESOLVTIO.

I PRO vtroque inquirente Cappellano respondi, nullam esse dimittendi Cappellanas obligationem, nec fructus restituendi, nec ad hoc posse astringi, cum vtræque, iuxta Testatoris, & Fundatoris mentem, fuerit, & præsentatus, & electus, & confirmatus. Pro primo sic ductus fui: Primo, quia talis clausula non habet maiorem vim, ac habet hæc: *Præbiter præsentetur*: sed cum hac apposita, adhuc, iuxta communem sententiam, & mihi veram, quam satis docte, inter alios, deffendit, probatque Ceuallus, tom. 2. qq. præctico. q. 693. à num. 6. & præcipue num. 13. posset accipere dictam Cappellaniam, qui intra annum posset Presbyter ordinari: ergo in nostro casu iustissimè (& à fortiori) prædictam præfatus retinet Cappellaniã, ac proinde nil restituere, vel dimittere cogitur. Maior est certa: Minor satis probabilis, & mihi verissima, vt dixi: ergo probabilissima Consequentia.

2 Secundò (& probo prædictam propositionem Minorem, simulque intentum) quia, iuxta prædictam sententiam, vt nõ Sacerdos actu non posset ralem accipere Cappellaniam. deberet Fundator sic dicere: scilicet; *Præsentetur Sacerdos, qui celebret Missas, & nõ alius, etiam si sit in minoribus, & ætatis legitime ad ordinandum intra annum*; quia tunc, quemadmodum à verbis legis non est recedendum; vt in *Authentic. de nuptijs, §. disponat, collat. 4. cum Vulgarã*, ita nec à voluntate Testatoris tacita, vel expressã; *l. non aliter, ff. de legatis 3.* atqui, hæc expressio voluntatis ralis Fundatoris non datur in casu præsentis, vt possit excludere non Sacerdotem actu, vt ex informi constat: ergo ad tacitam recurrendum est ipsius Testatoris, & Fundatoris voluntatem. Maior est expressè admittã à prædicta communi sententia; vt apud citatum Ceuallõs videri potest: Minor est euidentis: ergo ad tacitam voluntatem recurrendum est.

Quòd autem tacita voluntas nõ sit contraria prædictæ resolutioni.

3 Sic tertio probatur: nam fundans Cappellaniam, aliam vè dispositionem faciens, semper secundum ius videtur disponere: ita Bart. in *l. Heredes mei, §. Cum ita, num. 4. ff. ad Trebell.* (& est communis opinio) ergo, cum, de iure communi Beneficium Ecclesiasticum, cui onus Sacerdotale annexitur (& item Curatum Beneficium) possit licitè conferri non Sacerdoti, dum intra annum possit Sacerdos fieri, *cap. Cum in cunctis, de elect. cap. Is cui, 29. de præbend. in 6. Clement. General, de ætate, & qualitate, Trid. Concil. cap. 4. ses. 22. ibi: Vt alij Missas; & cap. 12. ses. 24. ibi: Habèant annexum Ordinem Præbyteri*: sequitur, in nostro casu sic interpretandam esse prædicti Fundatoris tacitam voluntatem. Patet hoc, ad minus satis probabiliter; nam, vt in hoc nostro casu esset expressa contraria Testatoris, vel Fundatoris voluntas, talis debebat esse, qualis supra num. 2. exposita est à Doctissimo Ceuallõs cum communi: atqui non ita est, vt ex informi constat: ergo ad tacitam est recurrendum: atqui, vt tacita interpretetur voluntas, potiore, imò vnicè, locum habet ius commune: ergo iuxta illud est explicanda: ius autem commune fauet expressè positæ resolutioni: ergo, & fauere debet Fundatoris voluntas: ergo, &c.

4 Et potest confirmari hoc, primò, ex tenore verborum prædictæ clausulæ: scilicet: *Los que despues huuièren de ser Cappellanes, sean Sacerdotes Præbiteros, &c.* Ex quã sic argumentor: prædicta clausula nõ habet maiorem vim, ac habet, quæ sequitur: *Instituatur Cappellanus Sacerdos, qui Missas celebret*: Sed, non obitante clausula hac, valida est collatio Cappellaniæ facta illi, qui actu Sacerdos non est; vt docent Rolandus, Spino, Lambertin. Flamini. Gonçal. Ceuallõs, Stephanus, Gratian. Perez de Lara, & Quaranta, quos refert, & implicite probat Castro Pallao, tom. 2. oper. Moral. tract. 13. de Benefic. disp. 1. punct. 6. num. 11. ergo, & valida erit collatio Cappellaniæ, de quã in informi, iuxta præfatos DD. Probo hanc Consequentiam in Clausula nostri casus, à paritate rationis, quã ipsi, in sua clausula, iddem, & ingenue satis, probant. Etenim ipsi dicunt, quòd quando Testator per verba affirmatiua pro-

cedit, qualia sunt: *Instituatur Cappellanus Sacerdos, qui Missas celebret*: tunc, & si Sacerdotalis dignitas annexa sit Cappellaniae, non tamen illam actu requirit: secus si Testator per verba negativa procederet, dicens: *Nullus alius, nisi, qui Sacerdos sit, instituatur*: Sed clausula, in informi contenta, facta est per verba affirmativa, vt patet, dum dicitur: *Los que despues huieren de ser Cappellanes, sean Sacerdotes*. Ergo valida est praedictae Cappellaniae collatio.

5 Confirmatur secundo ex celebri Rotae decisione i. in tit. de prae. in nonis; ubi deciditur, decerniturque, illum, qui exatis patitur defectum, posse acceptare Beneficium Ecclesiasticum, vel Sacerdotalem praebendam, si intra annum possit Praesbyter fieri. Pro quo plures refert citatus Ceuallos supra à num. 6. Vnde, quando Fundator postulat, vt praesentetur Sacerdos, intelligitur Sacerdos aptitudine, vt, scilicet, intra annum fiat, vt, sequitur Spinum, ibi num. 11. ait Ceuallos: ergo similiter, quando postulat, vt praesentetur Doctor, qui semper praesertendus est, intelligi potest Doctor aptitudine, vt intra eundem annum actiua luer Doctor sit praesertim cum in via sit, & proximè ad Doctoratus gradum; vt de contento in informi mihi constabat, in hac Complutensi Vniuersitate.

6 Probatum hoc vltimum: nam vel Doctoratus gradus, se habet in praesenti clausula, vt quid accessorium Sacerdotali functioni; vel vt quid aequè petiti cum Sacerdotali munere: si primum; accessorium naturam sequitur principalis; & sic si principale, scilicet, praesertetur Sacerdos, satis verificatur de Sacerdote aptitudine, sufficienter etiam saluatur Doctoris praesentatio, de Doctore aptitudine intra annum. Si vero Doctoris gradus sit aequè postulat, ac petitur Sacerdotale munus; iddem in vtroque dicendum sequitur a paritate rationis, & à simili; nam, qui a simili arguit, à ratione naturali argumentatur; cum similitudo sit cognata naturae, vt saepe alibi diximus.

Nec obstat, quod Fundator dicat, quòd praeseratur Doctor. Non, inquam, obstat; nam iddem est, praeserri Doctorem illi, qui non est Doctor, ac praeserri Sacerdotem illi, qui Sacerdos non est, si nil aliud expressius apponatur a Fundatore; atqui praeserri Sacerdotem illi, qui

Sacerdos non est, nil aliud est, quam quod praesentetur Sacerdos, quod de Sacerdotio in aptitudine intra annum saluatur satis; ergo.

7 Denique pro praefato Cappellano stat etiam specialis ratio, in consanguinitatis vinculo fundata; quae sic se habet: nam dispositio recipit interpretationem à verisimili mente disponentis; l. Cuius res, ff. de legat. 1. l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & posth. l. 3. C. de inoffic. testam. ibi: per coniecturam mater in pietatis; leg. Mulier, in fin. ff. ad Trebel. ibi: Intellecta matris voluntate: Sed si Fundator de hoc fuisset interrogatus, responderet, praesertendum esse (& ipsum praeserret) talem consanguineum iunum, actu non Sacerdotem, alijs etiam actu Sacerdotibus, ne videretur alienam sobolem propriae anteponere; contra leg. Cum acutissimi, C. de fideicommiss. leg. Cum Auis, ff. de vendit. & demonstrat. leg. Aurelius, §. Titius testament. ff. de liber. leg. In iure autem illud pro expresso habetur, quod verisimiliter Testator disponenter, si de tali casu fuisset interrogatus; vt optimè in specie nostri casus Ceuallos, cum alijs, supra num. 12. & 13. ergo sic iudicandum est. Nam ipse Ceuallos supra ait, sic saepius fuisse iudicatum in Audientia Archiepiscopali Toletanae Diocesis; & propè finem num. 13. dicit iterum, satis dici de iure habere Ordinem Sacerdotalem illum, qui intra annum potest ad Sacerdotium promoueri, vt in dicto cap. Licet de elect. lib. 6. & in Trid. sess. 25. cap. 12. de reformat. matr. refertque Hoyedam, & Flaminium asserentem, sic fuisse iudicatum, & obtentum in Rota: ergo ex hac speciali ratione, in consanguinitatis titulo fundata, ita quoad Sacerdotium aptitudine dicendum est: ergo, & ob eandem rationem, iddem de Doctoratus gradu, siue accessorio, siue aequaliter cum Sacerdotij functione petito, erit etiam affirmandum, ita ego sentio; imo, & verissimum existimo, & haec pro primò Cappellano; quae etiam deseruire valent in fauorem secundi; pro quo post tam resolutionem sic probo.

8 Et primò sic poterat intentum probari: nam quod parum distat, à re, parum, aut nihil distare videtur, testè Philosopho 2. Physicorum; ob quod D. Antonin. Syl. Tabiena, Turrecrem. Perez, Barthol. de Ledesma, & Ludouic. Lopez, apud Sanchez de sponsalibus lib. 1. disput.

put. 16. num. 4. sequuti Angelicum præceptorem in 4. distin. 27. q. 2. art. 2. ad 7. affirmant, optime posse contrahi sponsalia, duobus, vel tribus diebus ante implementum septennium. Et licet Ludonicus Lopez, iuxta Sanctium, hoc non dicat; ipse tamen Sanchez pro hoc refert etiã Ioannem Andræam, & Vegam. Deinde refert Emman. Rodrig. iddem affirmantẽ, quãvis Hebdomada deficiat. Imò Sotus, Vivald. Victoria, & Veracruz iddem affirmant, licet aliquid amplius Hebdomada ad completum septennium deficiat, vè ibi refert idem Sanch. iuxta l. fin. tom. 1. p. 1. ibi: *Siete años, o poco menos: quã sententiam implicite probat ibi Sanchez, dũ oppositam probabiliorẽ existimat; nã sic ille de alijs Authoribus sæpẽ sapius philosophatur. Ergo tempus, quod ita breue fuerit, vt parum a tempore postulato distet, nil distare videbitur. Adquod alludit illa pulchra quæstio: an scilicet, si Testator moriatur, & deinde resurgat, rumpatur eius testamentum? Quæ quæstio exemplificari potest in Lazaro moruo, & per Christum resuscitato; an scilicet, si testamentum considerat, illud, resurgens, rumpere posset, & ad bona sua redire? Vel si ab intestato decederet, postea resurgendo antiqua bona recuperare posset? Adquod affirmatiue responderet Iustus Clarus lib. 3. sentent. 5. testamentum, q. 86. & pro ratione ait: quod non videtur defunctus, qui tan cito reuixit; quod iddem dicendum foret de Posthumo, qui de nouo natus esset. Sic etiam Glossa in l. ex his, in Gloss. 1. ff. de legib. quæ in hoc est communiter approbata, vt dicit Alberic. in distin. ex his, numer. 1. & Alex. in l. Si marito, in princ. nu. 5. ff. solut. matr. Cumque hæc temporis breuitas cõputanda sit in vno anno, scilicet septimo, nam difficultas inter Authores quoad hoc, est, an secundum ius sufficiat septennium inceptum, an verò requiratur completum, iuxta cap. literas, C. ad dissol. nendam, & sæpẽ alibi; ergo solum est dissentio inter illos; an annus septimus sufficiat moraliter completus, an verò plures completus requiratur? Ergo si tempus trium mensium tempus breue, & parum fuerit, respectu vnus anni complete postulati, pro completo habendus erit annus.*

9. Quod autem hoc ita dicendum sit,

non leuiter constat ex cap. Præterea, tit. 14. lib. 1. Decretal. verb. Breue tempus; circa quod sic Glossa: *Quandoque breue tempus dicitur quatuor mensium, C. de vsur. rei iudic. eos, ff. de iudic. si debitori: quandoque decem dierum; ff. de constit. peccu. promissor. 9. 1. quandoque duorum mensium, C. de secan. nup. l. 2. quandoque xxx. dierum, ff. de tri. acti. que pri. l. 1. §. 1. &c.* Et paulo infra, reddens rationem omnium prædictorum, sic habet Glossa: *Item arg. quod parum est; vtrum aliquid fiat in presenti, an in breui tempore.* Pro quo citat plures textus. Ergo si prædictorum temporum differentia, parum distare à postulato tempore dicuntur; & quod parum distat à re, parum, aut nihil distare videtur, pro nihilo reputandus erit, respectu vnus anni, trium mensium, in nostro casu, defectus.

10. Poterat itẽ probari à simili hoc modo: nam Pasqualigus, & si cum timore resol. 300. à num. 6. vt refert N. Leander tom. de quinque Eccles. præceptis, pag. 59. q. 4. assignat laborantem in die festo tertiam partem diei, sumptam de illo tantum tempore, quod regulariter loquendo solet insumi in opere seruili, nõ peccare mortaliter. (Et omisso nonnullorum Canonistarum sententiam, assententium, tertiam partem totius diei festiui, quoad laborandum non esse notabilem partem; de quibus Fagundez, & N. Leander pag. 58. q. 3. cuius censuram admitto.) Ergo in isto casu, de hoc sic laborante dicendum est, obseruasse totum diem festiui, & nihil contra præceptũ deliquisse; nam peccatum veniale iuxta probabilissimam sententiam non est contra legem, sed præter legem. Si ergo totus dies festiuius coli iubetur; & pro toto illo præcipitur quis ab operibus abstinerere seruilibus, cum possit; & hoc saluatur, adhuc tertiam diei partem modo dicto laborando; cur, si in nostro casu Testator, solum dicit, *Que aya de ser vn año antes Sacerdote*, non verificabitur prædicta clausula, siquidem sola 4. pars anni (idest, tres menses) deficiat. Antecedens (loquendo de quarta totius diei parte absolute, quod ad intentum posset deleruire) tenere videtur, licet sui oblitus, Filiucius tom. 2. tract. 17. p. 2. cap. 2. nu. 33. per hæc verba: *Dico secundo: vt habeatur mensura certa pro omnibus, modicum eius modi censi potest quarta, vel quinta pars*

commemorationis, quam quisque facere solet. Ratio est, quia: talis pars in alijs rebus, pro modico haberi solet; ut in omissione Missæ, in omissione horæ Canonice, & similibus. Et paucis interpositis verbis, in quibus, & vltim; & Saluaticentes pro hoc refert Doctores, sic habet: Denique etiam ex iure probari potest, modicum intelligi posse pro quarta, vel quinta parte. Sic ite: ergo probabilis etiam ex hoc capite stat resolutio posita. Sed his oculis, videri potest N. Leander tom. 3. in quatuor Ecclesiæ præcepta pag. 38. q. 3. 4. 5. & seqq. & pag. 96. q. 35. 36. & 37. & pag. 199. q. 9. cum antecedentibus, & seqq. cuius assensui libenter subscribo.

11. Sic illam probò: (& repeto dicta numer. 1.) non minorem vim habet hæc clausula, scilicet, *Præsentetur Præbyter*: ac habet clausula secunda prædicti informis; scilicet, *Quæ et que huiusmodi deser Capellan, aya de ser vn año antes Sacerdote*: atqui prima clausula saluatur, licet actu Sacerdos non sit: ergo, & hæc verificatur, quamvis actu annum Sacerdotij muneris non compleuerit. Minor ex dictis supra num. 1. iam constat; Maior autem sic probatur: sicut clausula hæc; *Aya de ser vn año antes Sacerdote*: postulat antecessorem temporis vnus anni in Sacerdotali functione, sic, & illa; *presentetur Præbyter*, exigit ante præsentationem Sacerdotij dignitatem: atqui ad saluandam Sacerdotij dignitatem, vt verum sit, quod Præbyter præsentetur, sufficit, esse quem Præbyterum aptitudinaliter, vt intra annum; imò, paulo ante completum phisice annum, actualiter fiat Præbyter; ergo a fortiori satis erit, quod intra tres menses annus Sacerdotalis functionis phisice compleatur. Rursus; potuit qui Præbyter erat præsentandus, Cappellania: titulum accipere in principio anni, aliàs phisice complendi in tempore, quo præsentatus actualiter Præbyter fieret, idest, in fine anni: ergo potiori ratione potest præfatus, de quo in informi, prædictæ Cappellania: titulum accipere, & Cappellanus nominari, seu institui; siquidem soli tres menses ad phisicam anni completionem illi deficient.

12. Confirmatur hoc: nam quando dicitur: *presentetur Præbyter*, licet nullam determinatum tempus ante præ-

sentationem exigatur, exigitur tamen, ad minus, tempus illud, quod requiritur, vt verè Præbyter præsentetur: cum hoc fiat, nullum antecedenter requirit tempus, in quo actualiter sit Præbyter: ergo, licet in nostro casu Sacerdotij dignitas actualiter antecedens requiratur, pro tanto tamen temporis spatio sufficienter saluatur proprietas vnus anni completi, licet prædicti tres deficient menses. Si enim in adducto simili, cum exigentia Præbyteratus ad præsentationem compatitur rectè Præbyteratus aptitudo intra annum, cur non compatietur actualis Sacerdotij, pro maiori anni parte, dignitas, deficiente tantummodo trium mensium tempore?

13. Confirmatur secundò: etenim negari non potest, voluntatem fundatoris, dum expressis, clarisque, verbis nõ constiterit, esse secundum ius commune interpretandam, vt constat ex dictis numer. 3. atqui, secundum ius, annus incipit pro completo reputatur, dum expressa clausula; oppositum decernens; addita non fuerit; qualis reputatur addita in ætate ad sponsalia, & ad matrimonium; (quidquid sit de malitia, ætatem supleante,) & in Nouitiatu anno, & in Professione; & alijs; ergo, extra prædictos casus, Testatoris, ac Fundatoris voluntas, iuxta ius commune interpretanda venit: ergo, si clausula hæc, scilicet; *presentetur Præbyter*, quæ, ante præsentationem, Præbyteralem videret functionem requirere, de Præbyteratus Ordine in aptitudine, vt intra annum Præbyter præsentatus fiat; intelligenda venit: iuxta communem sententiam, de qua supra à numer. 1. cur clausula nostri casus, videlicet, *Aya de ser vn año antes Sacerdote*, non expresse postulat annum completum, & non aliter; non est, iuxta ius commune, interpretanda? Rursus; ergo, si clausula illa, scilicet, *presentetur Præbyter*, non excludit illum, qui intra annum potest Præbyter fieri; nisi addatur sic; *Qui celebret Missas, & non alius, etiam si fit in minoribus; & ætatis legitime ad Ordinandum intra annum*: quod, cum communi sententia requirit Doctus Ceuallos supra, numer. 2. cur idem in præsentiarum, de nostri casus clausula dicendum non erit; siquidem,

dem, nec annum expresse postulat completum, nec exclusionem illorum, qui annum non compleverunt, apponit? Idem ergo utroque in casu dicendum est.

14 Sed dices: illud adverbium *antes*, contentum in prædicta clausula, scilicet; *Aya de ser un año antes*, &c. sufficienter denotat annum completum. Contra est; nam sicut adverbium *antes* antecessionem annualem, ut quis præsentetur, prærequirit, sic clausula illa; *presentetur Præsbyter*: aliquam Præsbyteratus Ordinis antecessionem sonat, ut quis præsentetur; de quo iam supra: at qui nullam actu postulat necessario Præsbyteratus Ordinis antecessionem, cum solum aptitudinali Præsbyteratus præcedentia, ut intra annum actualiter fiat quis Sacerdos, sit contenta: ergo à fortiori, saluatur prædicti adverbij, *antes*, significatio, deficientibus tantummodo ad phisice completum annum prædictis solis mensibus tribus; siquidem tacita Fundatoris voluntas per ius commune est declaranda, quod, extra expressos, in ipsoque iure contentos, casus, de quorum numero non est præsens, inceptum annum reputat pro completo.

15 Roboratur hoc: exceptio firmat regulam in contrarium: ergo si, secundum ius, annus inceptus pro completo habetur, quod in multis negari non potest; & quando contrarium vult, hoc declarat, & excipit, ut ex dictis constat; non ne exceptio hæc, in determinatis casibus vigens, regulam in contrarium ad casus non tales, non firmat? Firmat certe: ergo sic, secundum ius, interpretanda venit præfati Fundatoris, in nostro casu, voluntas: ergo uterque in informi Cappellanus contentus, Canonica fuit institutione institutus: uterque ergo in conscientia securus esse potest, ac proinde nec fructus restituere tenetur, nec dimittere Cappellaniam.

16 Sed, ne alicui videatur rationem, supra num. 8, appositam, ad probandum, parum, aut breue tempus esse tempus trium mensium respectu unius anni, non rectè deduci ex *Glos. 1. in dicto cap. Præterea, de atar. &c.* sicque pro libito à me esse adductam. Ecce sapientissimus Noster Leander in expositione nostræ Regulæ *cap. 45. in fine*, circa illa verba: *Si verò ex aliqua legitima causa prolixior pro-*

batio requiri videatur, liceat superiori, (id est Ministro domus) annum probationis ad aliquod breue tempus prorrogare: Sic habet, *lit. L. Ad aliquod breue tempus: id est, ad tres, vel quatuor menses dilatarè. Nam breue tempus dicitur tempus unius, duorum, vel quatuor mensium; ut habet Glos. fin. in cap. Præterea, de atarè, & qualitate:* Sic ille; non obstante, quod Tridentinum *ses. 25. de Regular. cap. 13.* probationis tempus in tempore unius anni præfixerit. Ex quibus sic ego: ergo si quatuor, ultra annum, iuxta Tridentinum non excedendum; menses; breue, aut paruum tempus designatur; similiter defectus quatuor mensium ad annum, phisice complendum, parum, aut breue tempus est reputandum: ergo, & à fortiori, trium mensium tempus: ergo respectu unius anni parum temporis tres dicuntur menses; cumque quod parum dilatat à re, parum; aut nil distare videatur, iuxta dicta; sic, &c. Ergo ratio posita non est absque fundamento adducta.

Et confirmatur hoc: nam plus est, quod nobilitate suppleatur ætas; itemque meritis Patris in filijs; ac tandem, quod in filijs ad officia paterna signatæ ætas suppleatur; quam quod notiro in casu prædicti tres menses ad complementum anni suppleatur: atqui tam nobilitate, quam Patris meritis, seu ad officia paterna ætas suppletur: ergo, &c. Minorem probat ingeniosissimus, satifque acutus D. D. Hieronymus Altamirano, in *titulum Codicis, de filijs officialium lib. 3. cap. 4. num. 19. 20. & 26.* quoad nobilitatem referens *dicto num. 19.* Cuiacium, Tiraquel. Lenauderium, Bobadillam, & Plinium; quoad Patrum merita; Paulum de Castro, Castaldum, & Tacitum, *num. 20.* & quoad officia Paterna, *num. 26.* hanc reddens rationem, cur in filijs debeat ætas ad Paterna officia suppleri; *Quia (inquit) in estimatione prudentum, & nostræ 1. p. dogmate, filij parentibus indole, ingenioque similes, citius, & laudabilius ea omnia discunt, & exercent, & penetrant, in quibus Paternum maxime viguit ingenium: maturus, inquam, ceteris, queis nascentibus, nullus illius modi indolis influxus adsuit in stirpe.* Sic ille; referens P. Salazar in *Prouerb. capit. 13. vers. 23.* quid ergo mirum, si in nostro casu illi tres menses suppleantur?

17 Sed quia hanc de Cappellanij

materiam tetigimus, placet vnum aduertere, quod ex Theologis non pauci omiserunt; & si apud Iuris peritos facile possit inueniri; & præcipue apud Ceuallos voi supra. Igitur, si duo æquales concurrant præsentati consanguinei Fundatoris in gradu æquali, ille præferendus est, qui à Patrono Cappellanix fuerit præsentatus; aliàs collatio ab Ordinatione alteri facta nulla est; *cap. ex insinuatione de iur. Patron. cap. Decernimus*, 16. q. 7. *cap. Illud de iur. Patron.* Quod si fuerint plures Patroni, & vna illorum pars vnum ex dictis æqualibus consanguineis Testatoris præsentauerit, altera alium; tunc præferendus, qui dignior fuerit; iuxta *cap. Vt Ecclesiastica Beneficia*, ibi: *Debuisi in persona magis idonea dispensare*, *cap. Si forte*, *cap. Metropolitano*, 63. dist. *cap. Moyses*; *cap. Licet ergo*, 8. q. 1. *cap. Cum in cunctis*, de elect. *cap. 3. cap. Significasti*, de foro comp.

18 Si autem ambo fuerint æquales ætate, moribus, prudentia, doctrina, & alijs rebus; eligendus est ex prædictis magis idoneus iudicatus; iuxta Trident. *sess. 24. cap. 28. & cap. Constitutus* 46. de appellat. quod decernit, idem faciendum, licet interposita fuerit appellatio. Quamvis in Regali Cancellaria per modum violentiæ, aliquando tales prouisiones rescindantur, aliquando non; prout supremi iudices arbitrantur. Quorum authoritas, licet magni sit habenda, melius tamen esset, vt, interposita appellatione, prædictæ non impedirentur collationes; quia lite pendente bona dissipantur, & vltima Testatoris elogia suspenduntur, & animarum suffragia.

19 Quod si in his omnibus æquales fuerint, data paritate, præferendus est, qui genere nobilior fuerit; *l. 18. tit. 9. p. 2.* iuncto argumento textus, in *cap. De multa*, vers. *Circa*, in fine, de præbendis, ibi: *Circa sublimes, & literatas personas*: vbi arguendum est ab ordine literæ; vt nobiles magis præferantur; argumento textus, in *cap. Constitutus*, de appellat. *l. fin. ff. de fide instrum.* ibi: *Et amplioris honoris inferiori præferemus.* Et si adhuc nobilitate sint pares, præferendus est, qui à nobiliori descendit sanguine; per textum in *l. Si Cohortalis*, C. de cohortal. lib. 12. quia, qui nobiliori genere decoratur, melior præsumitur; iuxta *Glof. in l. cum vnus*, de alimentis, & *cibar. legat.* Nobi-


litas namque deuiat à malo, & inclinatur ad bonum; *Glof. in cap. Illud 40. dist.* Quod si adhuc in hoc pariformiter se habeant, eligendus est, qui iustius loci fuerit naturalis, vbi fundata est Cappellania; quod multis rationibus probant communiter Authores. Et si ambo naturates fuerint, pauperior præferatur; vt ex Iuriconsulis plures aiunt. Si vero adhuc in hoc æquales esse contingat, eligendus est Doctor, vel Licentiatus, vel aliqua speciali prærogatiua fulcitus; iuxta textum, in *l. 2. C. de officio præfecti, prætorio Africa*; & *l. 10. tit. 15. part. 1.* Vnde, & Theologus præfertur alius graduatis, iuxta *dicis. 301. Romanæ Rotæ*, in *2. part. numer. 1.* Quod intelligit Ceuallos supra, *numer. 36.* quando pululant hæreses; alias secus. Deinde, si in hoc æquales etiam fuerint, præferendus est; qui officio, aut dignitate aliqua gaudet; vt quidam dicunt. Sicut & præferri debet, qui tenex fuerit, cæteris paribus; quia si iunior fuerit in maiori constitutus dignitate, tunc, cæteris paribus, dignitas hæc senectuti est præferenda; vt plures docent. Hæc adnotauimus, quia, licet non necessaria ad prædictum casum, ad alios tamen, plusquam fortè contingentes, sunt scitu digna.

CASVS TRIGESIMVS quartus.

QVIDAM Parrochus, videns, quod de centum aureis, quos sæpius pro congrua cuiuslibet anni perceperat, quadraginta per Episcopum ab eo sublati sunt, eo quod per assententiam matrimonij, Baptismis, & per funeralia, & oblationes, ipsi Parrocho plusquam quadraginta aurei correspondebant, abstulit quotannis à decimis, correspondentibus Episcopo, prædictos quadraginta aureos.

Quæritur; an teneatur illos Episcopo restituere?

(?)



GASVS RESOLVTIO.

1 SUPPONO ex Tridentino *sess. 24. cap. 13.* Rectori, aut Vicario, assignandos esse centum pro congrua aureos, quoposito. Dico præfatum Parrochum nil teneri Episcopo restituere. Ducor; nam Episcopus non potuit ab illo illos quadraginta accipere aureos illo invito: ergo, &c. Dices, sufficienter esse compensatos assignatione, seu subrogatione illorum, quæ ex assistentia matrimonijs, Baptismis, &c. illi proueniebāt.

2 Sed contra; nam in centum aureos, pro congrua, à Concilio Tridentino assignatos Rectori, seu Vicario, idest Parrocho, nõ debet computari id, quod ex Baptismis, matrimonioque, & ex sepeliendis mortuis, atque ex oblationibus prouenit, nisi ad sit consuetudo: ergo, &c. Probatur Antecedens; nam necessitas contribuendi Parrocho dictos centum aureos nequit fundari in eo, quod contingenter, tam in esse, quàm quoad tantam, vel tantam quantitatem, ex Baptismis, matrimonijs, &c. prouenire potest; aliàs in libertate Parrochianorum esset congrua, vel non, cum in eorum libertate sit matrimonia contrahere, & sic filios procreare; ergo non potuit Episcopus loco illorum quadraginta, quos à Parrocho abstulit, aureorum, illi in recompensationem assignare, quod in congruam minimè computatur; & quod, ex contingenti suppositione quod veniat, sub dominio est prædicti Parrochi.

3 Fateor, quod si adesset consuetudo computandi in congruam id, quod ex Baptismis, matrimonijs, funeralibus, &c. prouenit, non haberet vim proposita ratio; eo quod tunc consuetudini standum sit; quod videtur aliquantulum inuere Concilij congregatio, dum ait, valorem centum ducatorum esse intelligendum iuxta morem cuiusque regionis; vt videre est apud Barbosam *in dicta sess. 24. cap. 13. de reformat. fol. 577. cum sequenti.*

4 Fateor: (inquam) sed hoc in præfenti casu non teneri, quod non leuiter probat subrogatio, ab Episcopo facta. Nam Episcopus loco quadraginta aureorum, quos aliàs non poterat auferre, subrogauit valorem, contingenter prouenturum ex Baptismis, matrimonijs,

& funeralibus; illumque in congruam computauit: ergo signum est, quod nulla adesset consuetudo, talem talium rerum valorem in congruam computans. Ablata ergo consuetudine, iniuste processit Episcopus ex hoc capite; sicut, & iniuste procederet, saltem probabiliter, si stipendia Missæ in congruam computaret. Probat: nam Rectores, & Vicarij. Parrochique solum tenentur ad summum Dominicis diebus, & festis pro populo Missam celebrare, vt populus Missam audiat, non vt pro populo fiat Sacrificij applicatio, vt post alios adnotat Syluius *in 3. p. q. 83. art. 1. queritur 17.* & cum referens, Diana *1. p. tract. 14. resolut. 26.* ergo stipendia talium Missarum, sicut, & aliarum, non debent in congruam computari.

5 Quod si adesset consuetudo sufficienter introducta applicandi pro populo Missas in diebus festiuis, non ideo sequitur, non posse Parrochum pro votiujs Missis, & pro Anniversarijs stipendiũ defferre; quod iudico, non esse in congruam computandum, præsertim quoad valorem, qui pro elemosyna Sacrificij tribui communiter, iuxta Prouinciarum diuersitatem, solet. Quia Missæ illæ, illæque Anniversaria à particularibus sunt fundata, qui populum minimè representant. Tum etiam; quia id, quod ante collationem Beneficij quis possidet, non debet in congruam computari: atqui Sacerdos, Parrochus, Rector, vel Vicarius nominatus, possidebat antea ius, vt Missas, quas tanquam simplex Sacerdos celebraret, communi compensaret stipendio: hoc ergo stipendium non debet, ablata consuetudine, in congruam computari.

6 Et dato, quod Missæ votiuæ, & Anniversaria essent ab omni populo fundata, cum determinato stipendio, non ideo stipendium hoc deberet in centum illos aureos, pro congrua à Concilio assignatos, computari. Tum propter dicta. Tum etiam; quia stipendium, quod pro Missis datur, non est illud, quod datur pro Beneficio, & de quo loquitur Tridentinũ; vt, citatis tacite alijs doctis, teneri docti sumus Sanchez *tom. 1. consil. lib. 2. cap. 2. dub. 68. fol. 233.*

7 Adde, quod non caret probabilitate, asserere, consuetudinem offerendi, & applicandi diebus festiuis Missam pro

populo, non obligare sub mortali, quando de hoc onere non constat ex tabulis Ecclesiæ, vel ex Episcopi præcepto; vt rectè Potevinus de officio Curati, cap. 2. numer. 4. Fraxinellus de obligat. Sacerd. sect. 3. conclus. 2. §. 1. num. 4. & alij, quos sequi videtur Diana 1. p. tract. 14. resolut. 26. Cuius ratio est. Quia non est in præiudicium alicuius inducenda obligatio sine claris probationibus.

8 Fateor (& si salua communi pace DD.) non carere probabilitate, alle-
rere, tam stipendia pro Missis votiujs, & Anniuersarijs, quàm id, quòd ex Baptis-
mis, Matrimonijs, &c. prouenit, (& au-
fero consuetudinem) posse in centum il-
los aureos, à Concilio assignatos pro
congrua computari, & ingredi. Probat-
ur à simili: nam omnes fructus Cap-
pellaniæ computandi, sunt etiam ij, qui
dantur pro Missis, ergo in omnes fructus
pro congrua signatos à Concilio, Re-
ctori, vel Vicario, debent etiam com-
putari ij, qui dantur pro Missis. Ante-
cedens tenent, & probant quidam, ex
Neotericis viri docti, quos refert, &
probabiliter sequitur Sanchez vbi su-
pra; & sic probant: nam verè omnes ij
sunt fructus Beneficij. Confirmantque,
quia alias in Beneficio Curato esset id-
dem dicendum, scilicet, quòd si, demp-
ta ea parte fructuum, quæ correspondet
Missis, quas tenetur Curatus facere pro
populo, & alijs ministerijs, ad quæ obli-
gat Beneficium, fructus, qui supersunt,
essent exigui, non obligaret ad recitan-
dum: supponunt ergo, stipendia Missa-
rū, quas pro populo celebrare tenetur,
in congruam Beneficij Curati compu-
tanda esse: quia ergo tenetur etiam Bap-
tizare, Matrimonio assistere, & mor-
tuos sepelire; fructus, (licet non neces-
sario, sed libere, & contingenter ratione
facti correspondentes, & consuetudine
taxati) in congruam, v. g. centum au-
reorum, iuxta Concilium, debent, vel
possunt computari.

CASVS TRIGESIMVS quintus.

SACERDOS quidam ludo per noctem
S occupatus, cum aduertentia ad obli-
gationem recitandi, perseverauit luden-
do vsque ad pulsationem primam duo-

decimæ horæ noctis; & statim, ad aliud
appellans Horologium, incepit officium
recitare diuinum, illudque prosequutus
fuit, non obstante quòd alia omnia Ho-
rologia simul fere cum primò duodeci-
mam sonuere horam; quòd & sæpius illi
contigit.

Quæsiuit à me, an teneretur fructus
diuino Officio correspondentes, resti-
tuere?

CASVS RESOLVTIO.

1 **A**D hoc illi negatiuam præstiti rei
possessionem; quàm etiam modo
sustineo, vt probabilem. Ducor autem
duplici fundamento, mihi satis probabi-
li; primò, scilicet, deducto ex communi
illo Iurisperitorum, & plurimorū Axio-
mate, *Quòd res, incepta tempore apto, possit
finiri tempore consequenti*, nisi obstat de
non prolequendo illam præceptum ali-
quod: ergo quia præfatus Beneficiarius
officium incepit ante mediam noctem
recitare, & nullum adest, post mediam
noctem, illud non prolequendi præcep-
tum, poterit, & potuit, illud, absque præ-
cepti recitandi fractione, post mediam
finire noctem. Quòd, quia iam supradix-
imus, rursus hic probare relinquo. Imò
pro hac sententia adest Doctissimus ex
nostris P. Leander 2. p. pag. 106. cum se-
quenti, q. 25. referens Sapientissimum
etiam ex nostris, P. Fr. Franciscum à San-
cto Iuliano, & me, qui, cum Legionen-
si tract. manuscripto de horis Canonicis, hoc
semel, & iterum in nostro Salmantino
Collegio docui. Videatur citatus Lean-
der, vbi erudite satis, & latè, hoc ipsum
non contemnendis comprobatur rati-
onibus. Ergo, si præceptum impleuit reci-
tandi, ab obligatione restituendi erit
immunis præfatus Beneficiarius.

2 Imò iddem sustineo, & si nullum
aliud foret Horologium, nisi, quòd pri-
mò audiuit. Quòd probò; (& est secun-
dum huius resolutionis fundamētum.)
Probo igitur ex alia doctrina eiusdem
sapientissimi P. Fr. Leandri, vbi supra,
pag. 137. cum sequenti, q. 7. asserentis, illū,
qui cænam facit ante mediam noctem,
posse, etiam cum duodecima vnici Ho-
rologij sonauerit hora, prosequi ex-
nam, vel potum vsque ad vltimā pulsa-
tionem tantum; & sequenti die Eacha-
ri.

ristiam sumere; de quo etiam ego ubi supra. Pro hac etiam sententia citari possunt, velint, nolint, Trullench. quæ sequitur Diana 6. p. tract. 6. resol. 34. & quos refert etiam Noster Leander ubi supra; cum alijs huius Complutensis Vniuersitatis Doctissimis Magistris, & Doctoribus. Pro hac etiam Diana ubi supra, refert Doctissimum Martinum Breserium Societatis Iesu. Et pro hac à fortiori referri potest quidam, quem etiam supra retuli, affirmans, non finire mediam noctem vsque ad quadrantem horæ, postquam duodecima noctis hora sonauerit; quod, quia probabili carere iudico fundamēto, non admitto.

3 Probo igitur sic (& si superius dicta repetam; sunt enim pulchra.) Nā Horologium se habet instar legis; pro quo ubi supra citauit Doctis. Suárezium. (Est enim Horologium regula, hominū actio nes regulans) atqui non currit obligatio legis, vsque dum eius apponatur publicatio, vt patet: ergo non currit subsequēntis diei obligatio, vsque dum de finitione constet antecedentis: atqui non constat hoc, per se, vsque ad duodecimam duodecimæ horæ pulsationem Horologij, vt etiam patet (quidquid sit, de peculiari, & accidentaria aliquorum de duodecima hora notitia, sicut dicitur de simili promulgationis legis notitia) ergo, &c. Et licet ex hoc sequatur, horas esse moraliter inæquales, non obest, cum phisice sint æquales; vt sic saluetur computus naturalis, & phisicus, seu de momento ad momentum. Vt sic tamen non possunt deferuire tanquam regula ad hominum dirigendas actiones; quæ vt dirigantur, necesario debent horæ moraliter cōputari, id est, de prima pulsatione ad vltimā, vel ad non aliam, pro eo spatio; quod, post vnicam horam, requiritur, vt vnica esse intelligatur. Ergo, ad humanas actiones dirigendas, attendi debet ad horas diei, sumptas moraliter, tanquam ad regulas; & non phisice. Ergo ex hoc fundamēto satis probabili, & in quo nulla contra bonos mores relaxatio reperitur, excusatus remanet præfatus Beneficiarius ab obligatione restituendi; cum inceperit Officium in tempore apto ad satisfaciendum præcepto; proindeque nec mortaliter peccauit; si continuationem auferas.

4 Nec inuidendi sunt prædicti Authores, qui huiusmodi sententias repererunt;

& si æmulentur, non mordendi; cum nulla, honoris Dei zelum prætendens, proximorumque salutem procurans; in talibus contradicendis sententijs possit recta ratio reperiri. Qui sic calumniant, (si qui sunt? quod non iudico) attendant quæso, ne ipsi, in concilijs, quibus cogitant comprehendantur. In concilijs (inquam) quibus de proximis suis absque fundamēto cogitant, cum fundamēto comprehensi sint. Nec nouitas sententiarum petra debet esse scandali. Tum, quia nouitas hæc non est peregrina in fundamēto, & principio, cui inittitur; cum nil sit sub sole nouum; sed est nouitas in expressione, & accommodatione. Tum etiam; quia quotidie noua multiplicantur peccata, peccatorumque modi; & circumstantiæ ad instar abyssi, abyssum inuocantis; quæ omnia, vel saltem plura, in antiquis Authoribus expressa non inueniuntur. Quid ergo sceleris est; ea detegere, vt curentur vulnera suauitatis oleo; ne negatiua responsione, vel contraria, veluti aspera acciti medicina, hominum in proteruiam indurentur corda; & in præceptis celeri, infallicique cursu se præcipitent. Ergo hoc benignitas est; proindeque à Religiosis etiam personis, non aliena. Non enim sine studio; & labore (forsitan maximo) hæc inuenerunt; & inueniunt remedia. Nec omnium hucusque Authorum sententias referre; delictum importat; cum potius maxima sit laude dignum. Tum, quia ad veritatis examen adducuntur, ne; ob non sanam intelligentiam, earum amatores decepti viuant; & forte tam decepti, vt cum illo potius cōputari velent, de quo dicitur: *Nolluit intelligere, vt bene ageret.* Tum etiam; quia plura in pluribus reperiuntur Authoribus, adeo confusa, vt maximè sit laudandus, qui ea in lucem ediderit. Quod si aliquis solo vno itinere matritum; v. g. pergit, & ad patriam tendit, & fortè difficiliori, non increpet alios, qui facilius, alia licet via, gradiuntur. Qui licet ad cælestem patriam non expedientius tendant, eo quod commodius, melius tamen est ad patriam cælestem, simpliciter, tendere, quam, ob carentiam remedij, etiam suauioris, nullatenus, occasionata (licet remotissimè, & ipsorum Viatorum culpa admitta) desperatione, remeare; cum melius sit nubere, quam vri. Sed ad casum præsentem redeo.

5 Et omitto; an posita etiam in nostro casu non impletione præcepti recitandi, teneretur præfatus fructus restituere; siquidem re vera Officium recitauit, iure naturali fructuum Beneficij compensatiuum; licet in tempore, per præceptum requisito defecerit, de quo iam supra. Ad casum ergo præsentem rediens, quod iam resolutum est, probabile Iudico. Salua, &c.

CASVS TRIGESIMVS sextus.

QVIDAM vouit Deo in ipsius honorem dare cuidam Monasterio mille aureos; quod votum acceptauit quidam Religiosus prædicti Monasterij. Postea tamen, volens à tali vinculo liberari, commutationem illius obtinuit à quodam Confessario, virtute cuiusdam Iubilæi.

Quæritur, an talis commutatio fieri potuerit; an verò teneatur restituere præfato Monasterio prædictos mille aureos?

CASVS RESOLVTIO.

1 FACILIS est ad præsentem casum solutio, affirmans, talem commutationem fuisse validam; proindeque negans, præfatum teneri prædicto Monasterio prædictos mille aureos restituere. Tum; quia, vt tale votum commutari non posset, debebat esse à Prælato talis Monasterij cum consensu ipsius Monasterij acceptatum; vt tenent Sarrus Clau. Reg. lib. 6. cap. 11. num. vltimo, Viualdus in Candelabro 3. part. cap. 14. num. 16. Suarez tom. 2. de Relig. tract. de voto, lib. 6. cap. 15. num. 2. in fine, Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 40. dub. 11. num. 9. & cap. 42. dub. 12. num. 58. in fine, quos sequitur Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 41. num. 11. atqui prædictum votum non fuit sic acceptatum, vt ex informi constat: ergo valida fuit illius commutatio; ergo vouens nil Monasterio dare teneatur.

2 Tum etiam; quia votum, factum Deo, in vtilitatem tamen tertij, potest virtute Bullæ, vel Iubilæi, commutari, posita adhuc ex parte tertij acceptatio-

ne; vt cum Doctissimo, numquamque satis laudato Caiet. 2. 2. q. 88. art. 12. paulo post. principium, vers. ad huius evidentiam, Petro Navarra de vest. lib. 2. cap. 1. in noua edit. dub. 3. num. 14. & Fagundez lib. 2. decalogi, cap. 49. num. 11. pag. mihi 477. cum sequenti, hoc satis probabile dicente, tenet Trullench, quæ refert Noster Leander tom. 1. de Sacrament. pag. 513. q. 133. ergo iddem à fortiori in casu posito dicendum est: ergo, &c.

3 Tum tandem; quia, quando votum ex vouentis intentione nullatenus respicit tertij vtilitatem, adhuc secundario, potest iuxta Doctif. Sanctium vbi supra, num. 18. referentem sententiam Caiet. & Petri Navarra num. 11. commutari, vel per Bullam, vel Iubilæum, sed sic se habet votum in casu præsentis: ergo, &c. Minor probatur; tum ex informi. Tum etiam; quia licet materia, voto promissa, in vtilitatem cedat Monasterij ex se, hoc tamen vouens nullatenus intendit. Ergo, propter has rationes, & propter quamlibet illarum præfatus vouens liber manet à voto, ac proinde, a contribuendo aliquid Monasterio. Sicque iudico, &c.

CASVS TRIGESIMVS septimus.

PETRVS, v.g. seruiuit cuidam Canonico per tempus duorum annorum completorum; post quod tempus talis Canonicus in Episcopalem fuit dignitatem assumptus, statimque tali Familiari Beneficium contulit; & ante tres annos seruitij completos, eum ad Sacros Ordines promouit.

Quæritur; an talis Familiaris licite potuerit Ordinibus Sacris insigniri, & Beneficij fructibus potiri, absque vlla restituendi obligatione; & (obiter) an Episcopus præfatus suspensus sit?

CASVS RESOLVTIO.

1 NON procedit casus, quando ex ignorantia talia gesta fuerunt; sed stando in rigore Concilij Tridentini, sess. 23. ca. 8. vbi requirit, quod familiaris per triennium Episcopo seruiat. Nunc quando Episcopus ei Beneficium confert; tunc enim non tenetur expectare trien-

triennium, sed statim potest illum Ordinare. Ratio est, quia ratione Beneficij sortitur tunc in ea Dioecesi domicilium. Quod respectu cuiuscumque extranei dicendum est, iuxta *cap. 3. de tempor. Ordin. in 6.* sic Sanctius, *tom. 2. conf. lib. 7. cap. 1. dub. 2. pag. 290. num. 25.* qui ait; idem respondit, a se consultum, Henriquez. Sicque alij contra Ledesnam, *tom. 2. summae*, ubi de *Sacram. Ordin. cap. 5. post. 9. conclusionem.* Unde, etiam si nullum tali famulo esset colatum Beneficium, & ante completos tres seruitij annos, ipsum ad Sacros Ordines promouisset; & itatim, post tamen Ordinum susceptionem, ei Beneficium contulisset; adhuc in hoc casu, sic intellecto, iudiciale familiare licite potuisse ab Episcopo sacris Ordinibus insigari; nec Episcopum ullam incurrisse suspensionem, nec familiarem ad ullam aliquid restituendi obligationem teneri.

2 Ducor primò, ex probabili sententia, asserente, annos illos duos ante consequrà à tali Canonico (imo, & ab alio non Canonico; sed à quocumque) dignitatem, posse in triennium, à Concilio petitum, computari. Ratio est; quia Tridentinum absolute concedit Episcopis facultatem Ordinandi familiarem suum, si per triennium fuerit cum eo commoratus; nec limitat ad seruitutem ante Episcopatus assecutionem, vel post: sed propositio, absolute prolata; absolute etiam debet intelligi; ergo. Sic probat Marchinus *tom. de Sacram. tract. 1. part. 3. cap. 9. num. 3. in fine*, referens Riccius, Auilam, Garziam, Fornarium, & Doctissimum meum Barbosam, asserentes, sic sæpius à Sacra Purpuratorum Congregatione declaratum fuisse.

3 Verum est, quod præfati DD. loquuntur, quando Episcopus iudicauerit, expedire ad propriam Ecclesiam necessitatem, vel utilitatem, familiarem suum ordinare; nam tunc, etiam si tertius annus non sit completus, sed solum inceptus, (& loquuntur modo de triennio seruitij post adeptam Episcopalem dignitatem) reputatur pro completo; nam annus inceptus in favorabilibus, pro completo reputatur. Et tunc favor, stans ex parte utilitatis, vel necessitatis Ecclesie Episcopi ordinantis, præponderat favori, qui aliàs staret pro Episcopo, cui de iure talis familiaris, triennio non com-

pleto, subditus erat. Unde supradicta sententia solutioni prælitæ patrocinari minimè videtur; cum ultra completum triennium ex seruitio ante, & post Episcopalem dignitatem adaptam, præstito, requirat vel necessitatem, vel utilitatem propriæ Ecclesie. Fateor, sic præfatos se habere DD. & nullo contradicente. Mihi tamen, salua pace, oppositum est dicendum. Et certe ratio Marchini hoc demonstrat. Nam si in triennium illud computari potest tempus seruitij ante adaptam Episcopi dignitatem, quia Tridentinum non distinguit, sed de triennio seruitij absolute loquitur; & propositio absoluta absolute etiam debet intelligi; quis non videt, Sacrosanctum Tridentini Concilium, dum de triennio loquitur seruitij còpleto, non ultra postulare, vel utilitatem, vel necessitatem Ecclesie Episcopi Ordinantis talè familiarem? Ergo, quamuis nulla adsit necessitas; vel specialis utilitas (nam generalis semper requiritur (iddem dicendum est; si triennium completum sit: atqui in completum illius ingredi potest tempus seruitij ante adeptam Episcopalem dignitatem; ut ex ratione Marchini apparet; & certe valde probabili, ergo, &c.

4 Nec conuincit in totum, quod circa triennium prædictum habet iocm Marchinus supra *num. 4.* ubi ita habet: *Secundò, tale Concilij dictum debet intelligi de familiari triennali, qui præsens Episcopo inseuinerit. Unde, si absens in regione remota eius obsequijs manserit, etiam si de Episcopi sumptibus vixerit, non poterit ab illo Ordinari: sic Marchinus. Qui sic probat primo: Ratio est: quia absens non dicitur familiaris. Secundò; triennium istud hoc finè à Tridentino præscribitur, ut Episcopus toto illo tempore eius mores perscrutari, & probe tenere possit: at, si absens manserit, nullam certam, & oculatam cognitionem de eius vita, & moribus habere poterit. Sic ille, referens Quarantam, Hugolinum, Suarium, Praxim nouam Episcop. Riccius, Barbosam cum alijs, & Mollesium. Hæc inquam Marchinus; quæ dico in totum non conuincere. Nam sicut probabilis est sententia, affirmans, cessare legem, aliquid præcipientem, cessante causa eius finali, etiam in particulari, si adæquate cesset; sic etiam probabile est, cessare legem, aliquid prohibentem, posita eius causa finali, etiam in particula-*

ri, & si res prohibita in totum, non obseruetur: ergo si causa finalis, quam consequi intendit Sacrosanctum Concilium Trid. est (teste ipso Marchino) vt de vita, & moribus præfati familiaris, vel famuli seruiantis, satis constet, certe, in hac sententia, si de prædictis moribus, & vita etiam ante completum triennium contiterit, poterit tunc Episcopus talem famulum ad Sacros Ordines promouere. Rursum: ergo si de eadem famuli vita, & moribus plene Episcopo contiterit per seruitium, etiam in absentia Episcopi, ipsi Episcopo præstitum, sat erit triennium seruitij in Episcopi absentia præstitum. Ergo vel Marchini ratio assignata non conuincit; & sic probabile erit, tale seruitij triennium in absentia Episcopi, ipsi Episcopo præstitum, sufficere; vel si conuincit, improbabilis erit sententia, affirmans, cessante, etiam in particulari, causa finali adæquate, cessare ipsam legem, cuius est causa finalis talis finis; quod propter DD. auctoritatem dici non debet.

5 Nec obstat dicere, talem finem non esse adæquatam finem prædicti decreti, Tridentini Concilij. Nam contra est primò; quod Marchinus vbi supra nullam aliam causam assignat finalem. Secundò, quia si intenditur, quòd famulus domicilium acquirat; ecce valde probabilis est sententia, asserens, domicilium acquiri per domicilij mutationem ad aliquam Ciuitatem, cum animo in ea perpetuo habitandi; ergo, si sic talis famulus se haberet, domiciliarius loci, in quo erat Episcopus, vel Diocesis eius, censendus foret. Ergo vnde quaque saluari potest cessatio finalis causæ, etiam adæquate, in nostro casu: ergo in re tam certa non recte procedit Marchinus, illam probabili tantum ratione probando. Quæ enim pro certis statuuntur, & hoc à principio intrinseco, euidenti debent ratione probari. Melius ergo, & ferè euidenter probaret, si diceret, vt ego nunc dico, quod triennij seruitium in famulo, à Concilio petatum, siue completum ex antecedenti seruitio, siue non cum rigore completum, apponatur à Concilio pro forma, ita vt triennij sit indiuisibiliter materia præcepta, per modum, vel formæ, vel conditionis, sine qua non, apposita: ergo, stando in ratione apposita supra num. 2. & 3. optimè po-

tuit talis familiaris ab Episcopo Ordinari, & postea Beneficium licitè, & valide accipere, & Beneficij fructibus potiri; & consequenter Episcopus nulla suspensione innodatus debet censeri.

6 Sed hoc iddem ex aliorum sententia probari videtur, etiam casu, quo tempus seruitij triennalis non componatur ex seruitio, ante adeptam Episcopalem dignitatem præstito, dum tamen in seruendo Episcopo, vt tali, duobus integris annis, tertium annum attigerit; eo quod in hoc casu res incepta pro completa haberi possit. Hoc inquam videtur probari ex sententia Cornei *conf. 213. num. 7. volum. 1.* qui ex textu in *l. qui filio 74. §. Fabius Antonius, ff. ad Trebellian.* ait; quod quoties præhauritur ætas, vel tempus, ad aliquid faciendum, si verbis numeri singularis præstiniatur, sufficiat tunc tempus esse inchoatum. Quam Doctrinam ex Corneo notauit Ioannes Gutierrez *qq. Canon. lib. 1. cap. 26. num. 10.* & Thomas Sanchez *tom. 2. conf. lib. 7. cap. 1. pag. mihi 302. num. 4.* Quod nouissimè de ætate ad præstandos Ordines requisita, cum prædictis Authoribus, loquens, ait Doctissimus Narbona, *anno 22. pag. 364. num. 9.* Qua posita sententia sic argumentor: sed Tridentinum Concilium *dicta ses.* vtitur verbo numeri singularis, ait namque *per triennium*; ergo, &c.

7 Nec obstat videtur communis Authorum, hoc in casu, restrictio asserentium, idè completum requiri triennium, quia in præiudicium cedit proprij talis familiaris Episcopi, vel Domicilij, vel Originis, etiam Patris talis familiaris, imò, & Aui; quod ex Henriquez alibi probabile dixi. Non, inquam, obstat videtur. Tum, quia si triennium esset completum non obstatet præiudiciũ proprij aliàs Episcopi, eo quod in totum verificaretur Pontificis indultum: atqui in prædicta sententia etiam verificatur; siquidem signato tempore per numerum singularem, optimè prædictum indultum saluatur: ergo, &c. Tum etiam, quia non minus exprimitur in Tridentino seruitium triennale, præstitum Episcopo, ac exprimitur tres anni, quamuis numero singulari; sed quando exprimitur triennale seruitium, Episcopo præstitum, quia non excluditur tempus seruitij præstiti tali Episcopo ante digni-

tatem Episcopi adeptam; non censetur in præiudicium proprii aliis Episcopis (ut supra dixi) componere reuicium per prædicta sententia, in partem Episcopo, in partemque non Episcopo præstari; & hoc solum quia probabilis stat Marchini, & aliorum interpretatio Tridentini Concilij non distinguentis, nec excludentis, sed generaliter loquentis ergo, quia probabilis stat Cornei, & aliorum sententia, afferentium, tempus signatum numero singulari, non requiri completum, non erit in præiudicium proprii aliis Episcopis; siquidem Tridentinum nec requirit expresse completum; & quando ius hoc vult, hoc expresse apponit; nec minorem habent authoritatem ad iura declaranda, & explicanda, quando generaliter loquuntur; Authores pro Cornei sententia adducti, ac illi, qui Marchini patrocinantur sententiæ. Videtur ergo, etiam hæc via, si se sic casus haberet, in fauorem familiaris, & Episcopi, illum Ordinantis, posse responderi. Sed hoc alij iudicent. Vnde quod supra resolui, responsum accipiat. ob rationem supra à num. 2. propositam; sicque sentio; salua, &c.

CASVS TRIGESIMVS
octauus.

QUIDAM Parrochus vendidit alteri alterius Diocesis Parrocho magnam Sacramenti Sanctæ Vnctionis materię quantitatem. Et, quia emens statim pecuniam non præbuit, nec postea præberet voluit, vendens occultè taxatum pretium compensauit. Post hæc Empor, timens ne Venditor, aut alius ipsum apud Sanctæ Inquisitionis Tribunal accusaret, ipse se anticipauit, & denuntiavit Venditorem. Postea de facto hoc poenitens, timensque etiam sibi alicuius poenitentia, forte iniungendæ, infamiam.

Quæsit, an aliquod esset remedium ad prædicta, quæ timebantur, inconuenientia euitanda? Sed præcipue Venditor Parrochus quæsit; an ad restitutionem conuenti pretij, & occultè ablati, teneretur?



CASVS RESOLVTIO.

1 Pro vendete Parrocho, sicut prout emente, ad incommoda, quæ timebantur vitanda, facilis est solutio favorabilis; si Dominici Inquisitores sequi voluerint sententiã Doctissimi Nauarri, quam nouiter sequitur Thomas Sanchez tom. 1. conf. lib. 2. cap. 1. dub. 15. pag. 211. col. 1. num. 3. iuxta quam, vt probabilem acceptam, & saltem toleratam, sententiã, nullam exteriorem præfati Parrochi Simoniam commiserunt; quid sit de interiori affectu, qui ex errore ortum habere potuit. Et licet ego præfaram sententiã non admittam absolute loquedo; illam tamen, quia Doctissimorum Virorum, non improbo. Imò in illius fauorem, non contemnenda est, quæ sequitur; ratio.

2 Itaque, licet ius Canonicum, aut propter auaritiã, aut aliam causam, sub Simonia reatu prohibuerit vendere prædictum Oleum ab Episcopo benedictum, (quidquid alij dicant, tenere Sacramentum, etiam sine Episcopi benedictione; quos refert Sa, verb. *Extremã Vnctio*, num. mili, 6.) non tamen prohibuit, dum magna quantitas venderetur; quod explicat ius Canonicum dum propter auaritiã talem prohibuit venditionem. Nam, licet (& merito) auarus censetur, qui partem prædicti Olei vendiderit quantitates; atqui multum Olei vendidit, & si benedicti, ita se habet, ac, qui vendit Calicem consecratum; qui sicut ab omni suspitione tam auaritiæ, quam Simonia, ab omnibus excusatur, eo quod sem vendat, ratione materię, magno pretio æstimabilem; sic etiam debet excusari, tam ab auaritia, quia magna est quantitas, magnoque pretio æstimabilis; quam à Simonia reatu, quia nullo habito ad benedictionem Olei respectu, iustum pro materia pretium defert; ergo in nostro casu tam vendens Parrochus, quam Parrochus Empor; hac reuenta sententiã, à Simonia labe exterius excusantur; quia ratione magnæ Olei (licet aliis benedicti) quantitatis ab auaritiæ vitio exeladuntur.

3 Declaratur hoc amplius. Quia in venditione Calicis, & si aliis consecrati, nulla secundum ius præsumitur auaritia, nullus etiam, secundum ius ipsum;

Simoniz rears iudicatur; atque, ideo in hoc casu nulla pręsumitur avaritia, quia materia Calicis magna est, magnoque pretio æstimabilis; ob quod est iniustum, vt iudicetur avarus, qui magnam argenti materiam, aut alterius metalli, magno pretio æstimabilis, non gratis, sed pro pretio contribuere vult; ergo, si in nostro casu magna supponitur, magnoque pretio æstimabilis, Olei, & si alias benedicti, quantitas, nulla, à paritate rationis, pręsumi debet avaritia; ergo nullū iudicari debet Simoniz crimē; ergo si Domini Inquisitores præfatos voluerint Parrochos excusare, poterunt utique.

4. Et, omitto primò, aliquos asserere, quod stante aliquo Iubilæo, concedente facultatem à casibus in Bulla Cenzę reservatis, possint tunc Confessores absoluerē ab heresi, etiam non pure mentali. Quod, licet teneat Meus Fagundez, & decem alij Authores, quos refert Diana *p. 1. tract. 4. resol. 1.* illud tamen ego nec admittō, nec probabile iudico. Admittō tamen, si heresis sit pure mentalis; vt docent Suárez, & dicem, alij Doctores; teste ipso Diana vbi supra, *Qui in ultimo operum suorum Compendio, verb. Absolutio ab heresi, num. 1.* sic habet. *Vnde non possunt Domini Inquisitores punire Confessarium, quod fecisset.* Sic Diana, remittens se ad *4. part. tract. 8. resol. 109.* Ego, si Diana loquitur attenda sententia Fagundez, & aliorum, hoc non admittō. Si verò loquitur de sententiã Suarij cum alijs, loquentibus de heresi, pure mentali, pro certo habeo, Dominos Inquisitores illum non punire. Omitto deinde sententiam Valeri, *de utroque foro, verb. absolutio differ. 2. num. 4.* asserentis, teneri iudicem admittere, & approbare absolutionem, datam vi Bullę Cruziate, ab excommunicatione reservata, & ad forum contentiosum delata. Quod Noster Leander *4. part. de censuris, pag. 243. q. 99.* admittit, si loquatur de æquitate, & benignitate; non tamen, stando in rigore Iuris. Sic ille *prope finem* questionis prædictę, &c.

5. Omitto tandem sententiam Sanctij Abulensis in suis select. disp. asserentis, Episcopum, seu Iudicem teneri se conformare cum opinione subditi, aliquid operantis, in alia opinione malum obiectum, ad effectum, vt illum non puniat; quia, sequendo probabilem inten-

tiam, subditus non peccavit in factō, vt certum debet esse apud omnes, & poena non responderet, nisi culpę. Hanc (inquam) omitto etiam sententiam; quam, sic absolutę prolatam, non approbo, nec admittō. His ergo omnibus omīssis; ad intentum sic. Ergo poterunt (vt dixi) Domini Inquisitores, si velint, præfatos à culpa, & à poena Parrochos excusare; siquidem illis, quoad excusationem à culpa exteriori, fauet Doctissimorum Nauarri, & Sanctij sententia.

6. Sic se habet, iuxta prædictas sententias, presentis casus resolutio. Ego magni facio Nauarri, & Sanctij auctoritatem; sed pluris, imo, & ad Summum, æstimo Dominorum Inquisitorum non solum iurisdictionem, sed, & auctoritatem. Quia tamen proclives esse debemus ad misericordiam, & pietatem; iterum dico, quod, si Domini Inquisitores sequi voluerint prædictam Nauarri, & Thomę Sanctij sententiam, iudicium facient pietate plenum. Nam non audeo improbare quod tam docti viri defendunt, & ipsummet tolerat Sanctissimum Inquisitionis Tribunal.

7. Quia tamen ratio pro Nauarri, & Sanctij sententia, contra communem conuocare videtur; astringor solutionem illi præbere; quę sic se habet. Igitur dico, adhuc in prædicto casu aliquale adesse fundamentum, vt Parrochus vendens, avarus præsumatur, & sic Simoniz labem incurrat. Ratio est; nam, & si, secundum ius expressum, possit vendi Calix, & si consecratus, ratione materię, pretio æstimabilis, & alias argumentum à simili contemnendum non sit; tamen non caret mysterio, quod ius ipsum solam Calicis, etiam alias consecrati, venditionem dicat iustam.

8. Nec satisfacit, quod, cum lex ad ea, quę comuniter accidunt, non verò ad ea, quę raro cōtingunt, attendat; & alias cōmuniter sola materia Calicum vendi solet; vel (vt clarius loquar) sola Calicis materia, alias vt magno pretio æstimabilis, est, quę ad contractum venditionis comuniter reduci solet; idcō de hac sola, (& sola est) quę comuniter vendi solet, mentionem fecit Canonicum ius. Cum quò optimè stare potest idem in simili quocumque alio casu, & euentu, esse dicendum.

9. Sed (vt dixi) non plene satisfacit; imò

Imò ex hac ipsa ratione præsumptionem avaritiæ in prædicto casu, sic arguens deduco: quia materia Calicis, communiter loquendo, est magnæ quantitatis, & aliàs ad venditionis contractum reducibilis; ideo ius illam solam expressit: ergo, quia materia Olei benedicti, communiter loquendo, non solet esse tanta, vt deductis parvis quantitibus, quas ex Matrice Ecclesia aliæ Parrochiæ, Monasteriaque deferre solent, in magna supersit quantitate, mysterium habet, plus materiæ prædicti Olei, & in magna quantitate, benedicere, vt in tam magna, quæ sit pretio æstimabilis, excludereque valeat avaritiæ præsumptionem, quantitate supersit? Ergo qui sic magnam benedicti Olei coaceruavit quantitatem, & eo fine, vt venderet, certè videtur avaritiæ præsumptioni exponi; siquidem videtur non attendere ad solam materiæ Olei quantitatem, quæ ablata benedictione, tanti venderetur, sed, & ad ipsam etiam videtur attendere benedictionem, vt ratione illius plus deferat pretij, ac si illa non adesset: ergo in coacervatione tam magnæ quantitatis Olei benedicti, aliquantulum, quasi consequenter, & mediâtè avarus ostenditur. Cum enim videat, quòd, si sola ad omnes Parrochias, & Monasteria, &c. Olei materia, aliàs sollicita sufficere, benedicatur, gratis in parua quantitate sit expendenda; ne, si pretium deferat, avarus iudicetur, & Simoniacus consequenter sit, coacervando magnam prædicti Olei benedicti quantitatem, vt in magna etiam quantitate supersit, videtur hac magna, quæ superest, quantitate, se vele, quia benedicta est, paruas illas, quas alijs Ecclesijs, Monasterijsque gratis, coactus est dare, augendo aliquantulum pretium, in partem saltem compensare. Quòd si fortuito, & casu magna supersit prædicti Olei benedicti quantitas, & talis censeferi debeat casus præsens, adhuc tunc in illa vendenda, quia nunquam vendi solet, fundari potest avaritiæ præsumptio; & in facto Simoniæ crimen præsumi. Et hæc sit pro communi sententia solutio, non improbando Doctissimorum Nauarri, & Sanctij sententiam.

10 Quà posita, facilè resolvitur, quòd secundò inquiritur. Scilicèt, esse probabile, Parrochum talem Olei benedicti vendentem quantitatem, & pre-

tium eius occultè accipientem, non teneri tale pretium restituere. Quòd, quia hac retenta sententia, clarè apparet, probatione alia non indiget. Solum aduerto, quòd si Episcopus tali familiari Beneficium non conferat statim, post collatos Ordines, idest, decem diebus post Ordinationem, operatur contra Tridentinum; iuxta quorundam sententiam, apud Marchinum supra num. 7. Et incidet in pœnas Tridentini, contra Episcopum ordinantem non suos. De quo Farinacius, & ipsum sequutus cum alijs citatus Marchinus. Licet verum sit, quòd Vazq. 3. part. tom. 3. disp. 243. num. 49. verbo: *statim* interpretatur per, *quam primum*, idest, *quam primum Beneficium aliquod vacauerit, teneatur Episcopus, illud illi conferre, & interim commensalem habere, ne mendicare cogatur.* Sed contra Vazq. adest Sacra Cardin. Congregatio, asserens, contra Tridentinum fuisse collationem Beneficij, tali Familiari factam intra annum; etiam in mense vndecimo à die ordinationis. Imò, & factam post sex menses à die ordinationis fuisse similiter contra Tridentinum, resolutum fuit in Curia Archiepiscopali Neapolitana, teste Riccio *decis.* 308. & Molfesio, de quibus, & alijs citatus Marchinus, &c. Sicque sentio.

CASVS TRIGESIMVS nonus.

1 QUIDAM, morris metu compulsus, iuravit ex animo donare latroni centum aureos. Quæritur, an à tali sit obligatione immunis, nullo ad relaxationem, vel dispensationem habito respectu?

CASVS RESOLVTIO.

2 PRÆSENTIS casus solutio à non vulgari disputatione pender: an scilicèt, promissorium iuramentum cõtra leges, tantum Ciuiles, factum, aut contractibus, promissionibusque, Ciuili iure irritis, superadditum, validum sit, tam Ciuili, quàm Canonico iure? Quà in difficultate, quæ non ita pro prima parte, ac pro secunda difficilis apparet; & si optarem magis aliorum

rum expectare responsum; quam propriam proferre sententiam, sit tamen.

PRIMA CONCLUSIO.

3 **IURAMENTUM**, factum contra leges Ciuites, quacumque sint, est irritum iure Ciuili. Sic, post alios, eleganter Legionensis *tom. de matr. lib. 12. c. 8. §. 1. n. 38. cum sequenti*. Sic etiam alij, infra, tota hęc di. p. reterendi.

Pro quo suppono, Principem seculare non solum posse resisterē iuramento, & prohibere, ne fiat: vt rectē Conar. *c. quāvis pactum, de pactis 1. p. §. 3. n. 8. & 2. p. §. 1. n. 8. Azuero leg. 11. tit. 1. lib. 4. complat. à n. 2. Gutier. in Authent. Sacrament. puberum, à n. 46. Molina disp. 197. vers. Ex his colligo; & versu quoad potestatem. Sanchez. lib. 3. Sum. c. 22. à n. 6. Olualdes, alijs citatis lib. 21. cap. 13. in notarijs lit. A. P. Ledesma *tom. 2. Sum. tract. 1. c. 4. dub. 2. Pinellus, Padilla, & alij, apud Adiuturorem Seraphini, priuileg. 76. num. 15.* quos etiam refert, sequiturque Basilius Legionensis vbi supra; sed etiam posse ita impedire, ne fiat iuramentum, vt, si factum sit, nulla ex eo prorius obligatio sequatur; quod etiam Molina vbi supra, Sanchez *n. 20. & 11. Vazq. de testam. c. 3. dub. 2.* & alij nobiscum sentiunt, & refert etiam citatus Legionensis *n. 39. vbi ait, quod, si quis, eum iurat alicui, se aliquid daturū, si ille nollit accipere, ablata materia iuramenti, corrumpit eius obligatio; ita etiam Princeps, auferendo materiam iuramenti, & c. priusquam in eam inducatur iuramentum, efficit, vt iuramentum adhibitum nullius sit roboris. Prius enim est, materiam esse capacem iuramenti, quam iuramentum vim habere: sic Legionensis.**

Quę prius, & satis docte, docuerat Lesius *de iust. lib. 2. c. 24. dub. 12. n. 56. §. respondet: vbi ait, quod cum promissio iurata non obliget, nisi acceptetur ab eo, in cuius fauorem facta est; & alias Ciuili lege possit quis ad acceptandū tale iuramentū inhabilis reddi; consequenter nulla ex eo potest oriri obligatio.* Sic etiam sentiunt Layman *lib. 4. tract. 3. c. 11. n. 9. Pereyra de manu Regis, c. 19. per totū, & alij. quos refert Diana tract. de immunit. Ecclesi. resol. 113.* Sic etiam nouissime Figunde *lib. 2. Decalogi, c. 31. n. 18.* loquens de iuramentis, additis tractati-

bus iure irritis; dicēsque primò leges Ciuiles posse reddere inhabiles sibi subditos ad iurandum, & ad acceptandum iuramentum. Secundò Principem seculare posse ex iusta causa, (de qua infra *no 7.*) remittere iuramenti obligationem, sicut potest ille, in cuius fauorem facta est; de quo etiam infra *conclus. 2. n. 15.* Et omitto sententiam Conar. *c. quāvis pactū de pactis, 1. p. §. 3. n. 3.* dicentis; leges, in prædictis casibus, declarare iuramentum esse nullum. Quod impugnat Figunde *supra n. 17.* ex eo; quod iddem possit Doctor aliquis efficere; ac proinde esset communi legi æqualis.

Ex hac in partem doctrinā, in totum sunt ab omni fidelitatis, dominij, & obsequij debito absoluti, qui manifestè lapsi in hæresim pacto aliquo, quacumque firmitate vallato, tenebantur; vt habetur *cap. Absolutos 16. de Hereticis;* vt, scilicet, subditi, serui, & vassalli. Quod idem dicendum de his, qui publicè excommunicatis, hoc modo obstricti erant *cap. 4. nos Sanctorum, 15. q. 6. ex Gregor. VII. vt notat Lesius vbi supra. n. 64.* quibus sic positus.

4 Probatur conclusio: iuramentum de materia indifferēti; iuxta fere omnium sententiam, est nullum; sed iuramentum de actu, per publicam potestatem nullo, nullius est virtutis; ergo est de materia, nullam inducere obligationē. Probatur Minor à sufficiēti partiū enumeratione; nam in primis non est virtutis fidelitatis; quia nulla est infidelitas, quod ego non impleam, quod implere non teneor. Neque iustitię; cū actus sit nullus. Nō Charitatis erga se; vt in solutione, latroni facta. Nō redemptionis vexationis; vt in solutione vsurarum. Nec denique Religionis; quia iuramentum non facit materiam suam, esse materiam Religionis; sed illam suo in genere relinquit; vt rectē Basilius; cum ergo publica potestas, reddendo actum irritum, illum à ratione virtutis extraxerit; iam supradictum iuramentum, obligatorium non erit; quia de materia indifferēti.

5 Sed dicēs; iuramentum factum latroni, dandi illi centum, v. g. sæpè fieri pro redimenda vexatione, & sic ad aliquam spectare virtutem; ac proinde esse validum adhuc iure Ciuili. Respondetur tamen, hoc non obstare; nam cum ius Ciuile (vt rectē Basilius, & nos

infra dicemus) nō attendat quem quisq; sibi præstituat finem, sed quid ex natura contractus prohibiti, & irriti sequatur, (quod nihil est, cum nullius rei nullæ sint qualitates; nec præstet impedimentum, quod de iure nō sortitur effectum, *Regula non præstat, de regulis iur. in 6.*) ideo decernit, iuramentum non esse seruandum, vt pote nullius momenti.

6 Secundò probatur; iuramentum, factum sub ea conditione, *Nisi Princeps aliquid iusserit*, est nullum, conditione nō impleta; sed ita factum censetur iuramentum contra leges Ciuiles, super contractusque iure irritos, vt, multis allegatis; docet Couarr. & ipsum sequutus Legionensis; ergo, & c. Probatur hoc: nā potest Princeps remittere iuramenti obligationem in materia, eius potestati subiecta, vt, post citatos, tenet etiam Filliucit. tom. 2. fol. 199. nu. 284. citato Suario; & docuit Lefius lib. 2. de iust. cap. 42. dub. 12 n. 56. §. secundo intelligi potest; (quæ vide.) Vnde in Lusitaniæ Regno est mirabilis, egregiaque constitutio, per quam in cōscientia securi manent Emptores bona fide rerum aliàs hypotecarum; Venditores vero ipsis Creditoribus ita remanent obligati, vt si talia sciuerint, & tacerint, restituere teneantur: de quâ cōstitutione meminit Valerus de utroque foro, verbo contractus differ. 11. per totam.

7 Nec dictæ leges essent iniustæ, sed iustissimæ: cum non sint contra Ecclesiæ immunitatem: sed ad defendendam propriam iurisdictionem; vt ait Basilius: ergo, & c. Addit etiam Fagundez in 5. præcepto Ecclesiæ, p. 1. lib. 3. cap. 7 n. 17. posse Principes, seu Ministros laicos statuere, irritando aliqua iuramenta, quæ in certis contractibus apponerentur; testante hoc Lusitana lege iure Regio nouæ Recopilationis lib. 4. tit. 73. vt optimè defendit Fagundez supra, existimans, dictā legem constituisse Reges ex Summi Pōtificis priuilegio; quod, licet modo non extet; sufficit extare illius famam tempore immemorabili per effectū, & vsum priuilegij probatam. Quod summe notandum est, prosequenti conclusione; vbi opus, & labor est.

8 Adde, Ecclesiam non posse prædictas leges reuocare, aut interdicare: quia non potest efficere contractum illum, vel materiam validam; cum non sit potestati eius subiecta. (Posset tamen in ter-

ris, quæ etiam in temporalibus illi subduntur) vnde cum, nullo perseverante contractu, non possit manere materia iuramenti, nec etiam iuramentum manebit.

9 Nec requiritur, prædictas leges semper in bonum commune esse immediatè ordinatas, vt, cum Suario, limitant quidam. Sicut nec requiritur quod materia sit turpis, vt nullum sit iuramentum; vt etiam limitat Couarrubias. Etenim, vt rectè Legionensis, per Imperatoriam legem, *leg non dubium, C. de legibus*, vtraque reiicitur limitatio. Verba sunt legis, quæ sequuntur: *Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsequutū, qui cōtrahunt lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes, tam veteres, quam Nouellas trahi generaliter imperamus; vt Legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat; ceteraque quasi expressa ex legis licet voluntate colligere, hoc est, vt ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inuilita, sed pro infectis etiam habeantur; licet Legislator fieri prohibuerit, tantum, neque specialiter dixerit, inutile esse debere, quod factum est; & si quid fuerit subsequutum ex eo, vel ob id, quod interdicante lege factum est; illud quoque casum, atque inutile esse præcipimus. Secundum, itaque, prædictam regulam, qua vbiq; non seruari factum lege prohibente censuimus, certū est, neque stipulationem huiusmodi tenere, nec mandari vllius esse momenti; neq; Sacramentum admitti.* Hæc Imperator; quæ refert citatus Legionensis n. 41. pluribus alijs hoc eleganter confirmans; asserensque, cum Gothofredo, iuramentum non esse modum inducendæ obligationis iure Ciuili; concludensque, §. 6. n. 43. ait, nullos contractus, iure irritos, esse validos, adhuc adiecto iuramento; & præterea nullum esse iuramentum, adiectum contractibus, iure irritis, aut nullis, quicumque illi sint; citatque pro se, & nobis, Fortunium, Iasonem, Alciatum, Donellum, Osualdum, Petr. Busium, & alios.

10 Ex vltimis verbis Imperatoris legis, ibi: *Neque Sacramentum admitti*; constat non habere locum, quod ait Sā in Sum. antiqua, verb. contractus, n. 22. scilicet, pactum iuratum non tolli per clausulam generalem, dicentem; *non obstantibus quibuscumq;* cum præfata lex expresse dicat: *Nec Sacramentum admitti.*

11 Nec verum tenet, quod ait Sanchez, videlicet, quoties leges irritant contractus ob publicum bonum, semper materia esse illicitam, ob iniustitiam factā. Non (inquam) verum tenet; nam lex, præscribens solemnitatem in testamentis cōsetur esse ob publicam utilitatem primario, teste Basilio vbi supra; & nihilominus, qui sine ea solemnitate testaretur, non peccaret; & tamen non confirmatur iuramento huiusmodi testamentū, vt ex contrarijs quidam affirmant: ergo, &c. Tūc etiam iddem constat in renuntiatione, facta à Nouitio, ante duos menses vltimos probationis, sine solēnitate Tridentini. Tūc tandem, quia, teste Donello, à Legionensi citato *nu. 46.* quidquid contra leges Ciuiles annullantes fit, est illicitum, & peccatum. Sed Basilius probat ex eo, quod supra ex eius diximus doctrina; videlicet, quod cum materia iuramēti debeat esse virtutis materia, & contractus, seu promissiones quæcumq; irritæ propter ius, sint materia indifferens, quæ ad nullam spectat in virtutem, nequit stare iuramentum.

12 Nec circa hoc omittenda est doctrina Vazq. 12. *disp. 171. c. 3. in principio;* vbi, vt probet, hæreticum nō peccare, neque contra leges delinquere, si sua bona, post commissum crimen, alienet; ait, quoties verba legis potius ferūtur in actum, quàm in personam, non prohibere actus, tanquam peccatum; sed potius leges disponere circa firmitatē, & robur ipsius actus: vt quando prohibet testamentum fieri absque solēnitate: quoties vero verba legis in personam diriguntur, tunc peccatum esse, facere aliquid contra legis dispositionē; vt ne ministri Regij munera accipiant; ne arma, vel pecunia extra Regnum deferantur; ne vltra præcium, lege taxatum, res vendantur; hincque similia, in quibus iuramentum est nullum; quia talia efficere est peccatum. In alijs vero vide Basilius, quia est de materia indifferenti, vt supra probatum est. Sic etiam sentit Basilius supra, §. 4. *num. 36.* & ante ipsum, Filiucius *tom. 2. tract. 25. cap. 7. fol. 191. num. 197.*

13 In fine huius conclusionis, nota, cōtractus, irritos ob publicam utilitatem, esse eos omnes, qui in forma, & solemnitate præscripta deficiunt: quales sunt testamenta, matrimonium, Minorum contractus; & ludi, renuntiatio Nouitij, aliena-

tio rerum Ecclesiasticarum; & alij, quibus iure Canonico, vel Ciuili præscripta est certa quædam forma, & solemnitas; vt rectè Vazq. supra *dub. 2. n. 30.* & cum sequutus Basilius §. 8. *num. 58.*

His ergo pro prima conclusione (quæ ex dicendis magis constabit) sic positus: nunc opus, nunc labor est. Sit tamen, salua communi pace DD.

SECUNDA CONCLUSIO

1 **N**ULLVM iuramentum, superadditum promissioni, vel contractui, iure Ciuili prohibito, est validum, adhuc iure Canonico. Probatur; nam votum, superadditū, nullæ ex iure, promissioni, est nullum: ergo etiam iuramentum. Antecedēs est verum; Consequens autem probatur ex Legionensis doctrina *tom. de matr. lib. 8. c. 11. n. 3. prope medium;* vbi hæc habet verba: *Nam si ab eiusmodi iuramento (promissorio scilicet, de hoc enim loquitur) secludas promissionem, rātum remanet in ratione assertorij; & sensus erit, se iurare habere propositum sic faciendi; & aliud ego mente concipere non possum; quare non probo, quod in hac parte docet Sanchez lib. 8. de matr. disp. 33. & sequitur Suarez lib. 2. cap. 1. posse esse iuramentum promissorium, quod tamē non includat rationem voti eo enim ipso, meo videri, destruitur ratio promissorij iuramenti.* Hæc aduersi. Basilius. Quod iddem ex doctrina Malderi infra constabit, *nu. 56.* & Fagundez *num. 62.* apparebit clarè. Quodque iddem in simili probat Narbona *tom. de etate ad omnes annos, anno 70. pag. 658. q. 6. nu. 4.* dū ait, ætatem, 70. scilicet, annorum, quæ excusat à voto, etiam ex contemptu, vel negligentia dilatato, excusare etiam à iuramento; refertque Glossam *in c. quanto, de iur. iur.* & Hyppolitum Remina Idū *in c. que in Ecclesiarum, n. 160. de constitutionibus.* Quod confirmat argumento, *capitis primi de pace, tenenda inter subditos in vrbibus feudorum;* vbi iuramentū de pace tenenda, & vindicanda, solūmodo vsque ad prædictam 70. annorum ætatem producitur: ad quod etiam facit titulus de pace Constantiæ, *cap. in causis, §. dussalli,* vbi iddem cauetur.

2 Ex quibus sic argumentor; si à iuramento promissorio excludatur ratio voti, seu promissionis, nihil aliud remanet, quam

quàm ratio assertorij iuramenti; quo scilicet, iudicatur, iuramentum habere propositum implendi votum, vel promissionem. Ergo iddem est, iurare implere promissionem, iure nullam, ac vovere, illam implere, & iurare, se habere votum, aut propositum implendi: tunc sic; sed, si quis voveret implere promissionem, iure irritam, & aliunde iuraret, verum esse, se habere propositum, seu votum implendi, non maneret obligatus: non ratione promissionis, quia irrita; nec ratione voti, quod Deus tunc non acceptaret; nec tandem ratione iuramenti assertorij, quod nullam in posterum obligationem imponit, sed solum veritatem continet de presenti: ergo iddem in nostro casu dicendum est, propter eandem introque casu rationem. Argumentum enim à verosimili tenet: cum, qui à simili arguit, à ratione naturali argumentetur; similitudo namque est cognata naturæ, teste Baldo *consil. 180. n. 3. volumine 3.* & pro lege habetur, ut ait Orianus *consil. 13.* & Grauea *consil. 292. n. 6.* quos refert, sequiturque Er. Ioan. de la Cruz *in Compendio privileg. lib. 2. c. 2. dub. 3. cõcl. 3.* circa privilegij interpretationem. Confirmatur, simulque declaratur hoc: nam veritas de presenti in iuramento, ita est indivisibilis, ut licet materia, sit levis, vel levisima, sub mortali nihilominus sit dicendi verum obligatio. (Et omitto pro nunc iuramenta iocosa, de quibus infra.) Atqui in iuramento promissorio levis rei, non est mortalis illius non ad impletio; ut docet Sotus *lib. 8. de iust. q. 1. art. 7. dub. 1.* Syiu. *verb. iuramentum, q. 1. 9. circa hoc autem fine.* Nauarrus *in Sum. cap. 12. nu. 10.* Sanchez *lib. 3. Sum. cap. 4. n. 23.* & alij apud Henriq. *lib. 5. de pœnit. cap. 20. n. 4. in Glos. lit. M.* quod satis probabile, ob tantorum DD. auctoritatem, dicit Candidus Dominicanæ familiaris *tom. 2. disquisitionum moral. disquisit. 26. art. 10. dubitat. 3. in fine;* qui §. Dico 6, duplicem etiam assignat in iuramento promissorio veritatem, licet in probatione, quam adducit in principio dubitationis, unam cum alia confundere videatur. Signum ergo est illius obligationem, non à iuramento, sed à promissione, in iuramento inclusa, dimanare: quæ, si levis fuerit, nequit sub mortali obligare. Obligatio ergo in futurum, in iuramento promissorio reperta, non à iuramento, sed à promissione, vel voto descendit. Sicut

ergo hæc sub mortali non obligat, quando levis est materia, absque vlla iuramento iniuria facta, quia hæc gravis esset: sic nec sub mortali, immo nec veniali obligabit, quando impletioni huius promissionis, Civilis, immo Canonica, lex resistit: sic autem se habet in proposito: ergo, &c.

3 Ex verbis autem, seu doctrina Basilij (licet obiter) infero, illum, qui voto simpliciter castitatis, v.g. & iuramento, etiam non accessorio, tenetur: si dispensationem ad contrahendum impetrare contendat; non esse astrictum, in petitione dispensationis, manifestare etiam iuramentum; quidquid cum communi dicat rellatus Sanchez. Quia, (& omitto sententiam Tabienæ *verbo iurare, quest. apud Basilium 10.* & apud Malderum, infra citandum, 20. asserentis, omne iuramentum posse ex causa, ab Episcopo relaxari; quia nullum reservatum esse existimat, hac ductus ratione: quod, licet voti obligatio maior sit obligatione iuramenti; à maiori tamen non valet illatio negativa. Quam sententiam probabilem expresse dicit Nauarr. *tom. consiliorum, consil. 1. de iur. iur. n. 4.* & implicite Malderus *in 2. 2. fol. 740. §. 3. sententia in medio.*) Quia (inquam) cum eadem sit, quoad obligationem de futuro, ratio voti, & iuramenti, iddem erit in foro de voto, ac de iuramento; & ob eandem rationem, si votum de re levi est nullum; erit etiam iuramentum. Immo, quoad dispensationis rationem, iddem esse in foro de voto, vel de iuramento, etiam casu, quo utrumque fiat independentem, affirmat sequutus Suarium *lib. 6. de voto, cap. 14. n. ult.* Trullench. *tom. 1. in Decalog. lib. 2. cap. 2. dub. 43. n. 11. fol. 524.* quod probabile etiam dicit Sanchez *lib. 8. de matr. disp. 2. n. 24.* & *lib. 4. Sum. c. 47. nu. 31.* Sed quia de hoc latè dixi *tract. 1. casu ultim.* ad intentum rediens.

4 Probatum secundò posita conclusio: nam iuramentum, maioris boni impeditivum, non obligat in conscientia, ut patet: unde iurare prædicare in Anglia verbum Dei, non obligat, si iurans velit Religionem ingredi: ut docet Azor *lib. 12. c. 5.* & licet Nauarrus oppositum teneat; probetque ex eo, quod martyrium est perfectius Religione iuxta D. Thom. 2. 2. q. 114. ar. 3. non obstat: nam, hoc concessio, adhuc non tenet doctrina Nauarri: licet enim iurare subire martyrium, sit Religionem perfectius; non tamen est materia promissionis;

nis, aut voti; sed potius propositi in casum necessitatis; vt sequitur D. Angelicum, vbi supra, tenet Malderus citatus, f. 24. col. 2. §. ad primum respondeo. Vnde, & Caietanus, (vt argumentū prosequar) ait vniuersaliter, inualidam esse vtroque foro promissionem, adhuc homini factam, de re bona, si maioris sit boni im-peditiua; vt refert Rebellus 2. p. lib. 18. q. 1. recte Fautus infra, disp. 20. q. 125. nu. 3. §. hinc non est audiendus. Et licet hanc Cai. sent. etiam absolute non approbem; illam tamen volo hic referre, vt in præsentia tam singularis doctrinæ, (quidquid sit de eius fundamento) non ita singulare appareat, quod supra resolutum est in conclusione, non contemnendis rationibus iam probata, infraque probanda. Ergo, quia maius est bonum seruare leges, & si tantum Ciuiles, quam dare latroni centum aureos, quod nullum est bonum; non tenebit iuramentum. Sed dices; maius esse bonum, seruare iuramentum; vt pater. Respondetur tamen, negando suppositum; cum enim nullam sit iuramentum, vt supradixi, infraque clarius apparebit; replica est de subiecto nõ supponente; proindeque currit positum argumentū. Quod confirmatur ex sententia Pinelli cap. de bonis maternis, nu. 61. quam probat implicite, infra referendus, Fautus, disp. 20. q. 107. afferentis, donationem, etiam remuneratariam, rescindi posse propter subsequutam Donatarij ingratiitudinem: ergo multo magis nostro in casu. Atqui rescissa est promissio per citatam legem, & alias, infra citandas; cum etiam illam extorquens, nullius, vt pater, sit remunerationis, sed potius dignus supplicij; ergo, &c.

5. Probatur tertio posita conclusio; iuramentum de materia indifferenti est nullum: sed sic se habet iuramentum contra leges Ciuiles factum, aut seruandi contractus, promissionesque, iure quolibet irritas: ergo. Probatur Minor ex præcedenti conclusione; ex qua constat, promissiones, seu contractus, iure irritos, ad nullam spectare virtutem; vt ex Basilio supra vidimus.

6. Sed dices: Basiliū oppositum sententia de iuramento, iure Canonico, vnde, & ait, §. 3. num. 22. iuramentum, factum latroni, & de soluendis vsuris, valida esse Ecclesiastico iure. Respondetur tamen: & in primis, si iuramentum, latroni

factum, & de soluendis vsuris; non fiat sine recimendæ vexationis; aut alio honesto, non est validum, adhuc in sententia ipsius Legionensis, post alios, de quibus infra; ait enim Basilius, §. 7. num. 49. quod lex Pontificia, præcipiens seruari iuramentum, in præsumptione fundetur; cum enim homo possit materiæ indifferenti honestum finem apponere; ad quod etiam attendit ius Canonicum; ideo præsumit, talem adfuisse finem: qui, si non supponatur, erit tunc lex Pontificia in falsa præsumptione fundata; & vt talis in foro conscientia non obligabit: quia in eo casu, in foro conscientia, veritari itandum est; quidquid sit de exteriori foro; & cum ius Ciuile (vt supradixi) non attendat quem quisque sibi præstituat finem; sed quod ex natura contractus prohibiti, & irriti sequatur; ideo decernit, iuramentum non esse seruandum, vt pote nullius momenti. De quo in prima conclusione.

7. Respondetur ergo ex doctrina ipsius Legionensis, §. 5. num. 39 (& erit quartum pro nostra sententia argumentum;) ait namque Basilius loco citato, omnia iuramenta contra leges Ciuiles, facta censeri ea conditione, nisi Princeps aliud iusserit: ex quo sic argumentor; iuramentum conditionatum non obligat, adhuc de iure diuino, nisi posita, vel ablata conditione, cum qua sit: sed conditio illa: nisi Princeps aliud iusserit: numquam verificatur; cum semper secularis Princeps non impleri præcipiat tale iuramentum; vt ex Imperatoria lege, conclusione prima rellata, satis aperte constat. non ergo est implendum, vt pote defectu conditionis nullum. Quod confirmatur ex cap. Venientes eodem tit. vbi in iuramentis videtur semper Superioris, Principis vè authoritas excepta.

8. Quod si dicas, ius Pontificium præcipere, vt impleatur. Respondetur, supponere iuramentum fuisse absolutum; si cut enim cessat eius præceptum, & obligatio, quando iurans non appositum honestum finem, à iure præsumptum; quia tunc in falsa finis honesti præsumptione fundatur: sic etiam non tenebit ex conditionis defectu, licet ius obseruari præcipiat, quia sine conditione factum fuisse præsumit. Nec obstat etiam dicere, talem conditionem solum iure Ciuili esse introductam; & consequenter, solo illo

attento, posse tenere; nõ vero iure Canonico, qui expresse decernit, tale iuramentum debere impleri, vt ex infra contra nos dicendis constabit. Non (inquam) obstat; nam quod talis conditio sit Ciuili tantum iure introducta, non tollit ius naturale, dictans, iuramentum, absque iurantis consensu factum, esse nullum: cumque qui sub conditione, quacumque ex parte proueniente, vel appõta, iurat, non adhibeat consensum, nisi sub conditione, hinc est, quod illa deficiente, deficiat etiam consensus, sine quo nulla potest induci obligatio.

9 Responderetur secundo: & in primis iuramentum, metu extortum, obligare tantum sub veniali, asseruit Angelus *num. 10.* & alij, quos tacitis nominibus refert Bonacina, *tom. 2. disp. 2. q. 1. puncto 9. folio 204. num. 3.* Rursum: de iuramento, facto latroni, tenentur affirmare esse nullum, qui absolutè dicunt, quodlibet iuramentum, vi, aut metu extortum, esse nullum, & inualidũ. Hos AA. refert Lessius supra *dub. 7. num. 51. fol. 206. §. si vi, seu metu extortum sit.* Rursum etiam meminit Basilius *§. ultimo, num. 62.* vbi dicit, plures pro hac sententia referre Additionatorem Seraphini, *privilegio 100. num. 5.*

10 Deinde: iddem tenentur asserere, qui nullum iudicant iuramentum, metu extortum, quando additur contractibus, iure improbatis. Cuius sententiæ AA. refert ipse Basilius *num. 62 in fine,* & Sanchez *lib. 3. sum. cap. 11. fol. 701. toto num. 19.* illam implicite probabilem dicens *num. 20.* vbi oppositum probabilius tantum existimat. Quod probat rationibus, quibus ait *fol. 695. num. 5.* quodlibet iuramentum per iniuriam, vt soluendi vsuras, aut per metum, aut dolo extortum, obligare in conscientia. In quò, meo videri, non loquitur Sanchez consequenter: aut si consequenter loquitur, affirmare tenetur, saltem implicite, esse probabile, nullum ex prædictis iuramentis esse validum. Ducor: nam si rationes, quibus iuramenta per iniuriam, per metum, aut per dolum extorta, valida esse, affirmat, æqualem vim habent, & certitudinem circa hæc iuramenta, ac habent circa illa, quæ contractibus, iure irritis apponuntur: cur implicite dicit probabilem sententiam Sylu. Greg. Lopez, Sarmenti, Azorij *tom. 1. lib. 11. cap.*

7. q. 2. & aliorum; quos refert vbi supra *num. 19.* asserentium, iuramenta, superaddita irritis iurè contractibus, esse inualida, & nulla vtroque iurè; & eandem non tribuit cõsuram illis, qui affirmant, quocumque iuramentum per iniuriam, metum, aut per dolum extortum, esse inualidum? Si enim rationes Sanchez æque probant vtrumque cur, si respectu vnus probabilia tantum sunt, ipso teste, debent veritatis infalibilis, adhuc moraliter, reputari respectu alterius, per ipsummet Authorem?

Deinde ait Basilius, quod si iuramentum, metu extortum, cadat supra obligationem, à quã nequeat separari promissio de non repetendo, quia contractus sit iam perfectus: tunc neque iurè Ciuili, (quod certum existimat de omni iuramento, metu extorto, contra Thomam Sanchez, & plures alios) nec Pontificio valet iuramentum; quod satis acute probat loco citato, & infra.

11 Denique: aliqui, quos tacito nomine refert Suarius *lib. 2. cap. 9.* expresse tenent, iuramentum, factum latroni, esse nullum. Quod implicite approbat Lessius *lib. 2. cap. 4. 2. dub. 12 num. 64. prope medium iuxta leg. 2. C. si aduersus venditionem:* vbi sic dicitur: *per vim autem, vel per metum extorta iuramenta, etiam à maioribus (maximè ne querimoniam malefactorum commissorum faciant) nullius esse momenti iubemus.* Immo, quia lex ista recepta est communiter in iuramento de non faciendâ querimoniâ maleficij; vt ipse fieretur Lessius; & in hoc casu, illa particula *maximè* vtatur; quæ, iddem dicendum esse in alijs, implicat, licet non ita principaliter; iddem etiam probabiliter erit dicendum.

Accedit etiam, quod tanquam probabile dicit Sã; & post ipsum Malderius *fol. 737. col. 2.* scilicet: si votum, metu factũ iuramento confirmes, iuramentum non obligare.

12 Responderetur ergo (& sit quintum pro nostra conclusione argumẽtũ) ex doctrina Archidiaconi, Panormit. Antonini, & Iasonis, aliorumque, quos refert, sequiturque Gutierrez *in reparationibus, & allegationibus, consilio 41. fol. 689. num. 8. & 9.* & tenet Lessius *lib. 2. cap. 4. 2. dub. 12.* asserentium, neminem obligari per iuramentum, nisi consentiat ille, cui fit. Cum ergo latronis, v.g. & Vlu-

Vfurarij consensus, iure etiam naturali sunt nulli, vt pote iniusti, & per Imperatoriam legem, supra citatam, reprobati; perinde erit, ac non consentire, ac proinde non tenebit iuramentum.

Deinde probatur: nam iuramentum factum in fauorem tertij, quod nemo acceptauit, vel saltē non valide acceptauit, potest ad libitū reuocari per iurantē; atqui iuramentum factum latroni, nequit valide ab ipso latrone acceptari; nec Deus illud acceptat nisi quatenus homo illud acceptat, & valide; vt cum alijs docet Trullench *tom. 2. decalogi. lib. 7. cap. 16. dub. 5. nu. 3. propē finem*, & Bartholomæus à Sācto Fausto *de contractibus, disp. 5. q. 52.* ergo poterit ad libitum iurantis reuocari: Maiorē, dicit esse cōmunē sententiam citatus Trullench *dicto num. 3. propē medium*; Minor verò ex dictis conuenit: ergo Consequentia ad minus est probabilis; quod intendo.

Deinde probatur: nam quando actus iure naturæ est irritus, vel irritari potest, nequit iuramento confirmari. Quod cōmunē dicit citatus Trullench *num. 4.* sed promissio per vim à latrone coacta, est irrita iure naturæ, vel ad minus, valet irritari: ergo nequit iuramento confirmari. Fateor, ipsum Trullench citatum asserere, debere tunc iurantem implere iuramentum, quod sine peccato implere potest. Sed hoc ex dictis non conuenit, probatum iam est.

13 Confirmatur hoc tertio, simulque declaratur: nam, qui ob redimendam mortis vexationem matrimonium (quamuis licitè) stante impedimento dirimente contrahit (licet verò animo, de facto contrahendi, contrahat) nihil efficit, ob defectum consensus de iure; vel quia Ecclesia personas inhabilitat; vel quia actum ipsum irritat; de quo Sánchez *lib. 7. de matrim. disp. 5. num. 4.* Ergo, qui iurat ob redimendam vexationem dare centū latroni, quamuis licitè iuret, & vero consensu de facto, hoc faciat; nihil efficit ob defectum sufficientis consensus, de iure requisiti; & quia per Imperatoriam legem, de qua supra, tam persona, pro tunc iurans, quam latro, de facto acceptans, inhabilitantur: & quia etiam talis stipulatio, seu contractus, per eandem legem, ipso facto, irritus rediit. Nulla enim est, adhuc naturali iure, acceptatio; vbi nulla promissio recedit.

14 Deinde; Religiosus strictissimæ, specialisque paupertatis voto astrictus (vt sunt omnes Franciscanæ Familiæ, & in partem Societatis Iesu; de quò Sanchez *tom. 3. sum.*) licet ex animo, de facto, iuret ob redimendam mortis vexationem, dare latroni contum, v.g. aureos, non peccat, nec ad aliquid tenetur; cum ratione voti nil possideat, nulliusque rei habeat Dominium: sed bona sæcularium, aut aliàs potentium se iuramento obligare quoad hunc effectum, scilicet, vt ex vi promissionis, contractus, aut iuramenti, transferantur in latronem, extorquentem, non remanēt in eorum dominio, & dispositione, per dictam legem *non dubium. C. de legibus*: ergo nec consensus (licet de facto verus) in eo, qui promittit, aut iurat, veram efficit promissionem, aut iuramentum; nec consequenter vilius erit momenti in acceptante latrone, aut Vfurario, acceptatio.

Et licet dare latroni, centū v.g. vt sic licitum sit; proindeque aptum, vt si materia iuramenti: non tamen est licitum quatenus contra legem, vt dicam *num. 21.* Deinde: dato quod adhuc tunc esset licitum: quia tamen irrita supponitur cuius promissio; & aliàs iurans non intendat se obligare, nisi quodammodo per modum promissionis; vt rectè Malderus supra *fol. 730. col. 1. §. ad posterius respondeo, in medio*; hinc est, nullatenus obligatum manere.

15 Respondetur tertio, quoad iuramentum, metu extortum (& sit sextum, non leueque pro nostra conclusione argumentum) ex doctrina Molinae, & aliorum, quos etiam sequitur Malderus, *fol. 732. allegās pro se ca. 1. de iur. iurā.* quod que nouiter docet Fagundez *lib. 2. decalogi cap. 31. num. 18.* & latius *cap. 32. per totum*; quem vbi vide; dicentium, etiam à Iudice sæculari, & laico, etiam inferiori (vt notat Lesius, infra referendus) aliàs competenti, posse cogi partem, vt coactum iuramentum remittat, id petente parte coacta; quod si compulsor noluerit; posse Iudicem sua authoritate, quasi loco ipsius compulsoris iuramentum irritum facere: quia talis relaxatio non censetur esse in præiudicium extorquentis, qui nullam ius proprie acquisiuit; vt, post Ledesman *de matr. q. 47. art. 3. dub. 3.* tenet Lesius, supra *num.*

num. 63. in fine. Ex quo sic argumentor: iddem præstat (& tenet etiam Lesius *di-ctio lib. 2. cap. 14. dub. 12. §. 2. intelligi potest*) autoritas Iudicis, iuramentum irritans, illiusve obligationem, loco iniusti compulsoris, remittens, quod præstaret compulsor, si iuramenti remitteret obligationem: sed, posita compulsoris venia, nullum utroque iure remanet iuramentum, ut patet: ergo, posita Iudicis, pro compulsore, remissione, nullum etiam erit iuramentum: sed ponitur huiusmodi remissio circa iuramenta, metu ex tortâ, in dicta *leg. 2. C. si aduersus vendit.*; quam implicite approbat Lesius supra *num. 64. prope medium*, & ponitur etiam dicta remissio in omni contractu, iure irritato, etiam in iuramento adiecto, ut ex Imperatoria lege, *non dubium, C. de legibus*, supra relata, constat: ergo nullum erit præstitum iuramentum.

16 Dices, partem coactam non postulare contra compulsorem; quod requirit citati AA. Respondetur tamen: & in primis Azorius, Auendaño, *C. prætorum, part. 2. cap. 23. num. 13.* Afflictus *decis. Neapolit. 263. num. 3.* Gutierrez *Authenticâ Sacramenta puerum, num. 160.* *C. si aduersus vendit.* & alij, quos aliquibus limitationibus sequitur Diana *tract. de immunitate Ecclesiæ, resol. 115.* prædictam Molinæ sententiam admittunt, nulla facta mentione de petitione partis coactæ. Quod iddem affirmat Lesius supra *num. 66.* & post ipsius Sanchez *in sum. lib. 3. cap. 22. num. 13.* & alij, quos etiam sequitur citatus Diana *resol. 114.*

Respondetur ergo, non esse necessariam petitionem partis læsæ, seu coactæ: siquidem remissio, ad quam petitio ordinatur, est iam in præfata lege apposita. Quod confirmatur ex doctrina Fausti *tom. de statu Religiosorum, lib. 2. q. 50.* ubi ait, quod, qui votum, in consilio Prælati, vouit, licet non teneatur votum manifestare, casu etiam, quod intendisset illud detegere, dum uoueret, si aliàs expresse ad hoc se obligare non intenderit; tenetur tamen licentiam petere ad faciendam rem, aliàs, voto non manifestato, promittam: & hoc non obstante, cessat in illo hæc petendi licentiam obligatio, casu, quo Superior, etiam voti ignarus, præcipiat illi rem facere, impletioni voti contrariam; ergo sicut hic cessat petendi licentiam obligatio,

eo quod oppositum impletioni voti sit præceptum; cessabit etiam in parte coacta postulandi cōtra compulsorem obligatio, eo quod assignata sit in præfata lege remissio; omni postulandi obligatione non solum libera, verum etiam petitionem ipsam (si fieret) inutilem reddens.

Deinde: in *leg. 2. C. si aduersus vendit.* sic dicitur *per vim autem, vel per metum iustum ex tortâ iuramenta etiam à Maioribus, maxime ne querimoniam, maleficiorum commissorum faciant, nullius esse momenti iubemus:* Vbi generatim (inquit Lesius supra *dub. 12. num. 64.*) videntur omnia huiusmodi iuramenta irrita reddi: ac proinde non egere relaxatione Iudicis. Et licet Lesius dicat legem hanc non esse in eo sensu ab Ecclesia receptam, præterquàm in iuramento de non facienda querimonia maleficij; oppositum tamen dicit implicite probabile; quatenus verius tantum putat non esse irrita talia iuramenta ex vi prædictæ legis. Sed de hoc iam supra *n. 11. §. 15.* satis diximus. Vide etiam Lesium *lib. 2. cap. 16. dubitatione 7. pag. 193. col. 1. in principio:* ubi ad suppositum dubitationis titulum, scilicet, *verum Iuris, vel Iudicis autoritas excuset à restitutione?* sic Respondet: *tertio, quando Iudex auctoritatem legum, & naturalem equitatem sequutus, aliquid alicui adiudicat; quod alias non deberetur ex rigore iustitiæ: is, qui hoc percipit, non tenetur restituere:* hæc Lesius: quæ nostro in casu fortius militant; ut patet.

17 Respondetur quarto; pro iuramenti, facti latroni, ex sententia Glossæ finalis in *cap. verum de iur. iuran.* Angeli, *verb. iuramentum, §. num. 10.* & aliorum, quos referunt Sanchez *lib. 3. sum. cap. 11. num. 16. fol. 700.* & Malderus *fol. 730. §. ad secundum* cicerentium, iuramenta, facta metu, non obligare sub mortali. Nam dicto *cap. dicitur; non puniendos, tanquam pro mortali, qui non seruauerint iuramenta coacta.* Quod etiam tenet Panormitanus in *cap. si verum eodem tit.* ubi addit (& bene) nullam esse culpam, si se obligare non intenderit; quod, & alij plures dixerunt.

18 Sed qualis sit culpa, iurare absque intentione iurandi, promittendi, vel adimplendi? Dico (licet obiter) regulariter esse peccatum: in aliquo tamen casu, nullam esse culpam, si casu necessitatis, v. g.

jurare quis cogatur; & non iuridice complete, & adæquare à Iudice interrogatur. Dico complete, & adæquate: quia bene potest Iudex iuridice interrogare, semiplena probatione apposita, & non teneri reum, præsertim in causa mortis, sanguinis, vel alicuius grauis damni corporalis, ad intentionem interrogantis Iudicis respondere. Licet enim Iudex habeat Iurisdictionem ad interrogandum; non tamen habet ad obligandum reum, vt respõdeat in dicto casu; quod, doctissimis allatis Doctoribus alibi dicam. Si verò nulla sit necessitas iurandi; non videtur improbable, asserere, esse tantum veniale peccatum. Ducor ex sententia Fausti in *Thesaurò Religios. lib. 1. q. 24. num. 2.* asserentis, non peccare mortaliter, qui vouet absque animo vouendi, vel promittendi (intellige in voris simplicibus, & extra Societatem Iesu) licet absque necessitate; nisi quis intendat fallere Deum, aut hoc ex contemptu, grauiue scandalo faciat; aut denique, nisi hoc in tertij damnum redundaret. Eo quod, qui sic vouet, nullum euertit Diuinum attributum; nec grauem Deo irrogat iniuriam. Iddem ergo de iuramento dicendum est: cum, sicut ad votum requiritur, in probabili sententia, intentio vouendi, se obligandi, & implendi (quam nouiter sequutus Val. 22. disp. 6. q. 6. puncto 1. & Rodrig. tom. 4. sum. cap. 182. n. 8. sequitur Hieronymus Rodrig. in compendio qq. Regul. resfol. 139. pag. 846. num. 9. ex eo, quod sit stulta promissio ea, quæ fit cum animo promittendi, se obligandi, non verò ad implendi, quam Deus non acceptat, nec illi placet, iuxta illud *Ecclesiastici cap. 5.* displicet Deo infidelis, & stulta promissio) sic etiam in iuramento requiratur: vt videre est apud Sã, *verb. iuramentum, num. 7.* Quoad votum verò, communem dicit esse sententiam Valentia supra q. 17.

Et confirmatur ex doctrina Malderi fol. 679. tract. 10. cap. 5. de voto, dub. 2. col. 1. in fine, asserentis, vouentem committere peccatum veniale, solum venialiter peccare; ergo iurans absque intentione iurandi non erit reus culpæ mortalis. Sententiam Malderi tenuit, primò Nauarrus cap. 12. num. 28. Sorus lib. 7. q. 1. art. 3. Toletus lib. 4. cap. 17. num. 5. & Aragonius 22. q. 83. art. 2. quos

refert Faustus de *statu Religiosorum, lib. 1. q. 42. num. 1.* Sed ne ab instituto discedere videamur.

19 Probatur septimò, posita conclusio, ex doctrina Donelli lib. 21. cõm. capite 13. quem refert Basilius supra num. 46. dicentis, quidquid contra leges Ciuiles annullãtes fit, esse illicitum, & peccatum. Imò Sanchez lib. 6. sum. cap. 4. num. 60. Vazq. disp. 159. cap. 2. & 3. Suarez lib. 3. cap. 26. & lib. 5. cap. 3. Saltonius 22. tom. 2. q. 77. art. 2. controuersia 8. Lessius lib. 2. cap. 33. dubit. 8. num. 59. & alij piures, quos refert, & sequitur Diana 1. p. tract. 10. de legib. resfol. 17. & 20. & quos etiam referens, Machado videtur implicite, negatiue saltem, probare, tom. 1. lib. 3. part. 4. tract. 3. pag. 720. document. 7. affirmant, omnem legem Ciuilem obligare ad culpam; & si sit mere lex pœnalis. Tunc sic: sed iuramentum nequit esse vinculum iniquitatis; ergo nullum erit iuramentum de faciendo aliquo contra leges Ciuiles annullãtes. Vnde, & Donellus in hac nostra est sententia. Cuius Authoris opiniones non solum speculatiue, sed etiam practice, cum approbet Doctissimus Sanchez Abbulentis in *sellectis, disp. 44. num. 63.* & ipsum sequutus, Diana 1. p. tract. 13. resfol. 5. & in *compend. verb. opinio probabilis num. 4.* hanc etiam approbare videntur: vnde, & probabiliter pro nostra sunt conclusione.

20 Probatur octauò, ex doctrina Caiet 2. 2. q. 89. art. 3. Graffis 2. p. lib. 2. cap. 10. Sã, *verb. iuramentum, num. 10.* & Azorij lib. 11. cap. 5. *quesito 1.* quos refert Malderus fol. 724. col. 2. in fine, affirmantium, illum peccare, qui rem indifferentem iurando se facturum dicit: sed contractus quicumque, seu promissiones, iure ipso nullæ, ad nullam spectant virtutem, vt ex Basilio supra in prima; & secunda diximus conclusione; ergo iurare illos seruare, erit peccatum; iuramentum autem nequit esse iniquitatis vinculum: ergo, &c.

21 Hanc rationem sic intelligo, vt non sit peccatum aliquod, nec peccet coactus iurare dare centum latroni, si iuret, etiam verò animò, seu consensu de facto, ob redimendam vexationem illos centum aureos, v. g. dare: neque in hoc casu existimo esse rem indifferentem, propter imminentis mortis circum-

stantiam. Eset tamen peccatum, si post transactum periculum velet, qui iuravit, aut promissit, dare illos centum ex vi promissionis, seu iuramenti. Quia tunc esset contra legem facere iustam: quæ siue sit mere disponens, siue poenalis, siue mixta, etiam iuris Ciuillis; si frangatur, culpam inducit saltem mediate, in probabili sententia. Cum enim sit rationi consonum, & iustum, quidquid lege præcipitur quacumque; non est dubium, à ratione, & iustitia deniare, qui contra quamcunque legem operatur. Velle, ergo facere validos contractus, legem irritos, à iustitia, & ratione erit alienum; ac per consequens culpabile. Vnde, licet, quando iuravit habuerit intentionem dandi centum, ac proinde contra legem faciendi: non tamen ei ad culpam imputatur, ratione metus, in constantem virum cadentis. Tunc enim iusta est causa, ipsum instantis mortis periculum: quo ablato, auferrur & iusta causa aduersus legem operandi: ac proinde esset culpabile (vt ait Donellus vbi supra) tunc contra legem operari.

22 Probatur hoc à simili ex doctrina Sanchez *lib. 7. de matr. disp. 5.* vbi ait, quod, si quis metu mortis contrahat matrimonium vero animo contrahendi, stante impedimento dirimente, nullum committat peccatum; atqui transacto illo periculo, esset peccatum, de facto perseverare in tali consensu; aut matrimonium, iterum de facto, stante tali impedimento, contrahere; eo quod lex talem irritet contractum, vt supra dixi *num. 13.* ergo etiam iurans coactus dare centum latroni; licet ob redimendam vexationem non peccet, si illos contribuere iuret, verò etiam animo de facto, (& si non de iure, vt citato *num. dixi*) peccabit, si, transacto periculo, contra legem facere intentauerit: non tamen erit mortale peccatum, sed solum veniale: quod sufficiens est, ne iuramentum teneat, vt patet: quando alio ex cap. nullum non redderetur.

23 Bene verum est, posse in tali euentu iurantem amphibologia vi: & sic hac via, ab omni obligatione, in omnium sententia liberari. Sicut, & metu contrahere coactus, cum impedimento dirimente, potest cum fictione verba proferre. Licet Sanchez vbi supra dicat, stante fictione, esse culpam venialem.

Quod non ita verum existimo, vt contrarium sit à ratione alienum. Nō enim obstat, fictionem esse factam in forma Sacramenti. Nam confessarius postea verba absolutionis sine intentione proferre, si ei minaretur mors ob negationem absolutionis, tunc enim adest iusta causa ad vtendum æquiuocatione; vt citato Ludouico de San Ioan. *1. p. sum. tract. de Eucharistia, q. 7. art. 8. fol. 167.* ait Sanchez, *Abbulensis disp. 35. num. 7.* Immo (ait idem Sanchez) *si scrupulosus quis anxie petat absolutionem; videat tamen Confessarius vsu rationis, aut materia care vere de eam impertiendam, poterit ob solatium scrupulosi, verba absolutionis absque intentione proferre, dum alia via prolationem cauere non possit, vt si scrupulosus linguam calleret Latinam, attentusq; esset, an verba absolutionis proferrentur vel non;* sic citatus *Abbulensis num. 8.* sed hiis, quia etiam non huius instituti, relictis:

34 Probatur nonò nostra conclusio à destructione fundamenti communis, & contrariæ sententiæ. Etenim, ideo communis sententiæ Doctores affirmant, iuramenta, contra leges Ciuiles non esse irrita, sed implenda; quia sine peccato impleri possunt, vt ait Sanchez *lib. 6. de matrim. disp. 11. num. 3.* sed iuramentum non ingrediendi Religionem, potest, secundum Authores, infra citandos, impleri sine peccato; & non obligat: non ergo ideo iuramentum est validum, quia absque peccato possit impleri: ac per consequens sufficit, quod, sit contra mores Ciuiles, vt nullam obligationem inducat. Qua ratione conuinctus Couartubias *1. p. 9. 6. num. 7.* cum Panormitano *in cap. si verò, de iur. iuran. notabili. 1. num. 3.* vbi etiam Glosa, & Gratianus *22. q. 4. in fine*, dicunt; falsum esse in vniuersum asserere, iuramentum contra bonos mores Ciuiles semper obligare; & cum in hoc (ex suppositione, quod sit iuramentum, quod prædicti DD. fatentur, sed non ego) ac in alijs nulla sit diuersitas; vel hoc, vel nullum esse validum debent præfati DD. affirmare.

25 Confirmatur: nam iuramentum non reuocandi testamentum, sine peccato impleri potest: & tamen in probabili sententia non obligat, vt ait Couarr. *cap. quamuis pactum. 2. p. in principio num. 3.* & dicitur *lege stipulatio, hoc modo, ff.*

de verborum obligationibus, ergo, &c.

26 Sed dicēs, tale iuramentum non esse contra bonum commune, sed contra particulare ipsius Testatoris; & sic communis sententia tenet, valere, & debere impleri, licet sit contra bonos mores polyticos, teste Sanctio *lib. 1. de matrim. disp. 32. num. 8.* Contra tamen; & in primis (quidquid sit communi sententia, & quidquid dicat Sanchez) sententia affirmans, tale iuramentum esse nullum, est probabilis.

Rursus iuramentum appositum super contractu, reprobatum propter publicam utilitatem secundario, non esse seruandum, nec absolute indigere, tenet Cornelius, teste Cardin. Thusc. *pract. conclus. in verbo iuramentum, conclus. 528. num. 47. & 48.* vt refert Farinacius *q. 160. num. 364. in fine:* quem vide *num. 362.* vbi refert quosdam implicite tractantes; an iuramentum, non habens tres comites; veritatem, scilicet, iudicium, & iustitiam, debeat seruari? Quod vide etiam apud Vincetium Mancin. *de iuramento, p. 1. q. 5. per totam.* Non ergo requiritur ad nullitatem iuramenti, quod factum sit contra leges Ciuiles, immediate, & primario commune bonum respicientes: vt iam in prima conclusione dixi; infraque dicam.

27 Deinde: non obstat, quod iuramentum sit contra legem, nullius utilitatis publicæ fauore inductam. Quia hoc non tollit, quominus iuramentum sit contra bonos mores naturales; aut si tantum Ciuiles, sufficientes tamen nullum reddere iuramentum, contra legem appositum. Quod, saltem probabiliter, debere Thomam Sanctium fateri, sic probo; ex sententia Baldi *leg. 1. ff. de donat. inter virum, & uxorem;* & ibi Barthol. Sal. & Fulg. Cardin. *Clem. 1. §. porro, num. 10. de iur. iuran. Præposit. cap. final. de donat. inter virum, & uxorem, num. 6.* & ibi etiam Henrici *num. 6.* Abbatis *num. 9.* dicentis, esse multum probabilem: quam etiam tenet Alciatus *cap. cum contingat, num. 198. de iur. iuran. & multi alij, quos refert Dueñas reg. 219. ampliatione 2. vers. contrariam opinionem;* teste ipso Sanctio *lib. 6. de matrim. disp. 11. num. 1.* vbi prædictos refert Authores, eorumque sententiam implicite dicit probabilem *num. 2.* vbi probabiliorē, & communiorem appellat opposi-

tam. Hij ergo AA. affirmant, donationem inter coniuges propter bonos mores interdici, ne mutuo (inquirunt) se expolient amore; & tamen hoc est priuata utilitas, immediate intenta: contra quā factum iuramentum factum censetur contra bonos mores iuxta eandem sententiam; & ita non obligare, vt ipsa affirmat, teste Sanctio, ab eo probabiliter rellata; quam etiam implicite approbat Villalobos *2. p. sum. tract. 20. de las promessas. y donaciones, diffic. 11. num. 9.* Ergo, vel lex, priuatam utilitatem immediate respiciens, est talis conditionis, vt contra illam efficere, sit agere contra bonos mores naturales: vel, si contra Ciuiles tantum, iam iuramentum, factum contra bonos mores Ciuiles, est nullum, consentiente Sanctio probabiliter. Ergo vel probabile debet firmare, iuramentum, contra leges Ciuiles quomodo libet factum, esse nullum; vel sibi ipsi contradicatur tantus Doctor. Quod ex dicendis magis constabit.

Tum etiam; quia pactum de non reuocanda donatione, etiam ob ingratitudinem Donatarij, non valet, etiam si firmetur iuramento; quia est contra bonos mores; ait Sa, *verbo contractus, num. 18. in sum. antiqua;* & tamen ingratitudo illa est priuata; & mediate tantum contra publicam utilitatem; ergo, &c.

Tum tandem: quia iddem est, iuramentum esse contra bonum commune; ac esse contra rationem officij iudicis, postulantis tollere obligationes, quæ ipsius rectam impedirent administrationem: vt de Iudice Sæculari, relaxante in dicta *leg. 2. C. si aduersus vendit.* & dicta *leg. Non dubium,* notat Lessius supra *dub. 12.* ergo, &c.

28 Ex hac doctrina, circa donationes; inferunt Baldus *conf. 29. lib. 1.* & Decius *conf. 240.* vbi alios allegat; iuramentum, prædictis donationibus super additum, non confirmare illas, nisi Coniux donas præmoriatur in eadem voluntate persistens: eo quod iuramentum sortitur naturam, & conditiones contractus, cui adijcitur, *l. fin. C. de non numer. peccu.* Et, cum donatio inter Coniuges eam tacitam habet conditionem, à iure introductam; scilicet, *Si donator prius decedat, in eadem persistens voluntate:* de quo Sanchez vbi supra *disp. 14. inde*

inde est, iuramentū non confirmare illā, nisi præfata posita cōditione. Quā Baldi sententiam debent etiam probabilem dicere Abbulensis, *in sellectis disp. 44. nu. 63.* & Dian. *1. p. tract. 13. de opinione probabili, resol. 5.* & *in compedio; verb. opinio probabilis, n. 4.* quatenus sententias Donelli, Duareni, Cuiacij, Antonij Fabri, & aliorum similium Iurisconsultorum, dicunt probabiles tam speculatiuē, quā practice. De quo in supradictis sæpius mentionem feci.

29 Deindē, inferunt Calderinus *conf. 2. de iur. iuran.* & Curt. *conf. 66.* iuramentū non contraueniendū prædictis donationibus, non firmare illas: quia tūc intelligitur factū secundū naturā actus: id est, quatenus ius non permittit cōtrauenire. Sic refert Sanch. *de matr. supra num. 6.*

30 Deindē, infert Tello *leg. 17. Tauri, n. 9.* teste Sanctio *n. 7.* iuramentū de obseruanda prædicta donatione, eam non confirmare: quia iuramentū, sic factum, factum cēsetur iuxta eius donationis naturam; quæ est, vt per poenitentiam possit reuocari. Quod minus rectē dictum esse, ait ibi Sanch. Ego verò dico, nec iuramentum tenere. Quod, & ex dictis cōstat, dicendisque constabit.

31 Rursus: inferunt Roman. & Socin. apud Gouarrubiam, (vt ait Sanch. *disp. 12. n. 2.*) & alij; donationem præsumptā, consurgentemq; ex confessione, animo donandi factā per virum, dotis, scilicet, receptæ ab vxore, non firmari iuramento, etiam de futuro: eo quod duo specialia iuramentum illud induceret contra *leg. 1. C. de dotis promiss.* alterum, vt ea confessio præsumatur facta animo donandi; quod: secluso iuramento, minimè præsumeretur: alterum verò, vt ea donatio inuálida; & reuocabilis, efficiatur válida, & irreuocabilis ratione iuramenti: Sic (vt dixi) refert Sanch. vbi supr. Qui, cum soleat falsas sententias sibi, falsitatis nota notare; & de hac nihil tota illa dispositione dicat, illam probare videtur. Quid quid tamen ipse dicat; dicendum est, nec iuramentum firmare prædictam promissionem; nec vllam obligationem inducere; vt supradictum est.

32. Infertur tandē, prædictas donationes nō firmari Omagiū, id est, *pleyto omage*; quod noluit Bald. & alij apud Sanchez *de matr. lib. 6. disp. 14. n. 8.* si enim iuramentū (quod Deum in testē est vocare, *cap. & s. Christus, verb. alioquin. de iure*

iuran. leg. 1. tit. 11. p. 3.) illas non firmat; quam firmitatem tribuet illis Omagiū; vbi nec Diuina fides, nec Deus testis, sed tantum Nobilis viri Autoritas interponitur; ergo, &c. Aduerto tamen, esse probabile, prohibitum dare donatione merā cōditionali, vel modali, non prohiberi remuneratoria; quæ à Patre filio fieri potest. Quia, licet iure Ciuili non sit debita; est tamen, ob causam, orta ex iure naturali, scilicet ob merita, obsequia, & officia. Sic Faust. *tóm. de contractibus, &c. disp. 20. q. 4.* quem vide *q. 22. & 27.* Nec nego, esse etiam probabile, donationem simplicē, quocumq; metu extortam, tenere; vt affirmat Panormit. *in cap. Abbas* quem implicite probabiliter sequitur Faustus, *supr. q. 115.* Nec tandē nego, donationem; factam a Patre, nō habente filios, si illos postea habeat, reuiscere ad huc, illis mortuis; vt affirmat Gomez *lib. 2. resol. c. 4. n. 12.* vt refert citatus Faustus, *disp. 20. q. 102.* sed ad intentum rediens;

33 Probatur decimo posita cōclusio: nā iuramentū de materia inuáli est nullum: sed materia iuramenti promissorij, quæ secundū Sorū *lib. 7. de iustit. q. 2. art. 2. ad 1.* est promissio (quod, & ego ex alijs, supra iam dixi) quāvis solum sit cōtra bonos mores Ciuiles, seu polyticos, est inuálida secundū Calēt. quē sequitur Aragon; quos refert Suar. *c. 9. nu. 12.* vbi supra: quia de ratione promissionis humanæ, (inquit Cai. quē etiā refert Maderus *fol. 729. col. 2. §. ad prius respondet Caietanus*) est, vt sit: vtilis recipienti; quia alias erit de actu vano, & otioso, ac proinde nō obligabit. Ergo, quia in casu, præserti, nec promissio dicta, nec res promissa est recipienti latroni vtilis, moraliter loquendo, consequenter nulla erit. Cōfirmatur: nam, qui rem possidet alienā, excusatur ab illius restitutione actuali; casu, quo eius traditio, tā alieni tertio, quā proprio Domino, est proximè siue in corpore, siue in anima, nocitura; iuxta probabiles DD. sententias, de quibus, ante, & post alios; Lessius *lib. 2. de iustitia, cap. 16. dubitat. 4. per totam, pag. 191.* Ergo iddem in nostro casu dicendum est: cumque traditio rei promissæ nocua semper sit, moraliter loquendo, recipienti latroni, semper à tali obligatione erit immunis, qui coactus promissit, & iurauit.

34 Sed dices primo aduersus dicta; talia

iuramenta debere impleri, eo quod Deus illa acceptat: quod arguit, illa fore valida, ac per consequens obligare. Respondetur tamen, negando suppositum: quia talia iuramenta, quoad obligationem futurum irrita sunt, vt ex dictis iam constat; ampliusque ex dicendis constabit.

35 Deinde: non contemnendi AA. affirmant, nullam actionem, nullumque ius acquiri Deo per iuramentum, factum latronibus sicut Aragonius, Valentia, & Sayrus; quos refert Sanch. lib. 3. Sum. c. 11. f. 700. n. 161. Cum ergo, eadem sit ratio de iuramento hoc, ac de soluendis vsuris; vel per vtrumque, acquiritur actio; quod praefati negant AA. vel pro nullum, quod ego libenter admitto.

36 Dices secundo: impleda est promissio, facta mulieri pro turpi corporis vsu; licet indecens sit: ergo, &c. Probatum Antecedens: nam Iudas, qui pro turpi Thamar corporis vsu, haecum promissit, de fidelitate commendatur. Genes. 38. vt ait Lublino Sum. verb. fornicatio f. 304. n. 18. tom. 2. ergo, &c. Respondetur tamen primo, aliquos oppositum absolute asserere. Illud autem Genes. solum dicit, Iudam misisse haecum ad Thamar; quod fateor: potuit tamen illum pro liberalitate mittere, vel donare; vel pro recuperandis annullo, armilla; & baculo, quae omnia Thamar a Iuda, tanquam pignus, postulauit. Secundo, hoc verum esse, ob mutuam promissionem, opere impletam, ex parte foeminae, quae domina erat sui corporis. Nam, non sequuto opere, rescindenda est promissio, vt turpis; iuxta illud Prouerborum: *in male promissis rescinde fidem: & in turpi voto muta sententiam.* Quae rescissio promissionis, votique mutatio per sola fit promittentis, vouentisque voluntatem; vt patet. Et licet etiam in casu nostro sit veluti contractus, ex parte latronis, non occideris, impletus; non obest; quia latro non est dominus vitae alterius, de iure; & si de facto, se Dominum velit efficere. Foemina autem est domina sui corporis tam de iure; quam de facto; & si quoad factum illud illicitum. Tertio responderetur, negando simile: ex eo, quod in illo, nulla sit, nec formalis, atque expressa; nec virtualis; atque implicita coactio, quae a Iuda Thamar facta fuerit; vt in nostro casu contingit. Et licet talis turpis promissio sit etiam per leges prohibita; hoc tantum est, quoad fieri, & (vt ita dicam)

causaliter; non vero effectiue; vel per leges, annullantes obligationem, ex illa aliam (quod gratis concedo) prouenientem. Quae omnia in nostro casu sunt diuersa; vt patet. Deinde: qui promissit, & iurauit dare Meretrici centum aureos, pro actu turpi, non tenetur, etiam ratione iuramenti, dare omnes centum, sed tantum illud, quod talis conditionis viri talibus praebere solent; eo quod, cum iuramentum non sit vinculum iniquitatis, & traditio centum esset prodigalitati vitium; sic quoad rotam illam tenere non potest quantitatem; vt docent Martinus de Ledesma, Mercatus, Palladius, Aragon. Bañez, Salonijs, & alij, quos sequitur Diana 4. p. tract. 4. Miscellaneo, resol. 232. cum Hurt. Mondex. disp. 4. de Sacrificio Missae, diff. 16. Quia ergo in nostro casu iurata supponitur in totum talis centum aureorum traditio, vt ex dictis constat; nullum erit praedictum iuramentum.

37 Dices tertio, saltem iuramentum de soluendis vsuris esse implendum, propter expressum ius, cap. Debitores, de iur. iuran. vbi dicitur, quod, qui iurauerunt, cogendi sunt Domino reddere iuramentum; ergo.

Respondetur tamen; & in primis, Belamera, & alij; in dicto cap. dicitur; quod, quando iurarius paratus non est mutare sub vsuris, illa que recipere, tunc, qui promittit, peccat: & cum iuramentum nequeat esse vinculum iniquitatis; sic neque in praedicto casu obligauit. Iuxta quem dicendi modum explicat praedictum caput. Unde nec in hoc casu obligat iuxta praedictos Authores; nec casu, quo nulla necessitas excusabat; aut nulla erat utilitas; sed ad expendendum prodige mutuam cum Meretricibus, aut in ludis illicitis; vt secundum Fellinum dicto cap. n. 7. tenet Glos. fio; in eo textu; & secundum Sanch. lib. 3. Sum. c. 11 f. 696. n. 4. Calet. 2. 2. q. 89. art. 7. in solut. ad 3. dub. 1. vbi dicit, iuramentum non obligare, nisi quando eius executio est actus virtutis. Solutionem vero vsurarum promissarum non esse actum virtutis, nisi quando induit rationem redemptionis vexationis, tenet etiam Valentia 2. 2. q. 21. disp. 5. puncto 4. col. 5. versic. *Iam de secundo*, dicens (scilicet Sanctio) eam solutionem, esse peccatum; ac proinde consequenter tenetur dicere, eius iuramentum tanquam rei illicitae; minimè obligare.

38 Deinde, iuramentum hoc, de soluendis vsuris, expressi vitij causa, in promissione iurata: v. g. *promitto soluere decem, pro quin-*

que, mutuo acceptis, aut pro octo, &c. nullā inducere obligationem, tenet Baldus cap. 1. num. 6. de iur. iuran. quem refert Sanchez supra fol. 697. col. 2. num. 6.

39 Igitur ego, qui absolute dico, nullum esse iuramentum, aliter respondere teneor. Et in primis, posset aliquis respondere, dictum cap. debere intelligi in terris, utroque foro Ecclesiæ subiectis.

Hoc tamen, quia multis implicatur, relicto: Dico, dictum cap. solum pro foro exteriori tenere. Nec modus iste explicandi alienus est a Doctoribus. Nam *legem si Plagij 123. de verb. obligat. & legē, Generaliter 26. eodē titulo, circa promissionē peccuniæ, factā alicui, v. g. pro homicidio, furto, &c. ab alijs Doctoribus adductas, explicat Lesius lib. 2. de iust. c. 18. dub. 3. nu. 20. solū procedere pro foro externo.*

40 Nec aliud simile deest iure Canonico: nam conius, qui impedimentum nouit, si censura ab Ecclesia compellatur habitare cum altero, pro suo reputato, quia tenetur non habitare iuxta cōmunem sententiā, non incurrit excommunicationem, secundum probabilem sententiā, respondentem ad *cap. litteras de restitut. sponsiatorum*: ubi dicitur; *donec probationes afferat preparatas, & tunc absolute petita secundū formā Ecclesiæ absoluitur*: illud loqui, seu intelligi pro foro tantum externo; ergo, &c. Item, indubio de homicidio patrato, asseruit Henríquez *lib. 4. cap. 13. num. 2.* non esse quem censendum irregularem; quod nō existimant omnino improbabile Suarez *de censur. disp. 40. sect. 6. nu. 10.* Sallas *in p. 2. tom. 1. tract. 8. disp. 1. sect. 6. num. 7.* Rebellus *de oblig. instit. p. 2. lib. 1. q. 3. sect. 2. num. 13.* qui ad *cap. Significasti, & ad cap. Ad audientiam*, quæ sunt iuris Canonici, dicunt, sermonem ibi esse pro foro exteriori. Sic refert Franciscus Bardi *tom. de Bulla part. 3. tract. 2. cap. 1. sect. 5. num. 51. pag. 448.* impliciteque prædictā sententiā approbat aliquomodo, siquidem contrariā appellat longe cōmuniorem probabilioremque. Et si illa probabilis est, probabilis etiam erit opinio Eminentissimæ de Moura *opusc. de Ensalmis, & in cant. sect. 3. cap. 1. num. 27.* & Ioannis Præpositi Societatis Iesu; quibus aliquantulum accedunt Gomez, & Baiardus, asserentes, illum, qui fecit aborsum, dubitat tamen de animatione factus, non esse censendum irregularem. Sic

refert Diana, *4. p. tract. 2. de irregularit. resolut. 16.* expresse dicens, hoc esse probabile, licet contrarium tenendum affirmet. Sed ad intentum rediens.

41 Rursus: probabilior tenet sententiā, quā, post Sā *verb. census nu. 3.* tenet Malderus *2. 2. tract. 5. cap. 5. dub. 6.* Ioan. de Cruze *1. p. præcepti 7. q. 6. dub. 3. concl. 1.* Lesius *lib. 2. cap. 22. dub. 12. numer. 80.* Nauarrus *commentar. de usuris, num. 88. & 121.* Boninsignius *tract. de censuris, c. 5. num. 5.* Faustus *in speculo Confess. disp. 18. q. 29. & 21. citans Valentiam, Salonium, & Pallarium, quos nouissime sequitur Diana tract. de contractibus resolut. 44. referens Megalam 2. 2. lib. 2. cap. 7. q. 2. n. 57.* Qui omnes dicunt, validum esse in foro conscientię contractum censualem de peccuniā, antea debita, vel tempore contractus, traddendo aliquas merces in pretium census; vel si ita fuerit celebratus (inquit Megala) ut de iure naturæ teneat, & nullam iniustitiam, aut fraudem contineat; licet deficiat aliqua solemnitas, requisita à Bulla Pij V. quæ solum ad vitandas fraudes, non autem ad iniustitiam contractus est necessāria; & ideo in præsumptione culpæ, & fraudis fundatur; prout fundatur omnia iura, disponentia de re iudicata, ut *in cap. cum inter de re iudicata*, ideoque tenet in foro conscientię, etiam post latam sententiā de eius nullitate, ob defectum solemnitarum, quæ iuxta Bullā Pij V. desiderantur.

42 Deindē, quod filius familias de bonis aduentitijs debeat Patri usum fructuum eorum *per legem Non solū, §. si autem, & legem cum oportet, c. de bonis, quæ liberi.* admittit solum pro foro exteriori P. Nauarra *tom. 2. de restit. lib. 3. c. 1. nu. 69. & 70.* quem implicite probabiliter sequitur Valero *de utroque foro, verbo bona, differ. 2.* quatenus oppositum dicit tantum verius; ergo, &c.

43 Rursus: Beneficiarius, possidens per triennium Beneficium sine titulo vero, sed tantum apparente, & colorato, non est tutus in conscientia iuxta cōmunem sententiā, contra Nauarrum, sibi contrarium *cap. accepta, oppositio. 8. num. 10. in fine, & consilio 41. in fine de præbendis, & consil. 42. & consil. 3. nu. 2. de renunt.* post Rotam, teste Gomez, *regula de triennali possessione*; quam cōmunis sententiā pro foro tantum exteriori expendit. Licet sententiā Rotæ, & Nauarri,

fibicontrarij, singulariter, egregieq; sit apud Valerum, vbi supra, *verb. Possessio, differ. 1.* comprobata: Quæ tamen debet intelligi, nō quod taliter possidēs acquirat verum dominiū, seu titulū; sed quia acquirit ex ceptionem ex titulo illo colorato, cū possessione triennali; per quā, contra habentem verū titulū, est securus in conscientia, durante toto tempore vitæ suæ: ergo, &c.

44 Deindē ius accrescēdi non habēre locū in foro conscientia, dū expresse cōstat de Testatoris voluntate, non obstante Textuū multiplicitate, quos congerit Gutier. *in repet. legis vnicae*, C. *quādo non perit. per tem.* &c. à f. 214. vsq; ad 218. vt tenet Federic. de Senis, alios referens; teste eodē Gutier. *num. 25.* ergo, &c.

45 Accedit etiam explicatio celebris Glos. *in c. Metropolitanū 2. q. 7.* dicentis, *eum, qui sine iusta causa transgreditur, videri contemnere*: quam, ait Nauar. *in Manuali c. 23. de obedientia, n. 42.* intelligendā esse pro foro tantum externo: ergo, &c.

46 Deindē: emens, vel quocumq; alio titulo recipiens scienter à fure rē, furto ablatā, quæ vsu consumitur, functionem que recipit in genere suo; (vt est pecunia, frumētum, vinum, oleū, & similia) si fur aliās habeat, vnde valorē rei restituat; non tenetur in foro interiori ad eā (& si extet) restituendā; nec eius æstimationem, si eam consumpsit: licet secus in foro exteriori, *per leg. si in emptione, §. itē si, ff. de contrah. empr.* secundū Ioan. Medinam, C. *de restit. q. 10.* sic limitantē legem eos. C. *de furtis*, & *legem seruus*, ff. *de condit. in dub.* & *ca. qui cum fure de furt.* Quibus in iuribus probatur, habentem à fure rem furtiuam, quocumque titulo id sit, teneri ad eius restitutionem, si extet; si verò sit consumpta, ad eius æstimationem; vt scilicet procedant in his rebus, quæ vsu non consumuntur, nec recipiunt functionem in genere suo; in quibus, in vtroq; foro est faciēda restitutio. In alijs autem rebus, quæ recipiunt functionem in genere suo, intelligēdas esse prædictas leges (ait Medina vbi supra, teste Valero *de vtroq; foro, verb. restitutio, disse. 26. n. 1.*) in foro tantū exteriori. Duciturq; Medina ex eo, quod in prædictis rebus, quæ vsu consumuntur, eo ipso, quod fur eas alienat, desinunt esse alienæ, & transferuntur ad dominium recipientis; si aliās fur per hanc translationē non fiat impo-

tens ad æstimationem rei soluendā priori Domino. Hanc Medinae sententiā aliquibus cōditionibus, quas impossibiles dicit Valero vbi supra, admittit Rebbellus *2. p. lib. 1. q. 7. n. 8.* quem etiam refert citatus Valero. Ego de hoc in præsentiarum nihil iudico: solū enim adduxi Medinae, prædictas leges, tam clare loquentes, vt bene ait Valero, pro foro exteriori explicantē, ne nouum quid videatur, affirmare, *cap. Debitorum loqui tantum pro exteriori foro.* Improbare tamen nō audeo, (licet obiter) non teneri bona fide consumentem prædictas res, restituere id, in quo factus est locupletior; vt docent Bañez *2. 2. q. 62. ar. 6. dub. 3. concl. 4.* Salonijs ibi, *eodem art. 6. controuersia 3. concl. 4.* P. de Ledesma *tom. 2. Sum. tract. 8. c. 14. post 4. cōclusionem dub. 3. dicto 4.* & probabile dicit Manuel Rodr. *2. to. Sum. c. 42. n. 2.* Iddem sequitur Sā, *verb. restitutio, n. 7.* Hoc (inquam) ob tantorum Doctorum Authoritatem improbare non audeo, & si à principio intrinsecō, oppositum fere certum sit, vt docet Thomas Sanctius *lib. 2. Sum. c. 23. n. 34.* prædictos referens Authores *nu. 33.* Nam, vt supra iam dixi, naturali lege inductum est, vt, & si mihi bona fide operanti, damnum non veniat, lucrum tamen in damnum innocētis non recipiam. Sed ad intentum rediens.

47 Deindē; aliud sanē mirabile, & singulare possum exēplum afferre, locum habens apud Valerum, *verbo Testamentū, dif. 3.* & apud Sanctiū *lib. 6. de matr. disp. 36. n. 3.* ait igitur Valero, vbi supra, esse probabile in foro conscientia posse Patrem per testamētum minuere filiorum legitimas, relicta eis cōgrua sustentatione; non obstante dispositione iuris, disponentis, ne in Regno Lusitania: ultra tertium, in Regno vero Castellæ, ultra tertium, & quinarum disponat Pater, sed in filiorum legitimas reseruetur. Quod ius explicat singulariter, post rellatos à Sanctio, Valero pro foro fori.

48 Deindē idem Author. *verbo Regularis dif. 1.* absolute ait, professiones factas, non seruata forma, per *Extravag. Sixti V.* apposita, circa professiones Nouitiorum, esse validas in foro conscientia; licet talis forma, sit substantialis, & irritans, annullansq; tales professiones, ea non seruata; intellige pro foro externo; licet non consequenter procedat; dum pri-

primum tantum probabile; secundum vero absolute admittat. Sed de hoc alibi: ergo, &c. Ad propositum facit etiam doctrina doctissimi Sanctij *lib. 6. Sum. cap. 8. nu. 34.* vbi circa Apostatas, aliud, fere simile decretum, simili modo exponit, referens Tiraquel. Nanar. Molinam, & alios. Sed ego sententias Valeri non admitto. Solumque eas adduco, ne (vt dixi) extraneum iudicetur, prædictum *cap. Debitores* pro foro tantum exteriori intelligere; cum pro hoc non contemnendæ sint adductæ rationes, quas (imò quarum nec vnâ,) in prædictis Valeri sententijs non reperio.

49 Plura possem alia exempla proferre; sed quia non omnia, quæ placent, expediunt fieri; satis sint dicta. Sufficienter ergo satisficit dicto *cap. Debitores*, dicendo, illud in solo exteriori foro procedere; quòd indicare videtur verbum illud *cogendi*; sæpius enim Ecclesia, dum obligationem in foro animæ designat; aut illam imponit his verbis, scilicet, *teneatur in foro animæ* &c. aut alijs, videlicet, *non possit; teneatur restituere*: alijs vè vtitur similibus. Cum ergo his non vtatur, pro solo exteriori foro videtur procedere. Quòd confirmatur etiam primò ex probabili sententiâ Michaelis Ferro, Manrique, qui *tom. 44. Moralium p. 1. q. 50.* nouiter allerit, Canonicos, absq; causa per multum temporis Choro non assistentes, non peccare mortaliter. Et, ad intentum nostrum, reponet ad *Trid. sess. 24. c. 12.* ibi posse esse sermonem de obligatione pro solo foro exteriori; cum Concilium vtatur verbo *procedatur*; quòd ad exteriorem pertinet actionem; quòd verbum correspondere potest verbo *cogendi* in dicto *c. Debitores*, contento, vt patet. Secundò ex probabili sententiâ, asserente relaxationem, dispensationem vè iuramenti, causa non cognita, factam à Superiore, valere pro foro conscientie, vt rectè Sanch. *lib. 8. de matr. disp. 17. n. 11.* & Suarez, licet cū aliqua limitatione. Quòd alij absolute dicunt, quos sequitur Fagundes *lib. 2. Decalogi c. 32. nu. 6.* respondens ad *Trident. sess. 24. de reform. c. 8.* ipsum procedere pro foro externo. Quòd deducit ex verbis illis: scilicet, *Aliterq; facta dispensatio subreptitia censeatur.* quæ ad externum forum spectant; cū non dicat, esse ipso facto subreptitiam. Quo etiã modo explicat *cap. Necessaria*, & *cap. Dispensationis 1. q. 7.* ergo, &c.

50 Nisi dicamus, esse legem in falsa præsumptione fundatam, & vt sic interpretandam. Quare, cū iuxta dicta n. 6. & 7. talia iuramenta, sub conditione facta censeantur, & Ecclesia, absoluta illa esse, præsumat; deficit conditio, sub falsa cadens præsumptione, & sic non tenet. Et iddem dicendum ad *cap. Quamvis pactum, de pactis*; & ad *cap. primum*, cum alijs.

51 Propter hæc argumenta, & alia, infra adducenda, non videbitur à ratione, posita conclusio, aliena; & ad minus res erit dubia. Immo, & valde dubiam viderem esse, concedit Sanch. *lib. 3. Sum. fol. 695. col. 1. in fine, nu. 2.* Nec rationes pro sua, & comuni sententiâ allatæ ab ipso n. 3; euidenti, nec stabili nituntur principio; vt omni prorsus dubio careant. Quòd, per singulas discurrendo, sic probat.

Igitur, cū probabilis teneat sententiâ, dari in indiuiduo actus indifferentes; iam deficit ratio, qua ex aliquibus ipse probat Authoribus; tale iuramentum, de soluendis vsuris, debere impleri; eo quòd sit virtutis actus. Quia (inquiunt) aut malus est, & hoc non; aut bonus moraliter; cū in indiuiduo nullus detur indifferens. Quæ ratio, vt dixi, in tantum abest ab infaibili moraliter veritate; quòd solum in probabili fundetur sententiâ. Deinde, licet res, alias indifferens, possit honestari; non tamen in hoc casu; quo neque est in hominis vtilitatem. Quia, sicut Sanch. vtilitatem explicat, per hoc, quòd est, recipere pecunias illas: sic explico, & ego inutilitatem per hoc, quòd iniusta sit talis receptio. Et nescio, quomodo probabilis sit sententiâ, affirmans, foeminam, ob turpem sui corporis vsum, non posse postea pretium ferre (quidquid distinguat Bonac. quòd probabile nos supra assignauimus n. 36. eo quòd sit iniusta receptio; ob quam rationem exenatur promittens illud præstare) & non debeat esse probabilis hæc nostra sententiâ; cum verum sit apud omnes, accipientem vsuras, &c. iniuste accipere.

52 Nec minorem infert dubitandi rationem tanta in explicanda ratione communis sententiæ diuersitas, tot etiã subiecta sententijs. Nec tandem explicatio, quæ affert Sanch. certitudinem infert. Tùm, ex dictis. Tùm etiam, quia aliæ sunt DD. diuersæ rationes probabiles assignatæ. Deinde probatur sententiâ nostra ratione, quæ pro rebus, prohibito ludo perditis,

affert Dian. cū alijs 1. p. tract. 3. *Miscellan. reso. 8. pag. mibi 14. col. 2. in princip.* Quę sic habet. Nam (loquit Diana) cui datur actio ad repetendum, à fortiori conceditur exceptio ad nō soluendum, iuxta regulas vtriusque iuris: sed in ludo prohibito (vt supradictum est) datur actio ad repetendum: ergo dabitur exceptio ad non soluendum. Sic Diana. Ex quibus sic, & ego; sed in casibus nostrę conclusionis, & in omnibus, supra relatis, datur actio ad repetendum, vt patet; ergo etiam à fortiori dabitur exceptio ad non soluendum.

53 Rursus: probo meam sententiam communi illa ratione, deducta ex Regula, *cum principalis, de reg. iur. in 6.* materia iuramenti promissorii est promissio, teste Soto, supra citato, alijsq; quos retuli *tract. de matr. casu ultim.* sed promissio, quę principalis est, corrumpit omnino, siue sit promissio soluendi vsuras, siue per metum, aut dolum extorta: ergo iuramentum, quod est accessorium, (& fatetur Sanchez *num. 12.*) nullius erit momenti.

54 Sed respondet citatus Sanchez, tunc corrumpere accessorium, quando causa, irritans principale, concurrat etiam in accessorio; secus quando non concurrat; vt hic contingit. Quia (inquit Sanchez) promissio, quę principalis est, est irrita ob extorquentis turpitudinem; quę non inuenitur in ordine ad Deum; respectu cuius solius id iuramentum obligat. Hęc Sanchez. Contra quem, sic argumētor à simili; nam si promissio contrahendi cum Maria, si Pontifex dispensauerit super impedimento dirimente, solito dispensari, iuramento firmetur, est nulla, validumque iuramentum; aut ipsa, ratione iuramenti; vt multorum tenet sententia, quām, referens Sanchez *lib. 5. de matr. disp. 5. n. 5.* probabilem dicit *num. 13.* & nihilominus causa, promissionem irritans, aut non stare faciens, non concurrat in iuramento superaddito, vt patet; ergo non est euident, corrumpere accessorium, quoties causa, principale irritans, in accessorio etiam iuramento non concurrat; ergo neque à contrario: ac proinde non conuincit ratio Sanctij.

55 Hanc ergo sententiam, (infra etiam à destructione alterius oppositę sententię fundamenti, comprobandam) licet nullas (excepto Donello, vbi supra

nu. 19.) quem viderim, expresse teneat; illam tamen sequitur ex nostris, sapientissimus P. Fr. Franciscus à Sancto Iuliano. Item; illam firmarunt ex Societate Iesu, sapientissimus P. M. Franciscus Alphonsus; & ex Nostris Calceatis Patribus, Reuer. sapientissimusque P. Mag. Franciscus de Arcos: & ex Complutensi Academia perdoctus D. Licentiatus, D. Michael de Vargas, vtriusque iuris studiosissimus. Illam probabilem, tenentur fateri Abbul. in *selectis disp. 44. num. 63.* & Diana 1. p. tract. 13. *de opinione probabili, resol. 5.* & in compendio, *verbo opinio probabilis, num. 4.* quatenus opiniones Donelli, & aliorum, non solum speculatiuē, sed etiam practicę probabiles dicunt. Vt iam ex illis supra diximus num. 19.

Pro ea etiam in casu particulari citari possunt Victoria *Sum. de matr. num. 258.* Sotus *disp. 29. q. 2. art. 1.* Ledesma 2. p. q. 45. *art. 1. fol. 440. col. 3.* & Capua *lib. 2. decisionum, cap. 80. num. 9.* asserunt enim, promittentem cum iuramento contrahere cum Maria consanguinea sua, vel affīce, si Pontifex super impedimento dispensauerit, non teneri cum illa contrahere, posita dispensatione. Immo licet magnę expensę factę sint causa dispensationis; & sub ea spe virgo fuerit deflorata, adhuc non teneri illam ducere, affirmant citati Capua, & Sotus; quos sequitur etiam Henriquez *lib. 12. de matr.* qui dicunt illa damna esse per accidens sequuta; ac per consequens alia posse via reparari. Sed quātum ad hoc, oppositum in manuscriptis tenui *tract. de matr. disp. 1. q. 6. num. 5.* & idem tenendum iudico; quod & ratio dicit, & postulat pietas; vt latius dixi loco citato q. 8. *per totū*

Ratio, igitur; sententię Soti, Victorię, Ledesmę, & Capuę ea est: quod cum iure sit talis promissio prohibita; eique ius resistat, iuramentum nullas vires habet. Quām sententiam, & rationem nescio quomodo Sanchez probabilem dicat *num. 13.* & non iudicet probabile, iuramentum de soluendis vsuris, &c. esse nullum? sicut enim prædictę promissioni contrahendi, &c. ius resistit, & per hoc præcisse nullas habet vires additum iuramentum; sic, & promissioni de soluendis vsuris resistit ius; ac proinde nullas habebit vires additum iuramentum.

Rursus pro hac nostra sententia citari pos-

possunt. Nenizzan. *confli. 21. numer. 3. ad medium, versu. Secundo adducit; & num. 14. versiculo, tertio respondet Baldus 3. & alij, quos sequitur Karinacius. q. 160. numer. 350. in fine.* Pro eâ, inquam, citari possunt in casu hoc; scilicet non esse necessariam iuramenti absolutionem ad exceptionem simulationis in cōtractu vsurario, quando quis expressè, & explicitè iuravit soluere sortem principalem; vt puta centum prope vsuris. De quo iam supra alios retuli num. 38.

56. Nec prætermittenda quædam communis sententiæ exceptio; quam docet Malderus supra fol. 730. col. 1. §. ad posterius respondeo, ex illis verbis, vnde sequitur; vbi ait, iurantem dare latroni parvam quantitatem, si non det, non esse mortaliter periurum; sed solum venialiter. Si enim tenetur iuramentum implere, & facere verum, quod iurando promissit, ob Diuini nominis reuerentiâ; hoc est; ne Deus videatur in falsi testem adductus; cur solum veniale debet esse periurium, cum res est parua; si æqualis formaliter sit Deo iniuria, dū in falsi testem adducitur; siue res sit grauis, siue leuis?

57. Detrahit ergo ratio alia, ob quam communis sententia docet, tale, & similia iuramenta, debere impleri; ne scilicet iurans periurij reus esse censeatur; & ne Deus (vt post alios nouiter ait Trullsch tom. 1. in Decalogum lib. 2. cap. 1. dub. 12. num. 1.) videatur in falsi testem adductus; saltem sub mortali, quando res est parua.

58. Immò, licet res sit magna adhuc deficit talis ratio. Et in primis iuxta sententiâ Basilij in primo argumento. Pro nostra conclusione adducto num. 2. nec adducitur Deus in falsi testem; nec iurans periurus esse censeatur. Verum nam que affirmat, quantum ex se est, iurando se habere propositum, vel votum implendi, vel dandi illi centum, v. g. quia re vera talem habuit de facto promissionem, vel votum. Quia tamen promissio irrita supponitur; & à Deo votum non acceptatur; ideo nullo ex capite remanet in futurum obligatio; nec consequenter periurij reus potest censeari.

59. Tum etiam; quia dum iurat quis absque animo iurandi, aut se obligandi; probabilis tenet sententia, non teneri iuramento, & nihilominus, non soluendo promissum per iuramentum, potest

à Promissario iudicari, illum fore periurum; Deumque in falsi testem adductum: non ergo nascitur iuramenti promissorij obligatio ex eo, quod ipsum non implens, periurij reus censeatur; aut quod Deus Optimus Maximus in falsi testem adductus existimetur; quando absque fundamento hoc existimatur iudicaturque.

60. Tum tandem; quia, dum talis iuramenti (& loquor sequendo pronunciam communem sententiam) relaxatio ab Episcopo impetratur, aut dispensatio (& loquor etiam, quando merus fuit leuis; ex Panormit. in cap. verum teste Maldero supra fol. 730. col. 2. §. respondeo: posse forte Ecclesia; quia de votis, metu leui factis, probabilior est sententia Nauarri cap. 12. nu. 59. Rodrig. 1. p. sum. cap. 242. num. 14. & Henriq. lib. 11. de matr. cap. 15. num. 8. quos contra Suarium lib. 6. cap. 26. num. 5. sequitur Foustus de statu Religios. lib. 3. q. 59. affirmans, posse in illis, quæcumque sint, etiam referuatis, Episcopum dispensare) dum, inquã, talis iuramenti relaxatio ab Episcopo impetratur, aut dispensatio, virtute Bullæ Cruziatæ, vel priuilegiorum Religiosorum; quando datur turpitudine in Creditore; vt tenent Barth. de Ledesma de matrim. dub. 23. post 3. conclusionem. fol. 1354. & Manucei tom. 1. sum. in secunda editione cap. 231. num. 4. & cap. 189. num. 9. & cap. 244. num. 4. licet etiam iurauerit, non potest relaxationem, vt probabilis tam Antiquorum, quã Neotericorum tenet sententia; dum, inquã, talis iuramenti relaxatio, aut dispensatio impetratur; etiam periurij reus censeari potest, qui iuravit; & tamen à iuramenti obligatione, gratis concessa, manet immunis: ergo, &c.

61. Quod si dicas; Promissarium tunc posse, vel debere iudicare, iuramentum impetrasse relaxationem, seu dispensationem. Quare (dico, & ego) hoc idem non iudicabit, dum alio ex capite, illi ignoto, iurans, tali iuramento minime obligatur? Siquidem ignota relaxationis, Dispensationis ve gratia (quam non tenetur iurans manifestare latroni; & si teneretur, posset amphibologice loqui) ex sola non impletione, iudicet, illum relaxationem obtinuisse. Stat ergo, non ex eo debere impleri prædicta iuramenta, ne (absque fundamento) periu-

iurij reus censetur iurans; & ne (absque ratione etiam) Deus in falsi testem adductus existimeretur à latrone, pro sola sua libertate, sic iudicante.

62 Tum tandem: quia Doctissimus meus Fagundez tom. 1. decalogi, lib. 2. cap. 6. num. 32. in solutione cuiusdam argumenti, hæc habet verba: *quia ex eo, quod non impleatur res iurata; neque sit Deus testis falsus, ut patet: quia solum assertur, ut videat promissionem coram se fieri; nõ verò, ut testificet implendam*: sic Fagundez. sequutus Suarium tom. 2. de Religione, lib. 2. de iuramento, cap. 16. num. 12. & 16. ergo non ex eo tenetur iuramentum implere; ne Deus in falsi testem adductus iudicetur. Corruit ergo contrariorum fundamentum, per ipsorum (in partem saltem) testimonia.

63 Fateor Suarium, & Fagundez asserere, aliquam tunc fieri iniuriam dignitati Dei, quatenus eius Authoritas contemnitur promissionis; non quod fidei sit inssor Deus; sed quod præbeat auctoritatem tali contractui, ad modum (licet maximam) quo in simili casu illam præstaret Rex; cui, sicut fieret iniuria non implendo promissum; sic, & à fortiori, ipsi Deo. Hæc in substantia præfati DD. & satis accurè, & ingeniose inventa.

Quæ tamen non obstant; nam si hæc iniuria cessat, relaxatione, vel dispensatione posita; vel etiam, iuxta probabilis sententiam, quando iurans coactus amphibologice iuravit: aut tandem, quando sine honesto fine; ut ex supradictis constat: cur non cessabit ex validitatis iuramenti defectu, ut ex dictis etiam constat? Rursus: si (ut dixi num. 22.) matrimonium, metu graui contractum cum habente dirimens impedimentum (licet adsit etiam iuramentum) nullam in posterum obligationem inducit; cur illam nostro in casu iurans debet contrahere? Cum, neque, quod possit promissionem sine peccato impleri, obstat, iuxta dicta, num. 24. neque etiam in nostro casu à peccato, saltem veniali (transacto mortis periculo) excusetur iurans, si ex vi contractus, vel promissionis centum præbeat; ut dictum manet num. 19. nec tandem casu, quo relaxatione indigeret; quia illam habet expressam, in dicta lege *non dubium*, in prima conclusione num. 9. rellatam; iun-

ctis his, quæ in hac secunda conclusio-
ne, num. 15. à grauib; adduxi Docto-
ribus; ergo, &c.

64 Tum etiam: quia, si in communi sententia, cessat hæc iniuria casu, quò res promissa sub promittentis, & iurantis dominio non existeret, cur non cessabit etiam in nostro casu, in quò materia promissa sub promittentis, iurantisque coacte, dominio, quoad hunc effectum (ex vi promissionis scilicet, vel iuramenti) per dictam legem *Non dubium*, & alias supra rellatas, etiam non existit? ergo, &c. Tum tandem: quia si, quando materia iurata est leuis, non implens tunc promissionem, vel votum, nõ peccat mortaliter, ut supra ex Maldero notauimus, num. 56. cur, quando grauis fuerit, erit mortalis culpa? Adde; quòd irreuerentia illa, tunc fieret, quando iurans, Deum traheret Authorem Autoritatum contractus, qui non esset. At cum supponatur verus, de facto, contractus, veraque, de facto, promissio, seu votum (quidquid de iure sit) iam verum tenet, Deum vere, & absque mēdatio, proindeque absque irreuerentia, adductum fuisse ad authorizandum (ut sic loquar) veritatem esse; talem fuisse factum contractum; licet, quia inuite, irritum, atque nullum.

65 Cum ergo tam in autoritate, quam in reddenda ratione non sit evidens, nec magis probabilis communis sententia; ad minus, erit locus dubitandi pro utraque parte. Quò posito; sic (& non leuiter) probatur rursus conclusio mea; nam in dubijs melior est conditio possidentis; sed, qui iuravit, possidet; quod promissit; de cuius restitutionis obligatione dubitatur; cum probabiles (ad minus æque) sint pro nostra sententia rationes adductæ; ergo melior est eius conditio: ac proinde, restituere non tenebitur.

66 Ex qua ratione (si opiniones, excusantes à solutione Gabellarum, modo sint probabiles, quod non dico; & præcipue his temporibus, in quibus à tot Magni Regis nostri Philippi III. Maiestas, per immemorabile etiam tempus. (O utinam) duratura, circundatur Inimicis) infertur, rectum dixisse Sã, verb. *Gabella, num. 5. vbi, referens quosdam, asserentes, vix vllam gabellam esse iustam; alios verò: omnes esse dubias;*

bias: recte ait, se non audere obligare ad restitutionem, gabellas non soluentes: *in tanto enim dubio* (ait Sà) *ob gravium DD. opiniones, melior est conditio possidentis.* Quia ergo ob rationes, supra positas non improbabilis videtur præsens resolutio (vt etiam viri Doctissimi, à me consulti responderunt) & alias, præcisissimis sententijs, positoque ex vtraque parte æquali dubio negatiuo, melior est possidentis conditio; vt fere omnes (saltem pro materia iustitiæ) restantur DD. à fortiori erit melior conditio possidentis, stante aliqua pro nostra sententia probabilitate; quæ meo videri, negari non potest. Ex his ergo constat, nullum iuramentum contra ius, adhuc Civile obligare; quando tale ius mores etiam animæ, mediata respexerit.

67 Omitto pro nunc sententiam Medinæ de *Sacr. homi. continentia*, lib. 5. cap. 44. ad finem, & Llanas in *Meth. curat. 3. p. cap. 44. §. 41. in fine*; quam respectu Pontificis dicit implicite probabilem Faustus lib. 2. *Theauri Religiosorum, quest. 12. fol. 134.* & parum probabilem expressè Lesius lib. secundo de *iust. cap. 40. dub. 10. num. 86.* quos refert Sanchez lib. 4. *sum. cap. 24. num. 17.* cum alijs ex Antiquis, qui iuxta D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12. *in corpore*, teste ipso Sanctio supra in fine, de omnibus loquuntur Prælati: omitto (inquam) sententiam horum DD. afferentium, Pontificem Summum in toto Orbe, & Episcopos in sua Diocesi, posse vota omnium fidelium irritare. Quæ sententia, si coniugatur cum alia, quam cum aliqua limitatione (quam alij rejiciunt, iddem dicentes, teste Sanctio supra cap. 25. n. 4.) sustinet Valent. 2. 2. q. 6. *disp. 6. puncto 6. col. 2. q. 1.* aitque, vota facta ab illis, qui dominatiuæ alicuius subduntur potestati irrita esse, si absque illius licentia fiant; siue de rebus interdictis (intellige non solum quoad substantiam, sed de interdictis etiam quoad modum tantum, vt rectè cum Soto, & Lesio ait Fagundez lib. 2. *decalogi, cap. 33. num. 6.*) siue de non interdictis. Si (inquam) ad has sententias attendamus; videtur inferri, omnia vota (& iddem est de iuramentis) nullius esse momenti; si absque Pontificis, aut Episcopi licentia fiant. Sed hoc non admitto.

68 Deinde: si felicitis recordationis Pontificis Summi Urbani VIII. edita

Constitutio, derogatoria omnium viuarum vocis Oraculorum, recepta non est: sequi etiam videtur, omnia vota, & iuramenta monialium, tam ob iniuriam, & metum; quam ob dolum facta, nullius esse momenti. Ita enim viuarum vocis Oraculo concessit Iulius II. teste Fr. Ioanne de Cruze, in *compendio privilegiorum, lib. 1. cap. 6. fol. 71. dub. 2. conclusione prima.*

69 Ex dictis, infertur primo, etiam pro communi sententia, iuramentum, additum contractui irritum, & nullatenus per ipsum confirmatum, non transire ad hæredes. Sic cum Doctore Ang. Soto, Sylu. & alijs apud Vazq. tenet Bonacina 1. *editione de contractibus, disp. 3. q. 1. num. 11.* Quod si per iuramentum validus factus fuerit contractus (vt ex contrarijs quidam existimant aliquoties euenire) tunc tenentur hæredes stare contractui. Si verò nollint, non erunt periuri; non enim tenentur implere contractum, ratione iuramenti, quod est vinculum personale; sed ratione contractus defuncti; vt cum Vazquez, Molina, & alijs, tenet supra citatus Bonacina.

70 Sed dices; iuramentum, seu votum, factum à Ciuitate, est personale & nihilominus obligat successores, & non stantes, quando factum fuit: ergo, quod prædictum iuramentum sit personale, non tollit, quominus eius obligatio transeat ad hæredes.

Respondetur negando, prædictum votum, vel iuramentum, factum à Ciuitate, obligare successores, aut non vouentes; nisi ipsi aliquomodo postea consentiant, vel virtualiter, vel interpretatiuè. (Et non loquor de obligatione, quam habent, naturali ex iure prouenientem, conformandi se cum Communitate, quando res est iusta, prudensque.) Vnde nec successores, nec non vouentes tenentur rem, voto, aut iuramento promissam, exequi; si scandalum auferas, aut confirmatam ab Episcopo consuetudinem; vt alibi dicam.

71 Infertur secundo, pro communi etiam sententia, eum, qui debitum usurario, aut latroni cogenti, ratione iuramenti soluere tenetur; si aliunde titulo depositi, vel mutui, aut alio, usurarius, aut latro ei æquale aliud debebant; posse compensatione uti, debitum ratione iuramenti retinendo. Sic, sequutus Moli-

nam *rom. 2. de iust. disp. 560. col. 2. vers. ad confirmationem*, tenet Sanchez *lib. 3. cap. 21. fol. 698. num. 11. propè finem.*

72 Idem mihi videtur casu, quo iurans centum aureos reddere latroni, aut usurario; alios centum eis, alio ex titulo, deberet. Tunc enim potest solvere, quod præstare iuravit, compensando ea solutione, quasi consequenter, illos centum aureos, quos iusto titulo eis debebat. Nam post instantaneam centum solutionem remanet in eo, qui iuravit, ius, & actio ad illos centum, quos usurarius, aut latro reddere tenetur. Poterit, ergo, illo iure cedendo, alios centum, quos ex iusticia debet, centum illis, quos solutione iuramenti usurario tradidit, aut latroni, & ad quos ius habet, & actionem, compensare. Debitum namque potest debito compensari. Quod pro nunc omitto disputandum; sicut, & an cui datur actio repetendi, post solutionem, detur etiam retinendi, ac proinde non solvendi?

Ex his ergo apparet resolutio casus, in principio positi: Dico enim, tale iuramentum nullo iure teneri: sicque talem, de quo in casu, non teneri illos centum aureos solvere, vel dare latroni. Sicque iudico, salva, &c.

CAVS. QVADRAGESIMVS.

MERCATORES quidam, & Viduæ quædam Cæsar Augustanæ Ciuitatis, sequentis Aragoniæ Regni Forum, disponentem Mercatores posse pro centum mutuatim desferre quotannis nouè, & Viduas septem pro centum traditis ipsis Mercatoribus ad contractum Societatis, tale lucrum iuxta, fori dispositionem deserebant.

Quæsierunt à me; an hoc iuste efficere valerent, & valeant? Quod idem est, ac, inquirere; an prædictus forus disponat hoc pro foro fori tantum, an etiam pro foro poli: idest, an procedat in conscientia, an permissiue tantum?

Scio huius Fori, infra referendi, per doctam sane explanationem prodijisse à sapientissimo quodam huius Vniuersitatis Doctore, eo fine in lucem editam, ne in contractibus fraudulentia, in fictis cambijs iniustitia vera, in mutuisque v-

tura, instar abyssus abyssum inuocaret. Hic itaque laudabilis labor, tam Religioso sine splendidiore, & si ab Authore suo in perniciosissimæ cupiditatis, propinantis mortem, remedium signaretur; moralistam (probdolor) temporum iniuria, quoniam dies mali sunt hominum prauitate, exultationis organum ita in vocem flentium conuertit, vt labor, qui ex Authore, ex doctrina, ex fineque Reipublicæ vitam, & decorem affererat; ob contrariam suscipientium voluntatem, ipsis in dies magis, ac magis, mortem, & ignominiam afferat. Quæ de causa decet iam, imo compassiua Charitas instat, securam in conscientia viam prædicto in Foro contentam, Mercatoribus, & Viduis, iuxta Fori dispositionem, explanare; quo petra scandali emedio auferretur; & ad pristinum bonæ famæ decorem hæc in Ciuibus suis perillustris Ciuitas reducat.

Prædicti autem Fori verba, vt clarius procedam, sunt, quæ sequuntur.

Prohibicion de cambios fingidos.

Por no auer forma dispuesta en el presente Reyno, para que los Mercaderes del, que tienen banco, y dinero expuesto para el cambio real, puedan llevar algun interese del dinero que dan dentro del mismo Reyno, por razon de lucro cessante, sucede grandes inconuenientes de vsuras, y malos tratos, en mucho daño, y perjuizio de los Regnicolas; pues en color de cambio real, los que no tienen dinero expuesto para él, ni banco abierto, le dan por el interese de veinte por ciento al año, haziendo, y firmando cédulas simuladas, y fingidas por medio de los corredores, y otras vezes hazen mohatras, y otros tratos muy perniciosos. y así para remedio de lo sobredicho, su Magestad, y en su Real Nombre el Excelentissimo Conde de Monterrey, de voluntad de la Corte, y quatro brazos de aquella, de aquí adelante prohibe, como quedan prohibidos los dichos cambios fictos, y tratos paliados. y estatuye, y ordena que el que no tuviere banco, o dinero expuesto para dichos cambios, no pueda llevar interese alguno por el uso del dinero, sino fuere dandolo a los mismos Mercaderes por

por compañía de cambio, permitiendoles a los tales, que puedan llevar hasta siete por ciento al año de ganancia; y no mas, lo pena de incurrir en lo dispuesto; en los fueros hechos contra los vsueros. Y que los mercaderes, que tuuieren banco, o trataren en cambios reales, y para aquellos tuuieren expuesto dinero, no puedan llevar por el dinero, que dieren dentro del Reyno de Aragon, sino es a razon de nueue por ciento en cada vn año por el lucro cessante, y no mas, lo las dichas penas.

CASVS RESOLVTIO.

IGITUR; salua semper communi pace DD. dico, prædictum Forū non solum permittere; sed etiam rem, aliās Mercatoribus, & Viduis, Inimō, & omnibus secundum se, licitam approbare, mediateque prædictos contractus in conscientia iustos, & licitos in partem efficere. Ducor, tum quia dispositio Fori fundatur in ratione lucri cessantis, vt ex contextu apparet; sed communis tenet DD. vtriusque iuris sententia; teste Molina, Rebello, Reginaldo, Azorio, Salas, Lelio, Diana, & alijs infra referendis, posse in conscientia tamen vltra sortem deferri, quantum de lucro proximo, deductis expensis, cessare constituit: ergo dispositio Fori in hoc fundata; in aliquo in conscientia licito nititur. Non solum ergo permittit, verum, & in conscientia approbat, quod disponit.

2 Dices; verum esse, tantum vltra sortem posse deferri, quantum de proximo lucro, deductis expensis, cessare constituit. Hoc tamen opus, hic labor est. Cū enim de hoc constare nequeat, quoad vsque factum contingat; & hoc in tanta quantitate non probeatur, (quod requiritur; cum, que in facto constitunt, probari debeant) nulla est ratio, quæ condonaret præfatum Forum vltra permissionem extendere. Sed contra. Nam communis est, & vsu recepta DD. sententia, tam ante moram, quam post moram posse etiam in conscientia a solito negotiari pacisci interesse lucri cessantis, vt late defendit Nauarrus *tractatu de vsuris super cap. 1. 14. q. 3. notabili 15.* Tenet D. Antoninus 2. p. tit. 1. cap. 7. §. 50. Abbas in *cap. fin. no. 14. de vsuris*, Syluester 2. vsu-

ra, q. 19. Rebellus *de obligat. iust. 2. p. lib. 8. q. 5. num. 8.* & eos referens, Valero *de vtroque foro 2. vsura, d. ffer. 3. num. 2. §. sed contraria opinio;* vbi rectè dicit, hanc esse de mente D. Thomæ q. 62. art. 4. licet ergo Mercator, vel alius negotiari solitus, ne queat ante tempus, quo lucraturus erat (vt communiter omnes aduertunt) deferre id, quod, ratione ipsius lucri cessantis; in pactum deducit; potest tamen in hac communi sententia de eo, ante tale tempus, pacisci; cum ad hoc sufficiat ad futuri lucri probabilis spes; quæ; in hac communi sententia, est sufficiens facti probatio. Quia ergo prædicti Fori dispositio in hac iusta Mercatoris actione fundatur; non solum permittit, verum etiam approbat.

3 Sed dices; non temper adesse probabilem lucri cessantis occasionem, præsertim in tanta quantitate. Vnde, licet aliquando per accidens iustitia interueniat, per se tamen sola permissio prædicto in Foro reperitur; proindeque si dispositio eius in cessantis lucri ratione fundatur; sicut aliquando, per accidens tantum; interuenit lucrum; sic aliquando per accidens erit tantum approbans dispositio, vt in plurimum tamen, & per se, solum permittens.

4 Sed contra & in primis, potius ego dicerem, quod, licet aliquando lucrum cessans a tanta deficiat quantitate, communiter tamen in tanta (immò maiori) quantitate occurrit. Cuius, & non leue argutum est; nolle Mercatores dare ad census pecunias suas, sed illis in mercibus emendis negotiari. Et licet tunc ratione census, per centum solum quinque quotannis reciperentur, quæ in mutuo, ratione lucri, quasi duplicantur; non obest, quia si ibi maiori cum commodo negotiatio mediaret, a contractatione mercium profecto desisterent; quod quia non faciunt, signum est, maius lucrum sibi quotannis ex mercium negotiatione prouenire, quam sit pretium, lege taxatum ipsis ex mutuo quotannis, ratione cessantis lucri, proueniens.

5 Tum etiam; quia ita ex mercium negotiatione lucrum Mercatoribus accretit, vt per centum aliquando viginti, aliquando decem & octo, & ad minus quindecim; regulariter loquendo; quotannis correspondeat; vt Regiæ Carriæ, Toletanæ Ciuitatis, & Salamantini,

à me interrogati, bonæ opinionis Mercatores responderunt: sed, relicta pro asecuratione totius lucri cessantis tertia parte, reliquæ duæ in te possunt in pretium deduci, tam in mutuo, quam in alijs contra Titibus, vt expresse defendunt Le lius *lib. 2. cap. 20. dub. 11. num. 97*: Reginaldus *tom. 2. lib. 23. cap. 8. num. 86*. Bonacia. *de contractibus disp. 3. q. 3. punto 4. num. 3*: &c; eos referens, sequiturque, Diana *p. 1. tract. 8. resol. 64.* quod idem videtur tenere Illucius *tom. 2. tract. 34. p. 2. de lucro ex mutuo, fol. 540. num. 80.* ergo licite poterunt pro centum mutuatibus nouem, ratione lucri cessantis deferre.

6 Dices tamen, Mercatores huius Cæsaris Augustanæ Ciuitatis non deferre ratione lucri cessantis, nisi decem pro centum, ex quibus deducendæ sunt expensæ; si ergo ex quindecim, ratione lucri cessantis correspondentibus, tertia pars in expensæ est computanda, sequitur, ex decem, ratione lucri cessantis pro centum, hac in Ciuitate correspondentibus tres, & tertiam vnus partem esse deducenda; quo posito non remanent nisi sex, & parum aliquid vltra dimidium, quæ pro centum, ratione lucri possint deferri; lex ergo, quæ decernit, posse hoc in Regno pro centum, nouem deferri, non in conscientia disponens, sed politicè promittens, censenda est.

7 Responderetur tamen ita esse; vt, à me interrogati, duo valde pij, & qui gratis omnino mutuunt, Mercatores, responderunt. Attamen ipsimet dixerunt, ex dictis decem, pro centum, ratione cessantis lucri, delatis; duo tantum pro expensæ esse deducenda. Vnde, si eorum taxatio iustum vulgare constituit pretium, poterit eorum quis pro centum mutuatibus, octo, ratione cessantis lucri, deferre. Prædicti ergo dispositio Fori non erit absolutè (hoc est simpliciter comparatiuè, vt infra dicam) permissua dicenda; nam in his, quæ possunt separari. *Vtile per inutile non vitatur*: tenet Regula *in 6.*

8 Tū n etiam; quia, data opinione Rodríguez *in Sum. p. 1. cap. 111. num. 9. & 10.* Pallatij *de contractibus lib. 4. cap. 4.* Syluestri, *v. v. supra 1. q. 19.* Angeli *lib. 1. q. 16.* & Armillæ *num. 3.* Molinæ *tom. 2. disp. 316.* Gabrielis *in 4. dist. 5. q. 11. num. 2.* Graffij *p. 1. lib. 2. cap. 115. num. 20.* Reb-

bellij *p. 2. lib. 8. q. 6.* Soti *lib. 6. de ius. q. 1. art. 6.* Salouij *tom. 2. q. 88. art. 21. conuersionis 9.* & aliorum, quos refert Diana vbi supra, asserentium, deducendas esse expensæ, detrahendumque aliquid ob periculum, seu incertitudinem lucri; data (inquam) hac sententia, quod inde deducitur, est (vt rectè Diana citatus) taxationem hanc in conscientia, boni viri arbitrio relinqui: Ex quo sic arguitur: taxatio à probo viro, (quæ in hac Ciuitate ad octo pro centum extenditur) securos in conscientia reddit mutuantibus; de quibus in Foro; ergo Reipublicæ, vel Regni taxatio, quæ ad nouem pro centum, in præfata legè extenditur, iustum potiori iure legale efficiet pretium.

9 Tū n etiam; quia in his, quæ ad iurisdictionem aut Ciuilem spectant potestatem, rectè possunt Principes, Reges, & Respublica per alios, quæ per se ipsos, operari. Vnde, vt possunt per suos Ministros tributa exigere, sic, & per illos, quibus ipsi ea vendiderunt; teste Caiet. Armilla, & eos sequuto; Thoma Sanctio *lib. 2. consiliorum cap. 4. dub. 1. num. 10.* Ergo, quia Reges, Principes, & Respublica poterant, ob commune bonum per se ipsos pro centum mutuatibus, lege interueniente; nouem deferre; idem, eadem stante causa, per sibi subditos poterunt efficere; vel quia ipsis tale ius vendiderunt; vel quia gratis donantur. Quod in partem probat vsus, quo Respublicæ in Regno Castellæ ex publicis horreis mutuunt pauperibus triticum; eum onèrè, vt in prima futura messe, per qualibet fanega; vnum; vel quasi duos modios, vltra sottem restituant, vel contribuunt. Non ergo tam facilè asserendum est, huius Regni Forum, à tam exactis vtriusque iuris iudicibus institutum; solam permissionem inducere; eum, eadem facilitate, & non minori fundamento, possit defendi, non solum permissionem, sed iustam tribuere licentiam, vt tutus in conscientia maneat; qui prædictum sequutus fuerit decretum. Si enim, quod particularis quidam efficit, ita in dubio interpretandum venit, vt tã sibi, quã alijs pro bono animæ sit intelligendum casu, quo possit: iuxta Axioma illud; *imò, & Regulâ. si quod ago, nõ valet, vt ego, valeat vt valere potest*, quod naturalis inducit obligatio, quod magis Reipublicæ, & Regno, aliquid statuenti, hoc tribuendum est; cum

cū presertim pro Principe stet præsūptio
Quia ergo predicti Fori dispositio iustū va-
let, in foro animæ, Mercatoribus, &c. ius
tribuere ad deferendū novem pro centū
mutuatis, ratione lucri cessantis, (vt iā di-
xi) hoc profus modo erit intelligenda.
Nā, licet propriū sit Canonici iuris, in suis
legibus, seu decretis, ad bonum animæ im-
mediate sēper attendere, non ideo hoc id-
dē, mediatur, à lege Ciuili alienum est; præ-
sertim cum in naturali lege fundatur.

10 Nec obstat, quòd predictus Forus, ver-
bo *permittere* vtatur. Tū; quia aliquando
permittitur, quòd nullo iure prohibetur.
V.g. nullo prohibetur iure secundas con-
trahere Nuptias, & tamen permittitur; vt
expresse probat 31. q. 1. cap. *Hac ratione*. Tū
etiam; quia si predictus huius Regni Forus
est verè, & absolutè (id est, non comparati-
uè) permissiuus; indè sequitur, illicitum
non permittit. Tūm; quia ius permittit
permissione vera, & absoluta, contrahere
in quinto gradu; vt 33. q. 3. cap. *Quedam*, &
tenet Glossa, iuxta Gratianum in *cap. om-
nis autem dist. 3.* & tamen non est illicitū,
quòd permittit, vt patet. Tū etiam; quia,
si non est comparatiua permissio, de qua
26. q. 2. cap. *hi qui*. (Quæ potius dicitur tol-
lerantia minoris mali, vt vitetur maius;
iuxta *dist. 4. cap. Denique*, vbi cōmestatio-
nes die Dominico permittuntur, ne maius
eueniat malum; quā ratione etiam per-
mittitur adulterium, ne fiat homicidium;
vt 33. q. 2. cap. *Si quod verius*; quòd cum
alijs probat citata Glossa.) Si (inquam)
predicti Fori permissio non est compara-
tiua, nō erit vtiq; aliquis illiciti permis-
sio; proindeq; posita stabilitur resolutio.

11 Dices: pecunia non parit pecuniā;
ergo, &c. Respondetur tamē, pecuniā nō
parere pecuniā naturaliter, bene tamē in
dustrialiter; nā ex eo, quòd cum pecunia
quis aliquid lucrādo negotiari possit, siue
ex officio, siue pro libito, si tali lucro ces-
set mutuando, potest æquiualens lucro in
pecunia deferre. Et si aliquis Doctor solu-
tionē hac non fuerit cōtentus; dico, argu-
mentū nullius esse efficacis; nā argumentū,
quòd multū probat, nihil (iuxta cōmune
proloquiū) probat; sed argumentū, funda-
tū in hoc, quòd pecunia absolute nō pa-
rit pecuniā, multū voluntariè probare vi-
detur; nihil ergo probat. Probat Minor:
nā probat etiā, contra cōmunē DD. senten-
tiā, illicita esse minura cābia realia; ex eo
namq; sunt etiā in cōmuni sententia licita
talia cābia, quòd mutuata pecunia gran-
diore, pro minutiore, detur cessatio alicu-

ius cōmoditatis, quæ cessat Campfiori pe-
mutando pecuniā grandiorē (v.g. aureā)
pro minutiore, v.g. arēa; quia pecunia grā-
dior est ad negotiandū cōmodior; cōmo-
dius namq; numeratur, & transfertur. Est
etiā diuturnior ob durationē; & tandē pul-
chrior, visuiq; gratior. Parit ergo pecunia
aliquomodo pecuniā; ac proinde argumē-
tum, quòd multū probabat, nihil probat.

12 Nec, obiter, obstat, quòd Princeps in
taxatione pretij pecuniæ grādiōris ad om-
nē vtilitatē, & cōmoditatē illius attende-
rit; quæ omnis vtilitas ad omnē eius valo-
rē conducit. Non (inquā) obstat; quia hoc
solū currit, quatenus pecunia est mēsurā
ad emptionē, & venditionē rerū, & ad de-
bitorū solutionē; & non quatenus est res
quædā, quæ emi, & vendi potest; cābiri, &
locari. Immo, licet Princeps augetet pre-
tiū pecuniæ grandioris, vt est mensura re-
rū venialiū, & solutionū debitorū, addē-
do supra pretiū, lege taxatū, in ordine ad
emptionē, vēditionē, & solutionē, pretiū
taxatū in ordine ad permutationē nihilo-
minus semper cōmoditas, & vtilitas mo-
netæ grādiōris esset sufficiens, vt totū pre-
tiū in illa moneta maioris esset æstimatio-
nis, quā iddē pretiū in moneta minutiore.

13 Ex quò, obiter, infertur, quòd, si quis
traddat famulo suo pecuniā aureā, vt sol-
uat Creditori ipsius Dñi traddentis, nō cu-
rantisq; quā specie pecuniæ fiat solutio;
quantūvis famulus eā permutet pro arēa
cū lucro, & hac pecunia arēa soluat Credi-
tori Dñi sui, retēto sibi lucro, nō teneatur
ad restitutionē illius lucri; vt post Lesium
c. 23. dub. 2. Bonac. q. 7. & alios, docet no-
uissime Hurtad. Mondex. to. de iust. disp. 5.
de Cambijs. dif. 3. Etenim non tenetur Dñs
suo, & pecuniæ; quia lucrū illud fuit fru-
ctus industriæ, & negotiationis famuli, &
nō valoris illius pecuniæ in ordine ad so-
lutionē, quæ sola fuit famulo cōmendata
nec tenetur lucrū soluere Creditori; quia
ei non erat debita pecunia aurea, & ipse
arēa pecunia integre satisfir.

14 Ex his etiā solutionem accipit illud
Deut. 29. *faneraberis gentibus multis, & a nul-
lo fanus accipies*; & illud Psal. 14. vbi dicitur
eū, qui pecuniā suā nō dederit ad vsu-
rā, habitaturū in monte Sancto Dñi. Item;
Ezech. 18. item Luc. 6. *Benefacite, & mu-
tuuum dare, nihil inde sperantes*. Et tandem
ius Canonicū 14. q. 3. & 4. Et ex decreta-
libus totus titulus de vsuris; & ex 6. de-
cretalium idem titulus; & Clement. de vsuris.

15 Scio aliquos, resolutionem hanc
alia etiam viā honestare, quæ, & si aliqui-
bus

bus aliena à veritate videatur, alijs non ita, quam vis omnibus aliquantulū habēnas laxas habere appareat. Via autē sic se habet: affirmat igitur, posse, ob carētiā pecuniā mutuā, obligationemque, illam intra certū tempus non repetēdi, pro centū octo, vel nouē, deferri; quōd, si verū fuisset, vera etiā esset solutio ad obiectiōnē supra propositā. Quōd autem verū teneat, sic in gratiā DD. quī eā sustinet, & quos infra referā, probabat quis, à destructione oppositi fundamētī.

16 Nam, ideo cōmunis sententiā oppositū sustinet, quia pro aliquo intrinseco mutuā pecuniā, iniustū est aliquid ultra sortem deferre: at, cū carētia pecuniā, & obligatio illā non repetēdi, sit aliquid, Mutuo intrinsecū, vt patet; pro ea iniustū erit aliquid deferre; sed hęc ratio nullius est efficacitā: (asserbat ille) ergo, &c. Probabat sic Minorē propositionē: nā, licet de ratione intrinseca Mutui sit aliqua pecuniā carētia, obligatioq; aliqua ex suppositione, illā pro aliquo tempore non repetēdi; tanta verō (v.g. per annum) carētia pecuniā, obligatioq; pro tanto tempore illā non repetēdi, nō est de Mutui intrinseca ratione; cum sine tali carētia saluari possit ratio Mutui, vt patet; ergo, licet aliqua carētia pecuniā in Mutuo, aliquavē obligatio illā non repetēdi pro aliquo tēpore, non sit pretio æstimabilis, erit tamen, si sit carētia, v.g. per annū, & obligatio per annū nō repetēdi. Quōd à simili sic probabat. Tū, quia tā intrinsecus est sepulture locus, alias sacer, defuncto necessarius, sicut est mutuā pecuniā carētia eius: ergo sicut honoratior locus, & summō Altari propinquior est, iuxta probabile sententiā, pretio æstimabilis, ac vendibilis, & de facto venditur; sic per multū tēporis dilatata mutuā pecuniā carētia erit pretio æstimabilis; proindeq; vendibilis. Rursus: ergo, sicut licitū est in sententiā probabili, (vt nouiter Sanch. lib. 2. consilior. c. 3. dub. 14. n. 3.) pretiū recipere pro perpetuo iure sepulchri, id est, pro obligatione, vt in tali loco nullus præter Emptorē, eiusq; successores, sepellatur; sic licitū erit iustum deferre pretium pro obligatione non repetēdi Mutuum intra certum tempus.

17 Nec obstat si dicas; sepulturā esse quid positium, carētiā verō pecuniā quid priuatiū esse; vndē, & pro se sepultura aliquid poterit in pretium deduci, non vero pro carētia. Contra sic ille quidam

insurgebat: & in primis Lesius lib. 2. c. 20. dub. 14. f. 216. n. 121. quē sequitur Diana 1. p. tract. de contractib. reso. 28. (qui oppositā tuentur sententiā) affirmant, non solū dari obligationes ad actus positiuos, sed etiā ad priuationes actiū; sicut enim (inquit Lesius) me obligo ad aliquid faciendū, ita me possū obligare ad non faciendū; vt si promittā alicui non vti via, vel actu per agrū ipsius: non urgere solutionē ante certū tēpus: non vocare in ius: non egrēdi Vrbe: in quibus constat induci verā obligationē ad aliquid non faciendū: ergo, &c.

18 Tū etiā, quia plus defertur, pro loco sepulture, cū obligatione non sepeliēdi alium, præter defuncti heredes, ac defertur pro tali loco, manente actione in Ecclesia sepeliēdi ibi alios præter heredes: sed obligatio non sepeliēdi ibi alios, vel nō vtēdi tali sepultura respectu aliorū, sic se habet, ac habet se obligatio non repetēdi pecuniā intra certū tempus: ergo, sicut de facto vnū pretio æstimatur, sic & aliud poterit pretio æstimari. Itaq; quidquid in loco sacro sepulture reperitur, poterat, accommodando singula singulis, præsentī in casu assignari. Loco igitur sacro, in sepultura inuendibili, correspondet in Mutuo fors ipsa mutuata, propter quā nil amplius potest deferri. Itē honori præstito defuncto, eiusque heredibus, in sepultura, pretio æstimabili, respondet in Mutuo cōmoditas, vel beneficium factū Mutuatario, in Mutuo, sibi dato per longū tempus. Deindē; obligatio Ecclesie ad non repetēdum, vel non auferendū sepulture locū semel defuncto traditū, habet in Mutuo correspondentē obligationē non repetēdi Mutuū intra certū tēpus. Et tandē; priuationi loci sepulture, qua se priuat Ecclesia, ibi defunctū sepeliēdo, correspondet priuatio pecuniā, qua se priuat Mutuās. Rursus, sicut respectu Ecclesie est pro aliquo tēpore intrinseca priuatio sepulture defuncto, vt per se patet; (quia nequeūt naturaliter, multa corpora eundē simul occupare locū) sic est pro aliquo tēpore intrinseca Mutuo carētia pecuniā. Si ergo in omnibus adest similitudo (quæ est cognata naturalē; cū, qui à simili arguit; à ratione naturali argumētatur; de quo scipius supra) in omnibus eadē debet esse ratio: proindeq; si in vno est res vendibilis, pretioq; proinde æstimabilis, sic & in alio tēnet; ergo suprapositū à simili argumētū

20 Et si contra hoc dicatur; dispārem esse rationem; nam locus ipse sepulture,

eius.

eiusque distantia, ut pote bonū, seu ager Ecclesiæ, ira est pretio æstimabilis, proindeq; vendibilis, ac est materia Calicis, licet consecrati; quæ, quia possituum quid est, & pretio æstimabile, absq; dubio potest vendi, sicut distantia ipsa sepultura. Cum vero in Mutuo possituum aliquod non assignetur, non tenet à simili argumentum. Respondebat ille sic: Et in primis, retenta Lesij sententia, de qua supra, asserentis, priuationes esse pretio æstimabiles dicebat: *transeat totum*. Deinde dicebat, rationis disparitatem in paritate sepulturæ, cum materia Calicis consecrati, fundatam, nullatenus conuincere. Tum; quia, quod Calicis, etiam consecrati, materia sit vendibilis, à nullo indubium est vocatū; & quia naturalis ratio dicitur, & expressis iuris Canonici verbis declaratur: venditio autem sepulturæ ira sub dubio est, ut de honestate, & validitate eius oppositi sint DD. consensus. Tum etiam; quia sepulturæ locus debitus est, non autem Calicis venditio. Et quamvis, qui æstiment, posse vendi, ducantur ea ratione, quæ in venditione materiæ Calicis reperitur. In contrarium est experientia, docēs, plus tribui pro sepulturæ loco, & obligatione ibi alium non sepeliendi, ac tribuitur pro loco rätum.

21 Et si iterū dicatur, hanc pretij maioritatem nō descendere, ratione alicuius priuatiui, sed sic se habere, ac habet se conductio, vel locatio domus, vel loci, per annū, vel vitam. Respōdebat adhuc, quod, quia similiter me per multū temporis priuo pecunia mea, possum similiter, ratione quasi conductiois, vel locationis, manus, vel minus pretiū, ratione maioris, vel minoris tēporis, quo me priuo pecunia mea, & illā quasi ad locatōnem offero, deferre. Ita ut, sicut Ecclesia tenetur deffuncto sepulture locū pro tēpore aliquo, necessario requisito, gratis præstare; (quod in venditione Calicis eiusq; materiæ nō reperitur) sic & Mutuās ex eo, quod mutuet, pro aliquo tēpore gratis mutuari tenetur. Quæ obligatio, si cut in primo casu non tollit ius aliquid deferendi ratione maioris tēporis, quo se priuat Ecclesia sepulturæ loco; sic etiā in secūdo non auferet actionē à mutuan te aliquid exigendi, ratione maioris tēporis, quo se sua pecunia priuat; tenet ergo possituum à simili argumentum.

22 Tum etiam; quia ita se habet tempus, seu labor, in Sacrificio Missæ inter-

ueniens, sicut se habet carentia pecuniæ mutuatæ, in ordine ad esse intrinsecū vel non: sed, licet pro tempore, communiter consumpro in dicenda Missa, sine cantu, nil possit in pretium deduci, potest tamen illud deferri pro maioritate laboris, qui in psallenda Missa inuenitur: ergo, licet pro aliqua pecuniæ mutuatæ priuatione, vel aliqua illam non repetendi obligatione, nil, ut pretium, possit deferri, poterit tamen pro magna pecuniæ propriæ priuatione, & illam non repetendi obligatione.

23 Adde, secūdū Sanchez *tom. confilior. lib. 2. cap. 3. dub. 10. n. 7.* quod, licet Sacerdos diarius, (qui non per notabile tēpus, sed ad horam, prout occurrit, qui ab eo petat Missam celebrandam, officium hoc exhibet) non possit has operas vendere, quia non plus temporis in facienda re diuina infumit, quā id, quod velut intrinseca eius mēsurā, ad eam per agēdā per se exigitur, si tamen plus vellet infumere, & hoc in pactum deducatur, poterit, ut extrinseca eius mensura, pretio æstimari: sic autem se habet res nostro in casu: ergo; &c.

24 Tum etiā; quia sic se habet maior, vel minor materia in Oleo Sacro, saltē ex lege, sicut in Mutuo maior, vel minor pecuniæ mutuatæ carentia; sed stante prohibitionē sub simoniæ reatu non deferendi pretium pro Sacri Olei materia, probabilis tenet sententia Nauarri, & Thomæ Sanctij, (de qua iam supra) posse illud deferri, quando materia est in magna quantitate: ergo, & pro carentia pecuniæ mutuatæ iustum etiam poterit pretium deferri, quando cum obligatione illam non, nisi post longum tempus, repetendi, coniungitur.

25 Probabat deinde, autoritate DD. qui hanc tuentur sententiā. Qui sunt: Ioā. Medin. *C. de rest. q. 3. 2. §. inde inferitur*, ut refert Lesij. *lib. 2. c. 20. dub. 14. n. 119.* qui alios, tacitis nominibus, refert ex Moll. *dis. 308.* Nec videtur improbare Lesius, & si sentiat, non tam laxas habenas esse Mercatoribus dandas. Videatur *nu. 126. cū sequenti, & tribus antecedentibus.* Hanc sententiam tenuit Petrus de Ledesma *in Snn. p. 2. tract. 8. c. 35. cōcl. 4. f. mibi 457.* cuius verba refert Dian. *1. p. tract. 8. de cōtractib. reso. 48.* Hanc etiā tenet, licet non determinet pretiū, Sā, *v. mutuum n. mibi 2.* alios tacite referens.

26 Deinde; iste quidā omitebat Authores

eos, qui dicunt, posse vendi laborem, impenium in Sacramentorū ministerio, seu aliorum operum spiritualiū, licet intrinsecus sit, & coniunctus. Ita enim quidam sentiunt, quos refert Sanch. *lib. 2. consilio rum c. 3. dub. 10. n. 2.* Ex his ergo tandem inferebat, rem hanc esse valde dubiam; & cum actus dubius non debeat vltimari iudicari; vt recte Baldus *in l. rogasti; si tibi in fine ff. si cert. per. Alex. consil. 221. n. 5. lib. 2.* & Farinac. *2. p. decis. selectarū, decis. 304. n. 6.* videtur, similes contractus non deberi vltimarios appellari. Quod, ratione delicti, quod in dubio nō presumitur, multis textibus, & Authoribus probat Farinac. *p. 7. de consilijs, & decis. 30. in additionibus, fol. 532. lit. B. col. 2.* Et licet doctrina hæc, prout ad Mercatores, seu particulares applicata, pro foro fori, non autē pro foro poli, & in conscientia procedat; vt cum alijs notat Farinacius vbi supra. Ideo est, (dicebat iste) quia in foro conscientiæ standum est veritati. Supponebat autem illē, rem hanc, adhuc in foro conscientiæ, esse dubiam. Quo in foro adhuc non erit præsumendus, vel (vt proprius loquar) dicendus vltimarius contractus. Tūm etiā, quia in dubijs melior est, etiam in materia iustitiæ, possidentis conditio; possidet autem nostro in casu æquissimus huius Regni Forus, quia certus est; & certē pretium designat; & quoties lex est certa, de valore autem eius, & de iustitia dubitatur, pro lege, quæ in iustitia, & ratione fundatur, est iudicandum, vt tenent Sanch. *Abulen. in selectis disp. 43. n. 4.* Dian. *4. p. tract. 3. de conscientia dubia, resol. 22.* & Thom. Sanch. *lib. 1. de matr. disp. 41. n. 17.* referens Medin. *1. 2. q. 96. artic. 6. ad finem proposi. 6.* Circa quod videre quis poterit Suarium *de legibus lib. 6. c. 8. nu. 7.* Naldum *in Sum. v. dubium, n. 22.* Villalob. *tom. 1. tract. 1. differ. 21. n. 4.* & alios penes ipsum; ergo, &c. Sed ego, licet laudem præfatū Doctorem, sic ingeniose, ore tenus mecum arguentem; non tamen admitto, quæ ab illo dicta sunt quoad intentum. Primò; quia ad solutionem prædicti casus, quæ à me dicta sunt, probabilia sunt. Secundò; quia rectē asseruit Lesius, dū dixit, hoc esse nimis laxas habenas Mercatoribus præbere. Vnde pro solutione rationum, quibus a simili intentū probabar. Dico omnia fere similia, ab ipso adducta, fidelium, imò Ecclesiæ vsu comprobata esse; non verò, quod ipse in sententia

dina, & Ledesmae intendebat. Vnde his temporibus, possunt Mercatores noam pro centum, viduas verò septem, modo, supra in Foro Aragoniæ Regni assignato, deferre. Et (ò vtinam quantitatem prædictam non excessissent) hoc tantum admitto pro Mercatoribus, in hac Nostra Hispania. Sicque iudico; salua, &c.

28 Post datam ad propositum casum, solutionē, præcepto quasi obligatus fui à Meritissimo quodā illius Regni iudice completā omnium Fororū, ad vltimarios spectantium, explicationē tradere. Et quia ex omni parte scandali petrā, ruinæq; occasionē tollere exopto; libēter, quæ, iuxta prædicti Fori, & aliorum in dubiū verti possunt, indubiū voco; ergo.

29 Dices primò; prædictū forū conditū fuisse ad auferenda non solum fictitia Cambia, verum etiā ad moderandos quasi redditus Cambiorū realiū. quæ pro assecuratione, nullis petitis pignoribus, fiebāt, in quo nihil prædictus forus innovauit, vt ex contextu apparet; iniustitiam ergo committunt Mercatores, & qui ad reale Cambiū expositas habent pecunias: qui, iuxta Fori dispositionē, deductis pro centū nouem quotānis. Item, & alij, qui ad contractū societatis pro cambio pecunias suas illis tradunt, si deductis similiter septem pro centū, vltèrius extra, vel cōtra dispositionē Fori, pignora pro maiori assecuratione exposcunt. Cū enim in Cambiorū vsu taliū postulatō pignorū nō interuenisset (asseruit sic doctissimus quidā) & ad illa postulanda nulla in Fori decisione cōcedatur facultas, cū potius oppositū præsumatur, immò iuxta Legislatoris intētionem clarē constet; vt, à me consultus, & ad eandē legem hanc assitens respondit doctissimus quidam, Meritissimusq; totius Regni Iudex; iniuste procedent rā Mercatores, quam alij, de quibus in Foro, si vltra, quos referunt, redditus, etiam exposcant, & pignora.

30 Respondetur tamen, diuersum quid esse, exposcere pignora pro mutuatæ pecuniæ assecuratione, & iniustitiam in deferendis 9. vel 7. pro centū, cōmittere. De hoc vltimo iā supra, satis dictum est. De pignoribus autē petitis pro assecuratione. Dico, stando in iure naturali domini, pecuniā mutuantis, nullam videri culpā, si probabiliter timeat, immò prudētem tantūmodo habeat suspiciōnē de contingenti defectu obligationis Mutuatarij.

31 Sic Sigismundus Scaccia *tractatu de commercijs, & cambijs, §. 1. q. 7. part. 2. ampliat. 12. num. 1.* Bonifigu. *tract. de cambijs cap. 7. versu, & quantumcumque,* Michael Sillas in 2. 2. D. Thom. post. q. 78. *disp. de Cambijs tom. 2. fol. 558. Azor p. 3. lib. 10. tit. de Cambijs cap. 11. q. 11.* Romualdus *tract. de Cambijs cap. 28.* Sic etiã Iuriconsulti Florentini. Sic Curtius iun. *consilio 132.* Archiepiscopus Flor. *tractatu de vsuris cap. 20. §. 25. no. 42. tom. 7. fol. 83.* & Conradus *de contractibus q. 32. in 1. conclusione;* vbi excipit catium, quo Mutuatarius ira indiget illo pignore, vt Mutuator ex Charitatis debito deberet illud Mutuatario concedere. Ex quibus sic infert Scaccia; ergo si pignus toleratur in Mutuo, multo magis tolerabitur in alijs contractibus, in quibus non alia ratione fuisset pignus prohibitum, quã ratione Mutui impliciti: sic Scaccia. Scio Hieronym. de Luc. *tract. de Cambijs, versu pro decessione, num. 42. tom. 6. p. 1. fol. 410.* & Ioan. Baptist. *tract. de Cambijs tit. de vsura, fol. 241.* oppositum sentire, sed Hieronym. loquitur sine auctoritate, & ratione; quod iddem efficit Ioan. Baptista, vt optime citatus Scaccia, vbi supra *num. 3. in fine;* Et hæc procedunt, dummodo valor pignoris non excedat capitale: & aliã in cõtractu societatis non sit alio titulo assecuratũ capitale: quia iddẽ bis esset assecuratum: & ratione pignoris, & ratione peccuniã: quod implicat.

32 Solum itaque esse potest difficultas, an præfati Mercatores, & alij, de quibus in Foro, postulantes pignora ad mutuatã peccuniã assecurationem, possint pœnis vsurarij castigari? Quod, si verũ fuerit, certè peccatum, & grave peccabunt, exponentes se, in frangenda Fori dispositione, periculo tam enormes pœnas sustinendi. Pro cuius solutione dico; præfatos, pignora postulantes, vel quasi extorquẽtes pro maiori assecuratione nullatenus posse vsurarijs pœnis puniri. Ducor; tum, quia nullam in deferendis pignoribus vsuram committunt. Tum etiã, quia nulla de talibus excludendis pignoribus in præfati Fori decisione sit mentio, vt ex contextu apparet.

33 Nec obstat, Legislatorem, seu prædicti Fori Conditores id intendisse. Tum quia, iuxta communem, id debent exprimere; cum Legislatoris intentio, præser-

tim circa pœnam infligendã, exprimi debeat, vt promulgetur; quia lex sine promulgatione nullã, vt patet, obligationẽ inducit; immo, & promulgationẽ esse de legis essentia affirmant non pauci. Vndè standũ est verbis legis secundũ interpretationem iuris; etiam si Legislator extra legem dicat; se aliter intellexisse: à Papa enim Innocentio IV. *declarantẽ suam mœrem in constitutione a se antea facta, recessit Hostiensis, & enim eo alij DD.* (a. seruit Sã) quod sæpius facit Nauar. *lib. consiliorum.* Vide *lib. 6. de concess. præben. c. 1.* vt rectè Sã *Sum. antiqua, v. lex num. m. hi 25.* Tum etiam, quia, adhuc expressã Legislatoris intentio, quia pœnalis, restringi debet; odia namque restringenda, & fauores conuenit ampliari.

34 Nec etiam obstant verba alterius Fori, contenti *lib. 4. Fororum huius Regni, f. 108. facti Calatayubij, qui incipit; Defeantẽs pronçyr;* ibi: *O de aqui adelint prestarã ausura con albaranes blancos, õ sobre penyoras, õ en otra manera, õ farã õ cõsentirã. que le sey a feita obligacion, õ otro cõtracto en frau de vsura deducible en iudicio contencioso, &c.* Non (inquã) obstant, aliud nã que est petere pignora, vel obligationẽ aliam ad assecurandas vsuras; aliud ad assecurandas peccunias, honesto titulo traditas. Primum est illicitum, prohibitum que per verba citata, vt patet. Secundum autem minimè; cũ pignora non excedãt mutuatã peccunias cũ redditibus; vt etiam dictis cõstat; sic namq; præfatus resolutio procedit, & non aliter. Vndè in nostro casu sicut nulla interuenit vsura, sic nullus adest prædictis pœnis vsurarij locus; subiectũ namq; talium pœnarum est dãs ad vsuram, & obligationem, vel pignora exposcens cum fraude vsurã; quã omnia nec in Mercatoribus, alijs vè realiter ex officio cambiãtib; nec in alijs, ad societatis cõtractum, ad præfatos recurrentibus, locũ habent; cum ab omni prorsus sint vsura immunes, vt supra probatum manet. Nec alter Forus, conditus *Montisoni an. 1514. incipiens orrofi, cõten tusq; f. 215. col. 1.* aliquid in contrariũ huius disponit, vt legẽti patebit: ergo, &c.

35 Dices secundò: ergo nullus præter Mercatores præfatos, & alios ad eos, per societatis cõtractũ, recurrentes, de quibus in hoc ultimo Foro, incipiẽte, *por no auer formã dispuesta, edico apud Ciuitatẽ Barbastri an. 1626. contentoq; inf. 19. col. 1.*

nullus (inquam) alius poterit pro centum mutuatīs nouem, vel septem deferre.

36 Duplici via potest ad hoc præstari solutio: primò stando in naturali iure, quo stante, non delunt AA. qui hoc idem alijs non Mercatoribus, nec pro officio expositas ad realia cambia habentibus pecunias, vel ad eos recurrentibus, concedant. Quos AA. iam supra nominauit; quàm sententiam, & si, stando in naturali iure, non improbabilem iudicem; immo in foro conscientie ad vitanda peccata, quæ, omni iure repugnante, prohdolor, quasi naturaliter ex ignorantia committuntur, amplectendam aliquoties. Oppositum tamen, vt tutius, in plurimum est sequendum. Stando vero in rigore Fori vsurarius sane reputabitur omnis alius, præter ibi nominatos. Expressit hoc prædicti Fori contextus, ibi: *Testaruy, y ordena que el que no tuuere baco, o dinero expuesto para dichos cambios reales, no pueda lleuar interese alguno por el uso del dinero, &c.*

37 Dixi; vsurarius reputabitur: quia quidquid in conscientia alias iuste possit allegari, non ei pro foro fori proderit. Undè consequenter erit vsurarij pœnis subiectus, ibi: *So pena de incurrir en lo dispuesto en los fueros hechos contra los vsureros.* Inter quas pœnas, cum etiam perpetuæ infamiae pœna locum habeat, iudico (& meo videri euidenter, nisi per accidens excusentur) tales peccare mortaliter; non ex vi prædicti Fori, seu legis tantum, (ommitto sententiam Donelli asserentis, frangentem legem Civilem præcisse vt talem, peccare venialiter) sed & quia se perpetuæ infamiae exponunt periculo, præsertim ob iniustitiam sanguini suo factam. Quòd si solus sit, & peregrinus, neminem habens sanguine coniunctum, adhuc peccare illum grauius firmare non dubito; eo quòd (vt cætera omittam) in perdenda prodigaliter fama, ex præsumpto vsuræ delicto prodigus fuerit. Si tamen ita cautus fuerit, vt nullo modo tali se exponat periculo, à mortali saltem, ex suppositione dicta, excusabitur; vt ex iam dictis constat. Sic firmarunt, ex Nostri, Sapientissimi PP. Fr. Franciscus à Sancto Iuliano Fr. Ioseph à Iesu Maria; & alij non contemnendæ Authoritatis. Sicque iudico; salua, &c.

CASVS QVADRAGESIMUS PRIMUS.

QVIDAM Doctores Anno Domini 1645. in illo magno concursu Oppositorum, & præsentorum Parrochialium Beneficiorum, emixe postularunt à me, vt responderem, ad ea, quæ sequuntur.

Quærebant primò: an probabilis sit opinio, affirmans, licitum esse, Beneficia Curata dignis conferre, dignioribus relictis?

Quærebant secundò: quomodo, & ex quibus rebus dignitas in oppositoribus concurrentibus pensanda sit?

Quærebant tandem; an qui contra efficerent, ad restitutionem aliquam astricti remanerent?

CASVS RESOLVTIO.

I HVIVS MODI interrogaciones, in occasione præsentis concursus factæ, vel ex sola curiositate, vel ex vano, & sine fundamento, timore factæ, à multis tunc (& rectè) iudicari fuerunt. Etenim cum ad præsentem concursum quinque præstantissimi Iudices, & ex millibus electi, ob eorumque sapientiam, errorem omnem, falsitatemque, moraliter saltem, effugantes, ac denique ob ipsorum virtutem, simulque cum constantia, & prudentia, bonitatem, ab omni prorsus falacia, personarumque acceptione alieni, ad prædicta Beneficia siue ex distributina, siue ex commutatiua, iustitia, dispensanda, fuerint designati, certè qui in hoc aliquo modo de iustitia, & rectitudine dubitabant, trepidabant utique, vbi nullus erat timendi locus, aut occasio. Qua de causa à præstanda solutione quæritis abstinere, congruum, iustumque iudicabam. Quia tamen, ob solum interrogantis solatium, solutio ad quæsitam, à me emixe, & impertune postulabatur; eam ipsius precibus annuens sic præbui. Et quamvis fatear, rem hanc esse grauisimam, longaniquè disputationem postulare; quia tamen hoc tunc temporis angustia, & corporalis infirmitas non tollerabant, quasi summarie, respondere coactus fui. Igitur.

2 Ad primum ergo quæsitum dico; prædictam opinionem, quæ solum loquitur, procedit tantum, solumque intelligenda est in sensu, modoque, infra à nu. 9. prænotado, nec à principio intrinseco, nec ab extrinseco, esse, in hac temporū serie, & post Tridentinum, de quo infra, probabilem; quod evidenti ratione, quæ omnem destruit contrariam probabilitatem, extrinsecam etiam, sic probat: ille evidenter peccat, & ex obiecto graviter, qui scienter conscientiam suam, ob personarum acceptionem; graviter onerat, vel alienis peccatis graviter communicat: sed sic se habet; qui digniorem, Ecclesieque magis vtililem (quem per idoneum explicat Paulus Apostolus de quo infra) à se iudicatum, non eligit: ergo oppositum est omnino falsum. Maior propositio est evidens: Minor est expressa in Concilio Tridentino, approbante, confirmanteque ius commune, ipsumque declarante in cap. licet ergo, 8. q. 1. in cap. Moyses; in cap. illud 8. etiam, q. in cap. Cum in cunctis, & alijs, vt videre est apud ipsum in ses. 24. cap. 1. de reformatione, ibi: *Eosque, alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesie magis vtililes ipsi iudicaverint*: ergo Consequentia est certa: ergo non solum à principio intrinseco, sed nec ab extrinseco, potest esse probabilis prædicta sententia, de qua infra. Deinde iddem statuitur in sessione 6. Tridentini, cap. 1. iddemque habetur in Motu proprio Pij V. sub anno 1566. iddemque antea dictum fuerat in Concilio Basiliensi, ses. 12. in decreto de Electoribus. Ex quibus omnibus constat, illum fore eligendum, qui præstantior est omni populo, qui doctior, sanctior, & omni virtute eminentior. Et (vt iuris vtriusque citationibus non parcam) hoc iddem vult textus in cap. Metropolitanano, & in cap. fin. 63. distin. vbi ita habetur: *is eligendus est, qui est optimus omnium. Faciant etiam textus in cap. penult. de præbendis, in cap. In Sacerdotibus; in cap. In ordinato 61. dist. Similiter textus in cap. 2. de officio custodis, cum Glos. textus in cap. Indecorum de etate, & qualitate, textus item in cap. Constitutus de appellat. cap. Nisi cum pridem, §. ne pro defectu, de renuntiatione; & in cap. Vilissimus, l. q. 1. De iure autem Ciuili faciunt, qui sequuntur, textus. Primò in Authentico. de Sanctis. Episcop. §. 2. §. si quis oratorum. Secundò in lege Ho-*

nores ff. ad municip. Tertio in lege. Præsertim, §. quod in finibus, C. de his, qui ad Eccles. & alijs, breuitatis causa omisis.

3 Si autem dicatur; dictum cap. primum loqui de electione Episcoporum, seu Prælatorum Superiorum: fateor. Contra tamen primò; nam lex, de aliquo disponens, (& non loquor de poenali) de omni eo disponere videtur, in quo similis, æqualis ve, ratio militat; atqui in omnibus officijs, simulque Beneficijs (vt modo sunt Officia Episcopi, & Parrochi) æqualis est dispositionis ratio (scilicet, ex parte officij, Dei honor, Ecclesie vtilitas, proximorumque commòdum; ex parte verò Beneficij, eadem meritorum ratio; & si in vtraque parte accidentalit sit diuersitas, penes magis, & minus; oportet namque Episcopum irreprehensibilem esse, &c.) ergo lex, quæ de vno disponit, iddem de alio, ob specificam rationis iddentitatem, censetur disponere: ergo Tridentini dispositio, quoad Episcoporum electionem citato in capite, etiam ad officia alia, animarum curam habentia, debet aptari.

Quod confirmatur primò, & non obscure, ex illis verbis; scilicet: *Nihil so ad Dei honorem, & gloriam, & populorum salutem, vtilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesie gubernanda idoneos (ecce quomodo per idoneos, magis vtililes, dignioresque intelligit Tridentinū) promoueri studeant, &c.* super quæ verba (quæ super omnes, qui Pastores futuri sunt, appellant) cadunt vtique, quæ supra num. 2. ex Tridentino relata sunt.

Confirmatur secundò ex citato capite *Cum in cunctis de electione*: vbi Glossa, Lateranensis Concilij casum referens, circa idoneitatem Ordinandorum, hæc habet verba, dicens: *quod in cunctis Sacris Ordinibus, & ministerijs requiruntur tria præcipuè; scilicet etatis maturitas, grauitas morum, & literarum scientia: ergo multo fortius (arguit namque Glossa prædicta, à minore ad maius) in Episcopo hæc sunt requirenda: sic Glossa. Reddensque rationem, ait: quia, cum Episcopus ad curam animarum sit positus aliorum, in se ipso debet habere, vel ostendere, qualiter alij se debeant habere, &c. & in vltimis verbis dicti capitis sic habetur: qui etiam vita, & scientia cõmendabilis demonstrerur. Ex quibus sic ergo: ergo si modo Concilium Tridentinum, propter officium, curamque ani-*

animarum, requirit, vt dignior in his sit ille, qui ad Episcopatum eligendus est, etiam dignior ob eandem rationem debet esse Parochus.

4 Contra secundò (& ecce dubium omne, omnisque scrupulus, omnino apparente tollitur veritate) nam cap. 18. eiusdem sessionis expresse de præsentibus loquitur casu, id est, de concursu; & quod iam probatum est, expresse decernit: verba sunt Tridentini, quæ sequuntur: *Peracto demò examine venientibus quorumque ab his idonei (id est, digniores) iudicari (ab examinatore scilicet, & iudicibus) fuerunt, etate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis; ex hisq; Episcopus eum eligat, quem, ceteris magis idoneum iudicauerit, &c.* Sic Tridentinò. Ex quo sic ego: atqui nequit Episcopus magis idoneum aliquem iudicare, nisi quem per maioris idoneitatis examen, & censuram, iudices ipsi magis idoneum proponunt, quando Episcopus ab examine abest, vt patet: ergo, si Episcopus, vel Elector, magis idoneum tenetur, iuxta Tridentinum, eligere, certè, & absque dubio, tenetur illum eligere, quem per examen, iudicumque censuram, inter magis vtilis, reperit digniorem: ergo, quando Episcopus examini non interfuit, debet per examinatores de dignioribus informari: quòd sic, aliquando, quosdam istius Diocesis Eminentiissimos Dominos Cardinales, & præsertim Eminentiissimum Chyrogam, fecisse, fama ipsa testatur; quòdque ex prædicto cap. 18. constat, ibi: *Nec prædictorum examinatorum relationem, &c.* Vnde, quando Matobrius, a Diana rellatus in *ultim. compendio suo, 4. que editione, facta Valentie*, ait, examinatores non teneri proponere digniores, sed tantum dignos; loquitur, non quando Episcopus id scire velet, vt suam conscientiam instrueret, dignioremque iuxta Tridentinum eligeret; vnde intelligendus est cum alijs, idem asserentibus, quando Episcopus præsens est. Nam si pro Episcopo stat præsumptio de eo, quòd iustitiam seruare velit, digniorem eligendo, stat etiã pro eo postulare notitiam ad hunc effectum à potentibus illam dare, id est, examinatorebus. Ergo opposita sententia nullatenus est probabilis.

5 Ex his ergo primo, merito ab om-

nibus communiter reprobatur Glossa in *cap. licet, 8. q. 1. in cap. constitutis, de appellat. cap. 2. de iure Patronatus, & cap. 1. de officio custodis*; qui am sequuti fuerunt præci iurista, inter quos, butrius, Abbas Panormitanus, Nauarrusque, vt ait Natalis Schitius, infra referendus; qui malè refert Nauarrum, vt postea videbimus. Alios etiam refert ex Couarr. in *reg. peccatum, 9. 7. num. 3.* Pro his etiam refertur Rochus, ab Antonio Diana *2. p. tract. 1. Miscellan. resol. 40.* Qui omnes, & si ausi fuerint dicere, non esse mortale, eligere dignum relicto digniore, merito tamen communiter, tam a Theologis, quam ab vtriusque iuris Doctoribus de falsitate conuincuntur.

6 Secundo sequitur, merito etiam reprobari ab omnibus Alexandrum Alesium apud Lesium *de iustitia, & iure, lib. 2. c. 34. dubit. 14.* & apud Dianam supra; apud aliosque; quos, (quia facile videri possunt) referre omitto. Præterquam quòd excusari potest Alesius, sicut, & Antiqui iurista, eo quòd ante Tridentinum scripsissent. Vel fortè loquutus fuit Alesius iuxta tempus antiquum; (vt facit Catechismus de quo infra) quo in tempore officium Parochi, sicut & Episcopi, onus tantum habebat non Beneficium; hoc est, prouentus, vel redditus, meritis vnus cuiusque responderes. Vel, rursus, omnes isti AA. intelligendi sunt, sicut & iura, ab eis allegata, in foro Iudiciali; in quo electio digni tenet, & si, post citatum Pij V. motum, veniat irritanda, de quo infra. Quòd si dicatur, ipsos loqui etiam in foro conscientie; sane, quia DD. sunt Catholici, interpretandi veniunt, respectu electi ad Beneficium; ita vt ille non peccet saltem mortaliter; licet quidam grauitè ipsum peccare testentur; de quibus infra; non vero respectu electoris, vel eligentis. Vel rursus dicendum, ius Canonicum, in textibus, à prædictis Authoribus allegatis, non disponere, nec præcipere principaliter, dignum esse eligendum, cum tantum præcipiat digniorem eligere, vt supra citatis textibus satis aperte constat; sed tantum permittit, quòd si dignus eligatur, prætermisso digniore, valida sit, regulariter loquendo, electio in foro exteriori; vt interpretantur. Decius in *cap. Constitutus 2. de appellat. num. 13.* Molina *de primogenijs Hispanie lib. 2. cap. 5. un. 55.*

& alij; quos etiā sequitur Natalis Schitinus vbi supra *num. 7. in fine.* Sed de hoc infra. Vel tandem ij omnes Authores, sicut & iura, ab ipsis allegata, intelligi possunt, post factum, non verò ante factum; id est, post factam electionem digni, (eo quod ad restitutionem non obligentur, quidquid aliqui in contrarium dicant, de quibus etiam infra) non verò antefactam electionem. Sicque tam Authores prædicti, quam, allegati ab ipsis, textus reducantur in concordiam cum pluribus alijs, à nobis infra referendis; quod & facit Glossa *in cap. 2. de officio Custodis,* & ipsam sequutus, Natalis Schitinus *tractat. de iust. & iure, disp. 1. de iustit. distributiva, art. 5. num. 7.* citatos referens Iuristas, & Canonistas, *num. 3.*

7 Denique, ex dictis sequitur, merito reprobari Pedrazam, apud Dianam vbi supra, asserentem similiter, electionem digni, relicto digniore, esse tantum peccatum veniale, & si contra iustitiam sit distributivam. Quod dictum, in merito etiam, dicit probabile citatus Natalis *num. 13. post medium,* & Fillucius, teste Diana supra. Fateor etiam, Patrem Aulosium Noctinor, Siculum, tertij Ordinis S. Francisci, *p. 1. pag. 63. vltimi compendij* operam Dianæ, referre Garziam *de Beneficijs p. 7. cap. 16.* iddem, quod Fillucius asserit, asserere. Sed quidquid sit de hoc, profecto falsissimum est. Tùm; quia Ecclesiæ lumen, Augustinus super illud Iacobi secundò, scilicet, *Fratres mei nolite in personarum acceptione.* &c. sic habet: *Si hanc distantiam sedendi, & standi ad honores Ecclesiasticos referamus, non est putandum, leue esse peccatum in personarum acceptione habere fidem Domini gloria, &c.* Sic Augustinus. Ne autem dicatur, Africanum loqui de electione iniusti, & indigni; statim, comparans dignitatem diuitis cum maiori pauperis dignitate, sic habet: *Quis ferat, si quis diuitem eligat ad sedem honoris Ecclesiæ, contempto paupere instructiore, & sanctiore.* Sic ille: ergo prædicta opinio falsissima est. Tùm etiam; quia Tridentinum *dicto cap. 18.* obligat Examinatores iuramentum de fidelitate prestare. Et, ne etiam dicatur, talem in fidelitatem in leui esse materia, infra sic habetur: *Si quid contra officium eos fecisse compertum fuerit grauius eos eius arbitrio punire possit.* Sic Tridentinum: atqui grauis pœna non, nisi ob culpam grauem,

imponi potest; ergo, &c. Deinde, infra; loquens de Episcopo respectu dignioris; sic ait: *Atque illi, & non alteri collatio Ecclesiæ ab eo fiat.* Quæ verba, cum supra materiam iustitiæ cadant, non solum distributiæ, sed legalis etiam, & commutatiæ, de quibus infra; & veluti pro forma apponantur; grauem vtique obligationem inducunt, si materia fuerit grauis, grauisque in dignitate præsertim in totum; & adæquate possessa, (de quo etiam infra) excessus. Quod tandem confirmatur ex verbis, prope finem dicti capituli adductis; scilicet: *Alias prouisiones omnes, seu institutiones, præter prædictam formam factæ; surreptitiæ esse censeantur.* Sic Tridentinum: quæ verba; cum non inducant ipsos facto; & ante iudicis sententiam, Beneficij irritationem, seu nullitatem collationis illius, clarè sequitur, illa procedere de electione digni, relicto digniore; cumque pœna irritationis, seu nullitatis, sit grauis, quæ non, nisi ob grauem (vt dixi) culpam imponi potest; sequitur certè, esse peccatum mortale, dignum, digniore relicto, eligere. De quo videri potest etiam doctissimus Thom. Sanchez *tom. 1. consiliorum, lib. 2. cap. 1. dub. 2. per totum;* & præcipue *num. 16.* vbi (vt solet) multitudinem refert Authorum. Et licet à *num. 17. vsque ad 25.* aliquas afferat limitationes; illarum tamen nulla cum prædicta pugnat resolutione.

8 Vnde toto errauerunt cœlo quiddam apud citatum Natalem Schitinum *num. 16.* asserentes, eligere digniorem esse tantum consilium; non præceptum. Hi enim, insipientiæ equos ascenderunt, non solum dormitauerunt, sed & dormierunt; à ventreque, & ab vtero veritatis errauerunt; non attendentes, quod hoc sit, non solum contra positivam, & humanam legem, sed & cōtra Diuinam, naturalemque. Contra positivam (inquam) & humanam; quia illius obseruantia sub pondere imponitur, sub pœnaque, & sub iuramento, vt vidimus; anteaque erat dispositum per ellegantem textum, *in cap. licet ergo, 8. q. 1.* & alijs, de quibus supra. Quæ omnia longe à consilio absunt. Est etiam contra præceptum, legemque Diuinam. Tùm, quia Numer. *cap. 12.* sic, circa Moysen, in Ducem populi electum, habetur: *erat vir mitissimus super omnes homines.* Tùm etiam,

etiam; quia *Leuitici* 18. & 1. 6. & 17. *Numeri*, idem de Aaron satis aperte conitat; ob quod, solam eius virgam Dominus florere fecit. Tum etiam, quia 1. *Reg.* 9. sic de Saule habetur: & non erat vir de filiis Israel melior illo. Tum etiam; quia hoc inuēniat de Dauid, 1. *Reg.* 18. Tum denique; quia Christus Dominus meliorem in sui Vicarium elegit, scilicet, Petrum; & ob id, ante eius electionem, ter dixit ei: *Diligis me plus his*; cumque omnis Christi Domini actio nostrum sit documentum, & exemplum, iuxta illud; *ut quemadmodum ego feci, ita, & vos faciatis*; cumque etiam hoc præsertim cum Pauperibus loquatur, certe audacia erit, consilium tantum affirmare, & negare præceptum.

Quod denique contra præceptum sit naturale, obseruationem legalis, distributiæ, commutatiuæque iustitiæ præcipiens, clare conitat. Etenim est contra legalem iustitiam, propter damnum, quod contra Ecclesiam, vel Rēpublicā, committitur; quodque Electores vitare tenentur. Et etiam contra distributiua iustitiam, eo quod communia Reipublicæ, & Ecclesiæ bona, meritis inæqualiter correspondētia, iuxta meritum non distribuuntur excessum; prout fieri debet; quia præstantiora Beneficia, vtilioribus Ministris, & plus laborantibus, aut laboraturis in vinea Christi Domini, conferre debent, qui ea dispensant, si fideles esse volunt dispensatores; inter quos, quia est veluti contractus cum Ecclesia factus (de quo Aragonius, & alij, quos sequitur citatus Natalis Schitinus *num.* 9.) ad commutatiuaque pertinet iustitiam, ideo ex illa etiam sunt astricta: ergo toto errauerunt cælo, qui dignioris electionem, consilium tantum dixerunt. Videatur Doctissimus Thomas Sanchez *tom.* 1. *consiliorum*, *lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 2. *num.* 29.

9 Et licet, utroque foro, electio digni, relicto digniore, valida sit: in foro inquam externo (si de Prælaris sit sermo) per *cap.* *Cum olim*; *cap.* *Cum dilecti*; *cap.* *Cum inter Canonicos*, de electione Glossa penult. in *cap.* 2. de officio Custodis; Glossa, *verb.* *Præstantior*, in *cap.* *licet*, 8. q. 1. & in *cap.* *Constituti*, *verb.* *utilem*, de appellat. Unde sic quoad valorem electionis digni, relicto digniore, interpretanda venit supradicta Glossa, quæ cum iur^o is qui-

busdam, alijsque (de quibus supra *num.* 5. 6. & 7.) oppositum sentire videbatur, quoad rationem peccati, vt iam dixi citato *num.* 6. In foro vero conscientie, quamuis etiam valida, sit iuxta communem sententiam, apud Couarrubias in *regulam peccatum*, 2. p. §. 7. *num.* 3. & 4. quem, cum Diuo Thoma 2. 2. q. 63. art. 2. ad 3. Sylvestro, & alijs, sequuntur Valerius de utroque foro, *verb.* *electio*, *differ.* 1. *nu.* 1. Vazquez in *opus. titulo de Beneficijs*, *cap.* 1. §. 3. *dub.* 8. Ledesma 2. p. *sum. tract.* 7. *cap.* 2. à fine col. *primæ*, pag. mihi 292. Quod etiam videre est apud Barbosam, super citatum *cap.* 18. *ses.* 24. licet alij oppositum sequantur. Quamuis, (inquam) valida sit digni electio, digniore relicto; ne, scilicet, detur occasio ad lites; nam quæuis electio posset impugnari, & calumniam pati; attamen quis non videt, ius, & communem sententiam procedere de licita possessione Beneficij ex parte Electi, qui dignus est, non vero de collatione ipsius Beneficij ex parte Electoris, seu eligentis, vt patet ex dictis, constabitque amplius ex dicendis.

10 Nec Doctissimus Caieranus sententiæ Glossæ, & aliorum, de quibus supra, patrocinatur. Et in primis; ille fuit ante Tridentinum. Deinde *verb.* *electio*, expressè loquitur de Conuētualibus Religionum Prælaris, qui solum officium habent, & onus. Denique, licet idem dicat de Parochis, expressè tamen loquitur iuxta tempus antiquum; in quo officium Parochi, sicut, & Episcopi, onus tantum habebat, non beneficium; nam *verb.* *Beneficium*, in *ultimo eius titulo*, à *linea*, mihi 23. sic habet: *Dico autem hoc; quia si ad principale secundum veritatem, in Beneficio inuentum (hoc est, officium pascendi, ministrandi, Diuina persoluendi) spectetur, non esset distributio bonorum, sed malorum; hoc est, onerū; & sufficeret eligere dignū; quoniam cessat ibi ratio acceptationis personarum, quæ in bonis dignior postponitur.* Sic ille, qui tamen, spectata ratione Beneficij, in officio Parochi, hæc habet verba in *ultimo* & pro *ultimo titulo verbi*, *Beneficium: Beneficia Ecclesiastica semper sunt dignioribus, & magis sufficientibus conferenda; quod idem docet verbo Electio.* Et hæc pro primo quæsito sint satis, quia pro solo interrogantis solatio breuiter respondi; licet difficultatis grauitas exten-

rensiorem petat disputationem.

11 Ad secundum ergo, quod inquitur; Dico, maiorem, vel minorem dignitatem in eligendis concurrentibus, semper attendi, & iudicari debere penestria præcipue, quæ intrinsece Officio Parrochi competunt; scilicet Doctoris, Medici, & Iudicis, simulque spiritualis Parris officium. Quæ tria nullus Authorum, quem viderim, (cum sapius fere omnes viderim) recusat; si de completa dignitate, maiori, vel minori loquamur, vt loqui debemus. Est autem maior dignitas completa, illa, quæ ex dignitate secundum se, (& hæc vocatur ab alijs simpliciter dignitas) & ex dignitate secundum Dei honorem, Ecclesiæ vtilitatem, commodumque fidelium, componitur; sicque similiter minor dignitas completa declaratur. Potest namque quis esse doctior (& hic est dignior secundum se, incompleteq; dignior) non tamen vtilior Dei honori, Ecclesiæ vtilitati, & fidelium commodo. Et potest quis his tribus finibus esse vtilior (& hoc est etiam, esse quem incomplete digniorem; licet hæc dignitas, secundum graues Authores, de quibus infra, præferenda sit primæ) & non ita doctior. Euidens tamen est, quod vbi hæc vtraque maior dignitas reperitur, hæc absque dubio, in omniumque sententia, præferenda est ex obligatione iustitiæ, cuiuscumque alteri, incompletæ tantum.

Quod hæc ratione constat: (& dogratis quod æqualis sit dignitas secundum se, cum dignitate respectu Dei honoris, Ecclesiæ vtilitatis, fideliumque commodi.) Probo igitur sic: officium Parrochi vtramque æqualiter, essentialiter, & intrinsece, postulat dignitatem, vt patet ex *ses. 24. cap. 18.* Concilij Tridentini, ex alijsque iuribus supra citatis: ergo si dignitas morum, prudentiæ, &c. nihil valet sine scientia, vt inquit D. Bernard. *tract. de Diligendo Deo, in editione Antuerpiana, col. & pag. mihi 944.* etiã scientiæ dignitas, absque morum, prudentiæque, dignitate, nihil ad Parrochi proderit officium: ergo qui vtramque habuerit, hic vtique erit necessario præferendus; quod nullus negabit.

12 Deinde, maior hæc completa dignitas potest diuersimode (ad minus in partem) in Oppositoribus concurrere; possunt namque ex concurrentibus qui-

dam esse noui oppositores, vsque tunc animarum curam non habentes; quidam verò ex ipsis Oppositoribus pollunt esse in officio Parrochi experti, atque disertissimi. In primis Oppositoribus dignitas secundum se (hoc est, esse Doctiores) de facto possidetur, & practice constat. Dignitas verò quoad bonum commune, scilicet Dei honorem, Ecclesiæ vtilitatem, commodumque fidelium, nullatenus actuali exercitio, probationeq; vt patet, possidetur, nec practice constat; sed solum existimatione prudenti futuram fore, solum contingenter speratur; nam (& sunt D. Bernardi verba *tract. de vita solitaria* vbi supra *col. & pag. mihi, 1025.*) *si callet ingenio, si viger arte, si præeminet intellectu, instrumenta sunt hæc tam vitorum, quam virtutum.* In secundis verò Oppositoribus, idest, Parrochis supradictis, vtraque maior hæc dignitas, & practice constat, & ab illis, per præcedens, per modum habitus, exercitium possidetur. Quibus sic positis, & ab omnibus Doctoribus admissis.

13 Sic pro secundò; quod inquitur, solutionem statuo: ex his omnibus concurrentibus, omnibusque in scientia, idest, dignitate secundum se, æqualibus, secundis, idest Parrochi, debent, & sub mortali, præferri primis. Quod ita verum iudico, vt nullum existimem fore Doctorem, qui, re bene inspecta, oppositum audeat affirmare: quod (meo videri) sic euidenter probo: ius ad rem, fundatum in possessis meritis, præfertur, in omnium sententia, iuri ad rem, in sola prudentis existimationis spe meritiorum fundato; præcipue quando æqualia sunt possessa merita, illis, quæ sperari valent: ergo actio ad Beneficia Curata, quæ in maiori dignitate completa, & possessa, practiceque cõstante, fundatur, præferri debet, actioni (si comparatiuè aliqua est) fundatæ in dignitate, in partem possessæ, & in partem cum contingentiã, licet prudenter, sperata; tunc sic; sed secundis concurrentes, idest, qui Parrochi officium antea diserte, & per multos annos exercuerunt, alias æque docti, ac primi, possident vsu, & experientia, tam dignitatem secundum se, (hoc est scientiã) quã dignitatem quoad honorem Dei, &c. quæ in nouis Oppositoribus est contingens; ergo isti ex debito præferendi sunt primis; nam certè il-

lis congruit illa Christi Domini sententia: *Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.* Quæ sententia sæpius utebatur, vt fama docet, Meritissimus, Doctissimusque Trojanus Episcopus, in hoc Archiepiscopatu, in similibusque concursibus, dignorem tribuens censuram Parrochis, in officio suo disertis, alias æque doctis, quàm alijs, qui nunquam officio Parrochi functi fuerant, licet alias aliquantulum doctiores fuissent, in scholasticisque disputationibus, & subtilitatibus versatiores; quos tamen ad maiora hortabatur præmia, eos hortando ad rectè prius Parrochiale officium exercendum in minoribus præmijs, illis tunc traditis. Vele namque maiora Beneficia Curata in præmium meritorum, quæ inadæquate sunt merita, necessàrio in genere causæ efficientis ad præmium antecessura, est vele, cum ocio, solis Rachelis amplexibus oblectari, Liæ fecunditate neglecta, vt Melliflui vtar Bernardi verbis, qui *sermone 46. in Cantica*, super illud, *lectulus noster Floridus* &c. col. & pag. mihi 705. ad intentum loquens sic habet: *Delicatis ois ocio dormire, vales, si non exercitatus quiescere appetas, & Liæ fecunditate neglecta, solis cupias Rachelis amplexibus oblectari.* Sic Bernardus, de quo iterum sermo redibit: ergo, &c.

Et confirmatur hoc: vtraque illa dignitas, æqualiter ad minus, à Tridentino in concurrentibus postulatur, & pre-requiretur ab Electoribus cognita ante factam electionem, ne ceci procedant, sed ita irreprehensibiles sint, vt, secunda conscientia, eum Domino (aliquomodo inquam) possint exprobrantibus respondere; *Quis ex vobis arguet me de peccato*, vt ait D. Bernardus *sermone de tribus Ordinibus Ecclesiæ*, col. & pag. mihi 429. *seru in fine*: ergo dignitas, quæ euidentem phisice facit, terminatque Electoris cognitionem, omnino est preferenda dignitati, facienti, & terminanti, probabiliter tantum, Eligentis scientiam, & cognitionem: atqui, qui Parrochi Officiam diserte, per multum tempus exercuerunt, æque alias docti, ac Noui Oppositores, vtramque illam euidenter tunc possident dignitatem: ergo dignitas in talibus euidentem fundat de se ipsa in Electore notitiam: sed hæc euidentis, phisiceque, notitia, omni alteri naturali est

notitiæ præfenda: præferenda ergo est notitia, quæ, ablata Dei reuelatione, haberi potest de dignitate illorum, qui nunquam, officio Parrochi functi sunt. Si quidem ij, licet dignitatem secundum se, & partialem, phisice possideant, dignitatem tamen, in ordine ad bonum commune, cum contingenti prudentia expectant; & (probdolor) ita contingenti, vt non multi sint (teste Lelio, infra referendo) qui prudentem meritorum spem, de illis antea habitam, cum exercitis meritis coniungant; quibus certe egregium D. Bernardi eloquium adaptatur: sic namque, *sermone 3. super Cantica*, col. & pag. mihi, 1766. comparans spem filij proiugi cum certitudine operum sponte, as-fatur: *Non enim poterat ieiunam, & macram (Prodigus scilicet) spem ad maiora porrigere. Quæ sponsa est, certa de gratia, postulat presentiam tantum.* Sic Bernard. ergo, &c.

14 Quod si alicui videatur hoc dictum à Patronis esse destitutum; fallitur profecto. Nam Doctissimus Nauarrus tom. 1. *relectione in cap. si quando, de rescriptis, exceptione 16. pag. mihi 24. col. 1. paulo ante medium, à principio*, sic habet: *Quæquæ peccat, qui postposito eo, qui actu habet scientiam idoneam, cõferret ei, qui habet illam, partim actu, partim in spe, ceteris paribus, eo quod digniori sit conferendum Beneficium, &c.*

Deinde Lelius vbi supra *dubitatione 14. numer. 64.* sic habet: *Ad Beneficia, habentia curam animarum, &c. eligere postulare, & presentare dignum, omisso digniore, qui in promptu est, est peccatum mortale.* Sic ille: atqui ille in promptu est dignior, qui vtramque dignitatem actu possidet, illamque practice, experientia ipsa, ostendit: ergo, &c. Deinde, infra vnam linguam, sic habet: *Digniorem voco, qui notabiliter dignior, & aprior videtur, speraturque multo melius functurus officio.* Sic ille: sed multo melius, multoque securius speratur, functurum officio illum, qui per multos annos diserte illud exercuit, vt patet: ergo, &c. Quibus cõsonant verba alia eiusdem Authoris, quæ habet num. 65. ibi: *Quia tam multa requiruntur, vt non raro qui valde apti videntur, re ipsa parum aptos esse experientia, & successus rerum demonstrat; ergo ne in tales impingamus, tenemur in re tanta, sub peccato mortali eligere aptissimos.* Sic ille: atqui aptissimi sunt, quos iam experientia, rerumque successus, ad instar ignis, & aquæ, probarunt: ergo

ergo ij sub mortali præferendi sunt: ergo his maiora Beneficia sunt præstāda, quia in pauca fuerunt fideles. Nec omittam doctif. Barbof. in citatū c. 18. sess. 24. Tridentini; vbi, pluribus relatis Authoribus, & grauibus, hæc expresse sustinet doctrinam. Non ergo absq; Patronis procedit præcedens veritas, quæ sola sufficeret. Et quia euidentis est (meo videri) eius probatio, & summaria aliquantulum hæc resolutio, à referendis alijs quamplurimis abstinco.

15 Addunt etiam grauisissimi, ideoque non contemnendi Doctores; quod si primi, nouique concurrentes, sint doctiores; secundi autem, idest Parrochi, solum sufficienter docti, (iuxta cap. *Qualitas de electione, verb. conueniens*; vbi Glosa sic ait: *Bene dicit, conueniens; quia sufficit, quod sit conuenientis scientiæ, licet non sit eminentis, vt dicitur, cap. cum nobis olim, 19. ibi: illius quoque literaturæ, licet non eminentis, tamen conuenientis, &c.*) experti tamen, in officioque Parrochi disertissimi, ij præferendi adhuc sunt primis; vt videre est apud Valerum supra, *Dianam in prædicto compendio in 4. editione, facta Valentia, 1. part. verb. Beneficium, num. 14. &c.* aliosque quamplures, de hoc tractantes.

Quod si contra hanc probabilissimam sententiam arguas inquirendo: cur excessus in dignitate, in ordine ad bonum commune, in Parrochis, præponderet dignitati secundum se, (idest, scientiæ) in nouis oppositoribus repertæ; non vero è contra excessus in scientia, in istis nouis, præferri possit sufficienti dignitati Parrochorum in ordine ad bonum commune? Respondeo pro hac communi sententia, qua in hac resolutione non ex necessitate vtor, hoc ideo esse, quia est translatio de vno ordine ad aliū. In Parrochis namque vtramque semper supponimus dignitatem possessam; ob quam possessionis rationem semper Parrochi nouis sunt præferendi oppositoribus; qui, licet excedant in scientia respectu scientiæ ab vtrisque possessæ; non tamen excedere possunt simpliciter; quia respectu dignitatis in bonum commune, noui oppositores solam spem habent, non possessionem; vndè, quia spes meriti, & possessio eius non sunt in eodem ordine, nulla potest fieri de spe ad possessionem comparatio, vt vulgo dicitur: *Mas*

vale pararo en la mano, que Baytre bolando.

16 Ex his ergo deducitur primò, verum omnino tenendum, scilicet, inter concurrentes ad Beneficia curata, non debere fieri comparationem in rebus, seruitijs, ac prærogatiuis, ab officio Parrochi non petitis. Circa quæ Hieronym. in cap. 1. *Epistola ad Titum*, sic habet: *At nunc cernimus plurimos hanc rem* (idest electionem) *Beneficium facere, vt non quarant eos, qui possint plus Ecclesiæ prodesse, sed quos, vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti.* Sic Hieronymus: ergo ad sola prædicta attendere debent Domini Examinatores, & Electores, ne alijs communicent peccatis, vt loquitur Tridentinum dict. cap. 1. sess. 24. & ne occasionem præbeant indignis ad similia officia, & Beneficia procuranda, ob seruitia, à prædictis officijs aliena; vt fecit quidam miles tempore Philippi Regis Secundi, qui pro Ducis, quam prætendebat, conducta, allegatis pluribus, tam à Patre suo, Auis, & Proauis, quam à se in bello gestis, vidensque, post quatuor in Regis Curia annos, summa cum paupertate detentus, prædictam Ducis conductam effeminato cuidam, ensem adhuc cingere ignoranti, fuisse datam; per Memoriale quoddam postulauit à Rege, vt Episcopatum illi præberet; quod miratus Rex, ipsumque ad eius præsentiam adducere iubens, de literisque interrogans; respondit miles, se adhuc Gramaticam ignorasse; postulasse tamen Episcopatum, quia vidit effeminato illi præstitam fuisse Ducis conductam, ab effeminatis ita alienam, sicut à rebus, in bello gestis, Episcopatum. Omnino ergo tenenda est posita resolutio: vndè Augustinus vbi supra, *Epist. 29. ad Hieronymum*, non procul à fine, ait; *quis ferat eligi diuitem ad sedem honoris Ecclesiæ, contempto paupere instructiore, & digniore, vel sanctiore?* Ergo, &c. Illationem hanc, quam verissimam iudico, infra num. 19. probabo, simul eum alia, num. 18. apponenda.

17 Pro nunc ergo referrenon desinant illationem quandā, quā quidā huius Imperatoris Ciuitatis doctissimi mihi fecerunt: ergo (asserēbant) iddè ex posita resolutione dicendū erit, si inter nouos oppositores adesset etiā doctissimus felicitis memoriæ Montesinus? Quā illationem,

Iuxta sententiã num. 15. rellatã, libenter concessi; & iuxta meã resolutionẽ libentissimẽ. Plures namq; vidẽtur idonei, & in rebus magnis maximã ostendunt prudentiã, rebus inferioris ordinis nõ ita apti; video namq; plures, Prouincialis officio in Religionibus fungentes, illudq; satis exactẽ exercẽtes, qui tamẽ, ad Cõuentualis Prælati officium applicati, deficiunt, verbo, & opere fatẽtes, se ad similia ineros esse officia; distinctam enim requirit habilitatẽ practica, quã Theoricã, vt patet. Itaq; doctiss. Montesinus, de rebus; ad Parrochi officium pertinentibus, maxima iudicaret prudentia, ignoro tamen, an sicut iudicaret, ita opere adimpleret; licet maximã de rectẽ officio Parrochi exequendo spem, præ alijs omnibus, fundaret. Cumque pro meritis tribnatur Beneficiũ, hæcque in Parrochis, cõmuniter idoneoribus, rectissimẽque officium Parrochi exercentibus, euidenti experientia constet, quã, cum quacumq; meritorũ spe comparata; omnino præferri debent; idẽo iddẽm, obiecta Montesini scientia, & prudentia, affirmandum iudico; quia de præmiandis loquimur meritis. Ad intentum ergo rediens.

18. Deducitur ex prædictis secundo, nullam ex nouis oppositoribus; illis scilicet, qui nunquã Parrochi officio functi sunt, dignũ esse existimandũ respectiue, idest, respectu illorum, qui Parrochiale manus diserte adæquate, & cõplete, per egerunt, prout postulat Tridentinũ. Ducor ex eõ, quod sufficiens dignitas respectiua, idest, respectu maioris dignitatis, necessario sit in eadẽ linea, in eodemq; ordine pensanda, & accipienda. V.g. si maior dignitas oppositorũ sit in ratione meritorũ, quã possident, & experientia ipsa constant; tunc minor dignitas respectiua, idest, respectu maioris modo dicto, similiter accipienda est in ratione meritorũ possessorũ; ita vt, sicut quis dignior est ob præclara merita possessa; ita dignus sit ille, qui merita, & si nõ ita præclara, possessa habet. Constat autẽ hoc, primo; quia est præposterus ordo (& sunt verba Bernardi vbi supr. *serm. 46. in Cantica*, super illud: *Leclulus Noster Floridus, &c. col. & pag. mihi 705. lit. B.*) ante meritũ exigere præmium, & ante laborẽ sumerẽ cibũ, &c. Secundo constat etiam ex omni iure, ex quo constat, rem, iustẽ possessam, dominiũ, & sane perfectũ, in possi-

dentem transferre; quod dominiũ nullo modo cõfert spes sola, licet prudentissima, respectu rei, contingenter possidentæ; ac proindẽ spes possidẽdæ rei, & possessio eius iusta, ita sunt in diuersa linea, vt sola meritorũ spes, facta cõparatione cum possessione illorũ, nullũ ius tribuat; neq; actionem: & hoc dico, ex omni iure constare. Quibus sic positis, & à neminẽ, quẽ viderim, nõ admissis, sic positã probõ illatione: sola merita possessa possunt sufficientia, & digna vocari respectu meritorũ, quã egregia sunt, similiterq; possessa: ergo hæc maiora merita maiorem conferunt dignitatem in illũ, qui ea possidet, quã minora cõferunt merita, similiter possessa: ergo sola meritorũ spes nullam respectu meritorũ possessorũ valentẽ dignitatẽ conferre: atqui, qui noui, recetiq; sunt oppositores, nunquam officio Parrochi functi, solã spem habent, & nõ possessionẽ meritorum, quã, præter scientiam, ab omni iure, ad Parrochiale officium postulantur: ergo respectu talium, scilicet Parrochorũ, qui merita habent modo dicto, nullo modo sunt digni, qui nõ hi, recetiq; sunt oppositores; licet secundũ se, vt ait Doctiss. Caietanus supra, digni sint, & possint esse etiam digniores respectu illorum, qui similiter nunquam officio Parrochi functi sunt; quia scilicet in eodem ordine, ac linea comparantur. Ergo, &c.

19. Probatur primo, vtraq; supra posita illatio, hac à simili ratione deducta: posita in vno gratia habituali, vt decem, & in alio, vt quatuor, si iste vltimus meritorium opus efficiat, & non primus; eo quod ante Baptismũ decesserit, tunc vltimus per propria merita, & opera ius habet ad gloriã, tanquã ad præmiũ, non vto primus: ergo, quia de Beneficijs loquimur, tanquã de præmijs, quã operibus, & meritis, in genere causæ efficientis, correspondent, certẽ illi præferẽdi sunt, qui vtramq; dignitatẽ per modũ exercitij, & operationis possident; atqui soli Parrochi, æqualiter alijs docti, ac sunt noui oppositores, vtramq; vt experti, in officioque Parrochi diserti, possident per modũ operationis dignitatem, vt patet: ergo soli illi ius habent ad cufata Beneficia, per modum præmiij, adæquate consequenda: ergo in ratione adæquate causæ meritoria: Beneficij, tanquam præmiij, nullo modo pos-

ergo ij sub mortali præferendi sunt: ergo hjs maiora Beneficia sunt præstada, quia in pauca fuerunt fideles. Nec omitam doctif. Barbof. in citatū c. 18. sess. 24. Tri- dētini; vbi, pluribus relatis Authoribus, & grauibus, hãc expresse sustinet doctri- nam. Non ergo abiq; Patronis procedit præcedens veritas, quæ sola sufficeret. Et quia euidentis est (meo videri) eius præ- batio, & summaria aliquantulum hæc resolutio, à referendis alijs quampluri- mis abstinco.

15 Addunt etiam grauisimi, ideo- que non contemnendi Doctores; quod si primi, nouique concurrentes, sint do- ctiores, secundi autem, idest Parrochi, solum sufficienter docti, (iuxta cap. Quã- litas de electione, verb. conueniens; vbi Glos- sa sic ait: *Bene dicit, conueniens; quia suffi- cit, quod sit conuenientis scientia, licet non sit eminentis, vt dicitur, cap. cum nobis olim, 19. ibi: illius quoque literatura, licet non eminentis, tamen conuenientis, &c.*) experi- ti tamen, in officioque Parrochi disser- ti, ij præferendi adhuc sunt primis; vt videre est apud Valerium supra, Dia- nam in prædicto compendio in 4. editione, facta Valentia, 1. part. verb. Beneficium, nu- 14. &c. aliosque quamplures, de hoc tractantes.

Quod si contra hanc probabilissi- mam sententiam arguas inquirendo: cur excessus in dignitate, in ordine ad bo- num commune, in Parrochis, præpon- deret dignitati secundum se, (idest, scien- tiæ) in nouis oppositoribus repertæ; non vero è contra excessus in scientia, in istis nouis, præferri possit sufficienti dignita- ti Parrochorum in ordine ad bonum com- mune? Respondeo pro hac communi sententia, qua in hæc resolutione non ex- necessitate vtor, hoc ideo esse, quia est translatio de vno ordine ad aliū. In Par- rochis namque vtramque semper suppo- nimus dignitatem possessam; ob quam possessionis rationem semper Parrochi nouis sunt præferendi oppositoribus; qui, licet excedant in scientia respectu scientiæ ab vtrisque possessæ; non tamen excedere possunt simpliciter; quia respec- tu dignitatis in bonum commune, noui oppositores solam spem habent, non possessionem; vnde, quia spes meriti, & possessio eius non sunt in eodem ordi- ne, nulla potest fieri de spe ad possessio- nem comparatio, vt vulgo dicitur: *Mas*

vale pararo en la mano, que buytre bolan- do.

16 Ex his ergo deducitur primò, ve- rum omnino tenendum, scilicet, inter concurrentes ad Beneficia curata, non debere fieri comparisonem in rebus, seruitijs, ac prærogatiuis, ab officio Par- rochi non petitis. Circa quæ Hieronym. in cap. 1. Epistola ad Titum, sic habet: *At nunc cernimus plurimos hanc rem (idest ele- ctionem) Beneficium facere, vt non qua- rant eos, qui possint plus Ecclesie prodesse, sed quos, vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti.* Sic Hieronymus: ergo ad sola prædicta attendere debent Do- mini Examinatores, & Electores, ne alie- nis communicent peccatis, vt loquitur Tridentinum dict. cap. 1. sess. 24. & ne occasionem præbeant indignis ad similia officia, & Beneficia procuranda, ob seruitia, à prædictis officijs aliena; vt fecit quidam miles tempore Philippi Re- gis Secundi, qui pro Ducis, quam præ- tendebat, conducta, allegatis pluribus, tam à Patre suo, Auis, & Proauis, quam à se in bello gestis, videntique, post qua- tuor in Regis Curia annos, summa cum paupertate detentus, prædictam Ducis conductam effeminato cuidam, enseni adhuc cingere ignorant, fuisse datam, per Memoriale quoddam postulauit à Rege, vt Episcopatum illi præberet; quod miratus Rex, ipsumque ad eius præsentiam adducere iubens, de literis- que interrogans; respondit miles, se ad- huc Gramaticam ignorasse; postulasse tamen Episcopatum, quia vidit effemi- nato illi præstitam fuisse Ducis condu- ctam, ab effeminatis ita alienam, sicut à rebus, in bello gestis, Episcopatum. Om- nino ergo tenenda est posita resolutio: vnde Augustinus vbi supra, & Epist. 29. ad Hieronymum, non procul à fine, ait; *quis ferat eligi diuitem ad sedem honoris Eccle- siæ, contempto paupere instructiore, & dig- niore, vel sanctiore?* Ergo, &c. Illationem hanc, quam verissimam iudico, infra num. 19. probabo, simul cum alia, num. 18. apponendâ.

17 Pro nunc ergo referrenon de signati illatione quandâ, quâ quidâ huius Impe- ratoriæ Ciuitatis doctissimi mihi fecerunt; ergo (assererant) iddè ex posita re- solutione dicendū erit, si inter nouos op- positores adesset etiã doctissimus felicitis memoriæ Montefinus? Quâ illationem,

iuxta sententiã num. 13. rellatã, libenter concessi; & iuxta mensã resolutionẽ libentissimẽ. Plures namq; videtur idonei, & in rebus magnis maximã ostendunt prudentiã, rebus inferioris ordinis nõ ita aptam, video namq; plures, Prouincialis officio in Religionibus fungentes, illudq; satis exacte exerceres, qui tamẽ, ad Cõuẽntialis Prælati officium applicati, deficiunt, verbo, & opere fatetes, se ad similia inceptos esse officia; diuina enim requirit habilitatẽ practica, quã Theorica, vt patet. Itaq; doctis. Montesinus, de rebus, ad Parrochi officium pertinentibus, maxima iudicaret prudentia, ignoro tamen, an sicut iudicaret, ita opere adimpleret; licet maximam de recte officio Parrochi exequendo spem; præ alijs omnibus, fundaret. Cumque pro meritis tribuatur Beneficiũ, hæcque in Parochis, cõmuniter idoneis, rectis in eque officium Parrochi exercentibus, euidenti experientia constet, quæ, cum quacumq; meritorũ spe comparata, omnino præferri debent; ideo iddem, obiecta Montesini scientia, & prudentia, affirmandum iudico; quia de præmiandis loquimur meritis. Ad intentum ergo rediens.

18 Deducitur ex prædictis secundo, nullum ex nouis oppositoribus, illis scilicet, qui nunquam Parrochi officio functi sunt, dignũ esse existimandũ respectiue, idest, respectu illorũ, qui Parrochiale manus diserte adæquate, & cõplete, per egerunt, prout postulat Tridentinũ. Ducor ex eo, quod sufficiens dignitas respectiua, idest, respectu maioris dignitatis, necessario sit in eadẽ linea; in eodemq; ordine pensanda, & accipienda. V. g. si maior dignitas oppositorũ sit in ratione meritorũ, quæ possident, & experientia ipsa constant; tunc minor dignitas respectiua, idest, respectu maioris modo dicto, similiter accipienda est in ratione meritorũ possessorum; ita vt, sicut quis dignior est ob præclara merita possessa, ita dignus sit ille, qui merita, & si nõ ita præclara, possessa habet. Constat autẽ hoc, primo; quia est præposterus ordo (& sunt verba Bernardi ubi supr. *serm. 45. in Cantica, super illud. Laculus Noster Floridus, &c. col. & pag. mihi 705. lit. B. ante meritũ exigere præmiũ, & ante laborẽ sumere cibũ, &c.* Secundo constat etiã ex omni iure, ex quo constat, rem, iuste possessam, dominiũ, & sane perfectũ, in possi-

dentem transferre; quod dominiũ nullo modo cõfert spes sola, licet prudentissima, respectu rei, contingenter possidentis; ac proinde spes possidentis rei, & profectio eius iusta, ita sunt in diuersa linea, vt sola meritorũ spes, facta cõparatione cum possessione illorũ, nullũ ius tribuat, neq; actionem; & hoc dico, ex omni iure constare. Quibus sic positis, & à neminẽ, quẽ viderim, nõ admissis, sic posita probatio illatione: sola merita possessa possunt iussufficientia, & digna vocari respectu meritorũ, quæ egregia sunt, similiterq; possessa: ergo hæc maiora merita maiorem conferunt dignitatem in illũ, qui ea possidet, quã minora cõferunt merita, similiter possessa: ergo sola meritorũ spes nullam respectu meritorũ possessorũ valent dignitatẽ conferre: atqui, qui noui, recte resq; sunt oppositores, nunquam officio Parrochi functi, solã spem habent, & nõ possessionẽ meritorum, quæ, præter scientiam, ab omni iure, ad Parrochiale officium postulatur: ergo respectu taliũ, scilicet Parrochorũ, qui merita habent modo dicto, nullo modo sunt digni, qui noui, retentesq; sunt oppositores; licet secundu se, vt ait Doctus. Caietanus supra, digni sint, & possint esse etiam digniores respectu illorũ, qui similiter nunquam officio Parrochi functi sunt; quia scilicet in eodem ordine, ac linea comparantur. Ergo, &c.

19 Probatur primo, vtrãq; supra posita illatio, hac à simili ratione deducta: posita in vno gratia habituali, vt decem, & in alio, vt quatuor, si iste vltimus meritorium opus efficiat, & non primus, eo quod ante Baptismũ decesserit, tunc vltimus per propria merita, & opera ius habet ad gloriã, tanquã ad præmiũ, non vero primus: ergo, quã de Beneficijs loquimur, tanquã de præmijs, quæ operibus, & meritis, in genere causæ efficientis, & correspondent, certè illi præferendi sunt, qui vtrãq; dignitatẽ per modũ exercitij, & operationis possident; atqui soli Parrochi, æqualiter alijs docti, ac sunt noui oppositores, vtrãq; vt experti, in officioque Parrochi diserti, possident per modum operationis dignitatem, vt patet; ergo soli illi ius habent ad curata Beneficia, per modum præmiij, adæquate consequenda: ergo in ratione adæquate causæ meritorie Beneficij, tanquam præmiij, nullo modo pos-

rogor, vt mei dicti rationem reddam.

Igitur censuram Ecclesiastici illius, prout ad voluntatē spectat, libenter sustinens admitto; prout tamen respicit intellectum, iuxta Theologica, moraliaq; principia instructū, dico, illā esse nimis rigidam, ne falsam dicā; quod modeste ostendā, probando nunc scholastice, & methaphisice, quod iā sumarie respondi.

2 Probo igitur primo: nam si Ecclesia festiuitates, suo præcepto indictas, præciperet non seruari, auferret vtiq; ieiunandi obligationem, in Vigilijs talium festorum ab ipsa Ecclesia etiam impostam; quod nullus (saltem, vt probabilius) negabit; eo quod dicta ieiunia in honorem festorum ab Ecclesia sint imposta. Ergo iddem dicendum est in casu posito. Probatur Consequens, ex doctrina doctissimi Sanchez *lib. 4. sum. cap. 11. num. 54.* vbi, in principio, ait, easdem prorsus causas excusare à voto audiendi Sacrum, & ieiunandi, quæ ab Ecclesiæ præcepto de talibus rebus excusarent. Imò in fine prædicti num. sic habet: *Imò dicendum est, quemcumque morbi, quamcumque ve occasionem, iudicio prudentis excusantem à præcepto ieiunij, excusare similiter à voto; nec aliam causam desiderari voti vinculum, vt pore, quod semper iuxta simile Ecclesiæ præceptum interpretandum est;* sic Sanchez. Quod iddem, citatis Soro, Nauarro, Córdoba, Aragonio, Valentia, & Sā, docet generaliter idem Sanchez supra *num. 31.* Quodque *num. 65.* probat in voto ieiunandi Ferijs sextis; v.g. & dicit; quod, si Feria sexta incidat Vigilia Natiuitatis Domini, potest vouens scrotinam collationem, modo, ab Ecclesia consueto, efficere; nisi expresse oppositum intenderit; quia sic votum à vouente tunc factum, censetur; quod & alij ante, & post Sanctium, dixerunt; ergo, &c.

3 Probo iddem secundo; nam cessante causa motiua, & finali voti, cessat & ipsum votum; vt, rellatis Antonin. *cap. ex parte; el secundo num. 14. de conuers. coniugar.* Abbate in *cap. Magna, n. 14. de voto;* Tiraquel. Angelo, Syluestro, Azorio, & Emman. Rodrig. docet idem Sanchez supra, *cap. 2. n. 42.* quem & plures ex modernis sequuntur; inter quos omnes iddē egregie sustinet Suarez, infra ex professore referendus; atqui finis, causavē motiua vouentiū talia ieiunia, fuit celebritas talium festorum, vel Sanctorū, quæ nunc per

Potificium cessauit decretū: ergo, &c.

4 Quod si dicas, festiuitatem non fuisse causam principalem finalem, sed minus principalem. Respondeo primo, hoc pendere ex vouentium intentione; quæ quia clare non constat, interpretandum est votum in fauorem libertatis, vt infra ex doctissimo Suario dicam; & modo dico, vouentes præsumi se, minus quam possint, grauare; vt docet Doctiss. Lugo 1. *p. de principijs Theolog. Moralibus, q. 16. n. 102.* Nam in imponenda obligatione stricta facienda est interpretatio; *leg. Quidquid astringēda, ff. de verbor. oblig. & cap. Ex parte; de censibus;* vbi Abbas *n. 2. & 4.* probabiliter sequutus à Castro Pallao, & probabiliter (licet implicite) rellatus etiam à citato Lugo. Respondeo secundo; quod licet celebratio festiuitatis fuisset minus principalis causa motiua, si tamen, hac celebritate, à principio deficiente, populus non voueret ieiunium, vt certum est, & ipsa fidelium consuetudine comprobatur; tunc quocumque tempore postea deficiat, deficit etiam votum; vt expresse tenet Sāch. supr. *n. 40.* vbi hanc doctrinam infert ex sententia, quam cum Vazq. & alijs, sustinet *n. 38.* quamque veram dicit in omnibus dispositionibus voluntarijs; qualis est præsens difficultas; ergo, &c.

5 Probatur tertio; quia in nostro casu tam festiuitates, quam ieiunium fuerunt voto admissa per modum vnius obiecti, moraliter indiuisibilis; sed, quæ per modū vnius moraliter indiuisibilis obiecti voto acceptantur, cessante vna parte, licet alias sit in ea materia accidentalis, cessat in probabilissima sententia votum ipsum; ergo, &c. Minor (Maiore postea probanda) sic probatur. Tum ex sententia doctif. Basilij Legionensis; cum alijs pluribus *tom. de matr. lib. 4. c. 21.* vbi ait, quod, qui promissit, vel contraxit cum Maria, v.g. virgine, vel diuite, si & Mariam, & virginittatis, vel diuitiarū qualitatem per modū vnius obiecti respexit, & postea reperit, non esse virginem, vel esse pauperem, matrimonium sit nullū; quod sanè eleganter probat. Tum etiam; quia, qui à Confessore in pœnitentiā accepit ieiunium in pane, & aqua, & ob aliquam rationem nequit in pane, & aqua ieiunare, non tenetur ieiunare modo Ecclesiæ consueto; vt rectè Abbulensis *in suis sēlectis, disp. 15. numer. 3.*

& , ipsum sequutus, noster Leander 1. p. de Sacram. pag. 329. q. 75. ea ratione, quod, scilicet, tale ieiunium sit quid indiuiduum, & vt sic à Confessario imposi- tum. Tùm etiã; quia eadem ratione excusatur pœnitens à recitanda parte psalmodum pœnitentialium, si omnes recitare non valet; vt docet Thomas Sanchez lib. 1. Summa, cap. 19. num. 4. & ipsam referens, Noster Leander sup. pag. 327. q. 66. qui q. 65. ait, quod excusatus à recitandis lectionibus Matutini; non tenetur recitare Psalmos, etiam Feriæ, licet illos valeat recitare; eo quod Psalmi, & Lectiões se habeat per modum cuiusdã indiuidui. Quod admittit Sanctius Abbulensis, quando Matutinum est triũ nocturnorum. Tùm denique; quia, ob eandem rationem, excusatus pœnitens à genuflexione in recitatione pœnitentialium, in pœnitentiam imposta, non tenetur illos aliter recitare; vt docet Diana 3. p. tract. 4. resol. 55. Thomas Sanchez lib. 4. Sum. cap. 14. num. 26. Lugo de pœnit. disp. 25. num. 93. pag. 590. quos probat implicite Noster Leander pag. 328. col. 1. in principio. Quæ omnia ego docui tract. de monitorijs seu edictis publicis, §. 1. & 2. ergo satis probabilis est Minor propositio. Maiorem autem propositionem sic probò, ex doctrina doctissimi Trullench. rom. 1. Decalogi, lib. 2. cap. 2. dub. 10. num. 3. vbi ait, tunc materiam promissionis esse per modum vnus indiuiduabilis promissam, quando eius partes communiter diuidi non solent: (quod, & tenet Suarius, & etiam Legionensis, infra referendi.) Et rursus ait, quod in dubio de intentione promittentis, vel vouentis, illa iudicanda sit materia indiuidua, quæ communiter diuidi non solet: (quod etiam tenet Suarius, & satis doctè, de quò infra) atqui ieiunium Vigiliæ nunquam à solemnitate diei sequentis separatur: (licet aliquãdo anteponatur) ergo iudicanda est materia indiuidua. Vndè, & huius doctrinæ exemplum apponit Sanchez lib. 4. Summ. cap. 10. num. 7. in vouente ædificare Ecclesiam; qui, si rotam ædificare non possit, non tenetur ad partem; quando de hac in partem ædificanda non habuit intentionem expressam, vel quando est dubius, an talem intentionem habuerit. Quod etiam affirmat Villalobos 2. p. Sum. tract. 34. disc. 2. num. 9. & probat etiam Trullei h. supra.

Et ratio est; quia ædificium Ecclesiæ promitti censetur per modum vnus; quod antea dixerat Suarez, infra (vt dixi) referendus. Ergo, cum nec ab Ecclesia, nec à fidelibus soleat imponi obligatio ieiunandi Vigilia alicuius festi absque sequentis diei solemnitate, (quidquid de particulari sit casu, qui ad communem regulam trahendus non est; cum sicut de particularibus non datur scientia, sic nec regula detur) dicendum est, vtrumque per modum indiuidui cuiusdam promitti; ac proinde, deficiente solemnitate, quæ nostro in casu deficit, votum esse nullum respectu etiam ieiunij.

6 Argumentum hoc sic confirmo ex Legionensi lib. 4. de matr. cap. 20. num. 12. cuius verbis sic subscribo: *Sexto etiam colligitur quomodo sit philosophandum in votis. In illis enim attendendum est, quæ sit substantia, vel substantialis circumstantia illius voti in singulari, licet accidentaria sit ratio in illa materia. Nam ex vouentis intentione tantum confurgit obligatio. Hæc ille: qui paulo infra, hoc exemplificans, sic ait: *similiter, si aliquis voueat opus, existimans, esse facile, si reuera maior difficultas sit, quæ alicuius momenti, & consideratione digna censetur, aliter quàm ipse cogitabat, liber est à voto; quia actio illa vouendi versatur circa illa singularia, quæ reuera aliter se habent, quàm vouens existimabat. Sic Basilus: ergo saltem respectu illorum, qui Vigilia ieiunant, intuitu talis laboris cõpensandi cum solemnitate sequenti, nullum erit votum. Sed subsequitur sic Legionensis: *Item, si quis vouit ingredi Religionem aliquam, eamque non nimis asperam esse credebat: si nimis aspera sit, non tenetur voto in eam Religionem ingredi; neque in aliam, cum de alia votum non emiseric. Sic ille: ergo, cum nostro in casu nimis durum remaneat ieiunium, ablata festiuitate, cessabit votum in totum. Rursus subsequitur Legionensis hoc modo: *Item, qui vouit Religionem Carthusianorum, existimans, esse usum carnium in cibus, nulla eius voti obligatio est; nam licet statui, ac voto Religionis accidentaria sit ea asperitas maior, vel minor; attamen cum hæc actio circa singularia versetur cum suis circumstantijs, error ille pertinet ad substantiam huius voti. Sic ille. Ex quibus sic & ego: ergo, cum negari non possit, quod, vouentes in nostro casu ieiunium Vigiliæ, ad celebritatem sequentis diei attenderint, dicen-****

dum

omittere, excusari à tali ieiunio, solem-
nitate facti ablata, sicut à voto ingredi-
di Carthuziam excusatur, posita asperita-
te in cibo quadragesimali, falso antea
existimata. Deinde idem Legionensis
supra cap. 21. num. 9. loquens de voto
etiam per professionem, sic ait: *tantum
enim attendendum est id, cui inicitur, cum
promittit, quod ad conscientiam attinet. Qua-
re si quis Religionem ingreditur, existimans
sibi non comperere maioratum, aut non habe-
re hereditatem, unde viveret, alias expresse
non facturum, his rebus aliter se habentibus,
professio coram Deo nulla est. Imò, & existi-
mo audiendum ab Ecclesia, si de errore legiti-
mè constaret, videlicet, ex illius verbis, col-
loquijs, ac protestationibus, vel alijs, quibus
animum suum significasset ante professionem,
& reclamaret conuenienti tempore, scilicet,
intra quinquenium, iuxta Trid. aut restitu-
tionem impetraret à Pontifice. Et num. 10.
sic, ad propositum magis, habet: tertio
constat, quid dicendum sit, quando error est
causæ impulsivæ, siue finalis, in votis. Si enim
expresse nitatur intentio vouentis non tan-
tum causæ finalis voti, quæ pertinet ad sub-
stantiam actus, sed etiam causæ impulsivæ,
ita ut, eà non existente, nollit, reuera, non
existente etiam impulsivæ causæ, in foro
animæ nullum est votum; licet forsan in
foro exteriori aliter præsumeretur; at-
que ea fortasse est causæ decisionis in capit.
Magna; de voto, in principio, & sine;
ibi: ad hanc autem indulgentiam. Sic Ba-
silias: atqui luce clarius est, festiui-
tatem diei, cuius Vigiliæ ieiunium in
nostro casu voto admittitur, esse ad mi-
nus causam similiter impulsivam; ergo,
hac deficiente, nullum est votum ieiunandi
in foro conscientiæ; deficit au-
tem talis diei solemnitas per Pontifi-
cium decretum: ergo, &c.*

7 Probatur quarto eadem resolutio,
ex alio, communiter recepto, principio:
nam interueniente notabili rerum muta-
tione cessat obligatio voluntaria, etiam
homini facta, ab eoque acceptata: (De
quo videri possunt Thomas Sanchez lib.
4. sum. cap. 2. num. 33. & Trullench cum
alijs lib. 7. decalogi, tom. 2. cap. 17. dub. 7.)
atqui communi hominum æstimatione,
magna iudicatur celebritatis, seu festiui-
tatis mutatio: ergo, &c.

8 Probatur quinto: nam vota perpe-
tua, præcipue personalia, censentur facta
in honorem temporis; vt cum Suario,

Vazquio, & Sanctio tenet Trullench tom.
1. decalogi lib. 2. cap. 2. dub. 13. num. 22.
pag. 474. sed ista vota sunt perpetua; ergo
cessantur facta in honorem solemnitis
temporis: ergo, deficiente solemnitate,
deficient: ergo, licet prius factum fuerit
votum de seruanda festiuitate, & postea
de seruando ieiunio in eius Vigiliâ, ad-
huc erit nullum votum ieiunandi, abla-
ta festiuitate. Probatur hæc Consequen-
tiâ: nam tunc tale votum respexit ieiunium
Vigiliæ diei solemnitis, & festiui, ip-
sique alligatum fuit.

9 Quod sic sexto probatur ex alio
communi principio; scilicet, quod, ces-
sante principali, cesset etiam accesso-
rium; vt tenent communiter vtriusque
iuris DD. & Theologi, iuxta Reg. *Accesso-
rium, de reg. iur. in 6.* Quo posito, sic ar-
gumentor: sed ratio ieiunii est quid ac-
cessorium rationi solemnitis festiuitatis;
ergo, hac cessante, cessare debet ieiunandi
votum. Minorem sic probor: nam sic
se habet in præsentis votum ieiunandi,
(quod negari non potest, vt magis pro-
babile, factum fuisse festiuitatis intuitu)
respectu ipsius festiuitatis, sicut se habet
votum ingrediendi hoc, v. g. Monaste-
rium ex peculiari ad illud affectu, & vo-
tum confitendi, intuitu lucrandi lobi-
læum: sed vouens ingredi tale Monaste-
rium modo dicto, excusatur à voto, si
in tali Monasterio non admittatur, iux-
ta sententiam D. Thomæ, infra referen-
di, quem omnes sequuntur; & similiter
vouens confiteri intuitu lucrandi lobi-
læum, excusatur à voto, si lobilæum au-
feratur, vel si aliàs diligentias ad illum
lucrandum facere non possit, iuxta Do-
ctissimum Suarium, cum communi sen-
tentia, infra etiam referendum; & hoc
quia vel in vtroque casu votum fuit con-
ditionatum, vel accessorium: ergo simili-
ter vouens ieiunare festiuitatis intuitu
(quod in casu præsentis, vt fere certum,
negari non potest) à voto excusabitur,
si festiuitas, quæ principalis est, auferatur;
aufertur autem de facto per Pontifi-
cium decretum: ergo, &c.

10 Confirmatur hoc primò, proban-
do rursus Minorè propositionem cū Ma-
iori, hoc vnico exemplo, deducto ex sen-
tentia Doctiss. Sanchez lib. 6. sum. cap. 8.
num. 2. vbi ait, dispensationem Pontifi-
cis, datam Apostatis, vt ministrarent in
Ordine Sacro, in apostasia suscepto, ex-
ten-

tendi etiam, vt possint ad Superiores Ordines ascendere; nam (inquit Sanchez) licet dispensatio sit stricte interpretanda, extenditur tamen, per se ad ea, quae sperari possunt, quando is, cum quo dispensatur, non erat, ante dispensationem, per se inhabilis ad accessorium, sed ad solum principale; & quia circa vltim. Ordinis Sacri, in Apostasia suscepti, tanquam circa principale, erat impeditus, & rationabilis non vsus, erat accessorie impeditus ad Superiores Ordines ascendere; ideo (inquit) dispensatus, seu per dispensationem excusatus a principali, scilicet, non vsu, dispensatus etiam censetur in accessorio, videlicet, in impedimento ascendendi ad Ordines superiores; quia, cessante principali, cessat etiam accessorium. Sic Sanchez. Ex quo sic argumentor: illud est accessorium, quod, non ratione sui, sed ratione alterius fit; (vnde, & Apostata priuatus accessorie dicitur ad ascendendum ad Ordines Superiores, ratione priuationis vsus Ordinis Sacri, in Apostasia suscepti) sed votum illud ieiunandi praedictis Vigiliis factum fuit ratione celebritatis, vt satis probabiliter ostendi; ergo est accessorium: ergo, sicut Apostata ille, liber effectus per Pontificiam dispensationem a principali, scilicet, a priuatione vsus Ordinis Sacri, in Apostasia suscepti, liberatur etiam ab accessorio, videlicet, a priuatione ascendendi ad Ordines vltiores; sic vouentes talia ieiunia, excusati-que, per Pontificis praecipuum decretum, ab obseruatione, & celebritate festorum, vt a principali, excusabuntur etiam ab accessoria ieiunandi talibus Vigiliis obligatione.

11 Confirmatur hoc secundo: nam Noster Doctissimus Leander tom. in quinque Eccles. praecip. pag. 191. q. 12. sic pro quaestione titulo habet: *An ex iure abstinendum sit a carnibus in triduo Rogationum?* Pro responsione autem sic: *Respondeo, tanquam certum; quod licet olim esset abstinendum ex iure, vt ex dictis constat; nunc vero nullo modo. Quia abstinencia a carnibus erat olim praecipua in triduo Rogationum, eo quod dictis diebus erat praecipuum ieiunium: ergo, abrogato praecipuo de ieiunio, cessauit obligatio abstinendi a carnibus: ergo ex iure nunc nullo modo remanet talis obligatio, etiam apud eos, apud quos remansit, in dictis diebus, abstinencia a carnibus; quia hac ex con-*

suetudine censenda est remansisse; vt denotat Couarrub. loc. cit. num. 16. & clare docet Pasqualigus decis. 79. citato num. 7. Sic Noster Leander. Ergo, sicut ablato praecipuo ieiunandi talibus tribus diebus, quod est principale, locum non habet sub praecipuo abstinencia a carnibus, tanquam accessorium, vel quasi accessorium; sic, ablato voto seruandi die aliquo tanquam festum, pro cuius honore fuit accessorie factum votum, vel extensum ad ieiunandum in Vigilia talis diei, tanquam accessorium; aufertur vtique ieiunandi obligatio. Atqui primum dicit certum Noster Leander, & bene: ergo, & ego, tanquam certum, possum, quod resolutum est, affirmare.

12 Hanc resolutionem plures huius Complutensis Academiae Magistri, vtriusque iuris DD. comprobauerunt: quidam vt certam; alij vt satis probabilem; & tandem alij vt probabilem, & in conscientia tutam. Et hoc post varias ab ipsis replicas factas; vt possum dicere, illam, quia per ignem transiit, & aquam, in veritatis refrigerium fuisse deductam. Quam denique (quia quidam illam singularitatis nota notauit, nouiterque introductam, nullo alio, nisi me, patrono, illi primo fauente) existimo in doctrina Sapientissimi Suarij clare contineri; quod sic proba: igitur Suarius tom. 2. de Relig. lib. 2. tractatus sexti, cap. 2. nu. 7. admittit nullitatem voti primo, quando materia eius est vnum totum indiuisibile, & aliqua, quasi eius pars est impossibilis, quod explicans sic ait: *quia tunc vel nulla sunt partes; vel non vouentur secundum se, sed tantum vt componant totum* Numero autem duodecimo, loquens de intentione vouentis, sic habet: *tunc ergo quocumque modo sit impossibilis materia; ratione vnius partis, vel modi, etiam accessorie, votum ad nihil obligat. Tum, quia tunc intenditur totum illud obiectum per modum vnius indiuisibilis. Tum etiam; quia consensus circa vnam partem possibile tunc non est absolutus, sed virtute est conditionatus.* Quod autem loquatur Suar. de impossibilitate morali, & quae, post votum, ex libera, ab extrinseco aduenit voluntate, probat num. 13. exemplo, quod adducit Angelicus Praceptor; communiter receptus, q. 88. art. 3. ad 2. & q. 189. art. 3. ad 2. Exemplum autem, a me iam supra rellatum, & hic, claritatis gratia, nouiter repetendum, est in il-

eo, quòd cum Sum. Pontifex non procedat deffiniendo, seu determinando rem, sed solum declarando, procedit vti que vti Doctòr, licet omni exceptione maximus. Quòd non tollit contrariam communemque sententiam. Quæ, sicut in eo casu subsistit, ob rationes, Doctòrumque authoritatem, cur nostro in casu, in quo nec rationes, nec DD. defficiunt consensus, stare non debet solutio posita, nulla, Pontificis etiam, declaratione, in contrarium extante, nisi solum præfatorum DD. authoritate. Quàm sicut nos probabilem non negamus, iustum, & debitum est, vt ipsi, quòd hic resolutum est, probabile etiam dicant: quòd negari nõ potest in communi sententia, cum D. Thom. asserente, illam esse probabilem sententiam, quàm duo, vel tres DD. Clatici, & moderni, perpenfis omnibus difficultatibus, sustinent, præsertim quoad mores. Imò, si sex similes DD. illam affirmant, iam potest appellari communis, teste Nauarro cum alijs, vt hoc in opusculo dicam: atqui plusquam duodecim hæc resolutionem veram, & certam dicant: ergo, &c. Sicque iudico, salua, &c.

CASVS QVADRAGESIMUS tertius.

INter duos Doctores sequens (*7 sobre la pñesta*) versabatur contentio: Vnus dicebat, se daturum alteri centum aureos, si ego illi sufficientissimè, & extra opinionem, ad inferius interroganda responderem; & si sic non satisfacerem, ille alter Doctòr sibi centum similiter aureos esset daturus: Altercatio duplici concludebatur interrogatione. Prima erat: an in Vigilia Natiuitatis Domini possit quis nocte eandem quantitatem rerum, in collatione permissarum, de piscibus, & ouis comedere? Secunda: an, hæc posito, possit quis in tali die mane comedere, & etiam meridie, & nocte eandem? En casum, cuius resolutio quoad obligationem, disunctiue mutua, soluendi centum aureos, à meâ solutione euidenti dependet; quæ si talis fuerit pro vtroque interrogato, negatiuam, & certam partem conuincens, tenebitur vnus ille Doctòr centum soluere. Si vero, non fuerit euidens, excusabitur; & alter centum soluere astringetur.

Proponuntur pro primo, & secundo dubitandi rationes.

1 **Q**UOD primum, in quæstione quæsitum, pro parte affirmatiua faciunt; quæ sequuntur rationes. Prima sic se habet: Præceptum ieiunij saluari nequit sine essentia eius, idest ieiunij; atqui de essentia ieiunij est vnica cõmestio: ergo sine carentia iterata cõmestionis dari nequit ieiunium: ergo si intra diem, quo ieiunij præceptum viget, detur duplex cõmestio, non erit ieiunium: atqui serotina collatio in nocte Natiuitatis in tanta potest esse quantitate, vt æquualeat meridiana cõmestioni, vt patet: ergo non seruetur tunc essentia ieiunij: ergo non adest tunc ieiunandi præceptum: ergo, semel sumpta, in magna quantitate, collatione, poterit quis de piscibus, quantum voluerit, comedere.

2 Secunda ratio est: si quis in die ieiunij mane ignoranter comedat, & postea, eadem perseverante ignorantia, meridie prandium faciat, & postea recordetur, esse diem ieiunij, excusatus manet licite ab abstinendo à cibo, in cena, vel quoties in tali die voluerit, sumendo; iuxta probabilem DD. sententiam: atqui hoc probabile est, ea præcisa ratione, quia duplex in die ieiunij cõmestio contra ipsius ieiunij militat essentiam: ergo, si serotina illa, in Natiuitatis Vigilia, collatio in tanta valet esse licite quantitate, vt superet etiam meridiana cõmestionem, illa semel sumpta, ab abstinendo in posterum, pro eadē die, à piscibus, & alijs cibis in die ieiunij concessis, liber erit: ergo, &c.

3 Pro secundo autem, in quæstione quæsitò, faciunt similiter rationes sequentes. Prima est: posita de morbo, ad vesperum diei ieiunij venturo, reuelatione, posset mane quis comedere, simul & meridie, eo quod infirmitas aduentura deobligauit ex tunc à ieiunio, vt suppono: atqui non ita incomparabilis est cum ieiunio, & si non ieiunandi facultatem præbeat, aduentura infirmitas, ac est iterata cõmestio: ergo si in Vigilia Natiuitatis Domini facienda est duplex refectio, poterit quis mane ipsius diei comedere.

4 Secunda ratio est: valde probabilis

lis est sententia, affirmans, illum, qui in die ieiunij (mane v.g.) implet vigesimum primum annum, excusari pro ea die à ieiunio; eo quod tempus vnus diei integri sit veluti indiuidua materia præcepti ieiunandi; excusatus autem à parte diei, à tota excusatus censetur. Deinde; qui est in loco, vbi ex voto seruatur ieiunium, & determinatus est ad conferendum se, intra quatuor horas, v.g. ad locum alium, vbi talis obligatio non viget, potest, antequàm à primo loco exeat, ientaculum sumere, iuxta probabilem sententiam, ea præcisa ratione, quod, cum integra dies sit veluti indiuidua præcepti ieiunij materia, excusatus à parte talis diei, à toto die excusatus censetur; atqui non minus cessat ieiunij obligatio, per duplicem in die licitam commestionem, ac cessat per defectum ætatis in parte illius diei, & per mutationem loci, in quo viget obligatio, ad locum, vbi nulla obligatio reperitur: ergo, si in duobus casibus assignatis potest anticipare comedere, poterit etiam in Vigilia Natiuitatis Domini mane ientaculum sumere.

5 Sed dices contra: qui reuelationem haberet, se ad Vesperum in die ieiunij moriturum absque antecedenti infirmitate, excusante illum à ieiunio, teneretur nihilominus ad ieiunandum vsque ad Vesperum: ergo, licet in Vespere die Vigiliæ Natiuitatis sciat, se sumpturum licitè tantum cibi, quantum ad tollendum ex tunc præceptum ieiunij sufficiat, tenebitur nihilominus ad abstinendum à duplici commestione vsque ad Vesperum.

6 Sed primò, Respondebit quis negando Consequentiã: eo quod sit dispar ratio. Nam in casu Vigiliæ Natiuitatis philosophatur de subiecto supponente; siquidem remaneat persona, vel subiectum, in quo excusatio ieiunij possit assignari; ac proinde actio ad non ieiunandum; in casu autem de reuelatione mortis, est argumentatio de subiecto non supponente; siquidem à tempore, vel instanti mortis, non manet subiectum, quod excusari possit à ieiunio, & in quo actio, seu ius ad non ieiunandum possit fundari. Cumque posse anticipare (scilicet primo mane) comedere, proueniat ex iure, & actione, quam habiturus est certo post Vesperum, qui duplicè licitè cõ-

mestionem facturus est, sicut in Natiuitatis Domini Vigilia, ideo qui incolumis superest, valet eo iure anticipare vti; qui autem vitam acturus est, minimè; quia post mortem nullum acquiri valet ius, si quidem nullum supponatur subiectum, in quo tale ius possit fundari. Vnde partitio illa diei ieiunij in eo, qui ad Vesperum moriturus est, est partitio negatiua; hoc est, non est pars diei respectu illius, quia non datur ille respectu partis diei. Ad hoc autè, vt moriturus Vespere diei ieiunij posset mane ientaculum sumere, deberet dies illa partiri, seu diuidi priuatim, hoc est, remanente subiecto apto, vt pro parte illius diei licitè priuaretur obligatione ieiunandi.

7 Secundo respondebit quis concedendo totum, ductus ex eo, quod re vera ille, ad Vesperum moriturus, nõ ieiunauit die integra: Sed hoc non admitto. Nam, re vera, ille non fregit ieiunium, siquidem sola vna commestio antecessit mortem. Quòd autem deficiat dies integer respectu illius, hoc non est, quia deficiat obligatio priuatim, hoc est, in subiecto apto ad nõ ieiunandum; sed negatiue, vt dicebat primò respondens. Quare primæ solutioni adhæreo; fatendo nihilominus in prædicto casu, ex intentione piæ Matris Ecclesiæ, illum, ad Vesperum certo moriturum, esse ab obligatione ieiunij exemptum; non solum ob conturbationem ab imminente morte, quantum de se est, causandam; vt in suspendendis latronibus contingit; sed præcisè, quia præsumitur, piam Matrem Ecclesiam nolle in prædicto casu talem ad ieiunium obligare. Ad intentum tamen rediens sit.

8 Tertia tandem ratio: qui ad Vesperum diei ieiunij sexagesimum annum impleturus est, (licet alias sanus sit, potensque ieiunare) poterit nihilominus mane, & meridie cibum sumere, vt ego probabile existimo; non solum, quia paruum illud tēporis spatium, ante impletum phisicæ, & mathematicæ, sexagesimum annum, pro nihilo reputetur; sed stando in rigore præcepti: ergo idem poterit efficere quicumque in Vigilia Natiuitatis Domini: ergo poterit mane, & meridie comedere, ex eo præcisè, quod post Vesperum mansurus sit liber à ieiunio, ob duplicem antecedentem commestionem licitè factam, pugnantemque cū essentia ieiunij.

co, quòd cum Sum. Pontifex non procedat deffiniendo, seu determinando rem, sed solum declarando, procedit uti que ut Doctor, licet omni exceptione maximus. Quòd non tollit contrariam communemque sententiam. Quæ, sicut in eo casu subsistit, ob rationes, Doctorumque auctoritatem, cur nostro in casu, in quo nec rationes, nec DD. defficiunt consensus, stare non debet solutio posita, nulla, Pontificis etiam, declaratione, in contrarium extante; nisi solum præfatorum DD. auctoritate? Quàm sicut nos probabilem non negamus, iustum, & debitum est, ut ipsi, quòd hic resolutum est; probabile etiam dicant: quòd negari nõ potest in communi sententiã, cum D. Thom. asserente, illam esse probabilem sententiam, quàm duo, vel tres DD. Classici, & moderni, perpensis omnibus difficultatibus; sustinent; præsertim quoad mores. Imò, si sex similes DD. illam asserunt, iam potest appellari communis, teste Navarro cum alijs, ut hoc in opusculo dicam: atqui plusquam duodecim hæc resolutionem veram, & certam dicunt: ergo, &c. Sicque iudico, salva, &c.

CASVS QVADRAGESIMUS tertius.

Inter duos Doctores sequens (*y sobre la pñesta*) versabatur contentio: Vnus dicebat, se daturum alteri centum aureos, si ego illi sufficientissimè, & extra opinionem, ad inferius interroganda responderem; & si sic non satisfacèrem, ille alter Doctor sibi centum similiter aureos esset daturus. Altercatio duplici concludebatur interrogazione. Prima erat: an in Vigilia Natiuitatis Domini possit quis nocte eandem quantitatem rerum, in collatione permissarum, de piscibus, & ouis comedere? Secunda: an, hoc posito, possit quis in tali die mane comedere, & etiam meridie, & nocte cenare? En casum, cuius resolutio quoad obligationem, disunctiue mittam, soluendi centum aureos, à mea solutione evidenti dependet; quæ si talis fuerit pro utroque interrogato, negatimam, & certam partem convincens, tenebitur vnus ille Doctor centum soluere. Si vero, non fuerit evidens, excusabitur; & alter centum soluere astringetur.

Proponuntur pro primo, & secundo dubitandi rationes.

1 **Q**UOD primum, in quæstione quæsitum, pro parte affirmatiua faciunt, quæ sequuntur rationes. Prima sic se habet: Præceptum ieiunij saluari nequit sine essentia eius, idest ieiunij; atqui de essentia ieiunij est vnicacõmestio: ergo sine carentia iteratæ cõmestionis dari nequit ieiunium: ergo si intra diem, quo ieiunij præceptum viget, detur duplex cõmestio, non erit ieiunium: atqui serotina collatio in nocte Natiuitatis in tanta potest esse quantitate; ut æquiualeat meridiane cõmestioni, ut patet: ergo non seruatur tunc essentia ieiunij: ergo non adest tunc ieiunandi præceptum: ergo, semel sumpta, in magna quantitate, collatione, poterit quis de piscibus, quantum voluerit, comedere.

2 Secunda ratio est: si quis in die ieiunij mane ignoranter comedat, & postea, eadem perseverante ignorantia, meridie prandium faciat, & postea recorderetur, esse diem ieiunij, excusatus manet licitè ab abstinendo à cibo, in cena, vel quoties in tali die voluerit, sumendo; iuxta probabilem DD. sententiam: atqui hoc probabile est, ea præcisione, quia duplex in die ieiunij cõmestio contra ipsius ieiunij militat essentiam: ergo, si serotina illa, in Natiuitatis Vigilia, collatio in tanta valet esse licitè quantitate, ut superet etiam meridiam cõmestionem, illa semel sumpta, ab abstinendo in posterum, pro eadem die, à piscibus, & alijs cibus in die ieiunij concessis, liber erit: ergo, &c.

3 Pro secundo autem, in quæstione quæsito, faciunt similiter rationes sequentes. Prima est: posita de morbo, ad vesperum diei ieiunij venturo, reuelatione, posset mane quis comedere, simul & meridie; eo quòd infirmitas aduentura deobligauit ex tunc à ieiunio, ut suppono: atqui non ita incompatibilis est cum ieiunio, & si non ieiunandi facultatem præbeat, aduentura infirmitas, ac est iterata cõmestio: ergo si in Vigilia Natiuitatis Domini facienda est duplex refectio, poterit quis mane ipsius diei comedere.

4 Secunda ratio est: valde probabilis

lis est sententiã, affirmans, illum, qui in die ieiunij (mane v.g.) implet vigesimum primum annum, excusari pro ea die à ieiunio; eo quod tempus vnius diei integri sit veluti indiuidua materia præcepti ieiunandi; excusatus autem à parte diei, à tota excusatus censetur. Deinde; qui est in loco, vbi ex voto seruatur ieiunium, & determinatus est ad conferendum se, intra quatuor horas, v.g. ad locum alium, vbi talis obligatio non viget, potest, antequã à primo loco exeat, ientaculum sumere, iuxta probabilem sententiã, ea præcisa ratione, quod, cum integra dies sit veluti indiuidua præcepti ieiunij materia, excusatus à parte talis diei, à toto die excusatus censetur: atqui non minus cessat ieiunij obligatio, per duplicem in die licitam commestionem, ac cessat per defectum ætatis in parte illius diei, & per mutationem loci, in quo viget obligatio, ad locum, vbi nulla obligatio reperitur: ergo, si in duobus casibus assignatis potest anticipare comedere, poterit etiam in Vigilia Natiuitatis Domini mane ientaculum sumere.

5 Sed dices contra: qui reuelationem haberet, se ad Vesperum in die ieiunij moriturum absque antecedenti infirmitate, excusante illum à ieiunio, teneretur nihilominus ad ieiunandum vsque ad Vesperum: ergo, licet in Vespere die Vigiliæ Natiuitatis sciat, se sumpturum licitè tantum cibi, quantum ad tollendum ex tunc præceptum ieiunij sufficiat, tenebitur nihilominus ad abstinendum à duplici commestione vsque ad Vesperum.

6 Sed primò, Respondebit quis negando Consequentiam: eo quod sit dispar ratio. Nam in casu Vigiliæ Natiuitatis philosophatur de subiecto supponente; siquidem remaneat persona, vel subiectum, in quo excusatio ieiunij possit assignari; ac proinde actio ad non ieiunandum; in casu autem de reuelatione mortis, est argumentatio de subiecto non supponente; siquidem à tempore, vel instanti mortis, non manet subiectum, quod excusari possit à ieiunio, & in quo actio, seu ius ad non ieiunandum possit fundari. Cumque posse anticipare (scilicet primò mane) comedere, proueniat ex iure, & actione, quam habiturus est cerro post Vesperum, qui duplicè licitè cõ-

mestionem facturum est, sicut in Natiuitatis Domini Vigilia, ideo qui incolumis superest, valet eo iure anticipare vti; qui autem vitam acturus est, minimè; quia post mortem nullum acquiri valet ius, si quidem nullum supponatur subiectum, in quo tale ius possit fundari. Vnde partitio illa diei ieiunij in eo, qui ad Vesperum moriturus est, est partitio negatiua; hoc est, non est pars diei respectu illius, quia non datur ille respectu partis diei. Ad hoc autè, vt moriturus Vespere diei ieiunij posset mane ientaculum sumere, deberet dies illa partiri, seu diuidi priuatiuè, hoc est, remanente subiecto apto, vt pro parte illius diei licitè priuaretur obligatione ieiunandi.

7 Secundò respondebit quis concedendo totum, ductus ex eo, quod re vera ille, ad Vesperum moriturus, non ieiunauit die integra. Sed hoc non admitto. Nam, re vera, ille non fregit ieiunium, siquidem sola vna commestio antecessit mortem. Quòd autem deficiat dies integer respectu illius, hoc non est, quia deficiat obligatio priuatiuè, hoc est, in subiecto apto ad non ieiunandum; sed negatiuè, vt dicebat primò respondens. Quare primæ solutioni adhæreo; fatendo nihilominus in prædicto casu, ex intentione piæ Matris Ecclesiæ, illum, ad Vesperum certo moriturum, esse ab obligatione ieiunij exemptum; non solum ob conturbationem ab imminente morte, quantum de se est, causandam; vt in suspendendis latronibus contingit; sed præcisè, quia præsumitur, piã Matrem Ecclesiam nolle in prædicto casu talem ad ieiunium obligare. Ad intentum tamen rediens sit.

8 Tertia tandem ratio; qui ad Vesperum diei ieiunij sexagesimum annum impleturus est, (licet alias sanus sit, potensque ieiunare) poterit nihilominus mane, & meridie cibum sumere, vt ego probabile existimo; non solum, quia paruū illud tēporis spatium, ante impletum phisice, & mathematicè, sexagesimum annum, pro nihilo reputetur; sed stando in rigore præcepti: ergo idem poterit efficere quicquid, que in Vigilia Natiuitatis Domini: ergo poterit mane, & meridie comedere, ex eo precisè, quod post Vesperum mansurus sit liber à ieiunio, ob duplicem antecedentem commestionem licitè factam, pugnantemque cū essentia ieiunij, Hn-

9 Huiusmodi rationes vtrumq; quasi-
rū non leniter probare videntur; & cer-
rē (vt à se digno audiu) primum quasi-
tum aliqui dubitarunt; sed non ego; inō
iudico, nullam doctū, re benè inspecta,
in tale delirium prolapsurum. Et credo,
illos ob non inuentā ad prædictas ratio-
nes solutionem, oneri dubitationis su-
cubuisse. Quare ego, qui, meo videri, eui-
dentē inuenio solutionē, adhuc retentis
prædictis opinionibus, à succumbendo
prædicto dubitationis, apparenti tan-
tum, oneri ab illo. Sit igitur.

CASVS RESOLVTIO

pro primo, & secundo.

10 **D**ico ergo, nec primum, nec se-
cundū, in quæstione quæsitā,
posse sustineri. Quare, ad omnia respon-
dendo, dico; in præcepto ieiunij, iā recep-
to, à fidelibus, & esse considerandā vim,
& rationem præcepti ad abstinendum; &
esse considerandā Fidelium consuetudi-
nem de obseruatione talis abstinentiæ, ex
vi præcepti primo introducæ. Rursus at-
tendi etiam debet, in tali præcepto esse
vim, & efficaciam ad abstinendū ab ite-
rata cōmestione pro tota die, & simili-
ter pro qualibet parte diei: & supra hoc
totum cadit Fidelium consuetudo, tale
præceptum obseruantū. Deindē notan-
dum est, quod ratione consuetudinis in-
troducā fuit licentia ad faciendā seroti-
nam collationē; cū fundamēto quidem
in ea quantitate, ne potus, sine quo mo-
raliter fideles non possunt transire vitā,
noceret; absque iusta ratione tamen, in
quantitate octo vnciarum. Quæ (& si par-
ua reputeretur quantitas respectu ieiunij,
est tamen iuste præscripta contra abstine-
tiam iteratæ cōmestionis, per præcep-
tū intentatā, & inductā. Quibus positis.

11 **D**ico, quod, cū ratione consuetu-
dinis introducā fuerit licentia ad cola-
tionē magnā in Vigilia Natiuitatis, con-
suetudo autem solum excuset à peccato
in eo, quod introductum est, remaneat
obligatio obseruandi omne aliud, quod
per consuetudinē ablatū non fuit; rema-
net ergo obligatio abstinendi, vltra vni-
cam cōmestionem meridianam, pro re-
liqua parte diei vsq; ad tempus colatio-
nis; & remanet etiā obligatio abstinendi
ab omnibus alijs, quæ consuetudine in-
troducā nō sunt. Hæc tamen obligatio,
non oritur directē ratione præcepti, cō-
tra quod directē militat iterata cōme-
stio; oritur tanē ex cōsuetudine fidelium,

ad præceptū antea subsequuta; & sic ra-
tionē illius consuetudinis, cōseruātis præ-
ceptū in ratione abstinentiæ solū, & non
in ratione ieiunij, obligantur fideles; pri-
mo, ad abstinendū extra tēpus illud; pro-
quo non viget contraria consuetudo, li-
centiam præbens; secundo, ad abstinē-
dum etiam ab illis cibis, circa quos non
adest consuetudo facultatem tribuens.

12 **E**xplicatur hoc clarius: præceptum
ieiunij, & secum affert abstinentiā taliū
ciborū, & etiā abstinentiā, quæ ieiunium
constituar. Deindē affert similiter secum
macerationē carnis, & talē scilicet mace-
rationē, qua ieiunij saluetur essentia. Et
supra has rationes cecidit fidelium consue-
tudo, cū intentione se obligādī, iuxta na-
turā præcepti. Fateor ergo, præceptum,
quoad abstinentiā ieiunij violari; sed ne-
go, illud esse ablatū, quoad illā abstinen-
tiā, quæ per fidelium consuetudinē intro-
ducta fuit, vel, quæ ex fidelium anteceden-
te consuetudine remansit. Quapropter,
si quis in colatione pisces commederet,
frangeret præceptū abstinendi tunc à pis-
cibus, & c. si vero manē, & meridie com-
mederet, frangeret etiā præceptū; nō iei-
unij formaliter loquendo, quod pro to-
ta die vnicā solū admittit cōmestionem;
sed abstinentiæ à duplici cōmestione pro
toto tēpore talis Vigiliæ vsq; ad tempus
collationis. Vel deniq; (quod certissimū
iudico) frangeret consuetudinē, antea ia-
re graui introducā, & permanentē mo-
do, abstinēdi scilicet à duplici cōmestio-
ne, ante tēpus colationis, & post illam.

13 **P**robatur hoc à simili in præcepto
abstinēdi à carnibus; quod prohibet om-
ne id, quod caro est. Et nihilominus, po-
sita consuetudine cōmestionis intestinali
animalium, remanet præceptum alia-
rum rerū, quæ caro sunt. Quod si dicas,
hoc esse petitionē principij. Respondeo,
ad minus, remanere cōsuetudinē, intuitu
præcepti abstinēdi à carnibus, primo in-
troducā sub graui obligatione, & solum
quoad intestinalia animalium per nouā cōsue-
tudinē derogatā. Et hoc sufficit, vt sem-
per verū teneat, non licere in colatione
Vigiliæ Natiuitatis pisces edere, nec ma-
ne, & meridie cōmestiones facere.

14 **Q**uare quādo aliqui DD. aliquid af-
firmāt, ex quo sequi videtur aliud cōtra
præceptum aliquod, Ecclesiæ, v.g. quod
tamē præceptū prædicti DD. obseruandū
esse testātur; non sufficit ad admitte-
ndā sequellam, quod alij solutionem non in-
ueniant; quia hæc probabilitas solum

est probabilitas negativa, sed requiritur, quod in sequella illata verificetur in rotatione, in qua opinio, ex qua infertur illatio, fundatur. Cumque in prædictis opinionibus, (& si probabilibus) ex quibus utrūq; in quaestione quaeritū, affirmatiue inferri intentatur, nulla sit ratio consuetudinis, quæ in præcepto ieiunij, pro Vigilia Natiuitatis Dñi, locū tenet, aduertere debebant, qui pro primo, dubitabant, nō esse casum similem, vt ex dictis constat. Et certe in his, quæ ad mores tā immediatè spectant, necessaria est maxima prudentia; ne inconsideranter, & iniuste introducatur licentia. Fiet namq; vt, sicut iusti Abel sanguinem, de manu fratris eius, Deus requiuit, sic de manu nostra requirat Deus sanguinem (vt sic loquar) præceptorum eius; vel (proprius loquendo) vindictam sumat iustus iudex de nobis, parcendo discipulis, quia bona fide procedentibus. Quare valde timere debemus illud rigidum Apostoli dictum, scilicet: *Ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.*

15 Sic similiter quodaam trepidare vidi, imo & aliquantulum oneri fortis dubitationis succumbere, in alio fere simili; in quo tamen nulla est timendi occasio. V.g. Probabilis est sententia, affirmans, posse quem animo excusadi se à ieiunio in ludo pileæ se exercere. Ex qua tamen sententia non licet inferri sic: ergo licitū erit in festiua die, intra tempus matutinum se absentare à loco, vel villa, &c. sic que longe existens, à præcepto audiendi Sacrum se licitè eximere. Quam illationem, si qui timerent, trepidarent utique à sonitu mouentium foliorum. Vidi tamen aliquos sic repidantes ob sequentē probationem. Probatur ergo illatio, hoc modo: nam ideo in primo casu excusatur ille ludens à ieiunio, quia, licitè ludens, ira, intra tempus diei ieiunij, fatigatus est, vt ratione talis fatigationis, secundum se, ieiunare non teneatur: ergo ideo in casu illationis erit ab audiendo Sacro excusatus, quia iter faciens, in tanta distantia positus est, vt illa sufficiat ab auditione Sacri excusare. Probatur Consequens: nam sicut de se adest licitus pileæ ludus, sic est secundum se licitum ad agrū recreationis causa pergere. Rursus: non minus absentia ab oppido, cum impossibilitate redeundi intra tempus aptum ad Missam, excusat ab auditione illius, ac excusat grauis defatigatio à præcepto ieiunij: ergo sicut, ob recreationē naturæ,

licite ita ludit quis in die ieiunij, vt, posita fatigatione, excusetur à ieiunio, sic licitè iter agere quis poterit ad agrū, causa recreationis, vt, posita similiter magna ab oppido distantia, de se incōpatibili cum auditione Sacri, ab illo audiendo excusetur.

16 Ob probationē istam, vidi quosdā (vt dixi) aliquantulum dubitare; & illa fere conuictos, vel negare positā sententiā; vel illationē prædictā, ex illa sequentiā, aliquantulum admittere. Sed miror sane, quomodo Leonē ex istiment ouē mā suetissimā. Igitur pro euidēti solutione.

17 Dico (negando prius sequellā, vt falsissimam) diuersissimam esse rationē adhuc opinione illa, vt probabili, retenta. Et in primis, in casu prædictæ opinionis, mediū, quod assumitur ad excusationē ieiunij non est ipsa fuga à præcepto ieiunij; cū optimè possit cōpati eo die ieiunare cū ludo pileæ, immo, & cū fatigatione, ex ludo proueniēte; vnde qui incipit ludere, non incipit rē incōpatibilem initiari, neq; cōpletuē cū præcepto ieiunij, vt patet. Qui verò ab oppido discedit, incipit iā fugere præcepti adimpletionē, incōpatibilē in fieri cū fuga in fieri, & in factō esse, cū fuga, & absentia in factō esse. Itaq; in casu opinionis, fugere præceptū ieiunij est finis, & non mediū; in casu vero illationis apparentis, mediū, & finis iddē sunt. Etenim si intēdit fugere auditionē Sacri, tanquā finē, etiā ipsum fugere Sacrum recipit tanquā mediū. Sicut si quis velet fugere præceptū ieiunij ad cōmedendū, & pro medio acciperet cibū. Sicut ergo in hoc casu nō currit illa opinio, sicut nec casus illationis debet illi adaptari: & hæc est prima solutio.

18 Secunda autē sic se habet. Præcepta Ecclesiæ (sicut & Dei præcepta) sunt sua uia; vnde cōpatibilia sunt cū actione, & iure, quod habent homines fideles ad præstandam recreationem naturæ, ratione virtutis Eutropeliæ. Item; inter fideles diuersæ sunt propensiones, diuersa ad opera, & exercitia inclinantes; alij nā que inclinantur ad venandū; alij ad equitandum; alij ad ludum pileæ; & alij ad alia diuersa pro diuersitate propensionis. Quo posito nimis rigidum esset, si pro tota die omnes abstinere deberent à talibus exercitijs, quæ, & iure naturæ licita sunt; & secundū se nō opposita ieiunadi præcepto, licet ratione imbecillitatis sub.

subiecti, aut alia ex causa, per accidens contingat, ita quosdam fatigari, vt ab obseruatione præcepti ieiunij eximantur. Non est autem rigidum, quod Ecclesia Mater, præcipiendo festorum celebrationem, cogat fideles abstinere, pro medietate diei festi, ab exercitio illarum rerum, alias non necessarium; ex quarum occupatione sequenda est Missæ ommissio; cum alia ex parte maneat libertas, vt fideles possint, post meridiem, in quibuscumque voluerint operibus, alias non seruilibus, nec secundum se malis, occupari. Quo posito, clara est disparitas inter casum opinionis prædictæ, & casum, per sequellam illatum. Etenim in casu opinionis prædictæ, dicimus, esse licitam talem in pileæ ludo occupationem, licet intentione, excusandi se a præcepto factam; eo quod Ecclesia internos actus præcisse non præcipiat; quia nimis rigidum foret pro tota die (quo magis, pro tota Hebdomada, vt in Quadragesima contingit) cogere fideles a talibus abstinere. Et cum non sit rigidum, quod Ecclesia fideles cogat ad abstinendum ab his (alias non necessarijs) que impedire possunt celebrationem festorum, alias Diuino iure introductam, Missam non audiendo; hinc prouenit, casum opinionis prædictæ esse licitum probabiliter, non vero casum illarum sequellæ.

19 Ex his ergo deduco, non satis esse ad probabilitatem firmandam, quod alius, præter opinionis, ex qua sequitur illatio, Authorem, non inueniat solutionem; cum multe esse possent, vt in assignatis exemplis. Itaque inspicienda est ratio, in qua opinio fundatur; & si semel, & iterum studiose inspecta, verificetur in totum in illata illatione, tunc liberam erit, iddem in illatione asserere, quod in opinione, ex qua facta est illatio, assertum fuit.

20 Sed contra solutionem datam, assignatamque distinctionem inter ieiunium Vigiliæ Natiuitatis Domini, ratione consuetudinis, & argumenta facta in fauorem vtriusque; in questione quaesiti, sic illatiue arguo: sequitur ergo, illum, qui, intentione se excusandi a ieiunio, per fatigationem causandam a ludo pileæ, in Vespere diei ieiunij faciendo, iustus est, posse anticipare (id est, mane, & si uul meridie) cibum sumere; siquidem ex tempore, ad ludum pileæ subsequuto, excusandus est a ieiunio, ratione fatigationis, vt diximus. Probatum

hæc sequella: nam excusatus pro parte diei a ieiunio, pro tota die excusatus censetur, dum non interueniat contraria consuetudo, vt accidit in Vigilia Natiuitatis Domini.

21 Fateor hæc illatiuam replicam, quia illam nullus, quem viderim, hucusque admiserit, esse satis difficilem; proindeque in illa adesse fundamentum ad excusandos aliquomodo (non a ieiunio, inquam, sed ab inuenienda solutione) eos, qui illi succumberent. Ilgitur, quia non sunt admittenda noua, & extraordinaria absque conuicente probabiliter saltem; ratione, quæ in hoc casu non reperitur; nego sequellam. Nam licet in illo, qui sexagesimum annu implet Vespere diei ieiunij, & in illo, qui reuelatione cognoscit se in Vespere diei ieiunij, esse infirmum, admittam, posse primò manentiaculum sumere, & simul in meridie comedere, hoc tamen est, quia ratio excusatura a ieiunio post Vesperum non est in potestate illorum, & alias est infalibiliter certa. In eo autem, qui ludo pileæ se dare intendit, non est infalibilis certitudo de fatigatione; vt patet. Unde dispar est ratio in vtroque casu. Et licet probabilis ratio, præsens, sufficiat ad excusandum, a ieiunio; non tamen sufficit probabilitas rationis, continget futuræ, vt, ante eius eventum, quis contra præceptum, operandæ licentiæ sumat. Nam sicut rati habitio de præsentis communiter admittitur, sic rati habitio de futuro communiter negatur. Cum ergo defatigatio iudicantis non sit infalibiliter certa, adhuc posito ludo, quia non est in potestate iudicantis illam infalibiliter ponere, vt patet; hinc est, esse diuersam (vt dixi) in vtroque casu rationem.

22 Sed contra iterum: qui de oppido, in quo est votum ieiunandi, ad oppidum, in quo non est tale votum, pergat, etiã animo excusandi se a ieiunio, potest, iuxta probabilem sententiã, mane, antequam iter facere incipiat, comedere, ea præcissa ratione, quod a tempore, quo ad illum locum peruenit, extiturus est liber a tali obligatione: atqui non est infalibilis accessus ad illum locum, cum ab alio possit impediri: ergo, licet non sit infalibiliter certa fatigatio ratione ludi pileæ, poterit nihilominus anticipare comedere.

23 Sed respondetur, esse adhuc disparem rationem; etenim aliud est, non esse infalibiliter certum accessum ad prædictum locum, in quo non est ieiunandi

obligatio; aliud vero, quod, ipso semel perueniente, non sit evidens excusatio. Illud primum fateor; sed ad illud solum requiritur, quod, quantum est de se, sit quis determinatus ad iter faciendum. Sicut si quis esset determinatus in die ieiunij ad laborandum in opere, excusante à ieiunio, licetè posset mane comedere, licet postea per accidens ab extrinseco, vel aliunde excusetur, vel impediat. Secundum vero, scilicet, quod, semel accedens ad illum locum, in quo non est ieiunandi votum, non maneat ex tunc obligatus, est certissimum retenta illa (imo & probabilissima) sententia. In casu autem replicæ, non solum non est infalibilis ludus pileæ, cum possit ab extrinseco impediri, vel aliter; sed neque certa est infalibiliter defatigatio, ut patet: ac proinde nihil contra dicta.

24 Sed dices iterum: qui de loco, ubi est votum ieiunandi, vel audiendi Sacrum, intra tempus aptum se confert, & collocat in loco, ubi tale votum non adest, etiam assumit, pro medio, fugere votum, quod etiam habet pro fine: ergo solutio, quam supra posui de eo; qui in die festo ad agrum pergit, non satisfacit.

25 Respondetur tamen solutionem, ibi datam, esse optimam; nec replicam aliquid conuincere. Nam in casu replicæ, qui de vno loco ad alium se trāsferat, ubi non est votum, habet pro fine excusari ab obligatione voti, & pro medio habet tollere votum, quod sanè tollit perueniendo ad alium oppidum, in quo non est votum. Ille autem, qui in die festo, communi omnibus fidelibus, in agrum pergit, non potest habere pro fine auferre præceptum, quia vbique viget, sed solum habet pro fine fugere obligationem talis præcepti. Cumque hanc eandem fugam ab obligatione, sumat pro medio, eo quod discessus ab oppido, sit fugere obseruationem talis præcepti; hinc est, primum, scilicet fugere de loco, ubi est votum, ad locum, ubi non est, esse licitum; non vero secundum, videlicet, ire in agrum in die festiui, omnibus fidelibus communi; ut patet: & per hoc ad replicam.

26 Sed dices tandem: ergo qui in eodè loco, vel oppido steterit, mane occupatus in ludendo, ludo, ex quo fatigatio, sufficiens ad excusandū ab auditione Sacri, solet oriri, licetè excusabitur ab audienda Missa. Probatur Consequens: nā

iste non fugit præceptum audiendi Sacrum, cū ab oppido nō fugiat: ergo, &c. 27 Respondetur tamen, negando Consequens: tū; quia, cū non sit durum, quod Ecclesia illū obliget, pro mane diei festi, ad non se occupandū, pro sua voluntate, in aliquo ministerio; quod auditionem Missæ, quæ in dimidia hora fieri potest, impediat, ut iam supra dixi; hinc est, illud solum peccare contra præceptum.

28 Tum etiā respondeo, negando iterū Consequens: & ad probationē eius, distinguo Antecedens: id est, *Iste non fugit præceptum audiendi Sacrum, cum ab oppido non fugiat*: distinguo: non fugit, sumpta fugam physicè, & formaliter, concedo Antecedens: sumpta fugam æquiualentem, & virtualiter, nego Antecedens. Itaque, qui in die festo, mane occupatur voluntarie in ludo; quantum est de se, est tunc non implens præceptum, ac proinde est fugiens præceptum ipsum; quam fugam, & habet ut finem, & assumit, ut medium. Quod autem ille sit non implens præceptum, corporaliter fugiendo à loco, in quo potest audire Sacrum, vel corporaliter se detinendo in domo ludi, æqualiter se habent, ut patet. At vero, qui ludens est in die ieiunij, sicut, & qui studet in tali die, licet habeat pro fine excusari, vel fugere præceptum ieiunij, ratione defatigationis, ex ludo, vel studio præuenturæ, non tamen assumit eandem fugam præcepti pro medio, ut patet; quia dum ludit, sicut & dum studet, non commedit, nec aliquid facit, quod per se sit contrarium ieiunio. Per quod patet ad replicam. Undè præfatus Doctor, opponens, solutionem ad prædicta, datam à me, euidentem asseruit.

29 Ad casum ergo positum, quatenus ad restitutionem spectat, respectu illorum duorum Doctorum, inter quos erat ad inuicem contentio, dicente vno, me illi non satisfacturū plane, & euidenter, illis duobus quæsit; & obligante se, si ego satisfacerem, soluere decem aureos alteri, dicenti, me illi satisfacturum planè, & certo, & obliganti se, si ego non satisfacerem, dare alteri eosdem decem aureos, iam patet resolutio. Etenim, ad duo illa quæsitæ, iudico omnes doctos alerturos, me euidenter respondisse. Ergo, qui se obligauit perdere decem aureos, si ego illi euidentem ad prædicta. Solutionem præberem, illos utique perdidit: ergo illos tenetur alteri Doctori præbere; ut de fa-

facto præbuit. Ex quo, sicut quidam dixit:

*Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.
Poteram similiter & ego, Diuina adiutus gratia, sic asserere:*

*Hoc ego sustinui bellum, tu premia portas
Fateor at, lucrum fuisse, lucrare tibi.
Sicque sentio, &c.*

CASVS QVADRAGESIMVS quartus.

QUIDAM illegitimus, & aliàs infamis, dispensationem obtinuit, vt ad Ordines promoueretur, & Parrochiale beneficium impetraret; quòd ira factum est. Postea ipsi volenti sæculum relinquere, & Religionem ingredi, & de facto ingredienti, quidam eius cognatus promisit, si in tali Religione profiteretur, & in ea præaturæ dignitatem obtineret; promisit, inquam, decem millia aureorum, quorum redditibus ipse viuens frueretur cum Prælati licentia, quæ illi eo data fuit, & post mortem eius, talibus redditibus in perpetuum frueretur Religio, quæ aliàs capax erat succedendi, &c. Contigit, vt ille illegitimus, & aliàs infamis, iam professus, post aliquot annos, per Capitulum Provinciale ad Prælaturæ dignitatem fuerit de facto Promotus.

Quæritur, an cognatus ille, qui præfatus decem millia aureorum promisit, soluere illos teneatur, prout in informi asseritur?

1. Præsens casus resolutio dependet ex eo, an præfatus possit absque alia dispensatione prælaturas in tali Religione accipere? Deindè casu, quòd non possit, quis valeat cum eo dispensare, vt possit in Prælatum eligi?

2. Ergo, quia ex multiplici titulo, multiplicique via prouenire illegitimitas valet, & infamia, quòd in narratiua, & informi non distinguitur, vt clarius respondeam, quòd certè in præfati absque prolixitate fieri exacte non valet.

3. Suppono primò, tria esse illegitimorum genera, de quibus omnibus potest esse difficultas, maior, vel minor. Hæc genera distinguit Innocent. III. c. *Nisi cum pridem*, §. *Personæ, de renunt.*

Suntque, quæ sequuntur: *Naturales Spuriij Nothi, & Manceres.* Naturales Spuriij illi sunt, qui ex Concubina, domi retenta, concepti, vel nati sunt tempore, quo inter virum, & illam nullum erat dirimens impedimentum ad contrahendum. Constat hoc ex *Authentic. quibus modis naturales efficiant.* §. *si quis autem, de functus, lib. 3. tit. 11. p. 4.* Nothi autem dicuntur, qui ex soluto, & soluta, domi non retenta, inter quos potest matrimonium contrahi, procreati sunt. Quia tamen circa hos Nothos, eo quòd soluta domi retenta non sit, Pater certus esse non valet; requiritur, vt tales Pater recognoscat, nisi aliàs sufficienter probetur, quòd sint sui filij. Liqueat hoc ex *leg. 11. Taur.* de quo Couar. & alij.

4. Verùm, Canonico attento iure, ex vi cuius, præcipuè, hic loquar, ij omnes filij, qui habiti sunt ex Parentibus, nullo impedimento dirimente impeditis ad contrahendum, tempore conceptionis, aut natiuitatis, naturales dicuntur. Quòd, quia clarum est, alia probatione non indiget. Videantur Anton. Gomez *leg. 11. Taur. num. 91.* Pater Molina 2. 2. *disp. 66. col. 934. lib. 4. tit. 71. in princip.* Emmanuel Rodrig. *tom. 1. qq. Regul. q. 13. art. 1. prope finem,* & alij.

5. Suppono secundo, alios esse filios illegitimos: Primò, sunt incestuosi; qui nati sunt ex Consanguineis, vel Affinibus, vel Cognatis, spiritualibus, vel Legalibus. Secundo; illegitimi etiam sunt, qui Sacrilegi aliàs dicuntur; illi scilicet, qui nati sunt ab eis, qui, vel quorum aliquis Castitatis solemne votum emiserunt. Fateor, quosdam Authores, inter quos Gutierrez *In suis prælic. lib. 3. q. 91. pag. 246:* dixisse, filios, genitos ex Militibus de Aleántara, Sancti Iacobi, & Calatrauz, non esse Sacrilegos. Verùm, contrarium communiter ab Authoribus defenditur; & rectè ab Emmanuele Rodrig. supra, *art. 2. per totum.* Nam, licet Milites præfati contrahere possent cum illis fœminis, quæ de ipsis tales filios conceperunt. Non inde sequitur, tales filios esse Naturales. Nam filij Naturales, vltra hoc, quòd petunt nasci de illis, inter quos, nullum, tempore conceptionis, aut Natiuitatis erat ad contrahendum dirimens impedimentum; requiritur etiam, quòd ex parte alicuius Parentis

nullum sit solemne castitatis votum; quod in probabiliori, communiterque recepta sententia, habent præfati Milites. Inimò, absolute responderem ego ad sententiæ contrariæ fundamenta, dicendo, de iure communi, tale solemne votum esse dirimens ad contrahendum impedimentum; de privilegio autem, & concessione, præcipue Pauli III. posse tales contrahere; contrahendoque legitimos ex tali matrimonio habere filios; vel antea habitos ex Concubina, vel soluta, sequenti cum illa postea matrimonio, legitimare; non verò aliter. Quod non leuiter constare valet ex eo, quod gratia, privilegium, vel dispensatio contra ius commune, strictè sit interpretandum, & iuxta proprietatem verborum, licet alias dispensatio esset per modum statuti. De quo supra tract. 1. casu ultim. Esset autem in dispendium iuris communis, decernentis, filios, habitos ex persona, per solemne castitatis votum Deo dicata, esse sacrilegos, ablata ad contrahendum cum Matre filiorum dispensatione, & posito, sequuntur de facto, matrimonio cum illa. Effet (inquam) in dispendium. Nam alias sequeretur, quod, si miles quidam ex dictis, & professus, ex pluribus fœminis plures haberet filios, nullus foret sacrilegus in ordine ad legitimacionem; cum ille cū qualibet illarum fœminarum, alias non impeditarum impedimento dirimente, contrahere posset. Fateor tamen cum Emmanueli Rodrig. tom. 3. qq. Reg. pag. 42. col. 1. illegitimos filios, ortos à Comendatarijs D. Jacobi, non fuisse exclusos à Sixto V. in ingressu Religionis, sicut incautos. Sed hoc relicto.

6 Suppono tertio, infamiam triplicem esse, primam facti; secundam, iuris Ciuilib; tertiam, iuris Canonici. Cumque infamis dicatur ille, cuius status, vita, & moribus reprobatus est; vt colligitur, ff. de in ius voc. leg. sed si hac leg. §. Prætor, in Glos. & ff. de obs. à libe. leg. Honori, & leg. licet. Sic infamia facti ea est, quæ prouenit ex communi hominum loquutione; de qua Barb. in leg. De minore, §. Tormenta; ff. de quest. Et est, quæ de facto dicitur infamis, secundum Glos. Ray. is, cuius, apud bonos, & graues, opinio grauata est super aliquo crimine, quod proximè sit causa infamiæ. Sed quia de his criminibus, proximè, defa-

ctoque, infamiam inducentibus, omnes communiter pertractant Authores, etià Summistæ; ipsos vide.

7 Solum aduerto, quod etiam ab alio potest in alio causari infamia. Puta, quia iuste quis incarceratus fuit, vel propter crimen repulsus à testimonio. Vel quia Pater per verba turpia eum heredem instituit; scilicet: *Illum proditorem, nequam, & huiusmodi heredem instituo; vel, ei lego aliquid; leg. ea quæ Pater, C. ex quibus caus. infam. irrog.* Vel si per iudicem dicatur postulanti: *Calumniaris: vel, Benefaceres, si ad frugem vitæ melioris ea conuerteres: C. eo. leg. verbum, & leg. interloquutio.*

8 Infamia autem iuris Ciuilib ea est, quæ per definitiuam iudicis Ordinarij incurritur sententiam. Vel quando quis operatur factum, vel crimen, cui à iure Ciuili ipso facto annexa est infamia: vt homicidium, Patricidium, adulterium, crimen læsæ Maiestatis, & alia, de quibus in cap. Infames; & Glos. in cap. Illi, 6. q. 1. & in Syluestro, verb. Infamia, & verb. Crimen.

9 Stando autem in iure Canonico, communiter ab omnibus aseritur, quod damnatus de quocumque crimine ab Ecclesiastico iudice, infamis efficitur; sicut efficitur, damnatus ob publicum crimen propter dolum. Et regulariter, omnes infames secundum leges Ciuiles, sunt etiam infames secundum ius Canonicum; iuxta text. in cap. Omnes, 6. q. 1. & notat Innocent. Qualiter; & quando 11. de accusar.

10 Ne autem quis in Prælatum eligi possit, plura sunt impedimenta; quæ ad octo reducit Syluester verb. Electio. 1. quest. 16. per hæc verba: *Primum, si sit malus; vnde secundum Thom. quoslibet 8. q. 4. ar. 1. existens in mortali est indignus ad quodlibet spirituale exequendum. Secundum; si sit excommunicatus maiori. Tertium; si sit excommunicatus minori. Quartum; si sit suspensus, vel interdictus, aut non seruauit interdictum. Quintum; si non est legitime natus, etatis debite, & literaturæ; vel si habet aliud impedimentum circa ordinandum. Sextum; si semel sit reprobatus vitio personæ. Septimum; si est Episcopus. Octauum; in Religione si non sit professus. Sic Syluester. Et statim sic. Omnis electio facta de eo, qui habet aliquod prædictorum impedimentorum, nulla est ipso iure; excepto primo,*

mo, & tertio impedimento; quia cassanda tunc est, ut patet in cap. final. de Cleric. excommunic. min. Et electores sunt privati ipsa vice electione, & suspensi triennio ab Ecclesiasticis Beneficijs ipso facto; ut dicitur, in cap. Cum in cunctis eod. titulo. sic ille.

11 Qui ubi supra, q. 17. sic habet Vi. de tamen singularem Theoricam Innocentij in cap. Illa, extra eo. quam omnes Doctores sequuntur; quod si inhabilis ad electionem admittitur ignoranter, valet electio, etiam si vnus solus sit habilis. (Et loquitur proprie de excommunicatis) secus tamen si alias inhabilis admissus scienter fuisset. Sic Syluester, qui eadem q. 17. ita habet. Si autem sit dubium, an in Capitulo sint aliqui inhabiles, & propter scandalum eiicere non oportet illos; tunc, facto examine, debent Capitulares potestatem facere, ut eorum voces valeant, si, & in quantum appareat eos, post modum debuisse interesse. Sic ipse Syluester ex Pauormit. in Cap. Cumana, extra eo.

12 Suppono quartò, cum Emman. Rodrig. tom. 1. qq. Reg. q. 13. artic. 5. iuxta cap. 1. de filijs Præsbyterorum, per professionem non tolli illegitimationem quò ad Prælaturas. Nam licet Eugenius III. concesserit Monachis Congregationis Sanctæ Iustinæ, per professionem Regularium tolli eorum illegitimationem, non solum quoad Ordines, sed etiam, quoad Prælaturas obtinendas. (Et certè in dubio censendum, priuilegium aliquid contra, vel præter ius concedere. De quo supra tract. 1. de matrim. casu ultimo, satis dixi) at Gregor. IV. in quadam Constitutione, moderante Constitutionem Sixti V. decernit, legitimationem Regularium quoad Dignitates, & Prælationes debere fieri cum Capitulo Generali, aut Prouinciali, seu intermedio, & non alias. Et hoc verum tenet, etiam si defectus sit occultus. Quòd etiam aduertunt Nauarrus, Sotus, Corduba, Castro de leg. penali, & alij.

13 Item, ipse Emmanuel Rodrig. supra q. 13. art. 6. sic repetit, licet antea per Sixtum IV. Priores Conuentuales, & eorum Vicarij poterant cum illegitimis subditis professis ad Prælaturas dispensare; modo tamen non possunt, ex Gregor. XIII. Et à fortiori ablatum est priuilegium Eugenij III. concedentis Congregationi Sanctæ Iustinæ, ut per ingressum solum in Religione sua forent dispensati ad Prælaturas illegitimi. Et qui-

bus euidenter inferitur, deduciturque, iuxta Gregor. XIII. nec modo posse Generales, & Prouinciales Religionum, eorumque Vicarios (ut Minoribus concesserat Sixtus IV.) dispensare cum illegitimis quoad Prælaturas, &c. Quòd iddem Sixtus IV. concesserat Generali, & Prioribus Conuentualibus, eorumque Vicarijs Ordinis Prædicatorum. Quòdque iddem concessum fuerat Ordini Diui Hieronymi, & cæteris Monachalibus, teste ipso Rodrig. supra. Quæ priuilegia aliquantulum declarauit, moderauitque Sixtus V. de quo videri possunt citatas Emmanuel, & alij.

14 Hoc tamen, ut supra dixi, iam cessauit à tempore præfati Greg. XIV. qui, supra dicta priuilegia Apostolica benignitate moderando, sic inquit: Statuendo, ut omnes dispensationes, & habilitationes vigore priuilegiorum, seu indultorum Apostolicorum Curis Ordini, Religioni, Monasterio, aut Congregationi, eorum ve Superioribus in genere, vel in specie concessorum, quæ tempore Constitutionis Sixti V. & non sub illis, & alijs reuocationibus comprehensa erunt, per quoscumque eorum Superiorum factas, in pristinum statum, & validitatem, in quibus ante ipsas Constitutiones existebant, restituit, & reintegrat, volens eisdem Constitutionibus non obstantibus, & statuens licere Generali, aut Prouinciali singulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hospitalium, ad quos dicta dispensatio spectat, iuxta tenorem Indultorum, & priuilegiorum Apostolicorum, eis concessorum, quæ modo vsu recepta, nec alias sub illis reuocationibus comprehensa sunt, ut præfertur in hac parte reualidans, cum illegitimis, quos alias dicti, Generalis, aut Prouincialis, cum Generali, Prouinciali, seu intermedio Capitulo, & non alijs suffragantibus meritis dignos iudicauerint ad honores, gradus, & Dignitates obtinendas dispensare, ac dispensationes huiusmodi pro tempore ita factas, & ita sequuta quæcumque antea valere, & tenere, perinde ac si dictæ Constitutiones non emanassent. Hæc Greg. XIV. Ex quibus constat, solum Generalem cum Generali Capitulo, vel intermedio, & solum Prouincialem cum Prouinciali Capitulo, vel intermedio, posse cum præfatis illegitimis dispensare.

15 Fateor, quod in Seraphica Religione, iuxta Emman. Rodrig. vbi supra, art. 9. huiusmodi dispensatio potest fieri à Con-

à Congregatione intermedia, quam, ipse dicit, loco intermedij Capituli subrogari; quamque Definitorium appellat. Sicque firmanunt quidam Doctissimi Salmaticenses, quos in fine articuli prædicti refert: ipse Emmanuel Rodriguez. Aduerte tamen quod hæc ad Definitorium dispensandi in illegitimatione quoad Prælaturas extensio, nulli alterius Religionis Definitorio Generali, vel Prouinciali, per communicationem spectare possit, nisi talis sit qualitatis, qualis est in Seraphico Ordine; videlicet, vt in Definitorio cessent Definitores, & in ipso alij noui eligantur; sicut in ipso Seraphico Ordine fit.

Suppono quintò, ex multiplici capite posse electionis valorem, & nullitatem deduci. Primò: ex parte eligentium. Secundò: ex parte eligendorum. Terriò: ex parte Scrutatorum. Quartò: ex parte electorum, quoad acceptationem Prælaturæ. Quintò: quoad modum; vt, scilicet, secreto fiat electio. Sextò: quoad tempus; hoc est; vt nocte non fiat electio: de quo passim Authores. Quibus sic positis, sit.

CASVS RESOLVTIO.

16 **V**IDENTUR dicendum, quod Cognatus ille, qui præfatus Religioso, antea ad Ordines, & Parrochiale Beneficium dispensato per Pontificem, decem millia promisit aureorum, si Religiosus fieret, & ad Prælaturam in tali Religione ascenderet, & illo mortuo, Religioni ipsi, seu Monasterio, non teneatur prædictam quantitatem dare, nec illi, nec Monasterio. Eo quod reuera, & secundum ius, Prælatum non fuerit, cum, iuxta Greg. XIV. Constitutionem, non fuerit per Generalem, vel Prouincialem, in Capitulo Generali, seu Prouinciali, &c. dispensatus ad Prælationis officium.

17 Sed mihi oppositum dicendum est; scilicet, talem Cognatum teneri Monasterio illi prædictam præbere quantitatem. Tum; quia conditio de statu Religioso, & de prælatura, in facto ipso impleta fuit; & talis, aliàs Parochus, vero pro Prælato fuerit à tali Religione receptus. Et sicut si excommunicatus esset occultè, cogere turque à Superiori-

bus Prælaturam illam acceptare; & sine sua, suarumque infamia, non posset dispensationem petere, acceptare valeret dictam Prælationem, vt ait Rodrig. supra, q. 13. art. 5. in fine, tuncque verificaretur de Prælatura conditio; sic & in casu dicto; cum per accidens sit, impedimentum ad Prælaturam, esse excommunicationem, aut illegitimationem, aut quodcumque aliud ex dictis supra.

18 Tum etiam; (& ratio hæc conditionate procedit) quia si Electores talem Religiosum, alias ad Parrochiale Beneficium dispensatum, in Prælatum eligant, scientes esse illegitimum, dispensare censentur in foro conscientie, si talis fuit Eligentium intentio: (qualis de illis præsumitur, ne peccare videantur.) Si ergo ita factum contigit, reuera Prælatum esset talis electus in foro conscientie; & per hoc fit satis conditio, à præfato Cognato apposita; cumque ex alia parte in exteriori foro, vt Prælatum receptus fuerit; vtroque modo impleta supponitur Cognati illius, decem millia aureorum quantitatem donantis, conditio. Dixi: Si Electores præfatum eligant in Prælatum, scientes esse illegitimum, manere dispensatum in Foro conscientie: Quia si electio dimanaret à Pontifice, sciente, talem esse illegitimum, valeret dispensatio non solum pro foro conscientie, sed etiam pro foro exteriori. Discriminis ratio est; quia inferior Papa nequit absque causa in iure communi dispensare; bene tamen Papa: sic ipse Rodrig. supra, dicta q. 13. art. 16. cum Doctissimo Nauarro.

19 Tum etiam; quia, licet Nauarrus, cum Glossa, quam sequuntur Andreas Butrius, Abbas, Angelus, & latè Parisius, de quibus Rodrig. supra, art. 10. affirmant, illegitimum, in sæculo dispensatum, vt possit Curatum habere Beneficium, indigere noua dispensatione in Religione si profiteatur, vt possit esse Prælatum, probabilis tamen est sententia Rebuffi apud ipsum Emanuelem Rodriguez. supra dicentis, non indigere noua dispensatione.

20 Sed obijcies contra: nam dispensatus in Religione ad Prælaturas, non potest, si ei ciatur, esse absque Pontificis dispensatione Parochus: ergo nec dispensatus in sæculo ad Parrochiale Beneficium, poterit esse in Religione Prælatum abs-

Abſque ipſius Pontificis diſpenſatione noua. Hæc replica videtur prima facie efficaciſſima, re tamen vera nil roboris habet. Et primo, poterat quis dicere, non valere argumentum de electo à Religione, aliàs per ipſam Religionem ad Prælaturas in ipſa diſpenſato, propter delicta, expulſione digna; quia iniquum eſt, ex iniquitate commodum reportare. Vnde bene ſtat, diſpenſatum à Religione, vt prælaturam conſequi valeat, ſi expellatur, non poſſe eſſe Parrochum, ratione delicti, ob quod à Religione eſt expulſus, & diſpenſatum à Pontifice in ſæculo, vt Parrochiale obtinere valeat Beneficium, cenſeri diſpenſatum, vt, ingrediens Religionem, & in ea profitens, Prælatus eſſe poſſit; ſiquidem ad perfectiorem ſtatum tranſiit.

21. Secundo reſpondetur, eſſe diſparem rationem: nam, & ſi Regulares ex conceſſione Pontificia poſſint diſpenſare cum illegitimis modo, ſupra, ſecundum Gregor. XIV. Conſtitutionem, aſſignato, vt ſiant Prælati; non tamen poſſunt legitimare; quòd cenſetur Pontifex facere, dum diſpenſat; quia vt Supremus Princeps procedit. Deinde; quia, & ſi de licentia Prælati poſſit talis habere Beneficium Curatum; hoc tamen non eſt, vt præſit, ſed vt proſit, propter officium prædicandi. Sed dices: verum eſt, quòd de Beneficijs Curatis Regularibus poſſint Religioſi curam habere, ex conceſſione Pauli III. facta Generalibus Ordinis Diui Hieronymi; quòd antea conceſſerat Eugenius IV. ergo diſpenſatus in ſæculo ad Beneficia Curata non poterit in Religione profeſſus eſſe Prælatus. Sed ad hoc iam dixi, non tenere paritatem ob rationes, ſupra allatas. Vide Emman. Rodrig. tom. 1. qq. Reg. q. 13. art. 11. Ergo præſatus Cognatus tenetur illos decem mille aureos tali Monafterio præbere; cum reuera conditio, ab ipſo impoſita, non ſolum ſecundum factum, verum & ſecundum ius fuerit omnino impleta. Sic ſatis probabiliter iudico. Salua, &c.

CASVS QVADRAGESIMUS QUINTUS.

SÆCLARIS quidam votum vouit Deo de ieiunandis omnibus diebus Vene-

ris per tempus totius vitæ ſuæ; & ſi hoc frangeret, vel nulla iuſta, vel certa, probabili, excuſante cauſa, aliud ex tunc in poenam votum vouit; ſcilicet de communicando iuſte, & licite omnibus diebus temporis biennij. Rurſus, ſi hoc ſecundum violaret votum, vouit, ponere ſe in occaſione Martyrium ſubeundi; & ſi hoc diſferret opere adimplere, cum poſſet, tandem vouit, cuidam Eccleſiæ, ad ſui fabricam tria millia aureorum præbere. Contigit autem primo, quod ieiunandi votum, diebus Natiuitatis Domini, & Beati Ioannis Baptiſtæ incidentibus in die Veneris non impleuit; imò in alijs ſolemnibus feſtiuitatibus tali die incidentibus; ieiunium antepoſuit die Iouis, in quo aliquoties obligabat etiam ieiunium ex Eccleſiæ præcepto. Secundo contigit, quod per ſex, vel octo dies, in anno illo duplici, Euchariſtiam acceperit ſumpto cibo, quadrante horæ poſt auditam duodecimam noctis horam in omnibus Horologijs. Tertio, in duplici ſibi Martyrij occaſione oblata Martyrium ſubire, quantum ex ſe erat, diſtulit.

Quæſiuit à me, an teneretur tria millia aureorum præſatæ Eccleſiæ contibueret

CASVS RESOLVTIO.

RESOLVTIO præſentis caſus, vt prius indoctis ſeruiam, eſt negatiua. Itaque non tenetur præſatus ſoluere prædictam ſummam præſatæ Eccleſiæ. Ratio eſt; quia hæc poena ſolum poterat correfpondere fractioni voti non ſubeundi Martyrium; cumque huiusmodi votum nullum ſit, violari non potuit; ſicque nec prædictam poenam præſatus incurrit. Et hæc breuis reſolutio eſt reſpectu illorum, qui præſiſſe caſibus conſcientiæ ſummifico ſtillo, & modo operam dederunt. Nam reſpectu peritorum, ſeu Scholaſticorum protenſior poſtulat reſolutio; in ſequentibus aſſignanda. Igitur (cum doctis loquor præcipue) antequam ad huius, & non facilis, ſolutionem caſus ſcholaſticè procedā, aduerto primo, hoc ita reuera mihi contigiffe, ſicut narratur, licet in interrogante fictio eſſe poſſet; vt me probaret; quod & alij plures pluribus fecerunt in re-

rebus. Vnde, licet casus hic non sit ex communiter occurrentibus, non ob hoc continentendus venit.

2. Secundo aduerto, quatuor vota, & paucalia fere omnia, in prædicto casu contineri; & omnia valida supponi; in quo tamen non omnes conveniunt. Rem declaro: votum se offerendi martyrio, nulla necessitate, ex Christianæ fidei obligatione, vel aliter, cogere, certe in mea sententia nullum est. Nam, licet votum sit deliberata promissio, Deo facta, de meliori bono, & martyrium sit optimū bonum, quia tamen plura alia, & meliora bona respectu e, in ratione optimi boni superat, superandoque, humanam virtutem videtur excedere, moraliter impossibile iudicatur; cumque votum de re, moraliter impossibili, nullum sit, (ut dicitur de voto numquam peccandi venialiter in omni materia, & dici debet etiam de voto ieiunandi per annum, vel mensem, vel Hebdomodam in solis quatuor panis, & aquæ vicijs; quia hæc omnia, licet perfectissima forent, moraliter impossibilia iudicantur) ideo prædictum votum se Martyrio, modo dicto, subeundo, in mea sententia nullum est. Quare, quando in definitione voti dicitur, quod sit deliberata promissio, Deo facta de meliori bono; intelligitur, possibile moraliter.

3. Deinde, votum de quotidiana Eucharistiæ sumptione videtur etiam nullum, præsertim in præfato (seculari: sicque quidam (proh dolor) Authores asserere coacti videntur. Etenim, si ipsi dicunt, non esse licitam quotidianam Eucharistiæ sumptionem cuiuscumque fidei, vel saltem esse melius, quod quilibet, nisi probatissima sit virtus, quotidie non communiceet; & non solum de re illicita votum, sed etiam votum de re, impeditiva maioris boni, est apud omnes nullum, (& non loquor de voto facto in favorem tertij) consequenter, qui dicunt, non esse licitum omnibus fidelibus, etiam in gratia existentibus, quotidie communicare, vel saltem, esse melius, quod quotidie non communiceent, astricti sunt dicere, votum de quotidiana communione, absolute loquendo, esse nullum; sicque in casu præfati, iuxta hos Authores, esset præfatus, de quo in infirmi, liber ab obligatione solvendi

præfate Ecclesiæ illa tria millia aureorum.

4. Sed ego falsum existimo, quod prædictum votum de quotidiana communione sit nullum, à quocumque fidelis factum sit. Quia verissimum existimo, non solum licere cuiuscumque fidei, in gratia exiltenti, (& non loquor de publico Usurario, vel alio simili peccatore, etiam contrito, ante datam publicam satisfactionem, & ante ablatum scandalum) quotidie Eucharistiam sumere, sed etiam melius illi esse, quotidie communicare. Quod, quia palam probare, omnibusque tam doctis, quam indoctis ostendere, sæpius desideravi, hic ostendam, ad compendium reducens rationes, & sanctorum, Doctõrumque virorum placita, hoc idem testantia. Continua namque experientia mihi constat, ex quotidiana in multis fidelibus, etiam sæcularibus, communione, magnum illis spirituale commodum provenisse.

5. Quod si aliquis ex quotidiana Eucharistiæ sumptione hoc commodum expertus non est; vel hoc erit ratione indebiti finis; vel quia non acquiescit seu non correspondet, cum possit, sanctis inspirationibus, & auxilijs, alijsque bonis, quæ omnia confert ipsa Eucharistiæ susceptio, & melius quotidie iterata. Et certe in hoc non est attendendum ad hanc, vel illam particularem personam, sed ad communiter Eucharistiam sumentes. Leges enim (& iddem est de Doctõrum sententijs) respiciunt ea, quæ communiter accidunt, non ea, quæ raro contingunt.

6. Igitur, quia, divina providentia, materia hæc in præfati casu mihi occurrit, in ipsius obsequium referam, quæ hæcunque à Doctõribus, pro quotidiana Eucharistiæ sumptione dictæ sunt, non contemendas rationes; quibus, meo videri, satis efficaciter, (ne dicam evidenter) probabitur; primo, licitum, & melius esse fidelibus, in gratia existentibus modo, infra dicendo, quotidie Eucharistiam summere; & secundo validum esse votum de communicando quotidie. Quod assumptum, claritatis gratia, trina conclusione constabit.

Igitur sit.

PRIMA CONCLUSIO.

7 **M**ELIUS est ex obiecto, seu ex parte Sacramenti, quotidie communicare, quam à comunione abstinere; proindeque ex hac parte habet prædictum votum quidquid, ut validum sit, postulatur. Probatur. Tum; quia communicare est actus Charitatis, fidei, & Religionis; abstinere vero à comunione actus est timoris, & reuerentiæ: atqui perfectior est Charitas timore: ergo. Tum etiam; quia bonum per se debet bono per accidens anteponi: sed communicare est bonum per se, abstinere vero à comunione est bonum per accidens, ratione scilicet reuerentiæ: ergo. Tum etiam probatur à posteriori, ex multiplici, scilicet, huius Venerandi Sacramenti effectu: illius namque susceptio in Sanctissimæ Triados laudem cedit, & gloriam, Angelorum lætitiā, & Ecclesiæ beneficium; inquit Venerabilis Beda hoc loco, & D. Bonau. de preparat. ad Missam, cap. 5. cedit etiam in delictorum veniam, medicinam, & remedium, gratiæque augmentum; etenim virtus eius hominibus est salutaris; ut ait Doct. Sanctus 3. p. 9. 8. artic. 10. Syluester, verb. Eucharistia 3. num. 17. prope finem, & Henric. mini, lib. 8. de Euchar. cap. 53. num. 1. in principio, referens in commento Lit. A. Ambrosium, & plures alios Doctores; tenet etiam Filluc. tom. 1. tract. 4. cap. 7. fol. 91. num. 298. sequutus Suarium disp. 69. sect. 4. cum communi omnium sententiā. Deinde huius superni susceptio Sacramenti contra Sathanz insidias subsidium extat inexpugnabile; iuxta illud Psalm. 33. *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestre non confundentur.*

8 Tum etiam, quia, quantum est ex parte sua, Sacramentum hoc, non solum ad frequentem, ut cumque, sed ad quotidianam inuitat sumptionem; ut, præcedenti nam allati, testantur Authores. Etenim, ut sibi diximus, virtus eius hominibus est salutaris; quod etiam probat Mater Ecclesiæ dum in quadam ita inquit oratione: *Ut cum frequentatione misterij crescat nostræ salutis effectus.* Tum denique probatur ex vna simili omnium DD. consensu; ut videre est apud cita-

tos, infraque referendos Doctores: melius ergo est ex obiecto, quotidie communicare, ex amore, fide, & Religione, quam ex reuerentia, & timore, à comunione abstinere; ac proinde, quantum est ex parte obiecti, nullo fundamento valet prædictum; de quo in inferni, votum annullari. Et in hoc sensu nulla potest esse difficultas.

SECUNDA CONCLUSIO.

9 **P**OSITA debita dispositione, de qua infra conclusionem tertiam, melius est, & laudabilibus cuiusque status, aut dignitatis personis quotidie ad hanc accedere mentem, quam illa priuari. Probatur conclusio. Tum rationibus supra positis; quibus adde; quod fructus Sacramenti ex opere operato, & voluntas comunicandi excedunt affectum abstinentiæ; & reuerentiæ, cum, præsertim, eius ipse, aliqua adhibita diligentia, maxime ad deuotionem ipsam inuet, & reuerentiā; teste, & in multis, experientia, præter citatum Fillicium num. 198. Tum etiam; nam sicut esuriens ius habet ad materiale panem suum, sic sufficienter dispositus in spiritu ad hunc supernum; & viuificum panem: sicut ergo frangit misericordiam opus esurienti denegans panem, sic Charitatis, & Religionis tramitem amittit; sufficienter dispositum, & ad hanc Cœlestem mensam volentem accedere, non admittens. Vnde Hier. 4. dicitur: *Parvulum petterunt panem, & non erat, qui frangeret eis.*

10 Huic rationi, à me in quadam, de hac re, priuata disputatione prolata, respondit quidam, & qui doctus reputabatur, dicens, locum Hieremiæ non intelligi de hoc Diuino Sacramento, sed de materiali tantum pane: sic ille pro solutione factus fuit. Cui ego, de tali responsione miratus, tunc dixi, primo; non minore esse misericordiam operationem spiritualiter esurienti cibum præbere spiritualementem, quam materiale corporaliter esurienti. Secundo, grauissimos Ordinis Sancti Benedicti Magistros, in Monasterio Sancti Martini, in Archiepiscopatu Patreni Hispaniarum, in quodam perdocto memoriali, de

*frequenti quotidianaque communionē, in sine
ipſus, adducere prædictum Hierem. lo-
cum, illumque de venerabili hoc intel-
ligere Sacramento. Qui Patres etiã ex
nunc pro hac noſtra, & vera ſententiã,
citari habeantur. Deinde D. Antonius de
Roxas, agens etiã de conſulenda quo-
ridiana communionē, & non diſuaden-
da, prædicta Hierem. verba adducit lo-
co, à me infra referendo. Tertio dixi,
quòd, licet ad literam propriè, & in ri-
gore prædicti Hierem. verba de cœleſti
hoc pane intelligenda non veniant, ne-
mo tamè prohibeat, vt in ſenſu myſtico
de illo intelligatur, adaptenturq; illis,
qui, cum ex officio, aut Confefſoris, aut
Prædicatoris, debeant communionis Sa-
cræ frequentiam conſulere, ipſumque
Angelorum panem recipere volentibus
miniſtrare, nec conſulunt, nec recipere
volentibus adminiſtrant. Quarto, & vl-
timo dico; gratis concedendo Hierem.
citata verb. ſolum de materiali pane poſ-
ſe intelligi; hoc non eſſe reſpondere ad
argumentum iam factum, vt patet. Vn-
dè quamvis Propheta Hierem. illa non
proferret verba, adhuc verũ tenet, quòd
ſicut frangit miſericordiæ opus indigen-
ti corporaliter non ſuccurrens, ſic &
frangit Charitatem, qui cœleſtem dene-
gat panem illo eſurienti. Quòd ſi dicas,
neminem illo extreme indigere cum rã-
ta iteratione, vt quotidie illi præbendus
ſit. Dico, indigentiam hanc non eſſe ita
intelligendam, vt panis iſte cœleſtis ſit
indigenti, vel illo eſurienti neceſſarius
neceſſitate medijs, vel præcepti, quoti-
diæ; ſed eſt indigentia ad maiorem pro-
fectum, augmentum ſcilicet gratiæ, vel
nitorem eius, feruoremque Charitatis;
ratione cuius quilibet homo ius habet
ad menſam hanc cœleſtem accedendi.
Vndè, qui hoc impedit, vel negãdo eius
ſumptionem, vel ab illa diſuadendo, fa-
cit contra ius prædictum, & ad minus
contra Charitatem delinquit. Etenim,
ſicut, qui corporaliter eſurit, facit alte-
rius materialem panem, & illi non neceſ-
ſarium, indeterminate ſuum, ſic (& à for-
ſori) qui ſpiritualiter iſto cœleſti eſurit
pane, modo ſupra explicato, efficit illũ
ita in iure, & actione ſuum, vt tanquam
ad propriũ ipſius accedere valeat; quo
iure iuſtè priuatur, ſi ab alio illum ſu-
cipere impediatur; cum Chriſtus Domi-
nus illum omnibus fidelibus indifferẽter
inſtituerit.*

11 Tũm etiã probatur poſita con-
cluſio: nam in primitiua Eccleſia præ-
ceptum extabat, conſuetudo vè, de quo-
ridiana communionē; vt, referens Ana-
eletum, Quartum, poſt Principem Apo-
ſtolorum, Pontificem, aſt Hèriquez vbi
ſupra. Ex quo Patres, Recentioresque,
hunc eſſe quotidianum, ſuper ſubſtan-
tialēque panem, quem Chriſtus *Math.
6. in Dominica oratione* ſemper petendum
docuit, teſtatur ingenue. Ex quo liquet,
validum eſſe de quotidiana communio-
ne votum. Nam de omni illo, quòd po-
teſt eſſe præcepti, vel conſuetudinis, ad-
inſtar legis, obligantis, materia, poteſt
eſſe votum, ſi aliàs non ſit maioris boni
impeditiuum: at qui de quotidiana com-
munionē adſuit in primitiua Eccleſia
præceptum, vel conſuetudo, &c. & aliàs
quotidianus acceſſus ad menſam iſtam
non eſt per ſe maioris boni impeditiuus,
vt patet: ergo de illo valet fieri vo-
tum.

12 Tũm etiã probatur: quia ſi dif-
ferenda eſt communio, in contrariorum
ſententiã, vt maiori diſpoſitioni vberior
correſpondeat gratia; quis dicet, maio-
rem diſpoſitionem, & deuotionem ex
carentia gratiæ Sacramentalis, quàm ex
illius receptione fore habendam? Videãt
cõtrarij, ſi fortè modo aliqui ſunt, quòd
non credo. (Et loquor de his, qui, vel
voluntariè, vel aliqua ex neceſſitate cu-
ram animarum ſuſcipiunt, vt illas per
perfectionis Chriſtianæ tramitem diri-
gant, vſque dum, de virtute in virtutem
euntes, videant, & ſi in enigmate, Deum
Deorum in Sion, id eſt, in altiffima con-
templationis notitiã. Nam de alijs, qui
de hoc non curant, & qui hoc munus eſ-
fugiunt, tanquam de non expertis, nulla
habenda eſt ratio.) Quòd enim quotidie
præfati Spirituales Patres, in alijs etiã,
experiuntur, eſt maior peccatorum de-
teſtatio, & compunctio. Et probat ratio:
nam qui hodie decreuit, ad hanc cœle-
ſtem menſam ſequenti die accedere, ad-
minus proponit, ſi quæ ſunt, peccata Sa-
cramentali confeſſione delere, & cau-
tius vſque nunc agere vitam: ſola ergo
acceleratio temporis, quo ſumenda eſt
Euchariftia, animum à defectibus retar-
dat.

13 Et confirmatur: nam raro con-
tingit, (& de raro contingentibus non
eſt habenda ratio) vt qui hodie veneran-
dum

dum Christi corpus suscepit, ipso delin-
 quat die, facit ergo susceptum Sacramen-
 tum ipso saltem die a defectibus, ut in
 plurimum, abstinere: ergo huius Sacra-
 menti suscepti maior memoria ad maio-
 rem iuuat perfectionem, & consequen-
 ter, dispositionem. Et cum veluti natu-
 ralis sit, decursu temporis, rerum obli-
 uio, minor erit Sacramenti memoria,
 iuxta maioris temporis decursum: maio-
 ri ergo esset deuotione dispositus quis
 ad hanc caelestem mensam ipso, quo cō-
 municauit, die; proindeque feruentius
 Sacramentum recipiet die sequenti, quā
 tertium, vel quartum expectando; quod
 post Gersonem, apud Sanctium Abbulen-
 sem, ipse docet Abbulensis, in *select. dis-
 put. disp. 2.2.n.11.* Unde Gabriel in *4. disp.
 12. q. 2. concl. 4.* in hac prorumpit verba:
*Aut sic timens celebrare, seu communicare,
 abstinet, quia confidens de industria sua spe-
 rat, se in alio tempore magis futurum aptum;
 aut quia maiorem gratiam Dei se preparan-
 tem expectat: si primum, stulta est presump-
 tio; si secundum, fatua est hęc expectatio a Do-
 mino, qui semper, sublato impedimento, pra-
 sto est; nec nouit tarda molimina Spiritus San-
 cti gratia; stat pulsans ad osium, perit introi-
 tum, & cœnet tecum; tantum tanuam aperi-
 cordis, & remouet peccati mortalis rapagu-
 la.* Hęc Gabriel, teste citato sanctio; quę
 certe digna sunt mente teneri, & diguio-
 ra, opere adimpleri.

14. Deinde, gratis do contrarijs (si
 qui sunt) quod vberior gratia correspo-
 deat expectando, quam sequenti die cō-
 municando: hoc (inquam) gratis conces-
 so, sic argumentor: ergo, si sequenti die
 quis communicet, aliquam, quamuis nō
 vberiorē, recipiet gratiam: atqui, illa
 recepta gratia, etsi minori, constantior
 erit cum illa ad vitanda peccata, ac sine
 illa, ut patet: ad quid ergo expectatio, si
 Eucharistiam tunc assumere nullum est
 impedimentum ut sequenti, & omnibus
 alijs, die illam accipiat. Negari enim, nō
 potest, quod, si tunc, in gratia exiens,
 quis, & non prauo fine, vel cum affectu
 ad venialia peccata, communicet, aug-
 mentum gratiæ recipiat, & iuxta illud
 cautior euadat; quam si illa careret: ad
 quid ergo expectare debet? Non ne ut se
 exponat periculo labendi in mortalia,
 vel saltem in plura alla venialia? Si cum
 gratia, (ut quatuor, v. g.) est, antequam
 communicet, inquiror: erit ne fortior ad

vitanda peccata cum hac pro tunc gra-
 tia, quam esset cum maiori augmento
 per Sacramentum recepto? Certe nul-
 lus hoc dicit: nullus ergo dicat esse me-
 lius expectare. Et licet melius faceret,
 si maiorem haberet dispositionem, si-
 cut melius facit, qui maiorem præbet
 pauperi eleemosynam; sicut tamen be-
 nefacit qui paruam præstat pauperi ele-
 mosynam, & melius, quam illam omit-
 tere; sic recte efficiet, si cum minori ac-
 cedat dispositione, & melius, quam non
 accedere. Ut recte ait Amicissimus,
 Religiosissimus, & non minus doctus
 Magister D. D. Antonius Brajos, Pa-
 rochialis olim oppidi de *san Martin de
 la Vega*, proprius pastor, & Parochus,
 modoque Parochiæ Diui Andrææ in
 Matritensi Curia Pastor similiter, in quo-
 dam, ob rationum efficaciam maxi-
 mo, licet in paginis breui, tractatu de
 frequentia huius venerandi Sacramen-
 ti.

15. Probatur tandem argumento ad
 hominem: ex contrarijs namque qui-
 dam, quos refert citatus Sanchez *num.
 46.* fatentur, eandem, imo maiorem
 dispositionem requiri in Sacerdotibus
 ad celebrandum, quam ad communi-
 candum in laicis; ergo, sicut Sacerdoti-
 bus, sufficienter dispositis, melius, &
 laudabilius est, quotidie celebrare, sic
 etiam alijs, sufficienter dispositis, erit
 melior quotidiana communio. Quam-
 uis enim in Sacerdotibus licentia per
 se communicandi ex Sacerdotalis po-
 testatis dignitate descendat, licite ta-
 men communicandi licentia ex sola in-
 stificante gratia, existimata saltem, pro-
 manat. Non enim (inquit Hieronym. in
 Sophon; teste fratre Ioseph de Sancta
 Maria, infra referendo) dignitas, sed
 opus Sacerdotalis dignitatis saluare
 conuenit. Sicut, licet Dei genitrix inde
 quidem beata, quia verbi incarnandi mi-
 nistra facta est temporalis; at multo bea-
 tior, quia eiusdem semper amandi cu-
 stos mansit æterna, ut ait venerabilis
 Beda *libr. 4. capitul. 49. in 11. Lucas*
 Ergo.

16. Et ex his obiter infero, non recte
 Vazquez *tomo de Eucharist. disputar. 232.
 cap. 1. in fine*, Petrum de Ledesma *ibi,
 cap. 14.* & Ochagauiam *tract. de effecti-
 bus Eucharistiæ, quæst. 16. num. 5.* ma-
 iorem requirentes vitæ sanctitatem

in Laicis ad quotidie, aut bis in Hebdomada communicandū, quam in Sacerdotibus ad celebrandum. Et hæc de hac secunda conclusione, quam iudicō omnes debere admittere, & quam satis manifeste probabunt etiam Sanctorum & Doctorum, quos sequenti conclusione referam, dicta.

TERTIA CONCLUSIO.

17 **S**UFFICIENTER dispositus accedit quotidie ad hoc Sacramentum, qui mundus est à mortali, dum nō accedat ob inñanem gloriam; aut dum non urgeat præceptum aliquod, implendum tempore, quo accedit; aut denique nullus prauis intercedat finis. Probat conclusio. Tum, quia nulla alia requiritur dispositio, cū nullibi postuletur, vt satis docte probat citatus D. D. Antonius Brasos; cuius doctrina, sicut ibi approbatione seruiui, sic nunc adiscendo subscribo.

18 Tum etiam; quia sufficienter est dispositus, qui cū prædicta dispositione ad communicandum accedit in fine anni: ergo sufficienter erit etiam dispositus ad quotidianam communionem, qui cum eadem dispositione quotidie accesserit. Antecedens ab aduersarijs etiam verum reputatur: Consequens autem probō ex Diuo Ambrosio *lib. 5. de Sacram. c. 15.* sic decet: *Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? Sic vine, vt quotidie merearis accipere; qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annū.* Ita Ambrosius: ex quo sic argumentor. Eadem dispositione, qua quis non meretur quotidie accipere, non meretur etiam, iuxta Beatū Ambrosiū, post annū accipere: sed contrarij existimant, cum sola munditiè à mortali non mereri quempiam quotidie accipere: ergo debent asserere, cum hac sola non mereri accipere post annū: atqui expresse affirmat, melius esse post annum accipere, imo & post mensē, quam differre: ergo & iddem quotidie debent concedere, vel, se esse Sancto Doctori oppositos, fateri.

19 Sed dices: qui post annum, cū prædicta tantū dispositione accedit, non accedit sufficienter dispositus: melius tamen facit accedendo, quam abstinendo, eo quod ratione præcepti teneatur;

quod si frangat non accedendo, peccat mortaliter; si vero adimpleat accedendo, solum venialiter delinquit; cumque ex duobus malis, minus sit eligendū, *cap. duo mala, & c. nervi testicul;* hinc est, quod melius facit accedendo, quā abstinendo. Fateor hanc solutionē videri, prima facie, satisfacere. Contra illā tamen sic insurgo: contrarij admittunt, accedentem cū tali dispositione in fine anni, sufficienter dispositū accedere, cumque præceptum supponat dispositionē, & illam non præbeat; si, præcindo a præcepto, est sufficienter dispositus, qui cū tali dispositione reperitur, cur non erit etiam sufficienter cum eadē dispositus, etiā si nullum adsit præceptum? Deinde contrarij etiam affirmant, cum tali dispositione esse quem sufficienter dispositū, vt post mensem accedat; atqui quoad Sæculares nullum est præceptum de comunicando singulis mensibus: ergo si, post mensē accedendo, melius facit, quam abstinendo, & meliorationem hanc non præbet præceptum, quia nullum supponitur, in præceptis assignata responsio.

Deinde quidam sic, pro me, sequentibus respondebat ad supra positam replicam verbis: nullū præceptū potest obligare ad aliquid malum. Vnde si in fine anni non est quis sufficienter dispositus, quia accedēdo peccabit venialiter, pro fus ignoro qua ratione illū accedere cogat præceptum, & præsertim humanum & aufero scandalum. Sed hæc solutio insufficientis est; & nihil convincit. Fateor namque, illum, qui in fine anni nō est, vt contrarij dicunt, sufficienter dispositus, (& si sit in gratia; quia, scilicet cū aliqua accedit indecentia) teneri nihilominus ad Eucharistiam accedere. Fateor etiā, præceptum tunc comunicandi, non esse comunicandi cum tali indecentia, sed solum esse præceptum comunicandi. Naturali autem iure, & Diuino tenetur quis absque omni indecentia comunicare. Posita tamen indecentia adhuc comunicandi præceptum urget; quia in libertate est habentis indecentiam, illam auferre, & per illum stat, non per præceptum, illā habere. Vnde placet solutio supra apposta.

Quod si dicas, accedentem in fine anni, ob antecedentem negligentiam in se disponendo, impossibiliter se, vt non dispositus accedat: hoc voluntaria est euasio.

fit. Nam adhuc tunc est cum plena libertate, & cum sufficientibus auxilijs, vt possit plus per efficacem Dei dilectionem, & contritionem se disponere, ac si antecedenter in vigilijs, & orationibus, multum temporis consumpsisset; cum fide teneamus, felicem illum latronem ita se, dum pendeat in cruce, per dolorem disposuisse, vt mereretur à Christo Domino audire: *Hodie mecum eris in paradiso*. Potest ergo, qui in fine anni iustificatus est, si quæ deficit, (quod negamus) dispositionem assequi, siquidem vel potest congrua ad hoc habere auxilia, vel phisica, tanquam iustus à Deo adipisci; quod negari non potest. Et si hoc vnusquisque iustus efficere valet in fine anni, vnde constat, hoc iddem nõ posse efficere post mensem, post Hebdomadam, Bis in Hebdomada, Ter, aut Quater, aut tandem Quotidie; cum tunc, auctus iustificatus (vt suppono) frequentius Sacramenti gratia sit munitus? Nec, qui quotidie accedit, tenetur præconis voce publicare, se feruentius dilectione Dei esse munitum. Nec circumstantes iudicare valent, illum accedentem venialiter delinquere, vt patet: Ergo nec reprobare valent similem accedentem. Consequens est euidens: nam solum reprobare possunt ratione culpabilis indecentiæ. Ad quid ergo calumniant? Ad quid se iudices constituunt? Vidi quosdam non vituperantes in alijs iuramenta sine necessitate (nedum falsa) otiosissima verba, mormurationes, & alia rursus & iniusta; & ad hæc omnia, quasi proximi non essent, obmutescentes, & hos eosdem de alijs frequenter communicantibus murmurantes, imò & in faciem detrahentes. Quanam causa? Postulata venia, dicam. Hi (inquam) intra se viuere nesciunt; & longe ab illis est illud Citharistici Regis eloquium. *Perambulabam in innocentia cordis mei; in medio domus meæ*. Limpidissima erat tunc Davidis anima; ideo gratissimum illi erat intra ipsam commorari. Quod si dicant, opponantque pro se ipsis sequentia ipsius Davidis verba: scilicet: *Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes prauaricationes odium. Interficiebam omnes peccatores terræ; vt disperderem de Civitate Domini omnes operantes iniquitatem*: & alia huiusmodi. Respondeo, hæc ad Davidem, quia iustum, & Regem, Iudicemque, atque

Principem à Deo constitutum, spectare; quos autem vidi frequentem communionem calumniantes, nec publicè, nec priuatim Iudices erant. Vnde solum Iudices publici, id est Prælati, seu priuati, hoc est Confessores, Spiritualesque Patres, possunt de conuenientia, vel non conuenientia frequentis, & quotidianæ communionis, respectu sibi subiectorum iudicare. Et per hoc patet ad replicam.

20 Quare non est expectanda temporis distantia, sed procuranda sufficiens dispositio. Quod eleganter profert Chrysostomus. *homi. 28. in Epist. 1. ad Corinthios*, vbi sic ait: *Paulus vnũ nouit tempus additus, & cõmunions, puritatem conscientiæ; & hom. 60. ad Antioch. populũ*, sic habet: *Tẽpus aduentus, Epiphaniæ, vel Quadragesimæ dignos accedere non facit, sed animæ puritas, & sinceritas; cum hac igitur semper accede; sine hæc nunquam*. Hæc Chrysostomus.

21 Tum etiã; quia, vt præcedenti conclusione diximus, quidam ex contrarijs fatentur, teste sanctio vbi sup. n. 46. eandem, imo maiorem, requiri dispositionem in Sacerdotibus ad celebrandum, quam ad communicandum in Laicis: & nihilominus affirmant, fore melius Sacerdotibus quotidie celebrare, quantumuis præcedat irreuerentia aliqua, ex inuoluntaria scilicet pollutione proueniens, aut habitus cõmitendi venialia, aut alia huius generis: ergo debet, hoc idem melius fore Laicis, prædicta dispositione fruentibus, affirmare. Atqui sic se habet dispositio in conclusione assignata: ergo.

22 Tum etiam; nã vbi ex frequentia cõmunions crescit amor, & reuerentia nõ minuitur, proculdubio melius est, quotidie ad hanc cœlestem mensam accedere, quam illa priuari; vt citato Angelico Doctore, tenent Syluester sup. num. 17. in fine: cum ergo huius amoris, & reuerentiæ examen penitentibus, & Confessoribus relinquatur; & communiter loquendo, qui quotidie communicant, feruentius in amore, & in reuerentia cautius procedant, ad quid calumniandi sunt? Qua ratione terrendi, & separandi à frequenti huius cœlestis panis sumptione? Et confirmatur ex eodem Angelico Præceptore, & Syluestro vbi supra, inquit enim, quod si, quantum minuitur reuerentia, augeatur amor, seu feruor charitatis, adhuc sit omni die communicandũ. Si ergo, ex consilio tanti Sancti, tantiq;

Docoris, adhuc est omni die communi candum, d'ni augeatur amoris, quod de trahitur reuerentia; a fortiori erit melius quotidie communicare, dum nō solum amor, sed etiam augeatur & reuerentia; atqui sic experientia mihi couitat respectu personarum, etiam secularium, quotidie ad hanc cœlestem mensam accedentium, & , vt in plurimum, sic in omnibus euenit fidelibus : ergo.

23 Sed dices: plures ex frequenter, vel quotidie communicantibus, ita in exterioribus se habent actionibus, & si non malis, vt videantur, nihil internæ deuotionis habere; quod sane indecens videtur. Replicā itā, aliquoties auribus meis cū dolore suscepi. Et non possū non mirari, quod prudētēs, doctiq; viri sic loquantur, quod nō credo. Fallit autē tamē predictę replicę sic demonstrō. Et in primis, si quotidie communicātes inclinatio procedant capite, oculosq; semper in terrā, veluti defixos, habeant; si voce delicta loquantur; si ardentia ex corde proferat suspiria; tunc in irrisione habentur, & ludibrio, ita vt de similibus dici solet nostro sermone vulgari: *Mirad al Beato, ò Beata torcida la cabeza, arque das las cejas, con la voz ensantada, y que cada suspiro queda, es un sepan quantos, que soy espiritual, y trato de veras de virtud.* Hęc, inquam, & similia verba solent aliqui, irridendo, proferre contra sic procedentes; quod ego lamentando efficerem, sed non irridendo. Nam certē, qui similem viuendi tramitē eligunt, si verē deuoti sunt, amittēdi deuotionē ipsam, manifesto se exponunt periculo; nā virtutibus, si quas habent, expoliari volunt; cum deprædari desideret, qui thesaurū publice portat in via. Igitur si prædicti, sic viuētes, reprehensione digni sunt, eo quod cōmunem, & humanitus prudentem viuendi modū insequi recusant; quo modo sustineri valet, quod reprehendantur, qui communi modo prudenti in verbis, & actionibus vtuntur, eo quod ad Eucharistiā frequenter, & quotidie accedant? Hoc, inquam, non est manifestū in susurrantibus delirium? Iudicent omnes. Cum enim vno ex prædictis modis necesse sit viuere: si vnus (id est primus) iustissimē reprobatur, deliriū erit reprobare secundum. Quod autē hic secundus nulla sit reprehensione dignus, etiam in

quotidie comunicantibus meridiana luce inspicitur.

24 Ergo pro solutione ad replicā, præter dicta, transeat, quod si quotiæ communicantes in exteriori procedendi modo, communiter prudentes imitentur, non habeantur, vt feruidi in spiritu. Ex quo nihil contra nos. Etenim perfectio non stat in sensitiua deuotione, sed in satisfactoria; hæc autē in benè operando consistit; vnde si ab huius sæculi delirijs non suffocantur, nec pœnarū malis, aut laboribus obruantur, foelicissimi sunt, & , vt imitētur, digni. Etenim, benè semper (at tenta humana prudētia) operari, arguit, re ipsa, antecedentē gratiæ nitōrem, feruoremq; Charitatis, seu gratiæ augmentum, tanquā causam fugere autē singularitatem internas, & externas assecurat virtutes: ergo tales calumniare delirium est. Sed maius erit deliriū si calumniari ipsi ab incepto tramite deuenit, eo quod alij murmurent. Quod, si murmurantes irrident meliorē in quotidie comunicantibus vitam; murmurati autē ob hoc ab illa deuenit, & desistant; idē erit, ac eligere non ita rectū viuendi modū, ne irrideantur, eo quod meliorē partē sequuntur. Quod sanē maximū est deliriū; & similes illis, erunt, qui, cum rectis pedibus ambulent, volūtarie se claudos efficiūt, ne reuera claudi ipsos, quia rectis ambulant pedibus, irrideant. Ergo multa est replica supra posita.

25 Tū etiam probatur conclusio ab inconuenienti: etenim si melius foret à quotidiana Eucharistiæ abstinere sumptione, quam ad illam accedere, sequeretur, validū esse votū de non accedendo quotidie; quod alienum à veritate videtur. Quod si dicas, tale votum non posse absolute emitti, sed sub conditione, scilicet, nisi habeam congruentē, & non tantum necessariā dispositio. Contra est; nam tunc fieret, quod vouens, si ad cōmunionem accederet cū sola necessaria dispositione, & quā solā necessario exigit Tridentinā (de quo satis doctē perdoctus Mag. D. Antonius Brajos) peccaret mortaliter, & votū frangeret; quod plusquā fallum dicit Sanch. Abbulens. supra n. 16. & rectē sanē. Quod sic probō: nā votū factum censetur, quoad vim, & efficaciam obligandi, quantum ad materiā, instar præcepti Ecclesiastici; ergo in predicto casu nullū peccatū peccaret comunicās cū

dis-

dispositione à Tridentino postulata. Antecedens probō : nam votum ieiunandi perfectissimè adimpletur, si obseruetur ieiunium eo modo, quo per Ecclesiasticum præcipitur præceptum, vt patet; nisi aliud de vouentis intentione expresse constet: ergo (& probatur simul Consequentia) si Tridentini decretum satis impletur, posita necessaria dispositione, quàm solam exigit, implebitur etiam votum, quod censetur factum instar Ecclesiastici præcepti, seu decreti, nisi oppositum de vouentis intentione constet: atqui non constat de intentione vouentis, quod velit, se ad maiorem obligare dispositionem; nec Sacramentum de se aliam postulare necessario, nisi quàm Tridentinum assignat, quod mihi euidentis est: ergo nullatenus peccaret vouens cum tali dispositione communicans.

26 Deinde probatur conclusio sequenti, & non contemnenda ratione: & prius plura supponenda sunt ex Angelico Præceptore: nam 3. p. q. 79. art. 6. ad 3: sic habet: *Ad tertium dicendum, quod licet hoc Sacramentum (scilicet Eucharistia) non directe ordinetur ad diminutionem fornicis, dimittit tamen fornicem ex quadam consequentia; in quantum auget Charitatem; quia sicut Augustinus dicit in libr. 83. qq. augmentum Charitatis est dimittitio cupiditatis.* Sic Sanctus Doct: Qui artic. 8. in corpore sic, infra mediūm; habet: *Dictum est enim, quod effectus huius Sacramenti non solum est adeptio habitualis gratiæ, vel Charitatis, sed etiam quadam actualis resectio spiritualis dulcedinis; qui quidem impeditur, si aliquis accedat ad h. c. Sacramentum, per peccata venialia mente distractus, non autem tollitur augmentum gratiæ, vel Charitatis.* Sic Præceptor Angelicus: Et in principio corporis sic: *At quod peccata venialia prout sunt præterita nullo modo impediunt plenarium effectum huius Sacramenti, scilicet, resectionem etiam spiritualis dulcedinis; quia potest contingere, vt deuotus accedat, &c.* Et q. 80. art. 10. eiusdem 3. p. ad tertium sic, propè finem, habet: *Amor, tamen, & spes, (quas dicit in communicando reperiri) ad que semper scriptura nos promouat, præferuntur timori.* Vnde & cum Petrus dixisset: *exi à me Domine, quia homo peccator sum.* Respondit Iesus: *noli timere.* Et q. 79. artic. 4. in corpore sic, post appositam similitudinem cibi corporalis, ait: *Spiritualiter autem quotidie aliquid*

in nobis deperditur ex calore concupiscentiæ, per peccata venialia, quæ diminuunt feruorē Charitatis, vt in 2. p. habitum est; (scilicet 2. 2. q. 24. art. 10.) & ideo competit huic Sacramento, vt remittat venialia. Et, paucis ex Ambrosio rellatis, sic habet: *Res autem huius Sacramenti est Charitas, non solum quantum ad habitum, sed etiam quantum ad actum; qui excitatur in hoc Sacramento, per quod, vel quem peccata venialia soluntur.* Sic Doctor Sanctus. Quod etiam docet in solut. ad 1. & 3. Et expressius eadem 3. p. q. 79. art. 4. vbi in corpore ait, quod Eucharistia, & quatenus Sacramentum, & quatenus res Sacramenti, diuinctiue habet remittere venialia.

27 Ex his, secundum Angelicum Præceptorem, & secundum veritatem, præsuppositis, stat primo, effectū per se huius Sacramenti esse augmentum gratiæ, feruorē Charitatis, seu nitore gratiæ; siue Charitas à gratia distinguatur, siue non. Secundo stat, per istiusmodi effectum cōpetere huic Sacramento venialia peccata remittere. Ratio autem (his suppositis, quæ ab omnibus admitti debent) sic se habet: nullum Sacramentum ad sui receptionem necessario supponit, (imò nullatenus) effectum, quem per se receptum præbet: ergo neq; hoc Eucharistiæ Sacramentū. Totum hoc euidentis est: Sic ergo prosequor: igitur Sacramentū hoc non supponit necessario in illud volente recipere augmentū gratiæ, feruorem Charitatis, seu nitore gratiæ: ergo solum necessario supponit, quantum ad cordis manditiē, gratiam, seu Charitatem in quocūmq; sit infimo gradu: ergo non necessario supponit peccatorum venialium ablationem, vt præbeat augmentum gratiæ, cum etiam præbeat, iuxta D. Sanctum, spiritualē dulcedinē stantibus habitualiter peccatis venialibus, dū tantum recipiens actualiter in illis non sit distractus: ergo cū sola gratia, seu Charitate, & cum quibuscūque venialibus, habitualiter existentibus, est quis sufficienter dispositus ad hoc recipiendū Sacramentū, ergo in nullis, accedētib; sic ad illud, indecētia aliqua potest reperiri. Patet hæc vltima Consequentia: etenim nulla indecētia esse potest in nō positione illius, quod nullatenus Sacramentū antecederet, & tanquā dispositio, exigit. Si enim Sacramentum venialium ablationem non exigit dispositiue, sed solam

gratiam, vel Charitatem, vt dixi; & aliàs indecentia stare debet in non positio-
ne alicuius dispositionis; ab ipso Sacra-
mento postularè, quomodo indecentia
locum tenere valet respectu Sacramenti
huius, in non acquirendo antècedenter
ad ipsius receptionem, augmento gratiæ,
seu seruire Charitatis, aut in non appo-
nenda venialium ablatione? Ergo cum
dispositione assignata in 3. conclusione,
omnes accedentes, adque vlla accedūt
indecentia: ergo bene faciunt: ergo iniu-
ste reprobantur, & calumniantur. Cesset
ergo ex nunc contra quotidie commu-
nicantes (cum hoc de Confessorum con-
silio efficiant) sine fundamento querella.

28 Denique probatur: nam nullus ne-
gare potest; probabilem ad minus esse
tantorum Sanctorum, Doctorumq; sen-
tentiam, asserentem, melius esse cū præ-
dicta dispositione quotidie ad Euchari-
stiam accedere, quam recedere: atqui cō-
munis sententia tenet, posse sequi proba-
bilem sententiam in his salè, quæ ad mo-
res pertinent, & in facto consistunt: ergo
qui quotidie communicantes reprehē-
dunt, quod male faciant, reprehendunt
etiam omnes Doctores, dicētes, licitum
esse, sequi opinionem probabilem; imò si
ipsi reprehensores docti sunt, sibi metip-
sis etiā contrariantur, cum ex vna parte
fateantur, opinionem probabilem posse
sequi, quia hoc negare, iuxta communē
sententiam, non valet; & ex alià, repre-
hendendo illos, qui quotidie communi-
cant, iuxta eandem probabilem senten-
tiam, implicite dicant; non posse sequi
opinionem probabilem. Pro hac veritate
Authores Sanctos, & DD. afferre super-
fluum mihi videtur, præsertim cum illos
referat Doctissimus Abulensis, supra ci-
tatus. Post quem alij plures scripserunt,
& vulgari idiomate, in quorum scriptis
referuntur tam sancti, quam Clasci, Su-
mistæque Authores quàm plurimi. Et
certè sufficiebat vnus pro mille, Aureus
Africanus, vel Angelicus Præceptor, vel
D. Isidorus, vel relictus D. Ambrosius,
vel Chrysostomus, vel Colon. Concilij
Patres; qui omnes pro hac veritate ex-
presse sunt. Quibus (& non ex necessita-
te) accedunt, Salmeron, Labata, Christo-
phorus Moreno, Fr. Ioseph de Santa Ma-
ria, Antonius de Roxas, referens ex Pa-
tribus, Casianum, & alios; Baius, Vival-
dus, Balmieri, Maior, Gabriel, Reginal-

us, Philippus Bernal. Baronius, & alij.
Cañedo, Nicolaus de Orbellis, Astensis
Ragancius, Cormius, Angelus, Angles;
& ex Salmanticensi Academia, Complu-
tensiq; plurimi, & Doctores, quos per
longum esset recensere, & apud Sanctiū,
& alios, possunt videri. Ergo, ad intentū,
validum fiat votum de quotidie com-
municando, factum ab eo, de quo in in-
formi; & sic hæc via à restitutione nō ex-
cusatur; quibus sic suppositis. Sir.

CASVS RESOLVTIO.

29 **F**ATIOR casum esse difficilē, & in-
ter difficiles difficilimū; attamē
mihi videtur, præfatum, de quo in infor-
mi solū ratione voti subeundi martyriū,
excusari à restitutione; vel (vt melius,
propriusque loquar) non teneri præbere
dicta tria millia aureorum prædictæ Ec-
clesiæ. Ducor ex eo, quod votum dandi
talem summam; fuit in pœnā fractionis
voti de subeundo martyrio; atqui tale
votum nunquam fregit, nec violauit: er-
go. Maior, & Consequentia patet: &
Minorem probō: nam (vt supra num. 2.
dixi) nullum est votum de offerendo se
martyrio; quia hoc inter res; moraliter
impossibiles, computatur, votumque de
re moraliter impossibili nullum est: at-
qui nullius voti nulla esse potest viola-
tio; quia nullius rei nullæ sūt qualitates:
ergo pœnam dandi prædictam summam
non incurrit. Patet Consequentia; nam
hæc pœna soli fractioni præcedentis vo-
ti correspondere valet.

30 Et confirmatur à simili, & con-
sequenter à ratione naturali, cum simi-
littudo sit cognata naturæ, vt pluries ex
Baldo, & alijs in hac prima parte ad no-
taui. Confirmatur igitur sic: minorem
inducit impossibilitatem ieiunare in mo-
dico panis, & aquæ pro tota vita, quàm
offerre se occasione martyrium subeun-
di; quia in primo casu non statim se-
quis offert occasione vita carendi, be-
nè tamen in secundo: atqui nullus est Au-
thor, qui vouentem tali modo pro tota
vita ieiunare; astringat voto: ergo nul-
lus erit; qui in secundo casu de offe-
rendo se occasione martyrium subeun-
di per votum, vouentem astringat. Ma-
ior est evidens; ob assignatam ratio-
nem: Minor ab omnibus admittitur
ergo

ergo Consequentia est euidens; & admittenda, ab omnibus admittenda.

31 Confirmatur secundo, & a fortiori: maior requiritur causa; vt lex, a principio valida; & quæ iam robur, & vim obtinuit iteratione actuum, quos ipsa præcepit lex; non obliget; ac requiritur, vt non liget, quæ antecederet firmitatem non habuit: ergo iddem dicendum est de voto, quod instar legis factum censetur. Antecedens est verum, & ab vtriusque iuris DD. Theologis que receptum: Consequens autem sic probo. Pro sufficientissima ad excusandum a lege, antecederet obligante, assignatur tam a iure; quam ab Authoribus, causa, res esse notabiliter mutatas; iuxta cap: *Quemadmodum de iur. iur.* De quo; inter alios Thomas Sanchez *lib. 1. de sponsalib. disp. 55. a num. 1.* ergo a fortiori hæc eadem sufficiens erit, vt a principio exiens, lex non teneat; proindeque nec votum: Tunc sic: sed euidens est, esse maiorem causam, a lege, & a voto excusantem; quod materia ipsius legis, vel voti, impossibilis in totum red datur; quam, quod res notabiliter sunt mutata, vt per se notum est: ergo quando materia legis, vel voti est impossibilis morali tantum impossibilitate, non solum cessabit postquam vim obtinuit; sed a fortiori non tenebit ante vim consequentiam. Ergo, si votum offerendi se martyrio, est votum de materia moraliter impossibili, vt per se patet, & ex dictis euidenter constat; nullatenus obligabit. Patet hæc vltima Consequentia: nam, esse materiam impossibilem, maior est causa ad legem quamcumque, ceteris paribus, dissoluendam, vel annullandam, ac res esse notabiliter mutatas; vel ad minus æqualiserit roboris, & efficacæ ad intentum. Si ergo, quando res, ad legem consequentes, notabiliter sunt mutata, ex iure; & ex omnium Authorum consensu, lex ipsa cessat, & consequenter votum, quod ad instar legis factum censetur, priuataque lex quædam est (latè sumptio legis vocabulo) quid erit dicendum; quando materia; antequam lex robur obtineat, moraliter extat impossibilis: sic autem se habet, offerre sequem martyrio, quod pro materia præsentis voti assignatur: ergo, &c.

Nec obest, quod vouens velit se

prædictæ impossibilitati astringere. Quia Deus, in cuius honorem fit votum, non illud acceptat, nec acceptare vult; cum velit, leges esse prudentes, & iustas; iuxta illud: *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt;* ergo, &c.

32 Sed dices primo: facilis est ad presentem casum solutio; eo quod nullum ex tribus primis votis vouens præfatus violauit: ad quid ergo pro difficili casu venditur, cuius trina, & tam manifesta apparet resolutio? Antecedens probatur quoad primum votum; scilicet de ieiunando singulis Ferijs sextis, &c. Nam Doctissimus Sa, *verbo ieiunium, num. mihi 5.* sic habet: *Cum Vigilia incidit in festum, pridie eius ieiunandum.* Sic ille; qui refert *cap. 1. & 2. de obseruat. ieiunij*: ergo saltem in illis ieiunijs, quæ anteposuit præfatus vouens, votum non violauit. Atqui, non violato hoc voto; nequit sequens votum, quia in pœnam fractionis antecedentis voti factum, obligare: ergo: Deinde circa dies Natiuitatis Domini, & B. Ioannis Baptistæ, die Veneris incidentes, videtur vouentis intentio non esse, vt ligetur: Ergo.

33 Probatur prædictum Antecedens quoad secundum votum, scilicet, de communicando omnibus diebus iuste; & licite; per tempus Biennij. Nam sententia est Doctissimi Zachariæ Pasqualigi, *tom. decis. moral. decis. 338. per totum, & præcipue num. 14. & vltim.* non frangere ieiunium naturale illum, qui dimidia hora post pulsam mediæ noctis in omnibus Horologijs aliquid commedit: Eius sunt, quæ sequuntur, verba: *Dubitari tamen potest, quantum temporis in tali casu possit haberi pro minimo. Resp. debere esse solum tantum, quantum detrahit potest a subsequenti die, ita tamen, vt adhuc dies censeatur moraliter integer, alioquin si non censeretur integer, neque etiam censeretur possit, quod esset seruatum ieiunium pro illa die. Hoc autem non debet esse aliqua hora integra; quia, cum quolibet hora sit pars integralis diei, si vnâ deficiat, non erit dies integer.* Sic Pasqualigus. Ergo, consumpta dimidia hora in comedendo post mediæ noctis pulsam in omnibus Horologijs, adhuc seruatur integer moraliter dies: ergo multo magis, consumpta tantum, in comedendo, horæ quadrante,

te, vt dicitur in informi. Atqui, seruato ieiunio naturali, potest quis Eucharistia accipere: ergo præfatus de quo in informi licitè potuit communicare prædictis diebus: ergo votum non violauit: ergo etiam ex hac via excusatur à sequentibus votis: ergo non solum ratione voti martyrij est à soluendis tribus mille aureis liber, sed etiam ex duplici assignata: ergo non est difficilis casus.

34 Sed ad hæc respondeo; & prius opinio Sa iam per totam Ecclesiam interpretata est, vt nomine festi intelligatur tantum dies Dominica, ad summum que solū intelligi valet (quidquid dicat Quintana Duenas in 4. *Eccles. præceptum; singulari 20.* de quo alibi.) de Vigilia B. Ioannis Baptistæ, incidente in diem Corporis Christi; vt annis præteritis interpretatum, obseruatumque vidimus. Deinde opinio Sa solum procedit de Vigilijs, non autem de ieiunio per votum. Denique, vouentis intentio in casu dicto non fuit excludendi dies Natiuitatis Domini, & B. Ioannis Baptistæ, incidentes in diem Veneris; supposito quod vouens dicit in informi, se talibus diebus non ieiunasse. Ratio est; quia vel mala, vel bona fide processit: si bona, ad quid casum interrogat? Cum iam tunc ob bonam fidem excusatus censetur: ergo mala fide processit, cum qua nequit itare interpretatiua voluntas, & intentio excludendi à ieiunio similes festiuitates. Bene verum est, quod, quoad diem Natiuitatis Domini, sit probabilis sententia, asserens, votum non extendi, nisi expresse hoc intendisset; de quo supra tract. de marr. casu ult. quoad cæteras tamen festiuitates oppositum communiter asseritur. Vnde difficile est intelligere, præfatum, de quo in informi, de non ieiunando in prædictis festiuitatibus interrogare, & intentionem ieiunandi non habere. Ergo ex hac via non excusatur ab obligatione dandi prædicta tria millia aurea.

35 Neque secunda Antecedentis probatio, deducta ex doctissimi Pasqualigi sententia, aliquid valet. Tum, quia præfato, de quo in informi, nullatenus, dato quod esset probabilis, suffragari potest. Tum etiam; quia illam improbabilem exitimo. Primum patet: quia, dato, quod talis sententia probabilis foret, votum fuit de communicando singulis diebus

iustè, & licitè. Si autem licitè communicasset vouens præfatus, non interrogaret de obligatione soluendi prædictam summam; nec mentionem faceret de duplici recusatione subeundi martyrij, sibi oblata. Nam, obseruato voto communicandi, non curreat votum martyrij: ergo neque eius obligatio: ergo neque necessitas inquirendi de obligatione præstandi dictam pecuniam.

36 Quod autem sententia Pasqualigi sit improbabilis, sic ostendit licet supra rem, phisice mathematice, vel moraliter integram, cadere valeat ratio moralitatis ratione paruitatis materiæ, vt supra annum phisicam annus moralis, vel moraliter integer, attamen supra annum moraliter integrum, per moralem ampliationem, non habet locum moralitas alia. Etenim, deficiente anno phisico, vel morali, parua aliqua temporis distantia, vel parte, reputatur nihilominus moraliter completus, extra casus in iure expressos, vt in professione solemnī, & alijs: ergo dies nequit reputari moraliter integer, si ab illo, post sonum omnium Horologiorum, auferatur tempus, quod non sit hora completa: ergo, si in illo ablato tempore quis commedat, iam communicare non valet eo die. Antecedens est verum, & admissum etiam videtur ab ipso Pasqualigo, vbi supra, res. sol. 473. num. 5. vbi ait, quod tempus, à Tridentino, ad non residendum Episcopis concessum, summi debet moraliter, non mathematice; & supra hanc moralitatem concedit tantum absentiam duorum, vel trium dierum, & non amplius: eo quod id solum pro parua materia intelligi valeat. Primum autem Consequens sic probat: nam, licet dies integer moraliter reputetur de pulsu mediæ noctis vnus Horologij ad pulsum alterius mediæ noctis eiusdem Horologij, siue celeriter, siue spaciose decurrat; & hoc tam ad acquirenda fauorabilia, quam ad excusandum à rigore; vbi tamen sunt plura Horologia, & non valde se, vel in celeritate, vel in tarditate excedentia, tunc, iuxta communem DD. sententiam, Ecclesieque vsus, habet locum moralis anni integritas, ratione paruitatis materiæ; atqui supra paruitatem materiæ anni, moraliter sumpti, nequit alia paruitas assignari materiæ, vt in tempore, ad non residendum Episcopis concessio
à Tri-

à Tridentino, quod ultra tres dies, pro parua materia additos; nequit amplius, reſte ipſo Paſqualigo, protendi: ergo, cum in caſu præſenti de pluribus Horologijs mentio fiat, &, quia plura ſunt, diuerſis temporibus ſonantia, iam dies moraliter in pulſu primi Horologii, manet cum paruitate materiæ temporis, additi per alia Horologia, non poterit, ſupra hoc, aliquid temporis, tanquam parua materiam, cum qua integer dies reputatur, concedi. Nam ampliare, vel minuire diem, moraliter integrum, poſt ampliationem, vel diminutionem eius, addita, vel ablata materiæ paruitate, iniuſtum eſt: proindeque erit iniuſtum, concedere, quod præſatus, de quo in informi, licite, ſecundum tempus, communicauerit, comedendo poſt ſonantia omnia Horologia; quorum reliqua, præter primū, in paruitate materiæ ampliant diem, moraliter integrum, à primo Horologio deſignatum.

37 Si autem dicas, vnum quodque Horologium probabiliter conſtituere diem, moraliter integrum, non addita alia temporis materiæ paruitate; ita vt, ſicut ſupra primum Horologii primi ſonum poteſt addi, ſic ſupra quemcumque cæterorum; vt contingere valet in pluralitate opinionum; quarum vna toti cibi vncias pro collatione in die ieiunij concedit; alia aliquid plus; alia amplius, &c. cum tamen reſpectu cuiuſque, ſi parum quid addatur cibi, vicem geret parua materiæ.

Fateor replicam, maximam vim habere, pro Paſqualigi ſententia ſingulariſſima, & ad minus propter hoc reiſcenda, ſiquidem non inixa moralis Theologiæ principijs, cum ſolum in ipſius Paſqualigi reſundetur aſſenſum: qui (& ſi accutiſſimi Doctoris) quia nouo, nouiterq; allegato fundamēto procedit, videtur pro ratione volūtatē præbere, dū aliam non aſignet rationem, vel ex Authorum doctrina, vel ex Theologiæ moralis deductam principijs. Do tamen differentiam inter Horologia, & Doctorū ſententias. Cum enim Doctores ratiocinando procedant, & ſcienter, videntur, additum in colatione exceſſum, quem figunt ſupra conſeſſam ab alijs ſententijs quantitatem; pro licita colatione, quæ duplicem non efficiat commiſtionem, apponere. Cum verò Horologia

ratione careant, & naturaliter poſſint retardari, adhuc abſque illorum gubernatore notitia, ſeu ſcientia, non eſt iudicandum, illa figere diem, moraliter vnū, & completum abſque exceſſu aliquo; qui, ſi paruus eſt, communiter à fidelibus, & à valde doctis, quos vidi, & ſæpius audiui, paruitas materiæ reputatur. Quod ex eo amplius clariuſque colligitur; nam omnes, qui Horologia gubernant ſoliciti ſunt ſolis curſum, per Horologia ſolis, imitari; & ſic omnes idem intendunt. Etenim ſapius, dum Matricis Eccleſiæ Horologium, iuxta curſum ſolis, componitur ad totum diem, & ſonat, ſeptimam v.g. horam, alia Horologia ſtatim, & ſerè ſimul, eoſdem pulſus ſonant; & non eſt Gubernatorum intentio, vt vnum Horologium alterum excedat vel in celeri, vel tardo in curſu. Quare, ſi ſe excedunt Horologia, exceſſusque paruus eſt, eadem ratione, paruitatis materiæ hora reputatur; ſi vero exceſſus eſt magnus, communiter vnum, è duobus reprobatur ab hominibus Horologium, vt experientia conſtat. Ergo exceſſus, inter plura Horologia repertus, non eſt ab eorum Gubernatoribus intentatus; ſed, ſi magnus eſt, reiſcitur à fidelibus; & ſi paruus, pro paruitate materiæ; vt moraliter dies integer, & vnus accipitur. Atqui ſupra diem moralem, vel moraliter integrū, ſuperaddita, pro paruitate materiæ, aliquali temporis diſtantiâ, non eſt iuſtum, illum diem, alia paruitate materiæ temporis ſuperaddita; ampliare, vt patet: ergo ſi, poſt omnia Horologia, inæqualiter in ratione temporis duodecimam noctis horam ſonantia, præſatus, de quo in informi dimidium horæ, vel tres quadrantes horæ in cænando conſumplit, vt abſque fundamento (Parce tante Doctor) concedit licitum Paſqualigus, re vera ieiunium fregit; ac proinde non licite communicauit; proindeque, non impleto hoc voto, non potuit ab obligatione ſoluendi prædictam ſummam excuſari.

38 Explicatur amplius differentia alia, inter Horologia, eorumque Gubernatores; & inter Authores, diuerſimode opinantes circa colationem in die ieiunij. Etenim qui Horologia adminiſtrant nullatenus intendunt maiorem temporis curſum pro hora conſti-

tuere, quod evidens est. Authores autem, qui circa colationem opinantur, expresse concedunt quidam maiorem quantitatem, quidam vero minorem; & alij, intra limites colationis, maximam. Unde in his sententijs, quæcumque sequatur, est locus additioni paruitatis materiæ cibi. Per quod satis de falsitate convincitur appositæ replicæ, & Pasqualigi sententiæ. Et licet ego in his oppusculis dicam aliquoties, Horologia se habere, sicut probabiles sententias. Fateor. Nunquam tamen dico, Horologia, manifeste errantia, hoc munere gaudere. Ponere autem diem, moraliter integrum, transactis tribus horæ quadrantibus, post omnium Horologiorum pulsationes, vel est, asserere; omnia Horologia fuisse mentita; cum illa veritatem moralem pulsationibus designent, & hæc pulsationes iam transierunt; vel est firmare, se vele falsis, & mendosis Horologijs daci.

39 Sed dices iterum: ergo si omnia Horologia ita sint composita, vt neutrum à cæteris in aliquo discrepet, quod per se intendunt ipsorum Governatores, licitum erit tunc aliquid temporis parvi superaddere, quocum, tanquam cum parua materia, componatur vnus moraliter dies. Respondeo negando Consequentiam. Nam, quamvis omnia in pulsando vniantur, impossibile tamen est (& fatetur Pasqualigus supra; *resol. 338. num. 8.*) quod sint ita perfecta instrumenta, vt exactè Solis motui correspondeant. Quare, licet perfectam Horologiorum motui Solis correspondentiam exoptent, qui ea gubernant, vt patet; ipsa tamen Horologiorum instrumenta certissimè tali desiderio non correspondent; vel quia ante verum vnus horæ Solis motum, horam ipsam completam demonstrant; vel quia post vnus horæ, secundum Solis motum, tempus requisitum, & sufficiens, aliquid temporis amplius suo tardo cursu consumunt; post quod, horam esse tunc (falso tamen) completem, prædicant. Unde iste excessus, vel diminutio ista horarum, non est à compositoribus intenta; quia tamen communiter parvus solet esse excessus inter horam, & horam vnus Horologii; ideo ab Ecclesia, & fidelibus pro paruitate materiæ accipitur; cuius evidens signum est, quod, quan-

do excessus est magnus, non admittitur. Sed si valde celeriter currit rota, retrahitur Horologii manus; & si valde tardus est curus, aucto pondere emmendatur. Ergo, adhuc respectu vnici Horologii, sonantis duodecimam horam noctis, non est aliquid temporis, pro materiæ paruitate, addendum: Ergo nullatenus sustineri potest Pasqualigi sententiæ.

40 Fateor ex alio principio, videri etiam, prima facie, excusari præfatum à soluenda prædicta summa peccunia; etiam ratione voti de communicando quotidie. Nam quod per sex, vel octo dies deficiat, non videtur ira culpabile, quod ad soluendam prædictam summam necessario sit attingendus. Hoc probare videtur ratio sequens: Beneficiarius, qui per octo, vel decem dies prætermisit recitationem Diuini Officij, si uè interpolate, sine successine, non attingitur restituere fructus, talibus diebus, ratione Diuini Officij, correspondentes; vt tenent Medina, Ludouicus Lopez, Ioannes à Cruze, & Henriquez, quos, tam ab extrinseco, quam ab intrinseco probabiliter refert, sequiturque citatus Zacharias Pasqualigus supra, *de his. 454. num. 4. & 5.* ergo præfatus, de quo in informi, excusari etiam videtur à restitutione prædictæ summæ, cum solum per sex, vel octo dies, licitam omiserit communionem, non tamen communionem absolutè.

41 Et confirmatur: nam si quis recitaret mente distractus, vel male, ab extrinseco addito, sine, cum teneatur aliunde; vel ex iure positiuo, vel melius Naturali, & Diuino iure, cum attentione recitare, (nam sancta sancte tractanda sunt) nihilominus non obligaretur ad restitutionem; quod sanè in Beneficiario valde probabile est: ergo nec præfatus, qui vere communicare non omisit, & si illicitè communicauit, non erit ad restitutionem prædictæ summæ cogendus. Probatur Consequens, & etiam ratio, supra posita. Etenim votum factum censetur ac instar præcepti Ecclesiastici: si ergo Beneficiarius, in probabili sententiâ, solum ratione Ecclesiastici præcepti, fructus Beneficij, Officio Diuino correspondentes, non recitando attingitur restituere, & votum ad instar Ecclesiasticæ legis cen-

ferur factum, videtur dicendum, ita posse præfatum, de quo in informi, à soluendis tribus mille aureis excusari, sicut Beneficiarius à soluendis Beneficij fructibus, diuino officio alias prædictis octo, vel decem diebus correspondentibus, excusatur.

42 Sed contra dices: votum obligat iure Diuino, præceptum autem Ecclesiasticum solo iure humano: ergo licet in alijs votum censeatur factum ad instar Ecclesiastici præcepti, maior tamen esse debet obligatio vori, quam Ecclesiastici præcepti. Respondetur tamen, hoc nihil obstare, ad hoc, vt excusetur præfatus, de quo in informi, à soluenda prædicta pecuniæ summa. Quod probo ratione, qua Medina, & alij, probant, Beneficiarium, non recitatem prædictis octo, vel decem diebus in anno, à restituendis fructibus excusari. Ratio sic se habet, teste Pasqualigo supra, *nu. 4.* Nam nemo prudens priuat seruum mercede, si per octo, aut decem dies seruire cessauit: ergo multo minus priuabitur Beneficiarius, cum sit seruus liberalissimi Domini, scilicet, vel Ecclesiæ, vel Dei: atqui etiam vouens sit, etiam quoad obligationem voti, seruus Dei, illique, qui omnium liberalissimus Dominus est, subiectus: ergo sicut in probabili prædicta sententia Beneficiarius, talibus diebus non recitans, excusatur à restitutione, sic præfatus, de quo in informi, communionem, solū quoad modum, omittens, non astringetur prædictam summam præfatæ Ecclesiæ contribuere.

43 Sed dices iterum: ergo si seruus absque villo impedimento, & absque expressa, tacite vel licentia Domini cessaret seruire per decem dies in anno, non violaret notabiliter seruitutem. Ad hanc consequentiam ex sententia Medinæ, & aliorum, quos supra retuli ex Pasqualigo, illos approbante, negandum est suppositum, scilicet, *sive tacita licentia.* Nam nullus prudens priuat seruum mercede, si per octo, aut decem dies cessauit seruire. Quare, si supponatur, iuxta Domini imprudentiam, illum adhuc tacite non consentire; hoc de facto verum tenebit, falsum tamen de iure, cum sit irrationabiliter inuitus. Ille namque irrationabiliter est in hac materia inuitus, qui imprudenter operatur non condonando: atqui nemo prudens (aiunt præfati DD.)

priuat seruum mercede, si per octo, aut decem dies seruire cessauit: ergo, si priuet, imprudens erit: ergo, et si condonare nolit, vel priuare seruum velit defacto, poterit de iure, vt condonans, & non priuans intelligi. Nam in hoc nullus illi iniuriam Irrogat; si de eo, quod facere tenetur (scilicet non priuare mercede seruum per octo, vel decem dies à seruitio cessantem in anno) astrictus iudicetur; cum tunc irrationabiliter sit inuitus.

44 Sed ego respondeo negando consequentiã. Nam, si seruus absque vlla causa per illos octo, vel decem dies seruire cesset, restituere, vel (si potest) compensare tenetur laborem. Non enim eadem est ratio de Beneficiario, ac de seruiente famulo, & multo minus de vouente Deo votum. Nam tam Beneficiarius, quam vouens, Deo seruiunt, qui nostris (cum omnia sua sint) non indiget bonis, quibus serui Dominus indiget.

45 Dices: ergo etiam ex hac via excusabitur præfatus vouens à soluenda prædicta summa. Dico, sic prima facie sequi videri ex prædicta Medina, & aliorum sententia. Quod tamen reuera falsum existimo. Et ratio est; nam ille voluntariè se astrinxit ad licite communicandū; nec restrinxit obligationem ad tot, vel tot vices; sed, si votum fregisset, penam de subeundo martyrio per aliud votum, ex tunc factum, incurrisset: atqui reuera votum violauit non solum semel, sed pluries, vt ex dictis constat: ergo ad poenam, si possibilis moraliter foret, teneretur: non ergo ex hac via à soluendo tria millia aurea præfatæ Ecclesiæ liberatur: ergo inconcussum manet, solum liberati ratione nullitatis voti subeundi martyrium. Quia, cum tantum votum hoc, si votum foret, habeat pro pæna fractionis ipsius, solutionem prædictæ pecuniæ summæ, solum respectu huius inuestiganda est conditionalis obligatio, vel liberatio soluendi illos aureos: cū ergo factum non supponatur, cum nullum supponatur tale votum, & frangi nequeat, quod non est, nequit poni fractionis conditio, soluendi illos aureos obligatione inferens. Vnde cum ad fractiones reliquorum vororum talis, soluendi prædictam summam, non sequatur obligatio; ratione illorum nec astringitur, nec potius liberatur. Ex quo etiam liquido con-

constat, solum ratione nullitatis voti, subeundi martyrium, ac per consequens, impossibilis eius fractionis, conditiona, liter ad solvendam prædictam pecuniæ quantitatem apposita, liberari. Sicque iudico, salua, &c.

CASVS VLTIMVS.

Quidam fecit votum castitatis pœnale: pœna autem fuit aliud votum, ieiunandi (si votum frangeret) res statim in Hebdomada per integrum annum; &, in istius pœnam, aliud vouit votum dandi, scilicet cuidam Monasterio, mille aureos. Primum votum fregit; secundum autem de ieiunio ita peregit, vt in qualibet die ieiunij, mane, & vespere confessionem, quæ vulgo vocatur *Chocolate*, sumperit, & in magna quantitate.

Quæsiuit à me, an teneretur mille prædictos aureos prædicto tribuere Monasterio.

CASVS RESOLVTIO.

1 Pro negativa parte, quam tunc probabilem existimai, & modo existimatio, eo quod ieiunij votum impleverit, faciunt, quæ sequuntur, rationes. Et in resolutione hæc satisfaciam multorum desideris, qui satis enixe à me quæsierunt, quid de *Chocolate* sumptione in diebus ieiunij sentierim? Antequam autem fundamenta, rationesque adducam, suppono primo, non omne, quod, vt liquidum, bibi, sine sorbendo, siue (vt vulgo dicitur) à *tragos*, posse, esse potum. Nam ius ex carne liquidum est, &, vt tale, sæpe sæpius bibitur, cum tamen potus non sit, vel saltem per modum potus non assumatur. Quod, quia manifestum, probatione alia non indiget.

2 Secundo suppono, non rectè sic inferri: *Deducitur, vel exprimitur aliquid de substantia, quæ comestibile est, & nutritiva: ergo est comestibile, & per modum cibi.* Non (inquam) rectè inferitur. Nam mustum, (& idem est de vino, & alijs,) deductum, vel expressum est ex vuis: (quæ comestibiles sunt, & per modum cibi, saltem in communi,

verissimaque sententia, & apud Doctores Medicos, verè nutriunt) & tamen comestibile non est, sed potabile, & potus, seu per modum potus. Dixi; *saltem in communi sententia*: quia me non latet sententia cuiusdam, quem non nomino, quia improbabilem illam reputo, & omnino à veritate alienam, asserentis, comedentem vnas quacumque hora dici ieiunij non frangere ieiunium. Quam opinionem non admitto, quia nullo stabili (adhuc probabiliter) ducitur fundamento; res autem nouæ, de nouoque introductæ, & non solido fundamento, firmaque ratione, temeritatis nota sunt dignæ. Vndè, quia hanc sententiam accurè satis refutat sapientissimus, Cautissimusque, meus *Leander rom. in quinque Ecclesie præcepta*, ab illa pro nunc superledeo confutanda: aduertens, etiam non esse tolerandum abusum, quem semel, & iterum vidi, & ortum habuisse audiui à quodam non ita literato, vt opinionem valeret efficere. Abusus istè, & tunc cum effectu à me reprobatus, factò ipso iniuste firmabat, non frangere ieiunium, illum, qui sumeret, ad sitim sedandam, fructus quosdam, qui vulgo dicuntur, *Castellæ* idiomate, *Sandias*, Lusitano autem, *Melancias*, si solum assumatur id, quod inter hos fructus maturius est. Huius abusus, sine ratione, ratio erat; quod huiusmodi fructus, valde maturi, si manibus contrectentur, (vt antequam deglutiantur, contrectari solent in ore) fere in torum, in dulcem resolvuntur aquam. Sed, quis non videt, delirium esse, quæ allegatur, rationem. Quod sic, inductio hæc demonstro: ergo poterit quis, ad sitim sedandam, mangnam Sachari quantitatem, in ore, propter humiditatem, in liquidum quid conuersi, desumere; quod sane falsum est. Cuius pro nunc ratio est; quia, quidquid sumitur in ore, si ante sumptionem est cibus, cibus est; sicut si ante sumptionem est potus, potus rationem non amittit. Per sumptionem enim rei allicuius in ore incipit sumptio, vel cibi, vel potus, vt patet. Vnde nec primum, de vuis; nec hoc secundum admittenda sunt; quia profecto falsissima sunt.

3 Sed contra me, sic arguo: qui in mortali existens, & ad Eucharistiam accedens, formulam consecra-

tam in ore sumit, contriturus antequam illam deglutiat, non peccat mortaliter (dicunt quidam) si ante deglutitionem illius conteratur. Atqui ratio est, quia non est sumptio; usque dum deglutitur: ergo nec erit sumptio; sumere in ore fructum illum (scilicet *Sandias*) usque dum deglutiantur: atqui quando hoc aduenit, iam in liquidum sunt fructus tales conuersi: ergo potus est sumptio.

4 Respondeo tamen, data talis sententiæ probabilitate, dicendo, primo, illam nullo modo asserere, Hostiæ consecratæ in ore sumptionem, non esse sumptionem cibi Diuini, scilicet Corporis Christi: sed non esse perfectam sumptionem, ad effectum causandi gratiam, usque dum deglutitur; cumque, quando deglutitur, adhuc sumptio cibi est, licet, propter palati humiditatem, aliquantulum liquefiat: ergo, etsi prima talis fructus in ore sumptio, non sit perfecta cibi sumptio, usque dum deglutitur in ventrem, si tamen deglutitur, sumptio erit cibi, licet aliquantulum rarefacti, liquefacti uero.

5 Secundo: quia prædicta sententia non allegat pro sui dicti ratione, quod, liquefacta formula consecrata, & trajecta, non sit trajectio cibi; ut patet. Sed solum dicit, non esse peccatum mortale, & sacrilegum, formulam talem in ore integram detinere; sicut non foret, si aliquis non prauo fine, neque sinistra aliqua intentione, Christiferae manus digitum in os suum intromitteret, licet in mortali existens. Vnde ex tali sententia, quod nos, cum communi omnium consensu dicimus, tenente, non valet oppositum vlla probabilitate inferri, ut luce clarius constat. Alias idem diceretur de saccharo; quod omnes negant. Ergo licet sumptio alicuius rei in ore, non sit perfecta sumptio, pro commestione, vel potatione, sumpta; est tamen initiatiua, vel cibi commestio, vel potus potatio. Commestio (inquam) si, ante sumptionem in ore, erat cibus; potatio uero, si, ante talem sumptionem, potus erat.

Denique, (licet Superius dicta iterum repetam) quia ad omnes prædictas obiectiones, & ad alias, quæ in alijs materijs fieri possunt, facilissima est solutio, inspecta consuetudinis ratione; quæ ad simi-

lia etiam in specie, vel genere non extenditur; ut patet in consuetudine comedendi intestina, & extremitates animalium, diebus Sabbathi, alias non impeditis; quæ non extenditur ad carnes aliarum partium ipsorum animalium. Vnde si id, quod opponitur, non fuerit idem prorsus, ac illud, quod consuetudine introductum est; vel alias non sit ipsa introductum consuetudine, nullatenus tunc valet illatio, ut ex dictis hucusque satis aperte constat: per quod patet ad replicam.

6 Tertio suppono, non omne id, quod robur præbet, & vires, confortatiuumque est, à ratione potus excludi; nam vinum, & præsertim conficiatum, seu confectum ex saccharo, speciebus, &c. potabile est, & potus, seu per modum sumitur potus, & nihilominus vires roborat, valdeque confortat, cum cor exhilararet, iuxta illud Dauidicum *Psal. 103. & vinum lætificet cor hominis.* Imò etiam vinum nutrit, ut postea dicam, & nihilominus potus est, & per modum potus assumitur, potestque assumi, in die Ieiunij, licet ex Antiquis aliqui (quo fundamento, nescio) oppositum dixerint. Pro cuius asserti refutatione, & euidenti, sufficiat vniuersalis totius Ecclesiæ consuetudo. Ergo licet confectio *Chocolate* vires præbeat, confortetque, non ideo à ratione potus excludenda est.

7 Quarto suppono, aliquando id, quod potabile est, sitim non extinguere; quod patet in vino puro, communiter loquendo; quod, ut sitim extinguat, Lymphari solet; alioquin sitim auget; ut apud plures homines, & in multis, præsertim viatoribus, præsertim æstiuo in tempore, me testem, experientia docuit. Ex quo fit, quod, cum, etiam quando purum sumitur, potus sit, quamvis, si Lymphatum non sit, sitim non extinguat; sic optimè potest confectio *Chocolate*, quando adeo pura est, (ut sic loquar) & cum parua aquæ quantitate conficitur, esse potus, licet sitim non extinguat, quam tamen cerè extinguit, si plus aquæ ei misceatur, ita ut liquidior fiat. Nam etiã in aliquibus Hispaniæ Prouincijs, præsertim, *en la Mancha*, vinum nigrum ita densum esse solet, ut densitati æquiualeat portio *Chocolate*. Vnde de simili vino in pro-

uerbium abijt, dicere: *se puede cortar con un cuchillo.*

8 Ex hucusque didis colligo, vinum, & confectionem *Chocolate* in multis parificari. Primo; quod vinum purum, & præsertim confectum, communiter loquendo, sitim non extinguit, sicut dentum *Chocolate*. Secundo; quod, sicut aliquando, vel in aliquibus subiectis, vinum purum sitim extinguit, ita mihi ex alijs constat, *Chocolate* densum, seu non ita liquidum, seu rare factum, sitim extinguere aliquoties. Tertio; quod, sicut *chocolate* confortat, sic & vinum; & in eo sensu, in quo *Chocolate* alere potest, alit & vinum. Si enim alimentum, quod præstat *Chocolate*, in eo stat, quod, qui illud sumit, non solet fame vexari, sic experientia docet, optimum vinum sumptum, ita roborare, ut illud sumentem non vexet fames. Nec ex eo præcisè, quod quis, per sumptionem *Chocolate*, fame, per aliquot horas, non vexetur, sequitur esse alimentum. Nam aliquando contingit, quod quis bis, aut ter, in die confectionem *Chocolate* sumperit, nullamque senserit famem, & sequenti die ita debilis sentiat, ut ex debilitate quasi deficere videatur. Ergo confectio *Chocolate*, proprie loquendo, non est alimentum, & si causa sit, quod quis, illud sumendo, necessitatem non sentiat cibi, proindeque nec fame vexetur. Vnde est alimentum solum modo quoad negativum effectum; hoc est, quoad non sentire famem, seu necessitatem cibi sumendi. Quod de vino optimo, & præsertim confecto, experitur etiam.

9 Imo dato, quod *Chocolate* proprie, & positive alit; non, per hoc, à ratione potus excludi debet. Hoc à simili probo ex doctissimo Hippocrate, qui de vino loquens, sic ait: *Famem vini potio soluit.* Sic refert Galenus *lib. 2. aphorismo 21. vbi*, licet advertat, Hippocratem loqui de fame canina; per hoc tamen non parum facit ad hærentum. Ut tamen omni ex parte dubium auferatur, ecce Hieronymus Cardanus, insignis Medicus in *commentarijs super Hippocratis aphorismos, aphorismo 21. citato*, sic illicet: *Famem vini potio soluit col. 142. num. 30.* sic habet: *Scire tamē decet, quod, ut habetur in commento, quatuor sunt genera famis: naturalis, cum statis horis homo appetit cibum moderate: & vehemens;*

*post longam inedia; aut nimiam resolutionem, ex laboribus maxime, vel defectu bonorum alimentorum: & fames canina, quæ fit ob arum humorem, ventriculum erodentem, cuius proponitur exemplum, & cura in quinto Epidemiorum: & quæ fit cum membra deficiunt, & membra naturalia tamen affecta sunt male, & corruptis humoribus referta. De hac non loquitur Hippocrates, cum sit lethalis, & ipse de sanandis sermonem instituit. Quod autem vini potio omnem famem mitiget, præter experimentum, est ratio: aut enim illa fames fit à frigiditate, & vinum, cum calefaciat, famem sedat: aut à nimia resolutione, & vinum nutrit celertime: igitur famem tollit: aut ob humorem arum, & vinum illum equat: ergo omnibus confert. Præterea: fames sedatur nutritione, & repletionem, ventriculi, & hæc duo præstat vinum. Hæc Cardanus, qui *col. 153. in eodem aphorismo, paulo ante finem*, sic habet: *Illud non omittendum duco, quod ait Hippocrates lib. de veteri medicina, vinum meracum corpora quoquo modo debiliora reddere (de hoc vino Meraco loquitur Moyses Deuteron. 32. versicul. 21. vbi: Et sanguinem vuae biberet meracissimum) videntur autem habere vina diuersas facultates, prout in secundo lib. de diæta scribitur. Sic præcitatus Cardanus: ex quo sic à simili ego: vinum, per hoc, quod potatum, vel sumptum, famem soluat, non amittit rationem potus: ergo, licet *Chocolate* famem soluat, non obitabit hoc, ut potus esse non valeat, & per modum potus assumi.**

10 Vnde in vniuersum non est evidens, quod Sapientissimus Pater Fr. Ioannes à Sancto Thoma docet 2. p. *explicationis Doctrinae Christiane fol. 66. à principio*, scilicet; confectionem *Chocolate* esse vere cibum, eo quod nutriat, & alit; & veluti sorbendo assumatur, sitimque non extinguat. Nam primum, & tertium de vino puro, & præcipue confecto, verificantur, iuxta Hippocratem, & alios, vbi supra. Secundum autem non est ex natura *Chocolate* petitum; sed quia valde calidum summi solet; vnde frigidum *Chocolate* sapius bibendo, & non sorbendo, lumitur. Et sicut bibendi actio, in sumptione lactis, non arguit, esse potum; sic nec actio sortendi in *Chocolate* sumptione, cibum esse demonstrat. Fateor tamen, sapientissimi Magistri, meique ex parte in eodem Regno conterranei, sententiam esse valde pro-

probabilem, quia tanti Magistri sententia est.

12. Quod si dicas (& aliquos vidi, & audiui sic contradicentes) sententiam sapientissimi Patris Magistri traditam esse fidelibus in dicto libro, sub titulo Doctrinae Christianae; nam libri titulus est: *Doctrina Christiana*. Vnde sic ab omnibus admitti debet.

Respondetur tamen: & in primis; & utinam à fidelibus cunctis ita recipere tur. Deinde: aliud est, Doctrina Christiana, certa, infalibilisque tam quoad Historiam, quam quoad factum, moremque: & aliud, quod aliquid fieri possit, quia contraueniatur Doctrinae Christianae. Vnde in dicto libro, maxima veneratione digno, & continentur ea, quae Doctrina Christiana sunt, ideoque certa, & infalibilia, ut dixi; & aliqua etiam continentur, quae, & si sunt magis conformia Doctrinae Christianae, non tamen improbant, quae illis opponuntur, ab alijs, & Catholicis Authoribus dicta, & communi fidelium vsu recepta. Exemplum sit in eo, quod Sapientissimus Pater dict. lib. fol. 65. astruit circa vigiliam Natiuitatis Domini, cadentem die Dominica. Ait namque, quod nocte Sabbathi, quo die celebratur ieiunium ipsius vigiliae, simulque Temporum ieiunium, non possit quis, consuetam fieri in ipsa Natiuitatis nocte, colationem efficere. Quod, & si melius foret; non improbat Doctissimi Nauarri, & Thomae Sanctij, quos alij plures sequuntur, sententiam, afferentiam, eandem tunc posse colationem fieri, ac in ipsa Natiuitatis vigilia quoad officium Diuinum, solet fieri; de quo alibi. Nec occurrenceia ieiunij Temporum obest. Nam, quod dignius est (scilicet ieiunium Vigiliae Natiuitatis) atrahit ad se, quod minus dignum est, videlicet, ieiunium Temporum. Sicut ergo Reuerend. Sapientissimusque Pater Magister hoc, dicto in libro, circa colationem praedictam astruit, quin oppositum, communiter iam receptum, improbet; sic similiter, & si sumptionem *Chocolate* interdicit, non ideo improbatum manet oppositum, praesertim his temporibus tam communiter receptum; ex eo, quod sententia tanti Magistri (quam optarem ab omnibus obseruari) locum teneat inter illa, quae, & Catholicae sunt Doctrinae; & talia, quorum non obser-

uatio in detrimentum Christianae Doctrinae redundaret. Aliud namque est, esse Doctrinam Christianam; in quo certitudinem habemus: aliud vero, esse quia requisitum necessario ad observationem praecceptorum Ecclesiae Catholicae, & Doctrinae Christianae. In quo, sicut variae sunt (ut patet) Catholicorum Doctorum sententiae, & probabiles in alijs rebus, sic & in ista, de sumptione *Chocolate*. Vnde rarus Magister explicat, quod iudicat, & sane probabilissimum; non improbat tamen oppositum; quod ego hic admitto probabile; & quia nullam, in contrarium, conuincentem rationem inuenio; & quia consuetudo fidelium timoratorum, in eo & sapientium, sine euidenti ratione, condemnare non audeo. Sed ad intentum rediens.

13. Quinto suppono, me non affirmare, consuetudinem posse reddere potum id, quod cibus est. Hoc etenim nullatenus dico, nec aliquis dicet. Vnde, an sit cibus, vel potus, in lite est. Suppono tamen, consuetudinem, circa hanc litem, optimum esse legis interpretem, secundo loco, post iudicis, legem ferentis, interpretationem, interpretantem. In quo dubium esse non potest. Igitur consuetudo, hoc modo sumpta, praualere debet contra omnes etiam Doctores. Quia solum procedit quoad hoc, quod est, excusare à peccato sumentes *Chocolate*. Quare consuetudo in India introducta, vel fuit contra legem introducta; & hoc non sufficit, ut possit extra Indiam participari, vel introducta fuit consuetudo in India, à non iudicantibus contra legem; sed, vel certè, vel falso arbitrantibus, esse iuxta legem; quae consuetudo, vsusve, est approbatius alicuius rei; & potest participari ab alijs Regnis, & Prouincijs. Sicut de B. V. Mariae Conceptione dicitur, stante adhuc Apostoli Pauli auctoritate: scilicet: *Omnes in Adam peccauerunt*. De quo in prologo huius operis dixi.

Et hoc quintum suppositum est propter Illustris. Dominum D. Garcia de Auellaneda; qui contra sumptionem *Chocolate* anno 1636. scripsit, in opere, cuius titulus est *question moral si el Chocolate quebranta el ayuno Ecclesiastico?*

14. Suppono tandem, legem quamcumque iustissimè interpretari, & explicari per vsum, & consuetudinem pio-

rum fidelium, præsertim doctrina, & scientia polientium. Unde, inter legis interpretes, primum locum obtinet ipse legis conditoris declaratio; secundum vero, usus, & consuetudo fidelium in quo nulla potest esse difficultas. Ex quo supposito deduco, quod (cum sit iam vtu receptum, & a valde doctis, & timoratis, non esse contra rationem ieiunij *Chocolate* sumere, quavis diei ieiunij hora) non sint condemnandi, qui illud sumptierint. Nam, si consuetudo facit licitam collationem in nocte Natiuitatis in tam magna quantitate, quæ (ablata consuetudine) ieiunium frangeret; quid mirum, quod eadem consuetudo licitam faciat sumptionem *Chocolate*, licet excedat limites materiae leuis, contra præceptum ieiunij; dato ergo, quod cibus foret, non esset grauis præcepti fractio, secundum quantitatem, quæ a fidelibus sumi solet, si semel tantum in die sumeretur. Si ergo consuetudo in rebus malis, quia prohibitis, rationem culpæ lathalis, ob materiae grauitatem, aufert; quanto magis auferet venialem culpam, ratione materiae leuis, alias inducendam?

15 Nec ad consuetudinem requiritur, quod omnes de populo phisice concurrant, sed maior, & præcipua, sufficit pars. Constat hoc primo; quia valida, & licita (hoc est non contra Ecclesiasticum ieiunij præceptum; etsi non decet, propter aliqualem irreuerentiam, si paulo ante celebrationem, vel communionem, vel paulo post, exequatur) licita (inquam) est consuetudo introducta sumendi *Tabbacû*, siue fumo, siue puluere, siue folio, in ore portato, etiam antequam quis Eucharistiam, alias sumendam, sumat; cum tamen plurimi sint, etiam ex hominibus, & ex feminis fere omnes, qui illud non assumant, nec illo vtantur. Secundo; quia potest valere consuetudo circa particulares vicinos alicuius oppidi, & non ligare Religiosos, qui per particulares consuetudines non astringuntur; sed per generales. Vt videre est, apud Sanctium tom. 2. *Consil. lib. 5. cap. 1. dub. 3. pagin. 92.* Deinde: quia ipse Thomas Sanchez supra *dub. 21. num. 2.* expresse faretur, sufficere, & requiri maiorem solum populi partem, ad introducendam consuetudinem. Et certe in Matritensi Curia, populosisque alijs oppi-

dis, seu Ciuitatibus, maiorem esse partem sumentium *Chocolate* (si sermo sit de proprijs vicinis) aliquoties a viris prudentibus audiui.

16 His ergo suppositis, probo sumptionem, *Chocolate*, non esse proprie cibam; proindeque nec ieiunium frangere, si solum ex herba illa, quæ vulgo dicitur *Cacao*, & saccharo, aquaque conficiatur, vt communiter fieri solet (quod probabile iudico, non solum ab extrinseco, sed & ab intrinseco) & probo sic: cibus est, qui, proprie loquendo, alit, & ad alendum desumitur, & ad hoc ex natura rei ordinatur: atqui confectio *Chocolate*, nec alit, proprie loquendo, nec ad alendum sumitur, ex naturaque rei ordinatur: ergo non est proprie cibus. Minor probatur: confectio *Chocolate* solum habet, in sumente illam, cautare, vt fames non sentiatur, vt constat ex dictis supra, experientia ipsa comprobatis; & hoc etiam, licet in maxima sumeretur quantitate: atqui effectus iste non est effectus ita proprius cibi, vt potui etiam non conueniat, cum ex Hippocrate vbi supra, & ex ipsa etiam experientia, vino, quod proprie potus est, conueniat: ergo per hoc proprie loquendo, non est cibus: ergo nec ieiunium frangit Ecclesiasticum: ergo præfatus, de quo in infirmi, votum ieiunandi non fregit: ergo non tenetur ad dandos mille promissos aureos prædicto Monasterio.

17 Et confirmatur primo; quia tam cibus est Saccharum, ac est herba illa, *Cacao* cum saccharo mixta: atqui, si quis tantam sacchari quantitatem, quanta est alias quantitas *Chocolate*, in aquam inijceret, etiam illam dulcissimam reddendo, posset illam in saporem sacchari redactam assumere, & esset potus: ergo si tantam quantitatem de *Cacao*, etiam cum saccharo mixtam, in aquam inijciat, poterit nihilominus illam, in saporem *Chocolate* redactam, assumere. Nec obstat, quod aqua, saccharo coniuncta, liquidior maneat, ac quando est cum *Chocolate*. Etenim, adhuc cum *Chocolate* mixta, ita liquida manet, vt masticari, per se loquendo, non possit; ergo ita manet, vt per se loquendo, bibi possit. Constat hoc: nam, quidquid cibus est, & commestibile, per se loquendo, masticabile est, vel ratione sui, vel ratione causa: ergo.

go, à contrario, quidquid nec ratione sui, nec ratione causæ, masticabile non est, non erit cibus: ergo potus. Rursus: Sed *Chocolate* confectio eum aqua modo dicto, non est ratione sui masticabilis; nec obstat, quod ratione causæ, id est, rerum, ex quibus fit, masticabilis sit, cum etiam vinum ratione causæ, id est, uuarum, sit masticabile, & potus sit: ergo, &c.

18 Confirmatur secundo: etenim, non obstante, quod vinum ex Hippocratis, cum Commentatoribus, sententia, ubi supra, masticabile sit in causa, & intensissimam, imo & omnem famem soluat, vere, & proprie potio est, & per modum potus assumitur, licet quando purum sumitur, sitim augere, ut in plurimum, (imò & per se (ipsa testetur experientia: ergo licet *Chocolate* in ingredientibus masticabile sit causaliter, & dato, quod famem, imo & omnem famem extingueret, potest nihilominus rationem potus habere; cum nec masticetur ratione sui, & in se, ut cibus; nec, quod, quia calidum sumi solet, sorbatur, inferat esse cibus; siquidem etiam aqua, nimis calida, sorbi solet, à *tragos se suete tomar, y poco a poco* (sicut, cum nimis frigida est tempore hyemis) cum vere potus sit; & *Chocolate* frigidum bibi soleat, & non sorbi; ut experientia ipsa constare potest.

19 Sed dices: ergo etiam ius ex carne, quod solum ratione causæ masticabile est, potus esse potest, & ieiunium non frangere. Respondetur tamen, negando totum; secundum inquam, scilicet, quod ieiunium non frangat; quia per se patet habere multum de substantia carnis, quæ contra ieiunii militat essentiam, nisi paruitas materiæ à mortali excuset. Primum autem, videlicet, quod, quia solum ratione causæ masticabile sit, potus esse possit; negatur etiam; quævis in die non ieiunii sumatur. Eo quod, non per modum potus à fidelibus sumatur, sed per modum cibi. Unde ad consuetudinem, quæ, ex dictis notabili ultimo, optima est legum interpretatio, recurrendum est: ergo cum apud plurimos, imo & fere omnes etiam contrarium sentientes, viget usus, consuetudoque sumendi *Chocolate* per modum potus, potus, & non cibus iudicari debet.

20 Nec obest primo, quod plures illud non sumant. Nam hoc solum est ob carentiam illius, fortassis ratione paupertatis. Quare inter diuites, ac potentes, talis viget consuetudo; & pauperes oblatum *Chocolate* sumere non recusant.

21 Nec obstat secundo, quod, ut introducta esset consuetudo sumendi illud per modum potus, introducta esse debebat illud sumendi ad extinguendam sitim; nam potus ad sitim extinguendam de se ordinatur. Non (inquam) obstat; nam, iam supradiximus, vinum purum, & saccharo speciebusque confectum vulgo *Balmasea*, sitim non extinguere, omnemque soluere famem, tanquam si cibus esset, & nihilominus per modum potus assumi. Et sæpius vidi plures, ad prandium sedentes, & valde sitientes, ius carnis in principio mensæ bibere quomodolibet; & postea à siti non vexari. Quare concludo, quod quoties aliquid sumitur, & per se, seu ratione sui non masticabile, quia liquidum, ut per modum potus, vel cibi assumatur, ad consuetudinem, usumque timoratorum fidelium attendendum sit. Et fateor, me nullam conuincentem rationem in contrarium reperire. Nam quod ius carniarum, sicut & *Chocolate* sorbatur, hoc est, quia, communiter loquendo, calidum sumitur, ut proffit; & aqua nimis calida sorbendo sumi solet. Quod verò iddem carniarum ius, sicut & *Chocolate*, alant, confortando vires, &c. etiam vinum omnem soluit famem ex Hippocrate, & alijs ubi supra. Quod denique sitim non extinguant, nec ad illam extinguendam ordinantur; iam ex dictis, de iure carniarum, imo & de *Chocolate*, oppositum constat. Præterquam quod, etiam vinum purum per se sitim non extinguit, nec per se ad illam extinguendam ordinatur; & nihilominus potus est, & ieiunium non frangit; quidquid aliqui, de quibus supra, somniauerint; ergo nulla est firma, stabilisque ratio ad negandum, *Chocolate* sumptionem, esse potum, seu per modum potus desumi: ergo ad consuetudinem, usumque fidelium recurrendum est: atqui fere inter omnes, etiam ex his, qui contradicunt, viget usus, consuetudoque sumendi *Chocolate* per modum potus: ut potus igitur debet transire.

Sed dices: ergo sumptio, quæ (vulgo) dicitur, *almendrada* non franget etiam ieiunium.

Ad hoc dico primo, stando in rigore materiae, de qua communiter fieri solet, *la almendrada*; que viene a ser leche de las almendras, sacada con agua, y luego azucar; sin otra cosa; quod idem dicendum sit, ac dicitur de portione *Chocolate*. Quia tamen, nulla de sumptione hac (scilicet, *almendrada*) adest consuetudo; negatur Colequens. Nam inter ea, quæ per consuetudinem licita sunt, non valet extensio per specificam (vt Theologi dicunt) vel per genericam (vt Domini Iuris Interpretes) identitatem, similitudinem. Quod manifestè constat ex eo, quod eiusdem rationis sit caro de extremitatibus animalium, ac de quacumque alia eorum parte. Et nihilominus extrema, & intestina animalium comedi possunt in Sabbatho, per consuetudinem, nõ vero ceterarum partium caro. Per quod pater ad replicam.

22 Ad intentum ergo dicitur præfatus, de quo in informi, nõ tenetur prædictos mille aureos, prædicto Monasterio dare, iuxta probabilem sententiam. Patet hoc: nam probabiliter votum ieiunandi impleuit, vt ex dictis constat.

23 Nec tandem obstat; quod ieiunium infert carnis macerationem, quæ in sumente *Chocolate* nullatenus sentitur. Nõ inquam obstat. Primo, quia carnis maceratio stat dupliciter; & pro carnis debilitatione, absque eo, quod debilitatio sentiatur; & hæc non tollitur per summptionem *Chocolate*; vt ex dictis supra constat. Et stat secundo pro sensibili debilitatione corporis, & quamvis hæc, si

mendo *Chocolate*, non habeat locum, similiter locum non habet in sumente vinum purum, & optimum, præsertimque saccharo, & alijs speciebus confectum. Secundo, quia idem absolute de vino dici potest; cum ex Hypocrate, & alijs supra, omnem famem expellat, soluatque. Denique, quia maceratio carnis est finis præcepti ieiunij; finis autem præcepti non cadit sub præcepto; vt commune tenet Doctorum vtriusque iuris, & Theologiæ axioma. Quare concludo, præfatum, de quo in informi, implet se ieiunandi votum pænale; proindeque non teneri prædictos mille aureos, prædicto Monasterio contribuere.

24 Adest etiam pro præfato, de quo informi, alia, non contemnenda, ratio, quæ sic se habet: nam in præfati casu ipse vouens est veluti legislator sui voti, ad instar legis facti: ergo explicatio eius ab ipso vouente debet desumi: atqui sapienter præsumitur, ipsum voluisse sic votum ieiunandi implere, & ad hoc solum se obligare; præsertim si antea Ecclesiastica ieiunia ita implere consuevit; ergo, &c. Probatur hoc: nam votum est ad instar legis factum: ergo eo modo, quo lex ieiunij obseruari solet, & non aliter, petit etiam votum obseruari: atqui, antea, ieiunia Ecclesiæ obseruabat, sumendo *Chocolate*; vel si ipse nõ; alij, & plures, sic illud obseruabant; & modo obseruat: ergo, si prædictum votum est ad instar legis factum, impleri potest per id, per quod ipsum ieiunandi Ecclesiasticum, pro libito, impleri potest præceptum: ergo, &c. Sicque iudico; salua, &c. Et hæc de hoc tractatu, in Dei laudem, sufficiant dicta.



TRACTATUS TERTIVS, DE EXEMPTIONE A SOLVENDIS DECIMIS.

In favorem meæ Religionis; stando, specialiter, in rigore, & tenore verborum, cuiusdam Pontificij Brevis, ei concessi; similiterque in ratione.

IN CHRISTI IESU NOMINE.

DĒ Decimarum materia, tam de iure, etiam Divino, quam de consuetudine, sicut de ipsarum decimarū quota, plura, & pulchra valde, à Catholicis Doctoribus, scriptoribusque sunt dicta, præloque mandata. Item de obligatione decimas solvendi; sicut & de exemptione ab illarum solutione, tam in communi, quā in particulari, præclaros apud Authores tractatus inveniēs. Vnde, ne eadem sæpius repetantur (quia pretiosum tempus inutiliter consumere, dedecens est) ab his abstineo.

Quia tamen, his temporibus, meæ Religionis Cœnobia, in decimis solvendis (aliàs fideliter solutis) nimis gravata fuerunt, & de facto sunt: præsens tractatus continebit solum exemptionem à solvendis decimis, quā mea Religio, per Pontificia privilegia; rescriptaque, de iure, & ratione (quidquid sit de facto) potitur. Quo ostento (ut fauente Deo, spero) si Domini Archiepiscopi, Episcopique, alijque Ordinarij, & ad decimas percipiendas commuiter ius habentes, acquiescere voluerint, letabimur. Si nõ; adminus perspicient; primo; nos exemptionem prædictam non prætere, abque iure, & ratione, vel saltem gratias secundo; quod, si de facto tribuimus, quod non debemus, quo magis debita, si debita forent, solueremus?

Igitur; indubium vocatur, primo: an Discalcati mei Ordinis Religiosi, qui per sælicis Recordationis Paulam V. die 15. Decembris anni Domini 1609. Pontificatus sui anno 5. in Mendicantium nu-

mero positi sunt, teneantur decimas solvere de prædijs, tam novalibus, quam non; de hortis; de pecoribus; & de alijs proprijs bonis, siue proprio labore, sumptuque cultis, siue non? Quod per duo informia, prout ad defensionē illa scripsi, resoluam. Sic igitur.

Primum informe, probans, meam Religionem ab obligatione solvendi decimas de prædictis, quæ in dubium vocantur, esse exemptam.

IDIFFICULTATEM hæc, dante Deo, agredior explanare minimus discipuli Ordinis filius, ut veritas de exemptione nostri, quoad decimas, inotescat. Cum enim his temporibus videam, à multis aliquantum Diocesarum Ministris, nõ leues nos (prohdolor) circa hoc vexationes pati (sic ego vidi, fatendo omnes illos Christianissime procedere, existimantes, se certum ius ad hoc habere) non erit abs re, (quando alias vim vi repellere licet) quæ nobis expresse fauent, Pontificum gratias, luce clariores, in medium proferre.

2 Igitur suppono, Ordinem nostrum (relictis alijs de eius antiquitate sententijs, quæ apud Reuer. P. Frat. Bernardinum de Sancto Antonio, meritissimo huius Ordinis, in Vlisiponensis Civitatis Monasterio, filio, videri possunt, in Epitome privilegiorum dicti Ordinis, edito anno

Domini 1624. lib. 1. cap. 3. per totum, à fol. 12) inlitturum perfecte tulle anno Domini 1198. quinto Kalendas Februarij, in die festo B. V. Agnetis secundo, ab Innocentio III. Pontificatus sui anno primo.

3 Dico ergo, præfatum felicis Recordationis Innocentium III. Pontificatus sui anno decimo, quarto decimo Kalendas Iulij, liberaſſe nos, in partem, à declaratione solutione, in Bulla, quæ extat citato in Epitome, lib. 3. cap. 1. incipiente; *Innocentius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, &c.* per hæc verba: *Sane nouallium vestrorum, quæ proprijs manibus, aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, hortorum, vel pomorum fructibus, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere presumat.* Hæc Innocentius III.

4 Post quæ celebratum fuit Lateranense Concilium anno Domini 1215. Pontificatus verò præfati Innocentij anno 18. vt habetur in tom. Conciliorum, edito per Franciscum Iouerium Valentinum fol. 121. Prædicti autem Concilij capitula septuagenario numero completuntur, ex quibus, quinque tantum capita de decimis agunt, scilicet, cap. 53. 54. 55. 56 & 61. vt legenti patebit. In cap. autem 53. sic habetur: *Nuper Abbates Cisterciensis Ordinis, in Generali Capitulo congregati, ad commonitionem Nostram prouide statuerunt, vt, de cætero, fratres ipsius Ordinis non emant possessiones, de quibus decimæ debentur Ecclesijs, nisi forte pro Monasterio de nouo fundando, &c.* Et postea sic habet Concilium: *Decernimus ergo, vt de alienis terris, & amodo acquirendis, si eas proprijs manibus, aut sumptibus deinceps excoluerint, decimas persoluant Ecclesijs, quibus, ratione prædiorum, antea soluebantur; nisi cum ipsis Ecclesijs aliter duxerint componendum. Nos ergo statutum huiusmodi gratum, & ratum habentes, hoc ipsum ad alios Regulares, qui gaudent similibus priuilegijs, extendi, volumus.* Sic Concilium.

5 Cuius verba non comprehendunt Noualia, de quibus antea Ecclesijs decimæ non soluebantur, vt patet; licet Nos comprehendant, antea etiam per Innocentium III. priuilegiatos. Quæ autem Noualium nomine, intelligenda veniant? Dico, quod, iure Canonico attentò, veniunt agri, de nouo ad cultum redacti, de quibus non extat memoria, quod aliquando sub hominum faulſent e terra;

vt aperte dicitur, cap. quid per Nouale, de verbor. significat. Inspecto autem Civill iure, Nouale, dicitur vel terra præcisa, quæ anno cessat; leg. Sylua cædua, §. Noualis. ff. de verbor. signific. vel etiam Syina, quæ, arboribus extirpatis, ad cultum redigitur; leg. vltima, §. vltim. de termino moti; quod tradit Glossa, in dict. cap. Quid per Nouale. De quò etiam Suarez de Relig. tom. 1. cap. 19. num. 4. cum seqq. & Hieronym. Rodrig. in Comp. qq. Regul. resolut. 50. num. 7. Sed de his postea.

6 Rurſus, in prædictis verbis Lateranensis Concilij non comprehenduntur decimæ de pecoribus, nec de alijs, præterquam de terris, vt ex contextu, eiusque motiua ratione, in cap. 53. eiusdem Lateranensis Concilij contenta, satis aperte constat. Tria namque voluit Lateranense Concilium vitare, vitauitque. Primum; ne vlli Domini prædia sua locent quibusdam Gentibus, quæ in aliquibus Regionibus, secundum suos ritus, decimas non soluebant; vt sic maiores redditus, contra Ecclesiarum ius, acquirerent: vt dicitur in cap. 53. Secundum fuit, ne antequam decimæ Ecclesijs soluerentur, reddantur, soluanturque debita Creditoribus: vel ne extrahatur semẽ, in terram proiectum, antequam decima pars fructuum soluat Ecclesijs. De hoc que decreto duplicem assignat rationẽ citatum Concilium, in cap. 53. Prima est; quod, ipso quidem demortificato semine, plurimum fructum afferente, nimis auare in decimis, quidam defraudare nitentur census, & tributa, quæ interdum indecimata præteriebantur, de fructibus, & primitiis educentes. Secunda ratio est; ne in prærogatiua Domini Generalis, exactionem tributorum, & censuum, subsequatur solutio decimarum.

Tertium, quod vitare intendit Concilium, fuit, ne Regulares, vel Clerici seculares, domos alijs elocantes, vel feuda concedentes, pactum adlicerent (quod faciebant) vt Conductores, & Feudatarii decimas eis soluerent, in Ecclesiarum præiudicium. Quod, in cap. 56. præfati Concilij, auaritiæ tribuens, statuit, vt quidquid fuerit occasione huiusmodi pacti perceptum, Ecclesiæ Parrochiali reddatur, pacto huiusmodi penitus reprobato.

7 Igitur, occasione duorum priorum, interdixit Cisterciensibus præfatum Con-

cilium, quod supra positum est, prohibetumque: scilicet, de terris, earumque fructibus tantum. Cumque alios quoscumque Regulares, similiter priuilegiatos, comprehendat; etiam Nos comprehensi in isto sumus decreto; sed quoad terras solum, modo, superius assignato; vt ex verborum contextu satis constat. De quo iterum sermo redibit, opus si fuerit.

8 Nunc videamus, quid, post Lateranense Concilium, Nobis specialiter sit concessum? Et omitto priuilegium, seu Bullam quandam Innocentij IV. Nobis concessam anno Domini 1247. decimo Kalendas Octobris, Pontificatus sui anno quarto: quæ incipit: *Innocentius Episcopus. &c. Dilectis filijs Maiori Ministro. &c.* contineturque in dict. Epitome lib. 3. cap. 1. §. 3. fol. 9. num. 3. In qua Nos Pontifex exempti à decima, & vicesima, quæ, pro subsidio Terræ Sanctæ, & imperij Romani, colligebantur; vt ex ipsius Bullæ verbis constat. Quod idem, quoad centesimam, pro eodem Terræ Sanctæ subsidio, fecit, indiditque Nobis Clemens IV. anno 1263. Nonis Februarij, Pontificatus sui anno primo, in Bulla, quæ incipit. *Clemens Episcopus, &c. Dilectis filijs, Generali, ceterisque Ministris, &c.* de qua etiam meminit citatus Pater Fr. Bernardinus, dicto in Epitome, lib. 3. cap. 1. §. 5. fol. 15. num. 2.

9 Igitur Sixtus IV. anno 1472. Idibus Aprilis, Pontificatus sui anno primo, in Bulla, quæ incipit: *Sixtus Episcopus, &c. Dilectis filijs vniuersis Ministris, & fratribus, &c.* (& continetur in dict. Epitom. lib. 3. cap. 1. §. 19. fol. 26.) sic ait: *Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, & immunitates, à Prædecessoribus Nestris, Romanis Pontificibus, sine per priuilegia, vel alia indulta, vobis, & Ordini vestro concessa, &c. specialiter autem, decimas, Primitias, Agros, census, fructus, redditus, &c. sicut ea omnia iuste, & pacifice possideris, vobis, & per vos, eidem Ordini, Authoritate Apostolica confirmamus.* Sic Pontifex. Verumamen eit quod immediate addit *Salua in prædictis decimis, moderatione Concilij Generalis.* Vnde nihil hac ex Bulla, præter superius dicta, concedi, confirmarique videtur.

10 Atamen (& plures alias, eiusdem confirmatorias, Bullas omitto; nempe

Clementis VII. anno sui Pontificatus primo: Urbani V. anni quarto: Calixti III. anno primo: & expressius, Pij V. anno primo: & similiter Gregorij XIII. anno primo; & anno tertio, Nonis Aprilis; vbi solum ea excludit, quæ Tridentino Concilio fuerint contraria, & nõ in vsu; refertque quindecim Pontifices, prædecessores suos. Quæ omnes Bullæ videri possunt in prædicto Epitome, supra, pag. 42. 43. & 44.) Atamen (inquam) Gregorius XIII. anno 1575. decimo octauo Nouembris, Pontificatus sui anno quarto (vt videre etiam est in citato Epitome fol. 45. à num. 2. per totum) adducens viginti, & nouem summos Pontifices prædecessores suos, inter quos Innocentius est III. omnia, ab illis nobis concessa, & per viam communicationis cum alijs Ordinibus, etiam Mendicantibus, approbat, confirmat, &c. *Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, etiam Generalis Concilij Lateranensis, vltimo celebrati: & sunt verba ipsius Bullæ, de qua trassumptum, si opus fuerit, prællabitur; quod eandem, ac originale, fidem facere, decernit Pontifex.*

11 Hoc idem, eodem fere verborum tenore, eisdemque prædecessoribus Pontificibus Summis nominatis, maiori etiã cum extensione, confirmauit, & ampliauit Sixtus V. in Bulla, quæ incipit: *Regimini Militantis Ecclesie, &c.* Nobis concessa anno Domini 1586. die octaua Maij, Pontificatus sui anno secundo. De qua etiam meminit, & de verbo ad verbum, citatus P. Fr. Bernardinus, in dicto Epitome, dict. lib. 3. §. 25. per totum à fol. 48. vsque ad 50. cum hac etiam clausula; scilicet: *Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & Generalis Concilij Lateranensis, vltimo celebrati, ac Ordinum prælatorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia, roboratis statutis, & Consuetudinibus, nec non omnibus illis, quæ singuli Prædecessores Præfati, in suis literis præfatis, voluerunt, non ob stare; ceterisque contrarijs quibuscumque.* Hæc Sixtus V.

12 Ex his ergo omnibus (& pronuncie relinquo communicationem per mare magnum, per aliave Apostolica indulta, de quo infra, in secundo inf. rmi fufius sermo erit) liquido constat: Primo, deo gatum esse dispositioni Lateranensis Cõ-

ci-

tilij, circa solutionem decimarū, quoad Nos, alioque Regulares disponentis in prædictis quinque ipsius Concilij citatis capitibus. Ex quibus, cum caput 33. loquatur etiam de terris alienis, in ordine ad soluendam decimam, etiam si proprijs manibus, aut sumptibus eas Regulares excolaerint, constat secundo, huic decreto, per prædictam clausulam iam esse derogatum, simul cum cap. 33. præfati Lateranensis Concilij, si de Regularibus, alienas terras locatione accipientibus, procedat.

13. Constat etiam tertio, esse simile derogatum capiti 56. eiusdem Lateranensis Concilij, decernentis, Regulares non posse alijs locare prædia, &c. cū pacto, vt eis decimas soluant de fructibus, quos collegerint. Nam, & si Coloni maneant (iuxta probabiliorē sententiam dico; de qua, post, & ante, alios, Hieronym. Rodriguez in *Compend. qq. Regul. resol. 50. num. 3.*) exempti à decimarum solutione respectu Ecclesiarum, eo quod priuilegiū hoc fuerit reale, proindeque, cum eodem favore, transeat ad Colonos; vt constat ex Bullis Clementis, & Sixti IV. pro Minoribus Conuentualibus; Martini V. Pauli III. & Sixti V. pro Ordine Sancti Hieronymi; Pauli III. & Gregorij XIII. pro Societate Iesu; Lucij III. Bonifacij VIII. & Clementis VII. pro Ordinibus Militaribus, Sancti Ioannis Ierosolymitani, & Sancti Iacobi *de la Espatha*, quas videre est in Bullario, & de quibus, cū Emman. Rodrig. Mandosio, Henriq. & Miranda, citatus Hieronymus Rodriguez. Hoc tamen nõ obest; tum; quia contrarium, in pactum, possunt deducere Regulares, non obstante citato cap. 56. Lateranensis Concilij, quia iam derogato.

14. Tum etiam; quia, vt rectè Suárez *lib. 1. de Relig. cap. 19. num. 15.* priuilegia hæc conceduntur rebus, seu agris, in ordine ad commodum, & vtilitatem Religiosorum, non verò Colonorum. Nec enim intentio concedentis fuit directè, vel indirectè, concedere beneficium ali quod Conductoribus, sed Locatoribus. Vnde Coloni non sunt absolutè liberi à decima; nisi solum, quatenus illam compensant, soluendo eam Religiosis, vel augendo pensionem, quàm soluere obligantur; nisi Religiosi illam remittant ex iusta causa. Aliter enim nõ possunt; quia

esset abusus priuilegij; & in virtute darentur Laicis bona Ecclesie sine causa, & potestate. Vnde Coloni non participant priuilegium, quoad exemptionem ab onere, sed solum quoad libertatem, vel facultatem soluendi Religiosis, & non Ecclesie, tales decimas.

15. Ex quo fit, vt illud sit, quoad hoc, reale priuilegium, per quod ita agri eximuntur, vt, quomodocumque colantur, possint Religiosi apud se retinere decimas, & non soluere illas Ecclesie, nec permittere, vt à Colonis soluantur. Personale autem erit, quando conceditur cum onere, vt per se ipsos, vel suis sumptibus, colantur agri. Vnde attendendus est modus concedendi exemptionem à decimis; qui quatuor modis, de quibus Suarius supra, *num. 14.* esse potest.

16. Et licet ex hac doctrina videatur inferri, Nos non posse alijs terras, vel prædia locare, cum actione accipiendi decimam; eo quod priuilegium Innocentij III. de quo supra, Nobis concessum, sit personale. Hoc non obstat, ad intentum obligandi Nos ad præstationem decimarum, de terris, à nobis locatis, vt patet; sed solum, quando eas, ab alijs locatas, accipimus. In quo sensu, certum esse debet, Nos, qui terras condicimus ad illarum culturam, à decimis soluendis esse exemptos. Præterquam quod, per communicationem cum alijs Regularibus, in priuilegijs quoad hoc, à solutione decimarum exempti sumus. Et hoc est, quod hic late probare contendo, mihiq; euidentis est.

17. Quod, si dicas, ex vi priuilegij Innocentij III. manere Colonos obligatos ad præstandas Ecclesijs Parrochialibus decimas. Dico, hoc (concesso adhuc eo ex vi priuilegij Innocentij III.) nihil ob stare. Primo: quia Sixtus IV. in sua Bulla, nullam de præditorum cultura, proprijs manibus, vel sumptibus faciendam, mentionem fecit. Et licet loquatur, salua in prædictis decimis moderatione Concilij Generalis; hæc tamen clausulam manet per Gregorium XIII. & Sixtum V. derogata. Secundo; quia per communicationem cum alijs Regularibus, in suis, quoad hoc, priuilegijs, iam à decimarum omnimoda solutione exempti sumus. Quod hic (vt iam dixi) late probare intendo, mihiq; euidentis est. Igitur.

18 Probo primo, ab extrinseco; scilicet, ab Autoritate DD. qui hoc affirmant. Ergo sic tenet cum Mandosio de *privileg. al. instar, Glossa 5. nu. 40.* Emmanuel Rodrig. *tom. 2. qq. Regul. q. 44. art. 4.* ubi etiam pro hoc refert Collectorē, sic (quia vidit Iudices Parrochialibus nimis fauentes) dicentem : *Vndè merito exclamare licet. Tui sunt cœli, Domine, & sua est terra : respice de cœlo, & visita vineam istam, quam tibi, &c.* Sic Collector. Videatur tamen Rodriguez loc. citat. pag. 164. ubi plura, & satis accuta, veraque dicit; quibus vinea hæc Religionū, à dextera Domini fundata, fora, fauente ipso Deo, augeatur. Tenet etiam Hieronym. Rodrig. *in Compend. qq. Regul. resol. 50. num. 3.* loquens, præsertim, de Mendicantibus; referensque Mandosium, Henriq. & Mirandam.

19 Iddem, de terris Noualibus, nunquam cultis, videtur tenere Vazq. *tom. opusc. tit. de Benefic. cap. 1. §. unico, dub. 8.* sic namque probat, Clericos, & Religiosos, itando in iure communi, teneri decimas soluere: *Ratio autē huius ea fuit, (inquit Vazquez) non quod isti teneantur, meo iudicio, iure Diuino; cum non recipiant spiritualia à Parrochis, & Episcopis, sicut populus; sed id ita voluit consuetudo, & ius commune: quia cum Ecclesia habeat ius percipiendi decimas ex agris secularium, & laicorum, non videbatur iustum, illud amittere, quando perueniebant ad Clericos, vel Religiosos; ne notabile sequeretur detrimentum Ecclesijs.* Sic Vazquez. Ergo, cum de Noualibus, nunquam cultis, nullum, quoad fructus, (imò & pastum, vt suppono) Ecclesiæ nocumentum sequatur, de illis non tenebuntur communi iure Religiosi decimas soluere.

Hoc iddem videntur tenere Valentia *tom. 3. disp. 6. q. 5. puncto 5.* Reginald. *lib. 19. num. 88. & 93.* Suarez, *supra, lib. 1. cap. 17.* & eos, cum Vazquio, referens, Bonac. *tom. 2. dispur. ultim. q. 5. punct. 3. num. 6. fol. 227.* iddem expresse sustinet Pater Fr. Ioann. de Cruce, *de statu Religios. lib. 2. cap. 9. dub. 4. per totum.* imò in *3. concl.* etiam post Lateranense Concilium, iuxta *cap. Nuper de decimis*, abstrahendo à priuilegijs, postea obtentis, excusat Regulares à solutione decimarū, de possessionibus, post dictum Concilium acquisitis, de quibus antea nullæ soluebantur decimæ. Iddem etiam do-

cent alij quamplurimi; quos per lōgum esset recensere. Videatur etiam Zerola *in pract. 1. p. verb. decima, pag. mihi 272. §. ad quartum.*

20 Probatur secundo, ratione, deducta ex Bullis Gregor. XIII. & Sixti V. de quibus supra num. 10. & 11. sic incipientibus: *Regimini militantis Ecclesiæ: disponente Domino, &c.* Quarum, ad intentum efficacia, verba fideliter referam. Sic ergo probatur: vterque Summus Pontifex in sua Bulla mentionem facit de Innocentio III. & alijs, subsequens ad ipsos, Pontificibus Summis, ibi: *Dudum siquidem, sicut accepimus, scilicet recordationis Innocentius III. &c.* Rursus: in eisdem Bullis continetur similiter Sixtus IV. & hoc (sicut de ceteris, in prædictis Bullis, Pontificibus Summis, nominatis) in ordine ad priuilegia, exemptiones, immunitates, &c. (& sunt verba prædictarum Bullarum.) Deindè; vterque Pontifex loquitur expresse de talibus priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, &c. *Prout (hæc sunt illorum verba) in singulis concessionibus, & literis ipsorum prædecessorum, desuper confectis, plenius continentur:* atqui, inter concessiones ab Innocentio III. & Sixto IV. ad sunt Bullæ, supra iam relatæ, expresse de exemptione Nostri Ordinis, à decimis soluendis, loquentes: ergo præfati Pontifices, Gregor. XIII. & Sixtus V. de exemptione meæ Religionis, à decimis soluendis, etiam, implicita ratione, loquuntur. Cum ergo impliciti, & expliciti eadem sit ratio, iddem est, ac si, decimarum expresso nomine, loquerentur.

21 Rursus: in vtraque Greg. XIII. & Sixti V. Bulla sic habetur: *Nos igitur, &c. huiusmodi supplicationibus inclinati, præmissa, ac omnia, & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, &c. per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum alijs Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, &c.* Atqui ordo, ex non Mendicantibus, Cisterciensis amplissima, circa exemptionem decimarum, habet priuilegia, à varijs Pontificibus indulta, & post Lateranense Cōcilium, à Sixto IV. nouiter concessa, confirmata, & approbata; vt videre est in *tom. 2. privileg. eius, privilegio 18. à fol. 15.* ex Mendicantibus autem, Ordinis Carmelitanæ familiæ,
Do-

Dominicanæ, Sancti Francisci, Societatis Iesu, eodem amplissimo, circa exemptionem decimarum, priuilegio potuntur, vt in ipsorum compendijs videri potest, & passim apud Authores, inter quos nouiter Hieronym. Rodrig. in *Compend. 44. Regul. resolut. 50. per totam*; & alij etiã Iuniores, quos, prolixitatis vitandæ causa, referre omitto; & hoc, cum expressâ derogatione, *cap. Nuper* in prædicto Lateranensi Concilio contenti: ergo, quia prædictæ Greg. XIII. & Sixti V. Bullæ, de decimis loquentes, hæc amplissima, & modo vigentia, priuilegia, per viam communicationis Nobis concedunt; ad quid de hoc amplius dubitatio? Vel, ad quid tot, tantæque vexationes, contra Ecclesiasticam immunitatem, Pontificumque decreta, directe (quamuis bona fide) oppositæ? Præsertim, cum Nos prædictis terris, earumque fructibus, ad congruam Nostram sustentationem, indigeamus, alias etiam non sufficientibus, vt experientia ipsa testatur.

22 Quod si aduersarij dicant, debere in prædictis Gregor. XIII. & Sixti V. Bullis, expresse derogari *capiti Nuper*, in Lateranensi Concilio contento. Hoc (vt opiniones omittam) concesso, ecce expressam Lateranensis Concilij derogationem, in prædictis Gregor. XIII. & Sixti V. Bullis contentam, illis offero, iam supra relatam. Sic enim vterque habet Pontifex: *Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Generalis Concilij Lateranensis, vltimo celebrati; ac Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; nec non omnibus illis, que singuli prædecessores prædicti, in suis literis prædictis, vouerunt, non obstare, ceterisque contrarijs quibuscumque.* Sic se habet hæc clausula, vtraque in Bulla contenta. Ad quid ergo (vt dixi) tot molestiæ, nullo (de iure vero) titulo honestatè? Recolant, quæso, priuilegium, à Sixto IV. Cisterciensibus concessum; & in eo sequentia reperient verba: *Et etiam de illis possessionibus, de quibus aliquis hæctenus percepit, &c.*

23 Quod si aduersarij voluerint, priuilegia hæc fore personalia; ideoque ad Arrendatores, seu Colonos non transire; vt voluit Barbossa *de iur. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 3. num. 40.* plures, circa hoc, decisi-

siones adducēs; quæ sequitur Trullench *tom. 1. Decalogi, lib. 3. cap. 3. dub. 11. num. 4. pag. 611.* Hoc admisso, potius sequitur, Religiosos, à præstatione decimarum exemptos, non teneri illas soluere defructibus terrarum, quas sæculares personæ illis locat. Vnde Regulares, de parte sua, decimas tunc soluere non tenentur; vt cum Fagundez *tom. in quinque Ecclesie præcepta, præcep. 5. lib. 2. cap. 4. num. 1.* teneri tatus Trullench *num. 3.* quos etiam alij sequuntur.

24 Videantur Suarius supra; Villalob. *2. p. sum. tract. 33. diff. 4. num. 5. 6. & 8.* Henriquez *lib. 7. de indulg. cap. 27.* Manuel Rodrig. *tom. 2. qq. Regul. q. 44. art. 4. & 5. & tom. 3. art. 16.* Portel *in dub. Regul. verb. decime*: Barbossa *de iure vniuerso cap. 16. §. 3. à num. 17. vsque ad 36.* Caliro Pallao, & eos referens, Trullench vbi supra. Videatur etiam Peirinius *tom. 1. consil. 2. Iulij II. §. 31.* Diana *3. p. tract. 1. resolut. 23, & 19.* & alij apud ipsos. Videatur etiam Menoch. *lib. 1. consil. cõsil. 276.* cum multis, quos refert, Doctoribus. Item; P. Fr. Ioannes de Cruce, *de statu Relig. lib. 2. cap. 9. dub. 4. per totum*; vbi, etiam summarie, multa congerit, & tatis erudite.

25 Quod si propter terras, à Sæcularibus nobis conductione, vel locatione traditas, est differentia, totaque lis. Facilis est compositio, cessantibus Regularibus à conductione sæcularium terrarum. Sed, vt video, Domini Ordinarij amplius intendunt. Et hoc amplius est, Nos, quoad decimarum solutionem, Sæcularibus æquare.

26 Ad rem tamen iterum rediens, iterum ex prædictis Greg. XIII. & Sixti V. Bullis, supra adductis, probò, Nos ab omni decimarum præstatione esse exemptos. Nam, reuera, Lateranense Concilium est, quoad hoc, in prædictis Bullis abrogatum; quod sic probò: nam certe illi derogatum est per prædictas clausulas, in illis rebus, quæ ad Regulares spectant; quod nullus negabit: atqui in nullo alio proprius derogatio illa tenere valet, quam in decretis, per *cap. Nuper*; & alia, supra citata: ergo, &c. Probatur Minor: etenim quinque alia capita, in dicto Lateranensi Concilio contenta, quæ aliquomodo Regulares tangunt (videlicet *cap. 10. 12. 13. 34. & 48.*) vel de Regularibus parum loquuntur; vel tere omnia,

In illis contenta, à Regularibus obseruatur; vt legenti patebit. Ergo derogatio prædicti Concilij, de exemptione Nostræ quoad Decimas tendit. Cuius etiam signum est, quòd in alijs Pontificum Bullis, de Regularium regimine loquentibus, omittatur prædicti Lateranensis Concilij derogatoria clausula. Vndè liquido constat, prædictam talis Concilij derogationem eo tendere, vt à præstatione Decimarum, sint exempti Regulares, quibus prædictæ Bullæ sunt concessæ; scilicet Nobis; ergo, &c.

27 Scio, aliquos, & maxime Auctoritatis, Dominorū Ordinariorū Iudices, & Ministros asserere, ea, quæ dicta sunt, nõ conuincere; eo quòd non habeant sequentem clausulã: *Exempti sint Regulares, etiã quoad Decimas soluendas, non obstante capite Nuper de Decimis, in Lateranensi Concilio vltimo celebrato, cõteno.* Sic illi. Sed, quòd huiusmodi clausula non, sic expressa, requiratur, euidenter sequenti in informi ostendam. Et si non ostendero, quidquid à me, & de me dictum est, quoad hoc, pro nihilo habeatur. Igitur sit.

Informe secundum, tendens ad declarandam iustitiam certam, quã PP. Discalceati, Ordinis sanctissime Trinitatis, Redemptionis Captiuorum, habent, virtute cuiusdam magni (imò maximi) maris, ab Urbano VIII. concessi, in ordine ad illorum à Decimis soluendis exemptionem.

IN CHRISTI IESU NOMINE.

Post Scriptum à me informe primum, tendens ad eximendū Nos ab obligatione Decimas soluendi, innitentq; quatuor Sūmorum Pontificum Bullis; quarum, prima est Innocētij III. secūda Sixti IV. tertia Greg. XIII. & quarta Sixti V. vt in ipso videri poterit. Post hoc (inquã) scriptū (& si breuiter) informe, duo mihi ad eūdem finē conducentia, feliciter, dulciterq; obviã aduenerunt: vnū me excitans, ne velut piger, ob non extensionē manus, in alijs pereã; iuxta illud Sapiētis 26. *Abcondit piger manum suam sub ascella*

& laborat si ad os suum eam conuerterit: alterum verò de consequenda, in omnibus etiã alijs me certū reddēs, victoria. Hoc (inquam) secundū, superabundans est remediū aliud, non solū ad præsentē casū, certò conducens, sed & ad plures alios, plusquam contingenter aduenturos. Remediū enim hoc (& vtar verbis Ezechielis Prophetę cap. 21.) *Gladius exacutus est, & limatus: vt cadat victimas* (ait Propheta) hoc est, contrarios feriat, *exacutus est: vt splendeat in publico, scilicet iudicū omnium Tribunalibus, limatus est;* sic Propheta. Est igitur gladius iste mare quodã, ad instar maris illius, de quo Cytharisticus Rex Psal. 103. sic habet: *Hoc mare magnū, & spaciosum manibus: illic reptilia, quorū non est numerus: animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibūt.* Est (inquã) magnū; quia reptilibus, id est secretis (sic ego expono) & occultis, priuilegijs, ideoque solū paruis, vel pusillis, quia nõ ostēsis, non explicatis, neq; diuulgatis, absq; numero plenū. Vel quia pusilla quædã, alijs Religionibus cõcessa, priuilegia, cum magnis alijs, quibusdã etiã concessis Religionibus, & cum omnium maximis, mee Religionis concessis, in eo cõtinentur; vt verificentur Dauidica verba: *Animalia pusilla cum magnis.* Est deinde magnū; quia illic naues (Religiones inquã omnes, meæ duce, quia in virtute mirabiliū eius: *nam mirabilia Dei in aquis validis, & semita ipsius in aquis multis,* hoc est, in mari, idem cecinit psaltes Regius) in offenso valent pede trãsire. Vndè miror, quidã hæsitēt, intelligere velut nolentes (de quibus ipse Regi^{us} vates) de nostraq; adhuc dubitēt iustitia, tot vijs in prædicto maximo mari cõtēta; nisi quia huius Oceani profunditas illorū vires, ellatis vsq; ad supremū superet vndis. Parcant, quæso; nã tot sunt molestiæ, ab illis illatæ nobis, vt quę dicta sunt, ex causati potius occasione doloris, quã sinistra voluntatis, dicta censeantur. Est deniq; mare hoc maximū, Breue quodã, Nobis à felicis recordationis Urbano VIII. cõcessum; quòd, vt clarius intento probando procedã, hic inserere decreui. Estq; quòd à sequenti pagina incipit. In eo autē includi duo, ad nostrã iustitiã conducentia, probare conabur. Primum scilicet, in prædicto, subsequutoque maximo mari sufficētissimè exemptionē Nostræ à præstãdis Decimis cõtineri. Secūdū verò, sufficētissimè etiã capiti *Nuper in vltimo Lateranensi Concilio cõtēto, de*

rogari. Et quia circa vtrūq; magna inter Toleraſſe, Primatiā tenē. is, Eccleſiæ Ministros, Noſque intellectuālis, iuridicæ que agitatur diſſēſio, eſtque moralis, neceſſariū erit omnibus me armis munitis, quæ (vt iuſta ſunt, Chriſtianæq; Religioni conformia) erūt, & ab extrinſeca Doctiſſimorum authoritate Doctōrum, & à iuris vtriuſque locutione, & tandem à naturali, germana, genuinaque ipſius vtriuſque iuris ratione, deducēda. Vt ſic contrarijs, pro ſe authoritate Doctōrum ex aduerſo militātibus, ſimili etiam grauiſſimorum Doctōrū (imò & maiori in Canonicis diplomātibus diuoluendis) authoritate occurrāmus; & ſi vtriuſque iuris locutione pro ſe (meo videri, apparenti tantum) in pugnā descendant, alijs ipſorum iurium manifeſtis textibus depellantur; & tandem, ſi ratione (quā certē nullam illis demoſtrabitur ſuffragari) ad hoc ſe Ciuile prælium armauerint, nō contemnendis pluribus (ne dicam euideſſibus) rationibus alijs deprimantur. Aliter enim inter ſimiles perſonas pugnare, Chriſtianam dedecet Religionem. Hiſ ergo ſic pro præmio poſitis, vt, habitaprius, relatione, maris maximi, ſpacioſiſſimique notitia, procedāmus. Sic ſe habet, authenticum etiam, quōd, maximū mare, promiſſi.

VRBANVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei.

AD Perpetuam rei memoriam. Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti Saluatoris exemplo, quo ſe ipſum ex inaniens, formamque ſerui accipiens ſui ſanguinis profuſione nos redemit, aſſidua meditatione penſantes continuis excitamur ſtimulis, vt tantæ liberalitatis memores gemitus, maximè filiorum Eccleſiæ in vinculis compenditorum, & miſericordiam à nobis poſtulantium audientes, paterna ſolicitudine ad opem illis, quam poſſumus ferendam, eo promptius excitemur. quo illos apud gētes barbaras, & incultas durior ſeruitus premit, vincula coarctant, perdita patria, & amiſſi parentes affligunt, ne non eorū, quos frequēs Sacramētōrum Eccleſiæ participatio nō recreat, imò ſpirituālis perditionis euidentius terret periculum, ſaluti quātum cum Domino poſſumus libenter conſulamur, illoſq; ab illa miſerabili ſeruitute

ſubleuemus, ac operarios illi meſſi, quō vtiq; non pauca exiſtit ex profeſſo invigilantes adiuuemus, eorūque piū exercitiū, quo ipſi labores expeditius ſuſpiciedo tā piū opus alacrius continuent, & prōptius exequātur, gratijs, & fauorib⁹, quibus poſſumus, ampliſſimis confonemur, prout in Dño cōſpicimus ſalubriter expedire. Sanè pridē felicis recordationis Paulus PP. V. prædeceſſor noſter Congregationē Fratrum Diſcalceatorū Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis captiuorum Hiſpaniarum inter ceteros Mendicantiū Ordines adſcripſit, ac illam, & illius Fratres ſub Mendicantiū nomine comprehendere decreuit, & declarauit; ac propterea omnia priuilegia immunitates, exemptiones, facultates, libertates, indulta, & alias gratias Mendicantiū Ordinibus conceſſa, ad ipſam Congregationē, eiūſque Fratres, Domoſ, Eccleſias, & loca extendit, & ampliāuit. Omnia præterea priuilegia ſpeciali quoq; nota digna, immunitates, exemptiones, libertates, cōceſſiones, gratias, tam ſpirituāles, quā temporales vniuerſo Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis captiuorū Ordini, illiuſq; Domoſ, Eccleſijs, Superioribus, ac Fratribus conceſſa, præfatæ Congregationi perpetuo pariter conceſſit, cōmunicauit, & extendit, ac alias prout in litteris Apoſtolicis deſuper expeditis plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filij Ioannis de Annuntiatione ipſius Congregationis Procuratoris Generalis petitio continebat, Fratres, & Religioſi eiūſdem Ordinis, iuxta particulare eorū inſtitutū à piæ memoriæ INNOCENTIO PP. III. etiam prædeceſſore noſtro approbatum ſub Regula propria * Sanctis Patriarchis Ioanni, & Felici * dictæ Religionis Fundatoribus tradita in Captiuorum redemptione pro viribus occupentur, & longos, ac rēdioſos labores in tranſfretando mari, & apud ipſos infideles dictam ſuſtineant; & non modo in redemptione ipſa, quæ ad omnes captiuos nunquā extendi poteſt, ſed etiam exhortationibus, concionibus, & admonitionibus ad reliquos qui dictam durā ſeruitutem cōtinuant, ne fides eorum deſiciat, occupentur, proprias facultates libenter exponant, diſcrimina quælibet, & pericula alacriter incefſi ſubeant; & vt tam piū opus eo alacrius Fratres ipſi cōtinuent, & vtilius exe-

quantur, promptioresq; ad id reddantur, ac propterea plurimum cupiant aliarum Religionū, & Ordinum gratias, & priuilegia hæcenus à Sede Apostolica concessa Congregationi præfata, illiusque Fratribus, & locis per Nos, & Sedem eandem, vt infra, concedi, & communicari. Quare pro parte eiusdem Ioannis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ipsius Congregationis ampliatiōi in præmissis opportune prouidere, & cōsulere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Congregationis augmētum, & conseruationem firmissimis valere præsidijs desiderantes, ipsumq; Ioannem, ac singulares personas eiusdem Cōgregationis, à quibusvis excommunicationis, suspensiois, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa laicis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectū præsentium dūtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon litterarum præfatarum tenores etiam veriores ad Dat. præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati. Ex voto Congregationis venerabilium Fratrum nostrorū, S. R. E. Cardinalium negotijs Regulariū Præpositorū Cōgregationi Fratrum Discalceatorū prædicti Ordinis SS. Trinitatis Redemptiois Captiuorum, illiusque Domibus, & Regularibus locis sub illa comprehensis, necnon Ministro Generali pro tempore existenti, Diffinitoribus, ac Procuratoribus Generalibus, Visitatori, Consultoribus, Assessori, Ministrisque Proximalibus, & Conuentualibus, alijsque cuiuscumque nominis Officialibus, Superioribus, ac Religiosis omnibus, & singulis in ea professis, * Fratribus pro tempore ad captiuos redimēdos trāsmissis * & Capitulis Generalibus, Personis Regularibus, Nouitijs, Conuerfis, Donatis, Oblatis, Ministris, Famulis, cunctisque tam officarijs, quàm domesticis, & eorū Domibus inseruientibus, & ceteris primo dictæ Cōgregationis, ac Domorum, & Regularium locorum personis quibuscunque pro tempore existētibus, necnō quibusvis alijs personis, ac Christi fidelibus illorum Ecclesias, seu Capellas pro tempore visitantibus, * vt omnibus, & singulis priuilegijs, libertatibus * immunitatibus, exemptionibus, præhementijs, an-

tellationibus, cōcessioibus, indultis, fauoribus indulgentijs, alijsq; prærogatiuis, & gratijs vniuersis, & singulis, tā spiritualibus, quàm temporalibus, singulis, Domibus, Cōuentibus, & alijs Regularibus locis, ac personis, tam Canonicorū, quàm Clericorum Regularium vbiuis existentium institutis, & non solū Ordinibus Monasticis, Regularibus * Mendicantium, & non Mendicantium, tam proredimendis captiuis, quàm alijs quomodolibet Ordini SS. Trinitatis Redemptiois Captiuorum, illiusque Domibus, Cōuentibus, & Fratribus; necnon Ordini Beatæ Mariæ de Mercede Redemptiois Captiuorū * ac etiam omnibus, & quibuscumq; Cōgregationibus Regularibus & præcipuè * Clericorū Regularium infirmis ministrantium * & Canonicorum Congregationis Sanctissimi Saluatoris Lateranensis, Sancti Saluatoris de Bonna, ac etiam Sancti Ruffi Valentia, & Sanctæ Crucis Colimbriæ, Clericorū Regularium de Somaſcha, & Pauperū Martris Dei, ac Scholarum Piarum, ipsisque Monasticis Congregationibus * etiam Casinien. alijsque Monachis, & Monasterijs Sancti Benedicti, Sancti Hieronymi, Carmelitis Discalceatis, Conuentui Beatæ Mariæ de Guadalupe; necnon Societati Iesu, ipsisque Carthusiens. * Præmonstraten. & Reformatorum Cisterciens. Seruitarum, Oliuetanorum Ordinibus, alijsque Familijs, & Societatibus Regularibus, Militijs, Hospitalibus quibuslibet, & Pijis locis Regularibus, ac quibuscumque personis nunc, & pro tempore existentibus præfatorum, & quorumlibet Ordinum, Societatum, Congregationum Regularium per Nos, & Sedem prædictam, ac alios quoscumque prædecessores nostros Romanos Pontifices; necnon eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & de latere Legatos, & quosuis Sedis prædictæ Nuncios * vel etiā tam Apostolica prædicta, quàm Ordinaria, & Regia, vel Imperiali auctoritatibus respectiue; aut alijs quomodolibet * sub quibuscumque verborum expressioibus, & tenoribus in genere, vel in specie, ac particulariter, tam per modum Cōmunicationis, & ampliatiōis, quàm simplicis & indiuiduæ, ac particularis & specialis concessiois, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam

iteratis vicibus concessis hactenus; vel confirmatis, aut approbatis * & quibus illi tam in vita, quam in mortis articulo etiã circa peccatorũ remissiones, & iniũctarũ poenitentiarũ relaxationes, * aut alias quomodolibet de iure, vsu, aut privilegio, vel cõsuetudine, seu alias quomodolibet vruntur, fruũtur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterũt quomodolibet in futurũ * quãvis illa sint speciali nota digna diffinitiq; concessions, & quã in generali concessione non veniunt; * non solũ per participationem, cõmunicationem illorum, extensionem, & ad illorum instar * sed speciatim, & nominatim, pariformiter, & æque principaliter, in omnibus, & per omnia, absque vlla prorsus diffidentia, perinde ac si illa primo dictæ Congregationi, illiusque Capitalis Generalibus, Ministroque Generali pro tempore existenti, illiusque Superioribus, & personis præfatis specialiter, expressè, & nominatim, etiam per viam, & modum simplicis, & indiuiduæ, ac particularis, & specialis concessions, etiã motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut cõmunicationis, & ampliationis cõcessa fuissent, quatenus tamẽn sint in vsu, ac non reuocata, nec sub aliqua reuocatione cõprehensa, vti, frui, potiri, & gaudere libere, & licitè possint, & valeãt * Ita quod omnes, & singuli primodiætæ Congregationis, & illius Domorum, locorumque Regularium Superiores, ac Ministri, quocumque nomine appellati, eosdem fauores, gratias Apostolicas, & privilegia, quæ aliarum Religionum, Ordinum, Congregationum, Societarum * etiam Societatis Iesu * Monasteriorum, Conuentuum, Domorum, aut locorum Regularium, & Familiarum Generales, Superiores, Præpositi, Prouinciales, Rectores, Priores, Conuentuales, aut Claustales, Visitatores, Guardiani, Custodes, aut alio quocumque nomine, titulo, aut dignitate insigniti, habent, similiter vt supra, habeant. Fratresque, & personæ Regulares primodiætæ Congregationis Generales, Superiores, Ministri, & ceteri alij cuiuscumque appellationis Præpositi, & Præfecti in primodiætæ Congregatione expressè professi, & in eius gremio, & obseruantia viuentes, Fratres, & personas Regulares primodiætæ

Congregationis cum privilegijs, gratijs, & fauoribus Apostolicis Ordinum, & Congregationum huiusmodi perpetuo secundum Obseruantiam Regularem, & Canonicum institutum Ordinis SS. Trinitatis, & statuta ipsius Congregationis Fratrum Discalceatorũ Sanctissimæ Trinitatis, regere, & gubernare, & respectiue visitare valeant. Neque primodiætæ Congregatio super præfatis omnibus, & singulis à quoquam quauis auctoritate, vel nomine molestari, perturbari, inquietari, aut alias quomodolibet in iudicio, & extra impediri possit, Apostolica auctoritate prædicta earundem tenore presentium perpetuo concedimus, & indulgemus. Decernentes, easdem, presentes semper, & perpetuo tanquam Diuini cultus, & bonorum operum augmentum, & Religionis propagationem tendentes, validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis firmiter, atque inuolabiliter obseruari, & adimpleri debere, nec ab illis, vilo vnquam tempore, quouis pretextu, occasione, vel causa recedi, aut resiliari, easdemque presentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs cõtrarijs dispositionibus, etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, Sedemque præfatam sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore factis, minimè cõprehendi, vel confundi, sed semper, & perpetuo ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, atque validissimũ statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac denouo etiam sub quacumque etiam posteriori data, quodcumque eligenda, concessas esse, & fore; primo dictæque Generalis Ministri, & Fratrum Discalceatorum huiusmodi Congregationi suffragari. Sicque, & non alias, per quoscumque iudices, etiam causarũ Palatii Apostolici Auditores, ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, ac Sedis Apostolicæ prædictæ Nuncios iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque & inane quidquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoratè cõtingerit aut ètari. Nõ obstantibus præ-

premiſiſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, & in Synodalibus, Prouincialibusq; & vniuerſalibus Concilijs: editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non Regularium Domorum, locorum, & Ordinis huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis primo dictæ Congregationi, illiusque Superioribus, & perſonis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs ſub quibuſcūque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiã iteratis vicibus quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorū ſufficienti derogatione aliàs de illis, illorūque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales iddem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habēda, aut aliqua alia exquiritā forma ad hoc ſeruanda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, ceteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quod ipſarum præſentiu exemplis, ſeu traſumptis, etiam impreſſis, & alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo, & Notarij publici manu obſignatis ſtetur, eademque proſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdē præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſenſæ. Nulli ergo omnino hominū liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, indulti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurū. Dat. Romæ apud Sanctū Petrum, anno Incarnationis Dominiæ milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quarto, quinto Kalen. Aprilis, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

I Igitur, quia vidisti iam (amice Lector) maximum, ſpacioſiſſimūq; mare, omnibus gratijs, & exemptionibus, quomodolibet ſumptis, plenū, congruū eſt, vt de illius robore, & fortitudine, quæ in noſtram deſſenſionē, aperto iure, patentiſque ratione faciunt, in medium proferam. Pro quo ſuppono, ipſum procedere,

non ſolum via cōmunicationis, & confirmationis, ſed ſpecialiſſimæ etiã omnino cōceſſionis, vt ex cōtextura eius apparet

2 Probo igitur (relictis etiam hiſ, quæ, vt certa omnino tenenda, in primo inſormi cōtinentur) Nos à ſolutione Decimarum, per præſatum Noſtrum omniū Religionū, hucusque vigentium, maximū, inter maria magna, mare, ſpacioſiſſimū, que, omnino eſſe exemptos. Et hoc eſt, quod pro viribus probare contendo hiſ, & quod iudico Noſtros etiam aduerſarios, volentes, nolentes, eſſe admifuros.

3 Tota ergo difficultatis ratio ad duo valet capita reduci; primū, an, ſcilicet, in prædicto maximo mari Decimarū comprehendatur exemptio? Secundū, an dato hoc, & probato, ſufficiens ſit Conciliorum generalium in communi derogatio? Quia tamen totum hoc ex clauſulis, in prædicto mari contentis, probandum venit, illas adducam, quæ clare noſtram cōprobant iuſtitiam. Supponoque, iuxta omnium DD. ſententiam, non ita faciendam eſſe Reſcripti, priuilegi, ſeu gratiæ reſtrictionem, vt illi aliquis non aſſignetur effectus. Quo poſito ſit.

CAPVT PRIMVM.

An in prædicto maximo mari Decimarum comprehendatur exemptio?

ET obiter aduerto differentiam inter prædictas clauſulas. Nam clauſula illa, ſcilicet: *Motu proprio*: facit, vt in Apoſtolicis literis nequeat ſubreptio allegari: ſiquidē illam omnino, vtroq; foro, excludit: argumento *cap. Si motu proprio de præbend. in 6.* Vbi dicitur, quod conceſſio Beneficij, quàm Pōtifex facit alicui, habenti aliud, quod Pōtifex ignorabat, nec illi propoſitum fuit, eſt valida, ſi gratia motu proprio facta eſt. Super quem textum Rebbuſ. *In Concordat. tit. de forma mandati Apoſtolicæ, verb. Motu proprio*, plures explicat prædictæ clauſulæ effectus, in dicto textu relatos. Vndē tūc non admittitur pars ad probandū contrarium; quia eſſet, arguere Pontificem de mendatio. De quo videri poteſt Bertrand. *cōſil. 35. & 202. in fine tomi primi*, & Staphileus *de literis gratiæ, & iuſtit. Irē; Couar. in cap. Alma mater 1. p. 9. 7. n. 2.* Quos etiam ſe-

quitur Suar. tom. 4. de Relig. lib. 3. c. 4. co-
sollar. 2. pag. 460. num. 9.

Bene verum est, quod, licet talis clau-
sula subreptionē ex taciturnitate, exclu-
dat; non excludit tamen omnē falsitatē;
vt præfati notāt Doctores, & late probat
Sanch. de matr. lib. 8. disp. 4. §. 21. à n. 47.
Vndē, ad falsitatē omnino tollendā, ad-
ditur clausula illa, *ex certa scientia*: vt
notant Staphylæus supr. num. 10. & Sua-
rez num. ite m 10. Deindē, additur illa
clausula; *de plenitudine potestatis*. Nam,
licet, quoties Pontifex procedit motu
proprio, præsumatur, vt plenitudine po-
testatis; vt dicunt Glos. & Doctores in
cap. Ad hæc, de rescript. & Felinus in cap.
Causam 2. de testib. col. 4. (Quod iddem
etiam affirmat de clausula, *ex certa scien-
tia*, in cap. Cum inter, de except. à num. 5. &
tenet Panormitanus in cap. Ea, quæ, de sen-
tent. & re iudicat. & sequitur citatus
Saurius num. 11.) Ad tollendam tamen
omnem ambiguitatem expresse additur
talis clausula, *ex certa scientia*; Quia, (vt
hinc Saurius) nō poterat clarius exprimi,
Pontificem operari, vt Pontificē, & non
vt priuatam personam, quā dicēdo, se
hoc concedere *ex plenitudine potestatis*.
Quæ clausula, quando in constitutione,
vel institutione alicuius Religionis addi-
tur, non solum significat potestatem iu-
risdictionis, sed maximē potestātē, quæ
Clavis scientiæ appellatur. Nam, in hoc
genere, nihil aliud est plenitudo potesta-
tis, quā, quod potestas sit ad docendū
cum assistentia Spiritus Sancti, ac cū in-
fallibili certitudine; vt elegāter satis Sua-
rius vbi supra. Hæc adnotauī, vt planē
constet, maximo huic mari, nullo ex ca-
pite, vitium aliquod, seu defectum op-
poni posse. Ad rem ergo veniens.

4 Probō pri. num, scilicet, in prædicto
mari Decimarum comprehendī exemp-
tionem. Probōq; ex prima clausula, fun-
dataque in petitione nostri Ordinis, per
Patrem Fratrem Ioannem ab Annuntia-
tione Generali in Romana Curia Procu-
ratore, ibi: *Ac propterea plurimum cupient
aliarum Religionum, & Ordinum gratias,
& priuilegia, actenus à Sede Apostolica con-
cessa Congregationi præfate, illiusq; Fratri-
bus, & locis per Nos, & Sedem eandem, vt
infra, concedi, & communicari*. Hæc ibi, ex
quibus sic argumentor: ea, quæ nostro
primitiuo Ordini sunt concessa, priuile-
gia, Nobis nunc per hoc mare inq̄num

denuo, iuxta partis petitionem conce-
duntur: atqui nostro Ordini supponuntur
concessa, quoad exemptionem Decima-
rū, priuilegia ab Innoc. III. & Sixto IV.
& ab alijs, de quibus in primo informi,
Pontificibus, etiam (vt vtramq; difficulta-
tatem comprehendam) cum derogatio-
ne Lateranensis Concilij, cuius expresse
meminerunt Greg. XIII. & Sixtus V. vt
authenticæ eorum Bullæ continent: er-
go euidentis est, hoc mare, inter omnia
alia, maximum, etiam super Decimarum
cadere exemptionem.

5 Nec recurrendum est ad voluntariā
solutionem, & responsionem, quā ali-
qui iudices solēt allegare, forte ducti ex
sententia Felini in cap. Sedes num. 3. de re-
scriptis; Barbosa de iure Eccles. lib. 3. cap.
26. §. 3. num. 41. & aliorum, quos, proba-
biliter tantum (nam oppositum, vt infra
dicam, est communius) loquentes, sequi-
tur Trullench tom. 1. Decalog. lib. 3. dub.
11. num. 4. Non, inquam, ad hanc senten-
tiam adest recursus aliquis: etenim præ-
dicti Authores solum dicunt, quod, quā-
do Pontifex communicat priuilegia alicuius
Religionis (& sunt verba Trul-
lench, loco citato) in quibus adest ex-
pressa mentio à solutione Decimarum,
alteri Religioni, non censeri etiam com-
municasse exemptionem à solutione De-
cimarum, nisi de hac exēptione fiat ex-
pressa mentio; cum difficulter conceda-
tur. Hoc (inquam) solum testantur præ-
dicti Authores non loquentes primo de
confirmatione *ex motu proprio. ex certa
scientia, ac de Apostolica plenitudine pote-
statis*; quæ sunt verba nostri maximi ma-
ris, semel, & iterum repetita, vt legenti
parebit. Nam quis dicet, Urbanū VIII.
non confirmare priuilegia, nostro Ordini
concessa? Atqui inter, Nobis cōcessa,
priuilegia, ad sunt (vt in primo dixi in-
formi) quedam, de exemptione Nostri à
Decimis loquentia, etiam cum deroga-
tione Lateranensis Concilij, vltimo ce-
lebrati; vt patet: ergo hæc etiam confir-
mat, quando ex certa procedit scientia.

6 Secundo; quia prædicti DD. non lo-
quuntur de concessione, speciali. cum
clausula, *Nominatim*, scilicet *pariformi-
ter, & æque principaliter in omnibus, & per
omnia, absque vlla profus differētia, ac si pri-
mo nostra Congregationi essent alia, seu illa pri-
uilegia concessa*: non ergo valet prædicta
DD. sententia; quæ solum de concessio-

ne per viam communicationis, & non specialissimæ concessionis, procedit.

7 Quod si contrarij dicant, præfatum mare maximum procedere de his solū, quæ sunt in vsu, & quatenus sunt: fateor. Hoc tamen non obstat, vt ex dicendis luce clarius constabit; ergo ex vi prædictæ clausulæ, comprehenditur in prædicto mari Decimarum exemptio.

8 Probatur secundo iddem intentū, ex vi secundæ clausulæ, in prædicto etiā mari maximo contenta; quæ sic se habet: *Vt omnibus, & singulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, preheminentijs, antellationibus, concessionibus, indulgentijs, fauoribus, indulgentijs, alijsque prerogatiuis, & gratijs vniuersis, & singulis, tam spiritualibus, quàm temporalibus, singulis domibus, Conuentibus, & alijs Regularibus locis, ac personis, &c.* Hæc in prædicto mari; quæ clausula sanè amplior est (inmō, & amplissima omnium) duabus illis, quas in primo informi adduxi, ex Bullis Greg. XIII. & Sixti V. ergo negari non potest, hanc cadere supra id supra quod duæ illæ appellant; cum hæc sit etiam duarum illarum confirmatoria, & ampliatiua, vt patet: atqui duæ illæ, de exemptione Nostri à Decimis, per modum cōfirmationis, plane loquūtūr; vt ex prædicto primo cōstat informi; ergo & hæc de eadem exemptione necessario venit, ne frustra sit, intelligenda.

9 Sed dices, optime posse veritatem dictæ clausulæ saluari, non intellecta Decimarum exemptione; ea ratione, quod in clausula generali, & vniuersali, non veniant intelligenda illa; quæ speciali sunt digna notata. Sed contra; & in primis huius dicti rationem nullam inuenio apud Authores; quando clausula vniuersalis tali tenore verborum, scilicet, *ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine,* (æ quali constat in prædicto mari) fulcitur; vt supra dixi.

10 Deinde; quia iddem (& sit tertia probatio ad intentum, deductaque ex clausula, apud me tertia, illa scilicet; *motu proprio, ex certa scientia, ac de plenitudine Apostolicæ potestatis:* in prædicto etiam mari maximo cōtenta semel, & iterum) iddem, inquam, est apud grauissimos Doctores, infra referendos, confirmare, innouare, vel aliquid concedere *ex certa scientia, de Apostolicæ potestatis plenitudine; vel, non obstantibus reuocationibus Aposto-*

*licis, ac dicere Pontifex, se claram habere notitiam priuilegiorum, quæ confirmat, innouat, & concedit, ac si nunquam fuissent concessa; vel inferere Pontifex in Bulla tenorem priuilegij, quod confirmat, innouat, vel de nouo, ac si nunquam fuisset concessum, concedit; de quo pronunc videri potest, alios plures referens Authores, Doctores. Hieronym. Rodrig. in Comp. qq. Regula. pag. 702. num. 9. Atqui in nostro mari continetur illæ clausulæ, scilicet, *ex certa scientia, de Apostolicæ potestatis plenitudine, &c.* ergo iddem operantur huiusmodi clausulæ, ac si de verbo ad verbum, in prædicto mari, inferret Pontifex tenorem verborum, illorū priuilegiorum, quæ vult concedere, & quæ de facto Nobis ita concedit, ac si nunquam, alijs Religionibus essent concessa, vel, ac si *nobis aequè primo, & principaliter, pariformiterque essent concessa:* atqui inter illa priuilegia, sunt, & continentur plura, de Decimis loquentia, non solum alijs, quas expresse nominat, Religionibus, sed etiam Nobis per Innoc. III. & Sixtum IV. concessa; ergo virtute illius clausulæ; scilicet, *ex certa scientia, vel, de plenitudine Apostolicæ potestatis, vel, non obstantibus reuocationibus Apostolicis, &c.* omnia illa Nobis concedit.*

11 Quod (salua Adversariorum pace) sequenti ratione (quæ erit ad intentum quarta probatio) eiusque confirmationibus, ex omnium sententia deductis, sic euidenter probo: nam, in prædicto mari maximo, omnia ab Urbano VIII. scita, aliarum Religionum, & mea, priuilegia concedit; vt ex clausula, in secundo argumeto contenta, satis apparet; atqui nullus negabit, omnia illa fuisse à summo cognita Pastore, vt ex clausula, *ex certa scientia, ac de plenitudine Apostolicæ potestatis, &c.* satis aperte constat: ergo Decimarum exemptionem etiam includit.

12 Quod si dicas; omnia, à summo Pastore scita, Nobis concedere, quæ includi valent in generali illa, & vniuersali concessione; in qua, cum non includatur Decimarum exemptio, speciali nota digna, non censetur nobis concessa. Contra est (& sit prima præcedentis rationis confirmatio) nā, (& suppono, quod, scilicet, in generali mandato, collato Procuratori ad omnia negotia non intelligatur mandatū ad matrimonium contra-

trahendum pro mandante, nisi specialiter exprimat, iuxta *cap. quid agendum, de Procurat. in 6. iuncta Clement. non potest, de Procurat.* Nam (hoc, inquam, supposito, quod contra nos solum apparenter militat, vt iam constabit) si aliquis plura in scriptis haberet mandata in ordine ad Petrum, v. g. Procuratorem sui constituendum, inter quæ mandata contineretur speciale mandatum ad contrahendum, pro mandante, matrimonium; & postea per aliud generale mandatum, scriptum etiam, aliam personam determinate constitueret procuratorem super omnia illa mandata, ex certa scientia, tali personæ tunc applicata, in quibus esset de contrahendo matrimonio speciale mandatum; cerrè, vt virtute illius Generalis mandati, comprehenderetur etiam illud speciale de contrahendo matrimonio mandatum: atqui Summus Ecclesiæ Pastor, Urbanus VIII. per nostrum maximum mare, concedit Nobis, vniuersaliter, & ex certa scientia, ac de plenitudine Apostolicæ potestatis, omnia, alijs Religionibus, (& omitto nostra) concessa priuilegia, in quibus specialia de exemptione à Decimis continentur: ergo, & hæc etiam nobis absque dubio sunt concessa.

13 Confirmatur secundo, hoc totum alio fere simili, & ab omnibus Doctoribus recepto; quod sic se habet: nam, supposito etiam quod, si aliquis sit constitutus Procurator ad agendum, ac deferendum, non possit transigere, aut compromittere, nisi ad id habeat specialem facultatem, iuxta *leg. Transactionis, C. de transact.* & citatum *cap. Qui ad agendum, de Procuratoribus, lib. 6.* & dato etiam gratis, quod aliquis, constitutus etiam Procurator cum clausula generali, vt possit exequi omnia, quæ exigunt speciale mandatum: dato (inquam,) quod iste, virtute talis clausulæ, nequeat exequi, quæ exigunt speciale mandatum, ac proinde nec transigere, nec promittere valeat; (& omitto casum, in quo à tali generali clausula, concedent ea omnia, quæ speciale requirunt mandatum, excluderetur aliqua res, requirens speciale mandatum; nam tunc, omnia alia, requirentia etiam speciale mandatum, in tali clausula veniunt intelligenda, vt, iuxta *caput, qui ad agendum, citatum,* tenent, cum communi sententia Couar. & cum sequitur, Mo-

lina Theologus, infra referendi) dato (inquam) primo, & hoc secundo omisso, & si non parum nobis fauente; si tamen concederetur, ei in particulari, facere aliquid, quod requireret speciale mandatum, & postea adderetur clausula vniuersalis, quod possit etiam exequi omnia, quæ requirunt speciale mandatum, tunc posset exequi alia non expressa, quæ speciale mandatum requirunt, ac proinde posset transigere, & compromittere; vt expresse habetur in citato *cap. Qui ad agendum;* tenentque, cum communi sententia, Couar. & Molina citatus *tom. 2. de iust. pag. 13. § 93. num. 19.* Ergo, quia Nobis expresse, per Innoc. III. & Sixtum IV. Decimarum conceditur exemptio (dato quod sit de his, quæ speciale requirunt mandatum, vel mentionem) & in prædicto maximo mari continetur clausula generalis, & vniuersalis ad omnia, quæ requirunt specialem expressionem, vt ex ipsius maximi maris apparet contextura; absque dubio, virtute illius, habemus ius, primo ad exemptionem Decimarum iuxta alia, alijs Religionibus concessa, priuilegia; & secundo, etiã ad omnia alia, quæ speciali sunt digna notata. Quod certè magnum est, perpetuoque memoriæ commendandum. Ergo ex vi prædictæ clausulæ euidenter deducitur, Nos à Decimarum exemptione esse exemptos.

14 Vnde, quando Doctores quidam dicunt, in generali concessione non venire intelligenda, quæ speciali nota sunt digna, sanè loquuntur, quando generalis concessio cadit supra alias concessiones, in quibus continentur ea, quæ speciali nota sunt digna; vt patet ex citato Molina, & alijs; sicque intelligendi sunt Felinus, Barbosa, & alij cum Trullench, supra relati num. 5. huius informis. Vnde si hæc procedunt respectu matrimonij, & aliarum rerum, quæ speciale requirunt mandatum, vel sui expressionem; (quàm, requiri etiam quoad exemptionem Decimarum; pro nunc gratis concessi; & si nullum videam ius, hanc expressionem in exemptione Decimarum requirens) nec eadem sit de Decimis ratio, ac de matrimonio (hoc namque, cū sit perpetuus, indissolubilisque status, à voluntate contrahentium omnino dependens, & non ab alia; optimè decernitur in iure, ad hoc, speciale requiri man-

datū, non verò in exēptione à Decimarū solutione, quæ nõ exigit volūtatē illas defacto possidentium; sed voluntas hæc in Summ. Ecclesiæ Paitorem, vt in vniuersalem ipsius Ecclesiæ bonorum administratorem, & dispensatorem devoluitur, & reducitur,) hinc fit, non adesse eādem rationem, vt, per ius, illarum expressio decernatur, sicut in matrimonio, & in alijs; ac proinde, sufficere æquivalentem de exemptione Decimarum mentionem efficiere. Quod poterat etiam probari ex eo, quod, cum exceptio firmat regulam in contrarium, si per ipsum ius, alia, & non Decimarum exemptio, à generali excipiuntur concessione, videtur, exemptionem Decimarum in generali concessione, speciali æquivalente, posse includi.

15 Hucusque in hac quarta intenti probatione dicta, clarius vt inotescant, sic, hilarivè arguendo, compillo: ergo mandatum, Procuratoris constitutum, pro matrimonio contrahendo, est, secundum ius, de rebus illis, quarum, secundum ius ipsum, expressa desideratur mētio: ergo exemptio à Decimis tonendis non ita certò (hoc est, secundum expressum ius) sui requirit expressionem; ergo, (data gratis æqualitate expressionis, necessariæ in exemptione à Decimis, inter ipsam exemptionem, & mandatum Procuratoris) illud euidenter dicendum erit de exemptione à Decimis, quod, secundum expressum ius, dicitur de Procuratoris ad matrimonium contrahendum mandato: ergo, quia (& hoc est iuxta *cap. Quid agendum, de Procurat. in 6.* de quo supra, num. 12.) generale mādaturum de constituendo, Francisco v.g. Procuratore super omnia mandata, quæ Petrus v.g. ab eodem mandante habebat, & interquæ mādaturum, erat etiam speciale quoddam, ad matrimonium contrahendum, mandaturum; quia (inquam) tale generale mandaturum, est, secundum ius ipsum, speciale quoddam mandaturum ad matrimonium contrahendum, (quod nullatenus negari valet) idem de exemptione à Decimis erit dicendum: ergo generalis concessio, alicui facta, cadens super omnes concessiones, alteri factas, inter quas est specialis à Decimis exemptio, erit etiam specialis à præstatione Decimarum exemptio: ergo hucusque illatiuè inducta euidenter cōcludunt: ergo, quia maximum

Nostrum mare concessio est generalis, vniuersalisque, omnes exemptiones, Societati Iesu, v.g. concessas, complectens, vt patet, complectitur sanè; & euidenter, specialem concessionem, qua, circa exemptionem à Decimis, ipsa fruitur Iesu Societas: ergo ratio hæc euidenter concludit: ergo contra illam nulla valet ratio assignari: ergo neque ius, quod necessario in ratione fundatur: ergo, quidquid in contrarium aliegitum fuerit, (rebus integre permanentibus, & à Nobis nullatenus renuntiatis) non erit ratio, sed, pro ratione voluntas: atqui hoc demonstrare promissi: promissum ergo adimpleui, non ex me, sed ex Pontificia gratia amplissima, Nobis specialiter in prædicto maximo mari contenta.

Rationem inā (vt non doctis libenter etiam seruiam) vulgari Nostro sic idiomate voluo. Es el caso: Ioan v.g. tiene concedidos à Antonio diuersos poderes, para que en virtud dellos sea su Procurador. Entre estos particulares, o generales poderes, que Antonio tiene dados por Ioan, ay vno especial, para que el dicho Antonio pueda contraher matrimonio por el dicho Ioan. No ay duda, que en virtud deste especial poder, pueda dicho Antonio contraher matrimonio por el dicho Ioan, no estando dicho poder de alguna manera reuocado. Lo qual supuesto, el dicho Ioan dio à Francisco otro poder en esta forma: yo te doy poder para que puedas vlar de los poderes todos que tiene Antonio, dados por mi, para que tu hagas lo mismo que el puede en virtud de dichos poderes que le tengo dados. No puede auer dificultad, ni duda alguna, en quanto à que Francisco puede contraher matrimonio por Ioan, en virtud de vno de los poderes q̄ dicho Ioan dio à Antonio, para que especialmente por el pudiesse contraher matrimonio. Aora à nuestro caso: la Sede Apostolica hà concedido diuersos priuilegios à diuersas Religiones. Entre estos ay algunos especiales para que tal, o tal Religion no pague diezmos (v.g. la Compañia de Iesus, y otras Monacales.) Dize agora Urbano VIII. en nuestro Breue, sabiendo los dichos priuilegios, como euidentemente cōsta de las palabras *Ex certa scientia*; Nos concede especialissimamente à Nosotros todos los dichos priuilegios, gracias, y exempcio-

res: luego con evidencia Nos concede el privilegio especial de no pagar Diezmos. Y esta es la razon, que digo, ser evidente. Porque si, constando, expressamente del Derecho, ser necesario especial poder para el matrimonio (lo qual no consta expressamente en quanto à la esempcion de pagar Diezmos, y quando constara, es la misma razon) basta lo arriba dicho, segun el mismo Derecho, porque no ha de bastar en quanto à la esempcion de los Diezmos? Luego con evidencia se faca, que Nosotros en virtud del dicho *maye magnum*, no deuemos Diezmos. Ergo, &c.

Verum ergo tenet, quoad nostrum intentum, supra posita ratio. Ad quid ergo (quæso) contra eundem rationem recalcitratio? Ad quid (inquam) tergiversatiæ intellectiones, & interpretationes, tam manifeste loquentis, Pontificij Breuis? Fateor, id amitti cum dolore, quòd cum gaudio possideretur. Sed iudico, tantos Ecclesiæ Principes, eorumque Ministros, nullatenus vele alicui iniuriam facere. Sed fateantur, (quæso) eundem esse positam rationem; ac proinde, ius pro Nobis euidenter stare, quòd in ratione fundatur. Sic enim Illustriissimi Domini Nuntij Rospilou Abbreuiator, in forme hoc videns, expressè falsus est mihi; quòd testor. Sic, & huius nostræ Hispaniæ doctissimi sentiunt. Si ergo est euidentis, vt patet; & contra Nos nulla valet in contrarium, pro contrarijs, præscriptio allegari, vt claret; quid dicam? Ipsi integerrimi Iudices, Ecclesiæque Principes videant.

16 Ad intentum tamen rediens, & in eadem clausula (apud me tertia in præsentem informi) scilicet, *ex certa scientia, & de plenitudine Apostolicæ potestatis*, persistendo. Probatum quinto; Nos, ex vi prædictæ clausulæ, à solutione Decimarum omnino esse exemptos: nam Molina de primogenijs (Iuriscòsultus inquam) lib. 2. pag. 241. col. 1. plures refert Auctores num. 16. asserentes, Principem sæcularem, confirmantem, ex certa scientia mortis institutoris Maioratus, Maioratum ipsum, censi derogare iuri, filijs, ac descendentibus delato inhæreditate patris, etiam quoad eorum legitimam; ipsumque Maioratum, validum, atque perpetuum fore futurum; quia (inquitur) quando Princeps aliquid confir-

mat; vel agit ex certa scientia, videtur velle, quòd actus valeat, etiam si ex eo, tertio præiudicium inferatur. Quòd comprobant prædicti DD. ex eo, quod clausula, *ex certa scientia*, eandem vim habeat, quàm habet clausula, *de plenitudine potestatis*; vt plures opinantur cum Bald. in leg. *Eos*, in principio, num. 1. C. de appellat. (& erudite satis, docet P. Frater Antonius de Hinojo Ordinij Prædicatorum in directorio decisionum Regular. verbo, clausula, fol. 82. vbi, post multos alios, ex Theologis, & Summistis, ait, cum Panorm. cap. 1. num. 6. 7. de conf. vtril. clausulam, *ex plenitudine potestatis*, supplet omnem defectum, validare inualidum, ita vt, si quis iuste non possidebat, virtute talis clausulæ, in fauorem eius appositæ, incipiat iuste possidere; quatenus Papa potest concedere.) Quòd præcipue dicendum est, quando hæreditas à filijs, descendentibus, vel ascendentibus, adita non fuit, quamvis ex morte parentis eis delata fuerit: sed, in prædicto maximo mari, vtraque superabundantius apponitur clausula, vt patet: ergo cum prædictum mare, non solum sit confirmatorium, sed de nouo etiam omnium præcedentium priuilegiorum, de Decimis loquentium, specialissime concessium, dicendum erit, per illum esse Nos à Decimarum præstatione omnino exemptos.

17 Et licet citatus Molina, cum alijs, à num. 20. oppositum teneat, quando præiudicium est graue; at, quando leue est, idem sustinet num. 24. iuxta Glos. Ordinariam in leg. *cum ab herede*. Glos. ff. ad Trebel. Glos. in leg. *seruitutes*, §. *publico versus incommodo*, ff. de seruit. Atqui damnum, quòd per exemptionem Nostri à Decimis, paratur Ecclesijs, est parui momenti, vt patet; infraque dicam; imò de illo, nequeunt Parrochi, neque Episcopi iuste conqueri; tum, quia Pontifex vniuersalis est rerum Ecclesiæ distributor, & dispensator; & nequit illi dici: *Cur ita facis?* Tum etiam, quia irrationabiliter cõquererentur, Ecclesiæ redditus differentes, sine Decima Nostrorum prædiorum parte, &c. & laborem in instruendis fidelibus, illisque Sacramentis Ecclesiæ administrandis, Nobis commendantes; atqui hoc practica docet, quòd à nullo valet negari; ergo irrationabilis est querella.

18. Probatur sexto intentum nostrum, ex vi prædictæ clausulæ, *ex certa scientia, &c.* Nam citatus Molina *numer. 26. in fine*, ait, quod prædicta clausula tunc operatur, quod supradictum manet, quando de obstaculis in contrarium expressa fit mentio: atqui, nostro in casu, solum obitare poterat Lateranensis Concilij, ultimo celebrati, *caput Nuper*, de cuius sufficienti derogatione satis constat in Bullis, allatis in primo informi; & constabit etiam, luce clarius, ex infra dicendis, in virtute clausulæ, inclusæ in Nostro mari magno, confirmatorio etiã prædictarum Bullarum: ergo ex vi solius prædictæ clausulæ, scilicet, *ex certa scientia, &c.* licet aliud non adderetur in prædicto mari expressius, sufficienter ab obligatione Decimas soluendi exempti sumus.

19. Probatur septimo: quia idemmet Molina *num. 31. pag. 243.* ait, clausulam, *de plenitudine potestatis* ob solam magnam causam solere apponi: atqui, quando mare Nostrium, per specialissimæ concessionis viam, aliarum Religionum privilegia nobis concedit, non foret magnum quid, si exemptionem à Decimis, multis alijs Religionibus concessam, Nobis nõ concederetur: ergo hanc confert. Nam nul latens magnam argueret causam, si, quod primo Nobis concessum fuit, hoc per prædictum subsequens mare maximum foret ablatum. Deinde, quæ maior causa esse valet, ut propter illam, Decimarum exemptio, per mare, adeo magnum, Nobis concessa censeretur, quàm captiuorum redemptio Christianorum, nostris, ad vitam etiam defacto necessarijs, sumptibus facienda? Atqui pro causa motiva, inter alias, prædicto in mari contentas, memorat Urbanus VIII. captiuorum redemptionem: ergo, &c. Videatur idem Molina *lib. 1. fol. 140. col. 2. num. 16.* vbi, circa locationem longinquam, idem de clausula, *ex certa scientia* docet.

20. Probatur octavo iddem intentum, ex clausula alia (apud me quarta) quæ in præfato mari continetur; estque expressiuâ omnium Ordinum, Religionum, Congregationum, Societatum, Familiarum, Militiarum, Hospitaliorumq; quæ aliquomodo, vel absolutè, exemptionis Decimarum privilegio potiuntur, ut ex contextu maris magni apparet: er-

go, ex vi huius clausulæ, negari non potest, prædictum maximum mare etiam de hac à Decimis exemptione procedere. Probatur Consequens: nam privilegij verba intelligi debent, iuxta subiectam materiam; argumento à simili, deducto à verbis legis, iuxta *caput intelligentia de verborum significatione*, de quo late Suarez *lib. 6. de legibus, cap. 1.* & post alios, Hieronymus Rodrig. *in Comp. qq. Regul. resol. 90. num. 40. §. duodecima regula*: atqui subiecta iulius maximi maris materia, sunt omnia privilegia, prædictis Religionibus, Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, Hospitalibus, &c. concessa, includentiaque à Decimis exemptionem: (& omitto privilegia, Nobis ab Innoc. III. & à Sixto IV. concessa; de quibus supra in primo informi) ergo si de illis omnibus, tanquam de materia subiecta, loquitur spaciosissimum mare hoc, in virtute prædictæ clausulæ, non quomodocumque, sed per modum *specialissimæ, nominatim, pariformiter, æque principaliter, in omnibusque, & per omnia, absque ulla prorsus differentia concedentis, &c.* quomodo in dubium vocari potest, illud exemptionem Nostri à Decimis non includere? ergo, &c.

21. Sed dato, licet non concessio, esse in prædicto mari, dubitationi locum, quoad prædictam à Decimis exemptionem, adhuc hoc nihil obitare sic probat: (sitque pro Nostri iustitia argumentum nonam) nam advertere debebant contrarij, privilegia Regularium dubia, in Religionis favorem esse interpretanda; ut constat ex Leone X. alijsque Pontificibus; & rectè notat Hieron. Rodrig. *supra §. decima regula*; habeturque etiam in *Compendio Societatis Iesu, verb. privilegia, §. 4.* per hæc verba: *Quoties dubium fuerit in intellectu privilegiorum Nostræ Societatis, semper per Iurisperitos & alios iudices in favorem Societatis fiat interpretatio: concessit Alexander VI. Congregationi Benedictinorum, Vallisoleri. Sub datis Romæ Kalendas Aprilis anno 1501. Pontificatus sui anno octavo, &c.* Hæc ibique videri etiam possunt in *Comp. Sancti Benedicti; numer. 49.* Igitur hoc, quod negare non possunt contrarij, sic pondero: quomodo namque talibus Pontificum decretis acquiescunt, qui, prætermissa clara nostra iustitia, & gratis sub dubio concessa, aliter, & contra Nos, pluries illa interpretantur?

tur? Ergo si, stando in priuilegijs, solum per viam communicationis cum alijs Regularibus, concessis, ita communior DD. sententia (vt ex primo constat informi) eximens omnes Regulares, præsertim Mendicantes, à præstatione Decimarum, quomodo subdubio, pro nunc gratis concessio, volunt contrarij, imò & Ecclesiastici Iudices, hoc maximum omnium mare, tanta procedens latitudine, tot, tantisque diuitijs plenum, contra Pontificum decreta, in ipsorum fauorem, & contra nostram iustitiam interpretari?

22 Rursus; si contrarij adhuc in virtute huius clausulæ, claram pro nobis iustitiam non agnoscant, ex apprehenso falso defectu particulæ *exemptionis à Decimis*, rogo illos, vt ad communem attendant Iurisperitorum doctrinam, assertoriam, vnam scripturam, non solum explicari per alteram partem eius, sed etiam per alias, omnino ab ea separatas; de quo adeit exemplar in *leg. 1. ff. de rebus dubijs*; vbi Vlpianus ait, alteram partem alternatiue per alteram interpretari; & in *leg. verum. ff. de petit. hered. leg. heredes pallam, §. si quid ff. de testam. leg. vxoris, §. fin. ff. de legatis 3. & cap. secundo requiritis 41. de appellationibus*; vbi habetur, ea, que in principio, ad medium, & ad finem, illa vero, que in medio ad finem, atque principium sapè referri; hoc est; per media declarantur extrema, & per vnum extremum declaratur aliud: de quo etiam videri possunt Barth. in *leg. 1. de rebus dubijs*, Alexand. *consil. 69. volum. 6.* Decius *consil. 15. Bald. in cap. 2. requiritis*, vbi sup. Eman. Rodrig. *quest. 11. art. 6.* Miranda *tom. 2. q. 25. conclus. 6.* & eos referens, Hieronym. Rodrig. vbi sup. §. *quarta regula*; & quòd magis est, Diuus Augustinus *lib. 3. de Doctrina Christian. cap. 2. & 26. & super Genesim, ad literam, cap. ultimo.* Rogo, inquam, contrarios nostros, vt ad hanc communem attendant doctrinam, vt sic prædictam clausulam per iam à me adductas, & postea adducendas, recto valeant tramite intelligere. Rursus; rogo illos, necessario prædictæ communi sententiæ assensuros, vt mare hoc maximū per prædictas Innocentij III. & Sixti IV. Bullas, nobis concessas, expresseque de exemptione à Decimis loquentes, & in primo adductas informi, interpretentur; vt sic claram nostram, quam pro viribus

obscurare intentant, iustitiam manifestè agnoscant. Ergo, &c.

23 Et confirmatur, hoc; (sitque pro nostra iustitia argumentum decimum.) Etenim si ad legum intelligentiam, commendatur à Iurisperitis pro regula, maximè necessaria, quòd, scilicet, Legislatoris voluntas à verosimili indagatur; *leg. non est verosimile, ff. de eo; quòd metus causa* (nam qui arguit a verosimili, arguit a ratione naturali, cum similitudo sit cognata naturæ; & pro lege habeatur; de quo Bald. *consil. 180. num. 3. volum. 3.* Oldradus *consil. 13.* Hieronym. Rodrig. sup. §. *quinta regula*, & Ioan. de Cruce in *Epitome priuileg.* ad quòd etiam faciunt dicta à Suario *lib. 6. de legibus, cap. 1. num. 17.*) si, inquam, ad legum intelligentiam, & ad hominum voluntatem indagandam, & declarandam, à verosimili, docet ius, in illoque periti, esse indagandam; rogo (inquam) an verosimile sit, felicis, recentisque memoriæ Urbanum VIII. per hoc maximum mare confirmantem omnia nostra priuilegia, de quibus aliqua expressè de Decimis loquuntur, concedentemque specialissimè Nobis omnia, & singula, alijs Religionibus concessa, priuilegia, etiam illa, quæ in generali non veniunt concessione intelligenda, & quæ difficulter tolent concedi; an, inquam, verosimile sit, ea, quæ de exemptione Decimarum alijs modo fauent Religionibus, quas expressè nominat, Nobis per prædictum priuilegiorum, exemptionū, gratiarumque Oceanum esse concessa? Auscultent (rogo) an hoc verosimile sit? Nam firmiter tuadeo, neminem, impudis hoc oculis auscultantem, ausum fore oppositum affirmare, absque præiudicio prædictæ regulæ, à Iurisperitis communiter receptæ.

24 Nec recurrendum est ad apparēs damnum, sibi apparenter solummodo aduenturum. Dicent namque, Ecclesiarum redditus in diminutionem in dies magis, magisque venire. Sed certè, hoc trepidare est, vbi nullus est timor; (prudens, inquam, & rationalis) nam si bona nostra, prædia scilicet, & huiusmodi alia, non ad lucrum, neque ad fastum, sed ad congruam, omnique iure Nobis, altari seruientibus, & spiritualia fidelibus, plusquam Parochis, & Pastoribus, (defacto inquam) quòd negari non potest, administrantibus, contulit Deus ep-

timus Maximus; erit ne in detrimētum, damnūque Ecclesiarum, ex necessarijs, & ad nostram sustentationem, etiam moderatam (imò & moderatissimam) non sufficientibus, Decimas retinere?

Rursus; quare oculos suos non cōuertunt ad tot, tātaque prædia, à tot sæcularibus, sæculo abrenuntiantibus, vel vitā agentibus, ipsis Parrochialibus Ecclesijs quotidie relicta? Quid de tot, ex sæculariū patrimonijs fundatis, dicā Cappellis? quid de Anniuersarijs? Quid de tot, tātisque fidelium Memorijs, in totū ad Parrochiales Ecclesias conuersis? Quare ergo, si à prædictis Dominis tam longe abest cōmune illud proloquium: *Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit*: adhuc conquerūtur? Adhuc amplius instāt in tantū, vt damnū, sibi illatū, existiment, nostris etiā bonis, à Deo datis, non potiri. Rursus; si Clericis, qui administrāt vel ad administranda spiritualia iuuant, possunt deberi Decimæ, ex misericordia Charitate, Religione, vel ex Ecclesiæ præcepto, vt sequuntur *Lesūlib. 2. de iustitia, & iure, c. 39. n. 17. & c. 4. dub. 6. n. 43*: docet Trullench *tom. 1. Decalogi, lib. 3. c. 3. dub. 8. nu. 3*. Quis nam, quæso, pondus dici portat, & vitus, plusquam Regulares?

25 Quod si ad supradicta allegent contrarij Concordiā aliquarū Religionū cū Dicecesanis Ecclesijs, super soluēdo illis de 20, vel de 30. vno; vt in Complutenſi Villa, quosdam Religiosos fecisse, traditur, non obstante expressio priuilegio, eos ab obligatione soluēdi Decimas excusante; quasi, adhuc cū tali expressione exemptionis Decimarum, de sua dubitantes iustitia. Miror sane, quomodo Concordiam istā iustitiæ defectui tribuāt, ex pluribus alijs causis, & manifestis, prouēnire valent? Tūm, quia plura sūt pro redimenda vexatione, quæ aliter nullatenus fierent. Tūm etiā, quia vnusquisque potest cedere iure suo. Tūm rādem, quia Concordia illa potuit fortassis esse propter excessum prædiorum, pecorumque, & aliorum, vitra congruam in illa specie sustentationem necessariorum. Sed ad intentum iddem iterum rediens.

26 Quinta, apud me clausula, in prædicto que mari maximo contenta, eadē que supra prædictos Ordines, Religiones, Collegia, Societates, Hospitaliaq; &c. sic se habet: *Seu ab alijs quomodolibet, vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent,*

ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterūt, quomodolibet in futurum, quam vis illa sint speciali nota digna, difficilisque concessionis, & que in generali concessione non veniunt, &c. Ex hac ergo clausula sic pro nostra iustitia vndecimum cōficio argumentū: ergo ex prædicta clausula liquido constat (siquidem ex certa proceditur scientia, & de plenitudine potestatis) hoc mare nostrum comprehendere etiam, quæ in generali concessione non veniunt, & quæ difficilimè concedi solent: ergo dato, quod exemptio à Decimis in generali non veniat concessione intelligenda, vt cum Barbosa, & alijs docet Trullēch, quos retuli supra numer. 5. cadit tamen sub hoc mari. Rursus; ergo, licet eadem Decimarum exemptio sit de his, quæ difficilimè concedi solent, nihilominus à prædicto comprehenditur mari magno. Cum enim nō sit maior ratio vnus, quā alterius rei, de illis, scilicet, quæ nec in generali concessione veniunt intelligēda; & quæ difficilimè concedi solent, vel omnes includuntur, vel nullæ: nullas includi, dici non potest, ne gratia sit frustranea; ergo omnes comprehenduntur; ergo & Decimarum exemptio.

Hoc probo, & an euidenter, aliorum iudico relinquo: probo igitur ex cōmuni iuris peritorū Regula, sic se habente: *Interpretatio legis ita fieri debet, vt lex ipsa vitis reddatur, & non ridicula*: vnde lex etiā odiosa contra sui naturam est interpretāda, & amplianda, ne inutilis, & ridicula reddatur, *leg. 1. §. penult. ff. ad S. C. Maced.* quod iddem dicendū est in lege poenali, iuxta *leg. 4. ff. ad Maced. leg. cum quis 126. de reg. iur.* de quo Sarmiento *lib. 1. s. select. c. 12. n. 7. Bald. consil. 253. Tiraq. de conubi. Glossa 5. num. 115. Mascard. ibi: conclusione 596. numer. 2.* Hieronym. Rodriguez supra, §. septima regula, & cum multis alijs Sanchez *lib. 6. de legib. cap. 2. num. 7.* Ergo, si non obstante regula 15. de regul. iur. (scilicet, *Odia restringi, & fauores conuenit ampliari*) adhuc leges poenales, ne inutiles & ridiculæ reddantur, ampliandæ sunt; à fortiori fauores, & priuilegia, ne inutilia, ridiculaque reddantur, late erunt amplianda: atqui ridicula, & inutilis foret prædicta clausula, quoad verba illa, scilicet, *Quamvis illa sint speciali nota digna, difficilisque concessionis, & que in generali concessione non veniunt, &c.* si exemptionem à Decimis non iaccluderet: ergo, &c.

27 Dices, posse prædictam clausulam intelligi solum de alijs rebus, præter Decimas; per quod sufficiens illi assignatur effectus. Cõtra tamẽ est. Et in primis, ex dictis supra, præsertim à nu. 11. oppositũ clare cõstat; quia tamen promissi omnes prædicti maximi maris, quoad hoc, concernentes clausulas, sibi que ad inuicem fauentes, declarare, probabo iterũ, prædictam solutionẽ nullatenus præponderare posse prædicto argumẽto, ex vi prædictæ clausulæ deducto. Quia tamẽ probatio hæc tangit secundũ, quod hic intẽdo, (scilicet, sufficienter per prædictum mare fore derogatum capiti *Nuper*, in ultimo Lateranensi Concilio contento) sit pro hoc, & pro probatione, contra datam solutionem promissa.

C A P. II.

An per prædictum mare maximum sufficienter derogatum sit capiti Nuper, de quo in Lateranensi Concilio?

28 **I**GITUR sit affirmatiua cõclusio, quàm, vt certam, & ab omnibus tenẽdam, iudicõ; quàmque sic probõ, probando simul prædictã, ad vndecimũ argumentũ datam, solutionẽ, nullius esse momenti. Nã negari non potest, per prædictum maximum mare derogari vniuersalibus Concilijs, vt ex contextu eius apparet: atqui in nullo alio potest Lateranensi Concilio derogari, nisi in cap. *Nuper de Decimis*; eo quod nihil aliud cõtra Regulares specialiter intẽderit, vt ex dictis, in primo informi apparet: ergo in hoc etiam manet præfatum Conciliũ derogatum. Maior propositio constat; Minor autem, cum Consequentiã patent; rùm, quia propositio inde finita æquiualeat vniuersali, vt constat.

Tũ etiam, quia illa Concilia derogata manent, quæ præiudicare possunt priuilegijs, ab Innoc. III. & Sixto IV. Nobis expresse concessis: atqui tales Pontifices exemptionem à Decimis soluendis, (vt ex ipsarũ Bullarũ expresso tenore constat in primo informi, constabitque etiam ex illarũ ostẽsione authentica) Nobis cõcesserunt: ergo manent, quoad hoc derogata, quæ præiudicare possunt Concilia: atqui solũ Lateranense Conciliũ in dicto cap. *Nuper*, valet, quoad hoc, præiudicare: ergo hoc derogatũ ma-

net. Tũ deniq; quia illa Concilia manent per hoc spaciõsissimũ mare derogata, quæ præiudicare valent specialissimẽ, amplissimæque concessioni omnium quorũ cumque aliorum priuilegiõrum, quibuscũque, etiã expresse signatis, Religionibus, Societatibus, &c. comunium, vel cõcessorum: ergo derogata manent quoad cõcessum priuilegiũ multis Religionibus, in ordine ad Decimarũ exẽptionem: (& recolant (quæto) contrarij argumentũ, supra positũ à nu. 11.) atqui solũ præiudicare quoad hoc valet Lateranense Conciliũ, per prædictum caput, *Nuper*: ergo derogatum manet.

29 Si autẽ dicas, manere concessa priuilegia, quæ alijs Religionibus concessa sunt, excepto exẽptionis à Decimis priuilegio; & sic manere omnia generalia Concilia, præter Lateranense, derogata. Quis non videt, hoc esse iterũ, atque iterũ contra stimulum calcitrare? Nonne iã factis euidenter constat ex dictis, supra a num. 11. etiam priuilegia quoad exemptionem Decimarũ, alijs Religionibus concessa, Nobis etiam manere, per prædictum maximum mare, concessa?

30 Sed rursus, contra: & in primis, si priuilegia Innoc. III. & Sixti IV. Nobis, quoad exemptionem à Decimis, confirmata per hoc maximum mare manent, quod negari non potest; certè necesse est, quod Concilia, de Decimis loquentia (vt Lateranense in dicto cap. *Nuper*) maneant derogata.

31 Rursus: eadem generalitate concedit Nobis Urban. VIII. nostra, ab alijs Sũmis Pontificibus concessa, priuilegia, ac alijs Religionibus concessa: ergo si in illa generalitate, quoad, Nobis concessa, priuilegia, ingreditur priuilegium de exẽptione à Decimis per Innoc. III. & Sixtum IV. quod nullo valet fundamento negari; etiam in eadem generalitate inuoluentur alia, alijs Religionibus, de exẽptione à Decimis concessa, indulta. Et si non; respondeant contrarij. Nam quod gratis negatur, mereretur sane gratis etiam refutari. Nec, certè in his, stare debet pro ratione voluntas.

32 Vndẽ miror, quod, à quodã Iudice dictum, audiui narratum; scilicet, quod licet mare Nostrum, de Decimarum loquatur exẽptione, adhuc per illud nõ maneat Lateranense Conciliũ derogatũ, ex sola illa clausula, *Non obstantibus vniuersalibus Concilijs, &c.* Miror sane: nã potius

tius ego dicere (& iudico hoc omnes di-
cturos) etiā prædictam clausulā, *non obsta-
tibus scilicet, vniuersalibus Concilijs, &c.* in
nostro mari magno necessariā non fore.
Nā mare hoc, est generalissimā (sicut ge-
nerale mandatū de quo supra nu. 13.) cō-
cessio, cadens expresse, *Ex certa sciētia,
ac de plenitudine Apostolica potestatis, &c.*
supra antecedentes particulares cōcessio-
nes: ergo si in particularibus illis conces-
sionibus, & priuilegijs est expressa Deci-
marū exemptio, cum expressa etiā capi-
tis *Nuper* derogatione; ad quid, quæso,
requiritur in prædicto mari magno,
quoad hunc articulum, clausula illa, *non
obstantibus vniuersalibus Concilijs, &c.*

33 Sed hanc, satis esse ad intentū, clau-
sulam, sic, ad hominem arguendo, demō-
stro, ex verbis priuilegij Sixti IV. in pri-
mo informi allari, & Nobis, quoad exēp-
tionem Decimarū, cōcessi: nam postquā
prædictus Pontifex hanc à Decimis exēp-
tionem nominatim, & expresse Nobis cō-
cedit; sic habet: *Salua in prædictis Decimis
moderatione Concilij generalis:* hæc ibi, & si
deliter rellata: ex quibus sic ad hominem
arguo: Nobis, allegātibus priuilegiū, vel
Bullam Sixti IV. ad eximendū nos à so-
lutione Decimarum, prudēter respondēt
contrarij, dicendo, hoc solum fore iuxta
decreta à Lateranensi Concilio in cap.
Nuper; hocque solū voluisse concedere
Sixtū IV. per illa verba, *Salua in prædictis
decimis moderatione Concilij generalis:* & re-
cte sane; nā sic aliquoties à iudicibus res-
ponsum audiui: ergo illis allegātibus, &
intendentibus; Nos ad præstationē Deci-
marum strictos esse, iuxta Lateranense
Concilium in dicto cap. *Nuper,* sufficien-
ter respōdebimus, illi fore derogatū per
clausulam illam, in nostro mari maximo
contentam, *Non obstantibus præmissis, ac
quibusvis Apostolicis, & in Synodalibus, Pro-
uincialibusque & vniuersalibus Concilijs, ed-
ditis, &c.* Probatur Consequens: nam si
verba illa scilicet, *Salua moderatione Con-
cilij generalis:* sufficiunt ad limitandā præ-
dicti Sixti IV. Bullam, quin exprimat
qualitas Concilij, (scilicet Lateranense)
cur verba, *& vniuersalibus Concilijs:* sup-
posita exemptione à Decimis, vt suppo-
nitur, non sufficient ad derogandum La-
teranensi Concilio, siquidem in nulla
alia re potest (vt in primo informi dixi)
tale Concilium derogari?

34 Rursum iddem probatur: nam si de
Decimis, soluendis etiā à Religiosis,
tractauere Generale Lateranense Conci-

liū, sub Alexandro III. ann. Dñi 1180. Pō-
tificatus sui ann. 20. 25. in dictione, *mensis
Martij die 2.* vt habetur tom. *Conciliorum;*
primæ classis, f. 116. col. 2. in fine, & vniuer-
sale etiam Constantiense Conciliū, incep-
tum tempore schismatis ann. Dñi 1414.
& finitum sub Martino V. ann. Dñi 1417.
die 22. Aprilis, de quo etiā in citato tom.
f. 132. col. 3. in princip. (& omitto Conciliū
Basiliense etiā Generale, quia in decreto
de soluenda, aut negāda Decima se remit-
tit ad Constantiense citatū Concilium in
ultimo suo decreto, scilicet 16.) si inquā
hæc etiā Generalia Concilia de Decimis
à Religiosis soluendis, egerunt; qua ratio-
ne (quæso) contrarij adiudicant verba il-
la, *Salua,* scilicet, *in prædictis Decimis mo-
deratione Concilij generalis,* Concilio La-
teranensi, ultimo celebrato; & non ali-
cui ex duobus alijs, hic allatis?

35 Si enim dicant, restrictionē illā de-
bere regulari per immediatū Generale
Conciliū, & præsertim recens. Cōtra est;
& in primis aliunde hoc probare cogun-
tur; nā videtur eiusdē principij petitio; cū
particula illa, *Concilij generalis,* sit indif-
ferens ad quodcūque prædictorū Conci-
liorum, de se loquendo. Contra ergo: &
inquirō, cur particula illa, *Concilij genera-
lis,* cū singularis sit, debet ad immediatū
reducī Conciliū, & particula, *non obstanti-
bus vniuersalibus etiā Concilijs,* generalis cū
sit, non debet eidē Lateranensi derogare
Cōcilio; quod si ratione materiæ, de qua
agitur, scilicet, de Decimis, per illa ver-
ba, *Salua in prædictis decimis,* dicant, non
posse verba nostri maximi maris illa sci-
licet, *non obstantibus, &c. & vniuersalibus
Concilijs, &c.* tendere in derogationē Cō-
ciliorum, quoad Decimas disponentiū.
Hoc iam ex dictis constat, quā falsum
sit; siquidem manet probatum, nostrum
mare magnum etiam supra Decimarum
materiam cadere.

36 Quod si iterū dicāt, per particulā il-
lā, *Salua moderatione,* satis exprimi quali-
tatē Lateranensis Concilij, ultimo cele-
brati, & in quo citatū cap. *Nuper* conti-
netur; siquidem illud Conciliū est, quod
soluendas Decimas, & à quibus modera-
uit. Contra tamen est: nam etiam Conci-
lia, scilicet, Lateranense sub Alexandro
III. & Conitancienſe sub Martino V. finī-
tū, sūt moderatoria; vltimū respectu pri-
mi, & vtrumque respectu plurium Pro-
uincialium Conciliorum; v. g. Rhemen-
sis, ann. Dñi 813. circa tempora Leonis
Papæ III. vt constat ex citato Conciliorū

tom. 2. clafe, fol. 101. col. 3. in medio, in c. 38 eodentis fol. fequenti, col. 2. infra principium; deinde, Mogutini, anno Domini 888. de quo etiã ut mentio in citato tom. 2. etiã clafe, fol. 125. col. 4. in decreto 22. vbi fit etiam mentio de Arelatenfi Prouinciali Concilio, in c. 20. & tandem pluriũ aliorum, quæ, per longum eſſet, recensere, viderique poſſunt citato in tomo.

Cum igitur huiusmodi Prouincialia Concilia, de Decimis agentia, ſint etiam moderata per Lateranenſe; ſub Alexandro III. celebratum; & per Conſtanciẽſe; ſub Martino V. finitum, inceptumq; tempore ſchiſmatis, non eſt maior ratio, quare particula illa, *ſalua moderatione*, tribui debeat vltimo Lateranenſi Concilio, vltimo celebrato, & non primo; vel Conſtanciẽſi, etiã quoad ſolutionẽ Decimarum moderatorijs. Vnde licet Sixti IV. Bulla, Noſtro vniuerſo Ordini conceſſa, non alliget Ordinem Noſtrum ad Prouincias, in quibus Prouincialia dicta Concilia celebrata fuerũt, proindeque particula illa, *ſalua moderatione*, debeat appellare ſupra Conciliũ, alterius generalis Concilij moderatorium, vel ſupra generalẽ totius Eccleſiæ conſuetudinem, quoad Regulatium à Decimis exẽptionem; cũ tamen Conſtanciẽſe Conciliũ generale, ſit reſpectũ Lateranenſis primi moderatorium, & vtrumq; reſpectũ communis Regularium præcedentiũ vſus; clare conſtat, clauſulam in Bulla Sixti IV. contentam, non eſſe neceſſario Lateranenſi, vltimo celebrato, Concilio applicandam. Stat ergo, clauſulam illam, in noſtro mari maximo contentam, ſcilicet. *Non obſtantibus, &c. & vniuerſalibus Concilijs, &c.* derogatoriam eſſe prædicti Lateranenſis Concilij, vltimo celebrati, prædictumque caput *Nuper* continentis.

37 Mirandum ergo, quod ſit aliquis, affirmans, quod, ſi noſtrum maximum omnium mare etiam de Decimis, expreſſo illarum nomine, (quod neceſſarium non fore ſatis conſtat ex dictis) loqueretur, adhuc derogatoriũ non foret prædicti capituli *Nuper*. Nam ſi tota vis poſita eſt in illa particula, *Concilij generalis*, quæ ſolũ ſuper vnum, appellat Conciliũ, & qualitatem eius non declarat, non eſt maior ratio, quare potius de Lateranenſi, vltimo celebrato, quã de primo Lateranenſi, vel de Conſtanciẽſi, etiã generalibus Concilijs, de Decimisq; tractantibus, intelligatur. Vnde per generalem noſtri maximi

maris clauſulã, ſcilicet, *Non obſtantibus, &c. & vniuerſalibus Concilijs, &c.* potius omnes comprehenduntur, vt patet. Si vero ad particulã, *ſalua moderatione*, recurrant; nihil certẽ deducunt, vt ex dictis conſtat; cum etiam alia Generalia Concilia ſint, quoad Decimarum ſolutionẽ, vel exẽptionẽ, moderatoria: Ergo, &c.

38 Vltima clauſula, ad intentum concludens, in prædictoq; mari maximo contenta, prope finem, confirmatoriaq; præcedẽtis irritatoriæ clauſulæ, ſic ſe habet: *Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficiẽti derogatione aliàs de illis, illarumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & indiuidualis, vel indiuidua, ac de verbo ad verbũ, non autem per clauſulas, idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habẽda, aut aliqua alia exquiſita formã ad hoc ſeruãda foret, &c.* Sic ſe habet prædicta clauſula. Ex qua ſic argumẽtor: ergo clauſula hæc aliquid operatur, ne ſit ridicula, & fruſtranea, contra cõmunem doctrinam; de qua ſupra num. 26. atqui nequit aliquid operari, ſi non operetur circa ea, de quibus expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbũ, habenda mentio foret: ergo circa ea etiam operatur: ergo licet talis de capite *Nuper* deſideraretur expreſſio, hæc etiam in ſimili clauſula continetur.

39 Deinde probatur hoc primo; (& ſax ſit mihi ea, quæ ſupra ſunt dicta, in partẽ repetere.) Probatur ergo ex doctrina doctiſſ. Sanctij lib. 2. de marr. diſp. 11. num. 3. vbi circa, & iuxta caput, *Qui ad agendum, de Procuratoribus* in 6. ſupra iam citatum, ait, quod quando exprimentur aliqui caſus, ſpeciale mandatũ petentes, tũc clauſula generalis ſubſequens extenditur ad alios caſus, non expreſſos, exigẽtes ſimiliter ſpeciale mandatũ; (quod iã ex Molina, cum cõmuni ſententia, ſupra dixi num. 13. cũ ſequenti) ergo, licet Decimarum exemptio in prædicto maximo mari nõ exprimat, niſi per ſolas clauſulas generales, nec exprimat etiam Lateranenſe Conciliũ in cap. *Nuper*, niſi per ſolas clauſulas generales; per illas tamen vtrumq; neceſſario venit intelligendũ. Probatur Conſequens: nã iam in prædictis Innoc. III. & Sixti IV. Bullis (de quibus in primo informi) ſupponitur expreſſa Decimarum exẽptio; ſupponiturq; etiã Lateranenſis Concilij derogatoria mentio in alijs duabus Bullis Greg. XIII. & Sixti V. de quibus etiam in primo informi: ergo in hoc maximo mari, (quod certẽ eſt generalis, ſub-

subsequensque ad prædictas Bullas concessio, & negari non potest) sufficere generalis clausula, tam in ordine ad Decimas, nomine exemptionis, vel alio ex ibi assignatis significatas, vt de prædicta exemptione à Decimis, veniat intelligenda, quam in ordine ad derogandum Lateranensi Concilio, vltimo celebrato: atqui in eodem mari adest ad vtrumque generalis clausula, supponens ad vtrumque, in præcitatis Bullis, specialem, expressam, & indiuiduam mentionem: ad quid ergo de hoc amplius dubitatio? Nam, sicut vna scriptura per aliam, imò & alias, iuxta communem sententiam, de qua supra num. 22. explicatur, sic explicari debet vna Bulla per aliam, si vtraque, in fauorem, præcipuè extendendū, eiusdem personæ, cõmunitatis, vel loci redundet. Atqui præcitatæ quatuor Bullæ Innoc. scilicet III. Sixti IV. Greg. XIII. & Sixti V. de quibus in primo informi, in eundem Ordinem tendunt, cui modo fauet hoc maximum mare: ergo, &c. Recolantur à me dicta, vbi supra à nu. 13.

40 Probatur etiam intentum iddem, ex cap. *Ex parte cap. vlti. de Cappellis Monachorum; cap. Eam te, de etat. & qualitat. & cap. Nonnulli, de rescriptis*; circa quæ Doctis. Sanch. *lib. 3. de matr. disp. 26. nu. 7.* referens decem & nouem Authores, & fere omnes Iurisperitos, ex quibus Couarrub. (teste ipso Sanctio) ait, totum mundum hoc amplecti, ita habet: *Non enim censetur derogari Concilij generalis decretis, nisi expressa mentio fiat his verbis: non obstante aliqua lege, aut constitutione, in Concilio generali edditæ.* Sic Sanch. ergo quia in nostro maximo mari hæc continetur clausula, non solum respectu vnus Concilij, sed respectu omnium, omnia, quoad intentum, derogata censentur.

41 Deindè probatur hoc iddem: nam, sicut priuilegiorum diuersorum notitia non præsumatur in Principe, (& omnes fatentur) concedente aliud priuilegium, præcedentium etiam priuilegiorum derogatum, at sane præsumitur iuris cõmunis, & illorum, quæ communis iuris rationem sequuntur, scientia, & notitia: tunc sic: sed in decreto, alicuius concessio, vel determinatio, sufficit ad omnia cõtraria priuilegia deroganda, clausula illa, *Non obstantibus quibuscumque; priuilegijs*; quod ipsi contrarij facile recipiunt, & si ex Theologis plures aliter philoso-

phentur; ergo ad derogandū iuri cõmuni sufficit in Bulla asserere; *Non obstantibus Sacris Canonibus, vniuersalibusq; Cõcilij, &c.* Maior est certa; Minor autem pluribus valet exemplis comprobari, à contrarijs etiam libenter admissis.

42 Primo: nam in Tridentino *sess. 25. c. 12. de interditijs, & censuris, à Regularibus seruandis*, derogatur priuilegijs ipsorum Regularium, in ordine ad celebrandū tẽpore interditi; iuxta Doctis. Nauar. *in manuali cap. 27. n. 190.* Garciam de Benef. *p. 3. c. 2. à n. 278.* referentem pro hoc Cardinalium Eminentissimorum declaracionem quandam, & iuxta Armendatium *in addit. ad Recopilationem leg. Nauar. lib. 2. tit. 18. leg. 7. de Relig. nu. 73.* quos, non improbens, refert Dian. *4. p. tract. 4. Miscellan. resol. 213.* licet in citato Tridentini loco, nulla de renocatione priuilegiorum, etiã generalis, contineatur clausula: ergo quo magis derogatū erit Lateranensi Cõcilio, quando additur clausula, *Non obstantibus, &c. & vniuersalibus Concilij, &c.* Nã si Domini Ordinarij in defendendis censuris, ab illis impositis, tales, aliosque allegant Authores; cur alijs pluribus, & non minoris authoritatis, ad intentum in primo informi, & in hoc allegatis, non sunt contenti?

43 Secundo probatur eadem Minor: nam Henriq. *lib. 14. c. 18. n. 2. & in Gloss. lit. P.* Gauantus *in Enchirid. Episcop. verb. Abbas num. 31.* & nouissime Mauricius Alzedo *in praxi Episcop. p. 2. c. 5. num. 78.* quos, non improbens etiã, refert Diana, supra, *resol. 147.* (imò & *5. p. resol. 93.* refert 45. Doctores, quibus ipse asserit, teste doctissimo, ex nostris, P. Leandro 2. *p. pag. 36. q. 10.* qui, pro hoc, refert alios plures, *q. 11. 12. & 13.*) Sã, correctus, *verbo Ordo, n. 16.* Suar. *rom. 4. de Relig. lib. 2. c. 29. n. 6.* & Quaranta, *verb. Ordo*, referens quãdam DD. Cardinalium declaracionem; ij, inquam, omnes affirmant, Abbates, Mitratos etiam, (nam de omnibus Abbatibus, absolute loquẽdo, eppositū videtur tenere, ex Selua, Zerola, 1. *p. praxi Episcop. verb. Abbas, pag. mihi 21.*) nõ posse virtute suorum priuilegiorum ordinare minoribus Ordinibus sibi non subditos, quia hoc interdictum illis sit per Tridentinum *sess. 23. c. 10. de reformatione*: atqui in citato cap. solum sic habetur: *Non obstantibus quibuscumque priuilegijs, aut consuetudinibus, etiam immemo-*

rialibus: ergo à fortiori eadem clausula, pro nobis contra Canones itante, dicendum est, omnia Concilia, etiam Lateranense, derogata manerè.

44 Et confirmatur ex Doctissimo Sanctio *tom. 2. Consiliorum, lib. 7. cap. 1. dub. 19. num. 20.* (qui cum alijs apud Dianam supra in 4. part. oppositum sustinet) asserente, secus dicendum fore, si Tridentinum diceret: *Non obstante Concilio generali*: sentit ergo manifeste, hæc verba esse sufficientia ad derogandum, licet Concilij individua qualitas non exprimitur. Ergo, &c.

45 Tertio probatur eadem Minor: nam iuxta Suarezium in 3. p. *tom. 3. disp. 81. sect. 3. in fine*, Nauarrum *cap. 15. num. 82.* & in partem, Hériquez *lib. 9. cap. 27. numer. 2. in Glos. lit. S.* quos non reprobatur Diana 4. p. *resol. 106.* priuilegia Mendicantium, celebrandi extra Ecclesias, sunt per Tridentinum *sess. 22. in decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione Missarum*, retiocata, cum sola illa clausula; scilicet, *non obstantibus quibuscumque priuilegijs, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque, &c.* Sufficiens ergo manet prædicta Minor propositio comprobata; siquidem contrariorum fulcitur doctrinis; ergo ad derogandum Lateranensi Concilio in cap. *Nuper* satis est omnium Generalium Conciliorum derogatoria clausula, Nostro in mari maximo contenta.

46 Deinde probatur, non requiri, fieri expressam capituli *Nuper* mentionem; & probò sic: (doque gratis, tam exemptionem Decimarum, quam dictum caput *Nuper* quoad hoc, esse de illis rebus, quæ vel à iure, vel ab homine, requirunt, viderogata, & concessa sint, expressam earum mentionem.) Sic igitur probò: nam sicut aliqua sunt in iure, ad quorum derogationem requiritur per ius ipsum expressa eorum mentio, vt constat ex dictis supra à num. 12. sic aliqua sunt ab homine, hoc est, à Summo Ecclesiæ Pastore, concessa aliquibus Religionibus, priuilegia, seu rescripta, ad quorum derogationem requiritur per ipsummet Pontificem, illa concedentem, expressa, ac de verbo ad verbum eorum mentio; vt in quodam priuilegio, concesso Minoribus, (vt alia omittam) vt non teneatur ad Procuratorem legatorum Sedis Apostolicæ, nisi in literis eorundem le-

gatorum, de eo fiat expressa, & specifica mentio de verbo ad verbum; de quo Emmanuel Rodrig. *tom. 1. qq. Reg. q. 9. art. 6. in fine*, & Hieronym. Rodrig. supra, *resol. 115. pag. 713. num. 30. post medium*: Atqui contrarij absolute dicunt, hæc, & similia, priuilegia derogata manere per clausulam generalem, *Non obstantibus quibuscumque priuilegijs, &c.* Licet illa ex clara Pontificis voluntate, in ipsis priuilegijs expressa, ac de verbo ad verbum, mentio fiat: quare ergo iddem non sufficiet ad derogationem Lateranensis Concilij in dicto capite *Nuper*?

47 Et confirmatur ex eisdem Emmanuele, & Hieronymo Rodriguez vbi supra, asserentibus, ad derogandum tali, & similibus priuilegijs, sufficere, quod in Bulla, vel Rescripto, vel Decreto, eorum derogatorijs; sequens apponatur clausula; scilicet: *Licet habeant alia priuilegia, quod de eis sit facienda mentio de verbo ad verbum, quæ volumus haberi pro expressis*: atqui huiusmodi, fortiorque, clausula continetur in prædicto maximo mari in ordine ad derogationem eorū, quæ illius valori obstare possunt: ergo, &c. Videatur idem Hieronym. Rodrig. *citato num. 30. in principio*; vbi, ex Emmanuele Rodrig. aliam apponit clausulam, fere similem illi, quæ in nostro maximo mari continetur. His adde, omnia Regularium priuilegia, quæ toti Ordini, vel Religioni conceduntur, esse de illis, quæ specialè requirunt mentionem ad eorum derogationem. De quo videantur Ledesma, Ioan. de Cruce, Grassis, Henriq. Villalobos, Bartholomæus à Sancto Fausto in *Thesuro Relig. & Sanchez lib. 4. Sum. cap. 54. num. 26.* quos etiam refert Diana 1. p. *tract. 11. de Bulla Cruciatæ, resol. 100.* licet solum interroget de priuilegijs, quoad commutanda, & dispensanda vota, absoluendumque à reseruatibus.

48 Præterea, iddem probò intantum hac, non contemnenda, ratione: nam iddem dicendum est de generali clausula, concedente ea omnia, quæ speciale requirunt mandatum (de quo supra, num. 13.) ac de generali clausula, derogatoria illorum, quæ, vt derogata maneant, specialem ipsorum possulant mentionem fieri: atqui, quando adest clausula generalis, concedens omnia, quæ speciale requirunt mandatum, censetur, (iuxta omnium doctrinam) includere, & concedere;

re; vt citatio num. 13. ex Molina, Couar. & alijs manet probatum: ergo, quando clausula generalis, derogans omnibus, specialem requirentibus mentionem, illorum aliquod excluderet, cetera requirunt etiam talem expressam mentionem, ad ipsorum derogationem; derogata manerent. Tunc sit; sed Greg. XIII. in Bulla, nobis concessa, (de qua supra in primo inforini) omnibus, requirentibus, ad eorum derogationem, specialem mentionem, derogat, excipiendo tantummodo Tridentinum Conciliū, quod secundum contrarios est de illis, quæ specialem requirunt mentionem, vt derogentur: ergo in virtute prædictæ exceptionis, cetera omnia Concilia, Decreta, Constitutiones, Canones, &c. requirentia etiam, ad ipsorum derogationem, specialem mentionem, derogata manent: ergo, licet in prædicta Bulla Gregoriana, non apponeretur derogatio Lateranensis Concilij, vltimo celebrati, (quæ quoad hoc ad maiorem ponitur abundantiam) adhuc illi, per prædictam exceptionem Tridentini, derogatum foret. Atqui mare hoc maximum, est prædictæ Gregorianæ Bullæ confirmatoriū, illiusque de nouo, specialissimum, raraque concessione, concessum: ergo, &c. Ad quid ergo in tam clara iustitia, tot iuris vtriusque textibus comprobata, tot, non contemnendis, fulcita rationibus, totque Patrocinata Doctoribus, dubitatio?

49 Probatur deinde intentum, ex doctrina Rodrig. tom. 3. qq. Regular. q. 46. art. 1. §. secunda concl. & Hieronym. Rodrig. vbi supra resol. 115. num. 18. vbi dicunt, valere priuilegium Ioannis XXII. Prædicatoribus concessum, in ordine ad exemptionem quartæ funeralis, contra Clementinam Dudum, & si illius non fiat expressa mentio; eo quod, quando ex verbis derogatorijs, generaliter prolatis, apparet de voluntate potestatem habentis, omnibus generaliter derogare voluisse, illi standum est; argumento capitis, *Non nulli de rescriptis, & capitis ex parte, de Cappellis Monachorum*. Atqui ex hucusque dictis, & ex maximi nostri maris tenore, apparet satis Pontificis voluntas, omnibus Concilij derogare potestis: ergo, &c.

50 Deinde, contra Aduersarios, argumento ad hominem, sic probo inten-

tum: nam, si per solam subiectionem simplicem Regularium Episcopis, quoad compellendos eos, vt publicis processionibus intersint, & quoad componendas controuersias, de præcedenti locorum exortas, vt dicitur in Tridentino sess. 25. de Regularibus cap. 13. & quoad punitionem Religiosi, in certo casu delinquentis, vt dicitur, eadem sess. cap. 14. & quoad explorandam voluntatem puellæ professuræ, vt habetur cap. 17. eiusdem sessionis, affirmat Salcedo (quod & ipsi libenter admittunt) in addit. ad pract. posse Episcopum excommunicare Regulares, impediētes reuocationem coniugis à suis Monasterijs; & etiam in præcatis casibus; licet nulla in illis fiat de censuris expressa mentio; sicut fit in cap. 5. prædictæ sessionis contra Regulares, nolentes clausuram Monialibus imponere; & in cap. 26. vt restituant bona Nouitijs resipiscētibus; & in sess. 22. in decreto de euitandis, & obseruandis in celebratione Missæ, ad effectum puniendi illos per cēsuras, si in Oratorio priuato, &c. celebrauerint; si (inquam) in primo dictis Tridentini locis nullā de censuris mentio fit, & nihilominus à Salcedo, & alijs, quibus libentissime annunt contrarij; ita ampliatur Tridentini decretum & si pœnale; (& contra tot de exemptione Regularium, à iurisdictione Episcopi, priuilegia, vt videre est apud Sanctium lib. 7. de matrimonio, disp. 33. à num. 22.) quare & Nos, nostro in casu, & in maximo mari, cum expressa fiat Conciliorum generalium reuocatio, illam ad Lateranensē præfatam non extendemus Concilium? ergo, &c.

51 His ergo manere videtur, quoad vtrumque; supra quæsitum, nostræ iustitiæ veritas inconcussa; ita vt nihil in contrarium, quod facile non possit dilui, valeat allegari. Et si (vt supra dixi) Doctorum auctoritate, loco deffensionis, agendum est hoc ciuile, iuridicumque bellum, attendant (quæso) contrarij ad numerosissimam Doctorum pro nostra iustitia congeriem, ex supra, in primo inforini, allatis, & in isto contentis, resultantem. Si verò rationibus finienda est lis, plures hic iudico superesse. Si denique vtriusque iuris textibus litiganda, allegent (rogo) contra dictos, quos potuerint. Nam si vtriusque iuris decreta in ratione fundantur, (cum lex debeat

in ratione fundari) certe nullum erit ius, quòd contra militet rationem. Iterum ergo illos rogo, vt, Dei amore ducti, quæ dicta manent, perpendant, & iudicis officio pro nunc fungentes, de eo, quòd æquum, iustumque existimauerint, iudicium ferant.

52 Et ne aliquid, in prædicto mari maximo contentum, quòd prædictæ veritati obstare valeat, iniudicatum maneat; pro complemento huius informis dico, nec aduersus dicta obstare clausulam illam, scilicet; *quatenus sunt in vsu*. Tum, quia apud plures Religiones decimarum, vt patet, exemptio viget. Tum etiam, quia clausula illa, de *Apostolicæ plenitudine potestatis suppletis omnem defectum*, quæ in prædicto maximo continetur mari, inualidum facit validum; vt grauiissimi docent DD. Tum denique (vt alias omittam solutiones) quia Eugenius III. in Bulla vndecima, concessaque Congregationi Sanctæ Iustitiæ, Ordinis diuini Benedicti, contentaque in Bullario (vt testatur etiam Hieronymus Rodriguez supra, pag. 703. num. 11.) sine restrictione temporis præscripti concedit, vt possint vti suis priuilegijs, etiam si contra illa habuerint contrarium vsum, ignoranter, vel scienter obseruatum; sed illa in suo vigore, ac robore permanere vult, & declarat. Quæ priuilegia innouata fuerunt, quoad Minores, per Sixtum V. & Clementem VIII. confirmantes, & innouantes eorum priuilegia, etiam per modum communicationis, & extensionis concessa, cum clausula; *ex certa scientia, & de plenitudine potestatis*; ablitentes verò se, à dicta clausula, limitante; *quatenus*, scilicet, *sunt in vsu*. Vnde, cum ab anno Domini 1587. in quo expedita fuit dicta confirmatoria Bulla Sixti V. vsque ad annum anteriorem 1561. in quo Paulus III. confirmauit eadem priuilegia *ex certa scientia, & sine clausula, quatenus*, scilicet, *sunt in vsu*, non decurrerint nisi 26. tantum anni, non potuit legitima præscriptio contra dicta priuilegia currere.

Dato tamen, quòd ex illo tempore, scilicet, ex anno 1561. vsquemodo, videlicet, vsque ad hunc annum 1655. vigeret non vsus (quòd falsum est, vt patet), (& non loquor de iuridica priuilegij, quòd exemptionem Decimarum,

renuntiatione, quæ in totum non extat) adhuc non sufficeret; quia solum esset non vsus 94. annorum; vt facile, facta computatione, constare valet. Cum enim per Eugenium IV. requirantur ad præscriptionem per non vltim, contra Regulares, centum anni, ad iustar Ecclesiæ Romanæ, vt constat etiam ex Bullario, *Bulla 17. Eugenij III. num. 15.* & refert, post alios, Hieron. Rodriguez supra *resol. 114. de præscriptionibus numer. 2.* & *resol. 115. de priuilegijs num. 11.* vt concessit idem Eugenius IV. Monasterio Sancti Pauli, extra muros Romæ, Ordinis Sancti Benedicti, (de quo priuilegio videndi sunt, quoad alias Religiones, Emmanuel Rodriguez *tom. 3. qq. Reg. q. 55. art. 2.* Portel, *verb. Præscribere, num. 2.* citatus Hieronym. Rodrig. Diana *tract. de Regularibus*, & totalij DD. quorum non est numerus) ideo non obstat replica supraposita. Præterquamquod (quidquid de hoc sit) certum est, in multis Religionibus, prædicto in mari expresse nominatis, adhuc vigere vsum exemptio- nis à Decimis; quòd sufficit; ergo, &c.

53 Plura alia, Deo dante, (qui daret vtique, cum eius sit causa hæc) possem adducere, quæ, prolixitatis vitandæ gratia, omitto; & plures etiam alios possem referre Authores, ex alijs materijs, à simili, hoc iddem comprobantes; quos tamen, quia per longum (vt dixi) esset recensere, eadem omitto ratione; & tandem, quia, quàm retinere desideramus, iustitia, satis, per hic adducta, euidenter apparet. Sicque iudico.

*Corollarium primum, continens,
quæ ex dictis sequitur,
veritatem.*

I **E**X hucusque dictis à fortiori dicendum inferitur, Nos omnino esse exemptos à Decimis soluendis, de fructibus, quos ex hortis, cum clausura coniunctis, & septis, colligimus, quamvis ex eis plures vendantur, etiam non ex necessitate, ad compensandos sumptus in hortorum cultura. Patet hoc ex supra allegatis fundamentis, quæ, si probant, & plenè, in eo, quòd plus est, probabunt vtique in hoc, quòd minus est, magisque Regularium exemptioni iocor-
po-

poratum. Vnde miror, quomodo his nostris temporibus, mora fuit lis contra Nos à Ministris Emma: Domini. Cardinalis Mofcoso, ad intentum extorquendi Decimas de fructibus horti nostri Tolerani Conuentus. Delata fuit causa ad Apostolicum iudicem, Illustrissimum D. Doctoremque Sapientissimum, Barbofam, Matritensi in Curia. Qui, cupiens audire à me rationes, & fundamenta in Nostri fauorem, præcepit, vt, coram dominatione tua, comparerem. Matritum adiui, & in tanti Domini præsentia positus, relinquens, omittentique, quæ supra dicta sunt, fundamenta, sic primo intentum probaui.

2 Adeo fortis est consuetudinis, legitime præscriptæ, vis, & efficacia, vt contra illam non tantum vnus, sed nec omnes; in vnum coniuncti, Authores præualere possint; quod pleno ore omnes fateri debent, probationeque non indiget; atqui à tempore immemoriali (ad quod centum sufficit annorum curriculum) nulla vnquam fuit, in hac Nostri Castellæ, imò, nec in Hispania Nostri, visa, nec audita Decimarum solutio de prædictorum hortorum fructibus; vt practica ipsa, seu experientia comprobatur apertè: ergo præfatorum fructus hortorum, sub obligatione Decimandi non cadere, euidentissimum est. Huic rationi annuit Præfatus Dominus, & Iudex, dicens, oportere, vt allegata probaretur consuetudo, certè nulli ignota.

3 Secunda ratio, qua intentum probaui, & modo similiter, est à destructione fundamenti Abbatis Panormitani, asserentis Clericos, & Beneficiarios negotiationis Decimas soluere. In cuius Authoris sententia fundabatur Præfatus Dominus, atque Iudex, vt contra nos esset iam determinatus sententiam ferre. Dicens, se pro parte contraria nullum inuenisse, quem sequi posset, Authorem; quæ si parum esset consuetudo, vt, propter Abbatis dictum, emendicare Authores necessitas cogeret. Igitur sic contra Abbatis dictum, coram præfata dominatione, cum ipsa arguens, rationem formaui.

4 Vel de talibus fructibus debentur Decimæ quoad substantiam; vel quoad modum; id est: vel ratione substantiæ fructuum, vel ratione modi, illos expen-

dendi: non primum, quod euidentè existimo; nec secundum, iuxta magis receptam sententiam, quam etiam vestra dominatio admittit: ergo neutro modo: ergo non ex eo, quod Panormitanus dictum proferat, & singulare, illi, ad instar fidei, intellectum captiuantes statim parandum est. Si enim ad legis iustificationem inspicienda est ratio, (nam lex in ratione fundatur, vel mens, animæ legi, ratio est) quo magis attendi debet ratio ad opinionem, & vnus Authoris, quicumque sit, firmandam; cum pro iustificatione, legem condentis; sicut præsumptio, quæ nec pluribus, quantum vnus, suffragatur Authoribus? Igitur Minorem probo, (nam Maior cum Consequentia pater.) Et in primis certum est, tales fructus aliàs venditos; non esse quoad substantiam, vel ratione substantiæ, Decimationi subiectos.

5 Nam si iidemmet fructus, aliàs vendendi, omnino destruerentur, vel gratiose donarentur, etiamque prodige consumerentur, certum est, de illis nullas deberi Decimas: ergo de illis ratione substantiæ non debentur. Sed nec ratione modi, scilicet, illos vendendi, quod sic probo: nam, si ratione talis modi deberentur, deberentur vtique ratione negotiationis: sed vestra dominatio nullam admittit negotiationem in Clericis, seu Beneficiarijs, Beneficij fructus vendentibus: ergo nec in Regularibus. Minor à vestra dominatione negari non potest: Maior ex suppositione euidentè est: ergo legitima Consequentia. Ergo prædicti fructus non sunt oneri decimandi subiecti. Onera enim sine expresso iure, indacenda non sunt, quia odiosa. Cumque, nec ex *cap. Ex parte*, nec ex *cap. Nusper* fructus præfatorum hortorum, etiã venditi, sub obligatione comprehendantur decimandi, nullo, adhuc probabiliter, firmo Panormitani nititur sententia fundamento. Et certe mirum est, quod tot, tantique Doctores, qui de Decimis integros postea edidere tractatus, nullam de talibus fructibus, etiam vendendis, vel venditis, faciant mentionem, nullamque de illis decimandi obligationem imponant? Ruit ergo in præsep Abbatis dictum, & euidenter sane, contraria consuetudine; & ob hanc secundam rationem fere euidenter.

6 Tertia ratio fuit, & est: quia ridenti

culum videtur, Decimas soluendi obligationem in libera hominum voluntate proximè collocare. Conceptum exprimo: omnis fere soluendi Decimas obligatio in liberam cuiuslibet determinati hominis, vel personæ humanæ refunditur aliquo modo, & mediate: nam si de pecorum fructibus debentur, liberum est homini pecora non habere, & sic à decimandi obligatione se negatiue eximere, si de seminum fructibus; similiter, cum liberum etiam sit, fructus terre mandare, & sic de ceteris. Nullus tamen unquam somniauit, vel saltem excogitauit, quòd decimandi obligatio, positus fructibus, super quos immediate decimandi cadit præceptum, in liberam hominum, sese ipso libere obligantium, sit reducenda voluntatem. Hoc enim contra rationem legis est, & præcepti; vt patet. Nam nullus semetipsum, vi coactiua legis, obligare valet. Atqui hoc idem Panormitanus astruit Abbas: ergo absque fundamento. Minorem probo: nam ille ait, quòd, si vendantur fructus, obligationi decimandi subdantur: ergo non cadit decimandi obligatio super fructibus solum coactis, sed super iam coactis, & venditis: atqui illos vendere immediate in hominum liberam voluntatem refunditur; præceptum autem positus fructibus necessario obligat: ergo, &c.

7 Nec valet si pro Panormitano dicas, præiilegium Regularibus concessum, solum esse, vt de fructibus similibus, ipsorum sustentationi necessarijs, non deciment. Non (inquam) valet; quod sequentibus inductionibus probo: ergo tenentur decimare de fructibus prædictis, quos gratiose, absque vlla necessitate donandi, largiuntur, quòd falsissimum est, vt patet. Rursus; ergo tenebuntur Decimas soluere de talibus fructibus, si illos voluntarie igne consummant, vel aliter perdant; quod non minus falsum: ergo quod dicitur, scilicet, quòd non teneantur soluere Decimas de talibus fructibus, quos per terræ culturam ipsorum met sustentationi procurant, non est intelligendū de fructibus necessarijs quoad quorā; id est, de tot numero fructibus necessarijs; sed quoad speciē; id est, de illis omnibus, quos, siue simpliciter necessarios, siue secundū quid, siue ad id conducentes, siue ad commodius vitam tran-

seundam, & cum recreatione aliqua, nihil deciment.

8 Rursus; ergo, si fructus prædictos, & alias eorum sustentationi necessarios, venderēt, ad aliquid, loco ipsorum sumendum, etiam ad sustentationem necessarium, quia non solis fructibus vitam valent conseruare, tenerentur ad Decimas; quòd ridiculum est, sequitur tamen ex dicto Abbatis. Ad intentum ergo: Igitur si hoc non est dicendum; vnde Emin. Domini Cardinalis contat Ministris, quòd Religiosi nostri Toletani Conuentus, quos vendunt, fructus vendant, quia superfluos, & non necessarios?

9 Quarta ratio sic se habebat. nam Bafcus in *Floribus Theologicis*, verb. *Emprium* num. 3. sic habet: *Quando eximitur locus exempta sunt omnes persone, ad eum pertinentes, cum domibus, & hortis, quæ iuxta eum sunt, ad eiusque ius spectant.* Sic ille referens Panormitanum in cap. *Tuarum de privileg.* Syluest. & Lorchium: cum ergo non solum Regulares, verum, & loca habitationis eorum exempta sint, erunt etiam horti, qui iuxta eorū domos sunt; ergo multo magis, qui vnā efficiunt domum, vel locum vnum cum domibus: ergo exempti sunt horti: ergo, & fructus eorum: alias non essent exempti: ergo, si vestra Dominatio quarebat vnum Authorem in Abbatis oppositionem, ecce Bafcum, virum Doctissimum; ecce, ab eo rellatum Syluestrum; ecce etiam Lorchium; & quòd magis ipsum Panormitanum.

10 Quinta ratio fuit; qui, si fructus, qui Regularibus supersunt, & venduntur, Decimis sunt obligati: ergo, & pulli gallinarum, qui supersunt, & venduntur, similiter erūt astricti, cū alijs, extra Claustrum, & in ipsis hortis creari sæpè sæpius videamus; atqui hoc nullus vnquam vidit, respectu Regularium, in hac Nostra Hispania: ergo, &c.

11 Sexta ratio fuit sic præfato Iudici proposita: Decime solum debentur ex fructibus: sed *leg. fructus, ff. soluto matrim.* & *leg. i. C. de fructib.* expensæ non cōputantur in fructibus, cum illi censeantur fructus, qui remanent deductis expensis: ergo, si in prædicto Nostris Toletani Conuentu horro, maiores, vel saltē æquales sunt, fere omnibus annis, expensæ, quam fructus, de illis Decimæ non debentur.

Hanc

Hanc rationem proposui Præfate Dominationi eo fine, vt obligarem illum respondere, quod communiter responderi solet, & solutione præstita, intentum deducere, quod ita contigit.

12 Igitur respondit præfatus Apostolicus Iudex, dicens, fructus terræ posse considerari Ciuilitè, vel Naturaliter. Si Ciuilitè considerentur, non computantur expensæ cum fructibus, & sic fructus considerat Ius Ciuile. Si verò considerentur fructus naturaliter, & prout nascuntur ex re fructifera, quomodo illos considerat ius Canonicum, tunc expensæ computantur cum fructibus. Sic Apostolicus Iudex, & rectè sane. Cum tamen loqueremur de Decimis ratione negotiationis, iuxta Abbatis dictum, coactus fuit sic addere: *quando autem soluuntur Decimæ de negotiatione, tunc sunt deducendæ expensæ; quia debentur tantum Decimæ de lucro: lucrum autem illud solum censetur, quod deductis expensis manet.* Sic ille, & valde doctè, sequitur Azorium, & alios, quos sequitur citatus Bascus *verb. Decimæ n. 8. in fine.* Si ergo fudamētū præfati Apoitolici Iudicis soluerat Abbatis dictum, ratione negotiationis; & Decimæ negotiationis debentur ex lucro, deductis expensis; & istæ æquivalent pretio rerum venditarum, & aliis quomodolibet consumptarum, imo illud superant, certe nullæ de facto debentur Decimæ.

13 Septima ratio nitebatur, & nititur, decissioni Sacræ Rotæ apud Posthium, *tom. 2. 12 manurent. decis. 416. num. 2. relatae ex Peña in vna Cartagin. Decim. 29. Januarij 1607.* vbi Fratres Diui Hieronymi de la Noya, contendentes non decimare de folijs mororum, pro alendis Bombicibus, ad conficiendum sericum, non excusabantur, allegantes, quod in sententia contineretur exceptio, *nisi manibus proprijs excolerent*, non (inquam) talis admilla fuit executio. Quia fuit responsum à Sacra Rota, istam exceptionem posse verificari in fructibus, qui inferuiunt pro vsu proprio, & victu fratrum. Sic Sacræ Rotæ decissio: ergo exceptionem, quàm prædicti fratres allegabant, scilicet, in sententia contineri, clausulam istam: *nisi manibus proprijs excolerent*: approbavit Sacra ipsa Rota respectu fructuum, qui inferuiunt pro vsu proprio, & victu fratrum. Hoc sane clarissimum est, secundum Rotam: atqui omnes fructus

horti Toletani nostri Conuentus inferuiunt pro vsu proprio Religiosorum, & victu eorum; & aliis manibus proprijs excoluntur: ergo, &c. Sic etiam Abbas in *Cap. ex parte, num. 3. vbi Anchar. num. 2. vers. Item, quod dicit de herbis Ioannes de Auan. num. 2. de Decimis, & cum illis Rebuffi. tract. de Decimis, q. 4. num. 54. vers. Intelligi debet.*

14 Confirmatur hoc amplius ex sequentibus, iuxta Sacræ Rotæ decissionem, verbis, quæ, prout, à prædictis Authoris referuntur, sic se habent: Secus autem in folijs mororum, quæ, licet Fratres colant, & proprijs manibus colligant pro alendis Bombicibus, ad conficiendum sericum, & consequenter pertineant ad vtilitatem fratrum, cum tamen non deseruiant ad vsu proprio, cessat exemptio, quàm possunt præteudere vigore suorum priuilegiorum; quæ non extenduntur ad alium casum, quàm ad vsu proprio Fratrum. Abbas, & Anchar. loc. cit. qui vtuntur dictionibus *Tantum, & Dumtaxat*; quæ sunt exclusiue, excepto vsu proprio, *leg. ijs solis, C. de reuocand. donat. Paris. conf. 35. num. 47. lib. 2.* sic Doctissimus Posthius vbi supra. Superfunt ergo iam Authores, quorum aliquem tantummodo desiderabat præfatus Iudex Apostolicus iauenire: ergo, &c.

Corollarium secundum, continens, quod sequitur, factum.

PRÆTERITIS annis, in Sede vacante Archiepiscopatus Toletani, imposita fuit ab Illustrissimo (suspicio) Capitulo excommunicatio quædam, contra Dantes eleemosynas tritici, Ordei, Vini, &c. pauperibus Religiosis, ante decimationem, vsque tunc de talibus eleemosynis non factam.

Quæritur: an censura prædicta obligauerit?

PRO PON I T V R R E S O L U T I O .

I AD huius quæsitæ resolutionem, suppono primò, consuetudinem non posse absolute tollere obligationem sol-

soluendi Decimas, ad sustentationem congruam requisitas, in sensuque hoc, ex naturali, Diuinoque iure, siue proprie, siue commutative prouenientem, declarata tanque, & præceptam iure Canonico, etiam quoad materias, de quibus Decima est soluenda; vt videre est apud Azorium tom. 1. cap. 23. pag. 700. lit. A. Suarium, Vazquium, & alios, infra referendos; pro quo etiam faciunt textus, in cap. Pastoralis, cap. Non est; & cap. ex parte elsgundo de Decimis; ibi: de omnibus prædiorum fructibus; Cap. ex transmissa, eod. tit. ibi: de omnibus, quæ quis potest acquirere; Cap. Tua nobis de Decimis, ibi: de cunctis omnino prouentibus; & iterum; circa paleam citato cap. Nō est, & cap. Cum homines eod. titulo, iuncta lege Adco, §. cum quis, ff. de acquiren. rerum dominio. Item textus in cap. Nuntios eod. tit. ubi: de omni fructu; & cap. Decima, 16. q. 1. cum alijs, de quibus iuris interpretes, quos vitandæ prolixitatis causa referre verat; & Azorius supra, pag. 705. lit. C. Rebellus lib. 7. de oblig. inst. q. 8. Suarius tom. 1. de Relig. lib. 1. de Diuino cultu, a cap. 9. Filiucius tom. 2. trécl. 27. part. 2. à cap. 7. usque ad 12. Vazq. in opusculis, tit. de Beneficijs cap. 1. §. unico de Decimis, per totum & nouiter maiori que cum distinctione, Fagundez in quinque Ecclesie præcepto, præcepto §. lib. 1. cap. 4. à num. 1. & nouis. Trullench. in decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 3. per totum, & alij.

2. Suppono secundo, quod, licet hæc ita se habeant, attem iuxta omnium Theologorum, imo, & vtriusque iuris DD. sententiam (paucis exceptis, de quibus Vazq. supra dub. 1. pag. 652.) optimè valet consuetudo introductæ, præualens contra quotam, qualitatemque Decimarum, siue prædialium, siue aliarum rerum, siue personarum; de quo eleganter Suarez supra cap. 12 à n. 5. & hoc, siue in rebus, seu materijs, iure Canonico expressè nō signatis; vt de examini bus apu; circa quod viget cōsuetudo, Decimas negas, siue (à contrario) de aucupijs, feris, & volucribus, quæ, non voluptatis gratia, in loco aliquo includuntur; de his namque, & si Canonico iure Decima non debeat, debent tamen consuetudine aliquibus in Provincijs; cuius ratio est; nam vsus fructus aucupiorum, piscationumque, &c. sunt vsus fructuarij, iuxta iuris Consultum in lege item si fundi, §. sed si insula, ff. de usufructu.

3. Videantur Syluester, verb. Decima; per totum, Tolerus lib. 6. cap. 20. Rebellus supra, q. 8. Rodrig. tom. 2. qq. Reg. q. 45. & tom. 3. q. 74. art. 16. Molina tom. 1. de iust. disp. 72. 75. & 76. & obiter tom. 6. disp. 63. num. 2. & Fagundez (vt alios omittam) vbi supra, lib. 1. cap. 1. num. 3. & cap. 7. num. 6. & lib. 3. cap. 1. per totum; & quoad quotam vnus pro vigesimo, expressè num. 27. imo, & quoad decimationem vnus pro trigesimo, videri potest apud Suarium, vbi supra.

4. Ex his ergo deducitur, consuetudinem adhuc circa Decimarum modum, & qualitatem, sicut, & circa quotam, præualere posse contra ius Canonicum; quod, quamvis dicere videatur, Decimas esse de iure Diuino; hoc tamen, vt rectè Suarez supra cap. 10. num. 8. intelligitur, non actu, sed potestate, seu in radice. Vnde prædictæ difficultatis resolutio quoad hoc, quia clarum est, non procedet; sed solum circa ablationem consuetudinis introductæ; an scilicet, in præsentī casu, per dictam legem, vel censuram appositam destruat consuetudo, quæ, ex dicendis, negari nequit, apud Agricolas vigere; non decimandi, scilicet, nisi de residuo, post præstitas in area eleemosynas Religiosis propter Deum; in quo sensu procedent rationes, infra apponendæ, probaturæ quæ, talem censuram non tenere, quia scitem in falsa præsumptione fundatam; de quo postea.

5. Sed, quia difficultatem hanc cum promissa solutione quidam Doctor confundere voluit cum sententia cuiusdam Patris, Ordinis D. Basilij, affirmantis (sed non ego) posse Agricolas ante decimationem dare pro Deo eleemosynas pauperibus ad libitum, sicut, & deducere semen, sumptusque, & de residuo tantum Decimas soluere, nulla de consuetudine facta mentione; suppono tertio; me non loqui hac huius Patris ductum in via, proindeque falsa, & à veritate omnino aliena, sed soli consuetudini innixam. Et quia rursus à quodam Tolera Ecclesie meritisimo Canonico fuit responsum; scilicet, non adesse talem consuetudinem; Responsum pro omnia Religionibus præbui, dicendo, hoc in facto consistere, & sic debere probari, facillimamque esse pro Nobis probationem, vt probabit euentus.

6. Et nunc obiter secundo dico, dizi- que,

que; non solum adesse consuetudinem non decimandi, nisi post præstitas prædictas eleemosynas, verum adesse talem consuetudinem non decimandi nisi de residuo, post illas præstitas; quod pronunciat ex eo constat, quod quidam ex Agricolis, iam cum pala, iam cum sportula, & alij, *A boca de costal*, vt vulgo dicitur; alijque tandem alijs instrumentis, quæ mensura non sunt, eleemosynas in area præbent. Quibus, vt certis per experientiam, suppositis; non est credibile, Agricolas futuros certos de quantitate datarum eleemosynarum, vt eas in Decimarum computent solutionem. Inò Confessarij, si velint, hoc fatebuntur, quia hoc omnes experimur, dum de obligationis soluendi Decimas implemento illos interrogamus. Ego namque semper inquirō (quod & omnes efficiunt) an deduxerint semen, sumptus, debita, & cetera huiusmodi, ipsis respondentibus, solas consuetas eleemosynas deduci Ergo, &c.

7 Sed redarguebat iterum prædictus Dominus Canonicus, dicens, Tolentanam Ecclesiam semper clamasse. At, hoc etiam in factò consistit, sicque à Dominis Canonicis debere probari. Præterquamquod, quia reclamatio, gratis concessa, dormiuit tempore, quo vigilare oportebat, potius consuetudinem firmat prædictam, quia non recepta. Signum enim est, prædictam consuetudinem, clarius meridie apparentem, imò & præscriptam iuxta terminos iuris, imò & immemoriam, si forte talem exposcant, potius positiuis his actibus stabiliri, quam infirmari.

8 Sed contra hoc surrexit de Dominis Ecclesiasticis quidam, dicens, nullam esse quoad hoc præscriptionem, ac proinde nec consuetudinem, quæ iddem est, ac præscriptio. Miror tamen, hæc ita asseuerari; & primo quidem omitto sententiam, sine distinctione dicentem, sufficere decem annos ad præscribendum. Deinde, sane contra quæcumque Ecclesiam (excipe Romanam ex iure, & Religiosorum res, ex priuilegio) præscribitur tempore 40. annorum, vt certo ex iure constat. Et si velit dicere, partem Decimarum in Sede hac vacante ad Romanam Ecclesiam spectare, & sic quoad istam partem centum requirantur annos ad præscribendum; dico, quod si immemo-

rialis adest pro Nobis consuetudo, vel saltem plusquam ceterum annorum, quid amplius querunt? Tertio; si Domini Ecclesiastici aliquas aliquarum rerum recipiunt Decimas, ob solam in aliquibus Prouincijs vigentem consuetudinem, & nō sic antiquam, ac est præsens, quomodo iuuantur consuetudine, & Nos illa iuari, recusant?

9 Nec verum tenet, quod prædictus ait; scilicet, iddem esse præscriptionem, ac consuetudinem. Cuius sola sequens, sufficere ratio, videlicet, quod præscriptione iuuantur etiam singulares personæ, non item consuetudine, quæ non nisi à Communitate introduci valet. Rursus; ad incipiendam præscriptionem, vel præscriptionis tempus, communiter loquendo bona fides requiritur, quæ in introducentibus consuetudinem communiter deest. Denique; si de præscriptione, quæ cum consuetudine aliquando coniungitur, sermo sit: adhuc non est iddem cum consuetudine præscriptio; siquidem se habent, sicut superius, & inferius; itavt omnis præscriptio tunc sit consuetudo, non omnis consuetudo, præscriptio; vtpatet.

10 Sed rursus dicebant sic: sicut per consuetudinem derogatur legi sic & per legem consuetudini; cumque modo sit lex imposita contra consuetudinem, cessabit vtrique. Sic illi. Ad quod sic ego respondi: Primo; leges non obligare, nisi acceptentur (& non nego potestatem in Pontifice ad obligandum per suas leges, licet non acceptentur; sed loquor de factò) iuxta illud; *leges instituuntur, cum promulgantur, firmantur autem, cum moribus videntur recipiuntur*; atque prædicta lex, seu censura non acceptatur, nec vnquam fuit acceptata: ergo nequit consuetudini derogari. Secundo; quia si consuetudo, etiam de quotta, seruanda est, vt expressè ait Toletus vbi supra *num 4. in fine*, donec aliud per Maiores disponatur; quomodo, si consuetudo, Nobis fauens, & Agricolis, pro tota viget Hispania, volunt illam auferre absque recursum ad Illustrissimum Dominum Nuntium Apostolicum, tanquam ad Maiorem? Et sane mirum est, quod in sola Sede vacante hac, tot, tamque rigide vires adhibeantur, & remedia, ad prædictas eleemosynas; tam Deo

gratas, tamque (vt dicam) debitas, auferendas; quæ certè medio tolluntur. Ad quid tantus rigor, quando Summo Ecclesiæ Pastori, Religionum Patri, in partem, Decimæ Toletanæ huius Diocesis spectant?

11 Ex his ergo constat solutio euidens ad replicam aliam, quam mihi prædictus Dominus Canonicus obiecit, dicendo, ius Canonicum in Extrauag. quadam strictissime prohibere, ne, prætextu eleemosynarum, Decimæ minuantur, alias naturali, Diuinoque iure Dominis Clericis pertinentes. Hoc enim, quoad præsens attinet, nil ad rem. Etenim interveniente consuetudine in contrarium, illi certè standum est, vt omnes fatentur. Et licet alias interpretationes, dicto iuri genuinas, afferre possem, quia tamen per certam consuetudinem militamus, alijs indui armis non oportet.

12 Igitur, quæ suppositiue dicta sunt, currunt certè, tum in sententia, asserente, Ecclesiam non habere verum dominium in Decimas ante separationem; vt tenent Rebuffus *tract. de Decimis, quæst. 9. num. 7. & quæst. 3. numer. 16. & 17.* & Senensis cum duplici Glossa, apud Fagundez supra, *lib. 1. cap. 6. num. 1.* illam valdè probabilem dicentem *num. 2. in fine.* Tum etiam præcedit suppositio in sententia Suarij *de Relig. rom. 1. lib. 1. vbi supra, cap. 36. num. 8.* & Lesij *de iust. lib. 2. cap. 39. dubit. 3. num. 15.* asserentiam, in primis certum esse, posse Ecclesiam duplici actione Decimas petere. Prima: rei vindicatione, & apprehensione, quæ est actio resultans ex iure in re, & conceditur verò Domino, verum dominium habenti; iuxta legem *In rem, ff. de rei vindicatione.* Secunda; conditione ex Canone; idest, actione personali, citando ipsos sæculares, & iudicio forensi eos cogendo, vt soluant; iuxta cap. *Moderamine 16. quæst. 1.* vbi dicitur, Decimas peti ab Ecclesia cõditione ex Canone, vel officio Iudicis. Tum denique procedit dicta suppositio in sententia, absolute etiam affirmante, Ecclesiam, ante separationem Decimarum, habere verum dominium illarum, vt, post Panormitanum *in cap. Commissum, num. 4. & cap. Tua nobis, de Decimis, num. 1.* Ioannem Andræam, & alios, sequitur Fagundez supra *n. 3. in fine.* Quibus sic positis.

13 Antequam de iustitia, vt in-

iustitia prædictæ excommunicationis iudicium proferam, de eius conuenientia prius sermonem instituo. Cum enim ad censuras, aliasque poenas iustè imponendas debeat causa præcedere iusta, hæcque cum conuenientia, congruaque ratione admisceatur; videamus nunc, si in introducta censura, aliqua adest conuenientia, vel congruitas?

14 Igitur, salua semper tantæ Dominationi debita reuerentia, breuiter dico, nullum in impositione prædictæ censuræ adest conuenientia, congruitatisque vestigium. Assumptum probo. Tum, quia charitatis lege (imò & iustitiæ) tenentur Domini Ecclesiastici pauperibus aliquam de suis Ecclesiasticis redditibus distribuere partem: sed, iuxta fere omnium sententiam, ex pauperibus pauperiores, & digniores quoad hoc (vt charitatis, distributiue vè iustitiæ rectus ordo seruetur) sunt præferendi, & inter digniores, pauperioresque, dignissimi sunt Religiosi, atque pauperissimi: ergo isti præferendi sunt, quoad ipsi modò dicto debitam sustentationem: atqui e medio tollitur huiusmodi sustentatio, prædicta posita censura: ergo, &c. Probatur hæc secunda Minor: nam, tali posita censura, auferitur omnino, vel ad minus in summum minuitur eleemosyna, ab Agricolis alijs præstari consueta; ex alia autem parte defectus iste à Dominis Clericis non suppletur, quin imò indies magis, magisque eleemosynarum diminutio, experientia teste, accrescit: ergo ob hanc rationem nulla adest ad imponendam prædictam censuram congruitas, ne dicam, iustitia, de qua postea.

15 Tum etiam; quia communis est DD. omnium, cum omni iure, assensus, Decimas ex prima Ecclesiæ ordinatione deberi ceteri DD. Clericorum ingenere, qui pro populo spiritualia administrant, vel aliquomodo in hac administratione iuuant, vel pro illo orant: atqui, inter, spiritualia administrantes, coadiutores DD. Clericorum, primum, de facto expresse, & de iure implicite, obtinent locum Religiosi, quod negari non potest; in tantum vt præcipuorum Sacramentorum administratio iterabilis, Dominis Episcopis, Parrochisque omni iure principalis spectans, in Religiosos in totum fere disundatur:

(sunt

(sunt enim, & principales coadiutores DD. Episcoporum; vt videre est apud Emmanuelem Rodriguez tom. 2. qq. Reg. quæst. 43. art. 2. pag. mihi 328. col. primâ; quem, rogo, videant Domini Ecclesiastici; vt ad misericordiâ, Imò, & ad, aliquantulum, debitum, commoueantur.) Ergo erit ne congruum, vt Ecclesiæ Pastores Pastoralis officij onus suis excutiant humeris, à Religiosis sustinendum, & simul fructus percipiant oneri respondentem? Quis dicet? Atqui ad hoc tendit prædictæ censuræ impositio, vt ex prima ratione constat: ergo, &c.

16 Ad has duas rationes, scio, si aliquos de Tolerana Ecclesia respondisse: ad primum dicendo; sufficientes ab ipsis præstari elemosynas ad satisfaciendum obligationi, vel charitatis, vel iustitiæ; hocque fieri ab ipsis, debito ordine seruato. Ad hanc solutionem annullandam plura possem obijcere, quæ factis ipsis oppositum conuincunt. Sed & si plura mihi defensionis liceant causa, non expediunt omnia. Quare compendiosè respondeo, oppositum à Nobis Religiosis experiri; siquidem minores elemosynas ab illis, & semel tantum in anno recipimus, quod negare non valent.

17 Dicet, se magnos habere sumptus, qui ratione status inuitabiles sunt. Hoc transeat ex suppositione; quàm explicare non est meum. Et sic iniudicatum hoc transeat, quia totum transit. Ceterum; si ipsi Nobis nolunt succurrere, & proprium esurientibus panem frangere, erit ne congruum hoc alijs, efficere volentibus, impedire? Respondent, ipsos iuste procedere, quæ sua sunt procurando.

18 Sed nego suppositum, vt in sequentibus iterum probabo; & quia hoc ad iustitiam spectat, ad congruitatem redeo. Et, antequam illam præstem, appono ad secundam meam rationem ipsorum solutionem. Igitur dicebant sic: *Quis Religiosos cogit Parrochos adiuuare Confessionibus, & in his se ingerere?* Hæc illi; quæ à præfato Domino Canonico prolata audiui. Sed liceat mihi aliquantulum mirari; nam si, quod per Parrochos fit, per ipsos Dominos fieri, quoad hoc, censetur, certè experientia docet, Religionum Prælatos quotidie à Parrochis supplicari (ne, molestari, dicam) vt suos dignentur subditos in eo-

rum coadiutores, imò & vicem tenentes, designare; quod sæpius vidi. Tunc sic est ne hoc, ingerere se Religiosos, sequere ipsos voluntarie inuitare? Indicent illi.

19 Sed ad hoc, responsum mihi fuit à prædicto Domino; ideo, ob hoc, Parrochos Nobis Missarum stipendium præbere. Solutionem hanc semel, & iterum audiui. Et, licet eam iterato cum dolore acceperim; contra illam tamen sic inductiue argui. Ergo loco, vel compensatione laboris coadiutorum, Missarum præstantur stipendia? Ergo labor ille cum Missarum stipendijs compensatur? Ergo Missarum stipendia, & in pretium prædicti laboris, & in Missarum elemosynas contribuitur? Ergo plus liberalitatis habent Religiosi, sic deseruientes, quàm ipsi Domini Clerici compensantes. Erit ne ergo congruum, nostram liberalitatem talis impositione censuræ, in exilium dare? Videat ipsi: ego enim parco, & ad intentum rediens, sic prosequor.

20 Tum etiam; quia quæ congruitas, conuenientiaque esse potest, quæ charitatem faciat exulare, & Monasticæ Religionis zelum euertat? Certè nulla. Sed hoc ex apposita censura sequitur precipitium: ergo, &c. Minorem probationem, adhuc, tali ablata censura, in simulamur quotidie Religiosi de distractione, & extra Monasteria, ob victum (sicut digni mercenarij) quærendum diuagationem: si ergo, maioribus receptis elemosynis, ante decimationem in arcibus, adhuc, in existimatione Pastorum Ecclesiæ, Religiosorum diuagatio in Monasticæ, ad minus, Religionis dedecus redudat; quomagis Christianæ, Monasticæque obseruantia dedecus augebitur, & detrimentum; si similis censura perseveret?

21 Probo hanc Consequentiam: nam talis Religiosorum (phisica, non moralis) diuagatio, à tam Sanctissimis, tanraque in communi circumspectione, Religionibus permittitur, eo tendit, vt ad congruam sustentationem eis necessaria non desint: sed, posita tali censura, & perseverante, euidentem est, in summum fore elemosynas minuendas, & Religiosos fore per omnia loca, toto fere anno, ad supplendum elemosynæ congruæ defectum, vagaturos: ergo magis in Christianæ, atque Monasticæ obseruantia dedecus redundabit; atqui hoc originem tra-

hit, & ortum ab impositione talis censuræ, vt patet: quomodo ergo stare potest conuenientia in ea imponenda, cum rãta Monasticæ obseruantie deterioritate, quàm ex charitate saltem Ecclesiæ debent Pastores euitare?

22. Tum denique; quia quã ratione stare valet ad imponendam prædictam censuram congruitas cum omnium fidelium in hac nostra Hispania gratissimò dispendio, & commotione, iam semel experta? Sed, abhinc decem retro annis, (loquor de tempore, quo prædicta censura fuit imposita) in Regis Nostri Curia, ob simile factum, & mitius factum, ad Catholicum ipsum Regem suorum subditorum deuenere clamores, ipsum Catholicum obligantes illud suspendere: ad quid ergo iteratur supplicium, si, medicinæ loco, pœna, dolorque augetur? Ad quid (quæso) nisi solum vt percutiamur, contra stimulum Catholicæ, Regalisque, potentie, deseruit huiusmodi calcitratio?

23. Factum cum ipsius facti causa sic tunc temporis ostendi. Nam tunc temporis Maritimes Religiones per earum Prælatos in designatum locum conuenerunt, & ex habita consultatione decretum exiit de clausura omnium confessionariorum; quàm expertus populus in prædictos erupit clamores, quo vsque Regale prodijt de talis pœnæ suspensione mandatum: atqui in omnium Prælatorum animis (sic pro tunc asserui) stat (& cito) ad simile remedium recursus, cum super addenda querella ad Illustrissimum Apostolicumque Dominum Nuntium deferenda, & (quod est magis ad propositum) Nostræ Catholicæ Regine pietati præsentanda; ad quid ergo vulneris prædicti, nisi vt vulneremur omnes, iteratio? Ergo nulla adest congruitas: ergo nulla est conuenientia: ergo nulla extat causa.

24. Ergo (& nunc de iniustitia talis censuræ loquor) ergo (inquam) nulla stat iniustitia: ergo iniusta est pœna: ergo iniusta est lex. Probo Consequentiam: nam contra iustam, rectamque consuetudinem, legitimeque præscriptam, immemoriamque, nequit absque causa (vt testantur omnes) valida, de iure, statui lex.

25. Ne autem hoc vltimum ex captu proprio descendere dicatur, solum

hic (quia plus dilationis res non admittebant tunc) apponere volo, quod vulgari sermone, nullo contradicente, ait Doctus. Villalobos 2. tom. Sum. tract. 33. *diffic. 2. num. 7.* vbi hæc habet verba. Mas acquiratle, que donde huuiere costumbre legitimeamente introduzida, como la ay en muchas partes, de que los Religiosos piden limosna por las eras, y se les dà antes que se mida el muelo, no ay obligacion de dezmar aquello, por la costumbre, la qual tiene fundamentos porque aquello es limosna, que lleua Dios en sus Ministros; y asì los que lo estoruaten, pecarian mortalmente, con carga de restitucion. Sic Villalobos, quẽ nouiter sequitur Trullench vbi supra, *dub. 3. num. 2. infra medium.*

Accedit ad hoc, alios Authores, vt dixi, non contradicere; omnes enim inquirunt: an sint deducendæ expensæ, & alia, oneroso titulo debita, vel data? Et licet negent quoad Decimas prædiales, exceptis expensis de decima Tutoris, & in Regno Lusitanie, de vigesima, vt videre est apud Rebellium supra, *num. 14. §. memineris*; non loquuntur tamen de elemosynis, tam Deo gratis, & consuetudine præscriptis; sicut nec de illis, quæ Coadiutoribus DD. Parrochorum, & Ordinariorum (quales, vt dixi, sumus Religiosi) distribuuntur: vt videre est apud Fagundez vbi supra *lib. 1. cap. 4. num. 6.* Lesium, supra etiam relatam *dubit. 4.* & alios.

26. Videantur etiam, Doctor Angelicus 2. 2. q. 87. *art. 4. ad primum*; Caiet. Sotus, & Aragonius; Suarez supra *lib. 1. cap. 17. num. 31.* Ex quibus, præcipue D. Thomas, à Fagundez interpretatus, *precepto 5. lib. 1. cap. 7. num. 6. in fine.* ait, possessiones, antiquæ Ecclesiæ pertinentes quoad Decimas, & gratioso titulo nouæ Ecclesiæ præstitas à Dominis sæcularibus, eximi ab obligatione soluendi Decimas primæ Ecclesiæ, scilicet antiquæ; proindeque ad secundam & nouam Ecclesiam pertinere. Sic in substantia ex Fagundez, interpretante Sanctum Doctorem. Ergo, si consuetudo per donationem gratiosam introducta; vel (vt proprius loquar) si gratiosa prædialis donatio, secum ad donatarium defert ius Decimarum, illudque in totum tollit ab vna Ecclesia, & alteri tribuit, quo magis consuetudo auferet modum, quo illæ sol-

soluendæ sunt ; & illarum quortatn sane parvissimam ? videatur idem Fagundez supra *lib. 3. cap. 1. à num. 1.*

27 Nec resolutio hæc (vt iam quòd supra compendiose dixi, nunc latius proferam) in sententiam incidit illius Patris, Ordinis D. Bâsilij, cuius scripta merito per Sanctissimum Inquisitionis Tribunal modo, collecta sunt. Ob quòd, DD. Ecclesiasticorum querellæ respondeo, verum esse Decimas, his tēporibus, valde esse diminutas ; hoc tamen non prouenit occasione prædictæ resolutionis, adeo in tam iusta, & forti consuetudine fundatæ, vt omnes citati, & fere vtriusque iuris omnes, DD. illam defendere, & admittere teneantur.

28 Sed prouenit (& iuste sanè) occasione sententiæ, vel (vt melius dicam) delirii, prædicti Patris, qui, in primis nullo probabili nititur fundamento, vt consideranti patebit. Deindè falso refert pro se Bonacinam, cui imputat asserere, esse deducendas expensas in Decimis prædialibus, cum ille expresse de personali- bus loquatur. Deindè, quia sine ratione, & absque iure, consuetudineque, ausus fuit dicere, semen, in terram proiectum, esse deducendum ; contra illud Christi Domini ; *nisi granum frumenti, &c.*


29 Denique, quia titulo paupertatis, ex parte Agricolarum se tenentis, quàm que in omnibus illis temere præsumebat adesse, affirmabat, sumptus esse deducendos. Nam si de extrema loquatur necessitate, omnes fateri debent, (quidquid dicat Rebuffus apud Suarium supra *cap. 16. num. 17.*) nullum Agricolam cum detrimento tanto teneri Decimas soluere, licet postea ad pinguiorem redeat fortunam ; nam in extrema necessitate omnia sunt communia.


30 Si verò de graui necessitate loquebatur, etiam falso illam in omnibus præsumebat Agricolis, (& omitto cuiusdam Canonistæ, quoad hoc decimandi præceptum, declarationem, quàm ex

Innoc. in *cap. Licet*, refert, & improbat ipse Suarius vbi supra) & si vera sit grauis necessitas, nil nouum affirmat ; nam probabile est, Agricolas tales non teneri tunc soluere Decimas, & iusta conscientia illas retinere pro grauis necessitatis tempore ; quia præceptum hoc non obligat pro semper, vt ait Suarius supra *num. 18.* sed cum aliquibus limitationibus, & circumstantijs ; vt videre est apud citatum Suarium.

31 Igitur cum prædictus Pater, sine fundamento fuerit loquutus, nisi forte ignorantia excusetur, certe, (hoc indefensibili stante) valde DD. Clericorum congrua, & debita diminuitur sustentatio ; ob quòd iustissimè conqueruntur. Sicut conquerentur de illo alio delirio, quo errauit Paris. *leg. 1. consil. 15. numer. 26.* dicens, Parrochum, si non petat Decimas tempore collectionis, non posse postea petere. Hoc namque nulla ratione, nulloque iure, imò nec alio fulcitur Authore ; vt rectè Couarr. & Gutierrez, quos sequitur Suarius *tom. 1. de Religion. lib. 1. cap. 38. num. 1.* dicens, sententiam Parisij esse præctice improbabilem, & plane temerariam ; quòd certum iudico. Dico tamen, Dominos Parrochos, seu Ordinarios adeo diligentes fore, ne in talem incidant sententiam (in quàm ob fidelium Christianitatem non inciderent) vt potius se anticipent ad deducendas Decimas, non præstitis elemosynis, consuetudine ante decimationē introductis. Vnde se nentiam Parisij, data tali mora, ex vrbanitate sane descendente, in petendis Decimis falsam dicimus. Ne tamen pro nocente innocens puniatur, conquerantur de illo Authore, non de hac resolutione, tantæ iustitiæ innixa, & quæ negari non potest.

Sic tunc iudicauit, sicque modo iudico ; salua, &c. & hæc de hoc tractatu dicta sufficiant.





T R A C T A T V S

Q V A R T V S, C O N T I N E N S,

ET SI PAUCAS, MIHI TAMEN SEL-

lectas, de legibus, & de consuetudine

quæstiones.

QVÆSTIO PRIMA:

*An cessatio finis in particulari
viri legis in particulari
suspendat?*

I D I F F I C I L I S fane quæstio, & quoad exercitium, (hoc est) quoad illam practicandam, & quoad specificationem (id est) quoad illam in veritate defendendam. Quoad exercitium inquam; quia videtur præberi ignorantibus occasio, vt vocati ad lucem, & ad plus sapere, quam non oporteat sapere; id efficiant, quod in securæ ignorantie tenebris consulti, adhuc à longe non auscultabant; imò, nec somniabāt. Sicut enim detegere occultum in cinere ignē; ubi proxima est stupa; & qui eam applicent, insaniam redolet; (quia, & si, qui docet, lucem detegat, in magnum tamē illam explicat detrimentum) ita veritatem cum contradictione explicare illis, qui, contradictione omitta, quia nō cognita, veritatem ipsam quasi paruuli, & (vt melius) cæca obedientia sequuntur, imprudentia potius, quam prudentia est. Fiet enim (& plusquam contingenter) vt postea illi, boni, & mali scientiā exoptantes, sapius in malum, occasionaliter detectum, quam in antiquum, frequentatumque, bonum inclinentur.

2 Sed (Prohdolor) iam ab hac sumus liberi imprudentia, & exempti, qui alios edocendo dirigimus: In tantum quippè (cuius occasione nescio) euadendi Monasticos rigores, voluntarie semel acceptos, desiderium creuit; vt iam, etiam paruuli, decepti sane, (à quo serpente, igno-

ro) libertatis (ne dicam voluptatis) erigant collum, & ingentia in Monasticas, sanctasque leges, vulnera reperito cruore cruentent; adeo, vt mihi videatur, plures in primam illam vniuersorum matrē Euam esse conuersos; & desiderio sciendi bonum, & malum, pomiferum fructum vescentes, primam obseruantie Regularis stolam (ne amplius dicam) amisisse. Tentauit serpens mulierem, data excusabili tangendi pomum occasione, vt sic ab ouili pelle, ad vestendum (vt transijt) peccaminose positum transiret.

3 Tentat & hos propriae voluptatis, propriique amoris calidissimus serpens, aliquaque occasione, licita apparenter, data, ita in voluptarias legum Sacrarum interpretationes illos adducit; vt postea capti pro mille, pro quingentis etiam supra mille, esse velint captiui: Nisi dicant se ex alijs fratribus; & magnatibus, sic interpretare leges didicisse. Contra quos etiam stat illud Dauidicum Psalm. 49. *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tue ponebas scandalum.* Quod mihi, rem cum veritate explicando, è medio tollere incūbit: Nam si, hæc adhuc te faciente, taci, inquit Deus, iuxta, quæ sequuntur, Dauidis verba: *Hæc fecisti, & tacui. Quia tamen existimasti inique* (protequitur Regius Psaltes) *quod ero tui similis; ideo arguā te, & statuam contra faciem tuam.* Cum ergo sic se res habeant, me Charitas, perfectioni maternæ Religionis omni iure debita, vrget; & quæ sunt lucis, veritatisque, vt sequantur, detegere; & quæ sunt tenebræ; ideoque fugienda, declarare. Igitur hoc sine, hac de causa, hocque iure coactus, quæstionē aggredior disputandam: An, scilicet legis cessante fine, etiā

fo-

solum in particulari, cesset; & ipsa lex?

Ergo difficultas procedit principaliter ex parte finis rei præceptæ, & minus principaliter ex parte finis, legem condentis. Et vt certum suppono, cessante fine in communi, cessare & ipsam legem etiam in communi. Quo posito: sit.

PRIMA CONCLUSIO.

4 **Q**UANDO finis legis cessat in particulari, & cessat contrarie, & priuatiue, vt in probatione dicam; tunc certum est, cessare legem etiam in particulari; immò & in communi; non communitate subiectorum, sed communitate similibus actuum. Probatur hoc: nam tunc cessat finis legis contrarie, seu priuatiue, quando fieri actum imperatum, vel non fieri actum prohibitum; est peccatum, vel graue malum phisice, & materialiter: sed lex nequit esse vinculum iniquitatis; nec (si sit lex humana) obligare ad graue phisice malum, hoc est, cum tanto detrimento: ergo, &c. Conclusio hæc, quia clara est, & communis, alia non indiget probatione.

SECUNDA CONCLUSIO

5 **Q**UANDO finis adæquatus legis, etiam intrinsecus, cessat in particulari, etiam negatiue (vt in probatione dicam) tunc cessat etiam ipsa lex in particulari, vel quia talem casum lex non comprehendebat; vel quia cessat omnimoda eius ratio, & formale obiectum actus, vel prohibiti, vel imperati. Probatur hoc aperte in præcepto correctionis fraternæ; cuius finis, cum sit subleuatio spiritualis proximi miserie, quando probabiliter creditur euentura, & cesset emmendato iam proximo, cessat vtique apud omnes huius fraternæ correctionis præceptum: atqui solum cessauit finis negatiue, (quia cessare negatiue, nihil est aliud, quam quòd, cessante fine legis, adhuc sine peccato, & sine graui damno, possit fieri quòd lex præcipiebat, vel non fieri, quòd lex vetuerat,) ergo, &c. Hæc conclusionem etiam certam iudico, vel ad minus probabiliorem.

6 Scio aliquos circa correctionis præceptum asserere, illud in tali euentu

non currere, eo quòd solum procedat, quando proximus non est emmendatus, eiusque speratur probabiliter saltem emmendatio. Vnde & Medina asseruit, præceptum hoc, quia affirmatiuum, licet semper obliget, non tamen pro semper; sed casu, quo peccans non sit emmendatus, & probabiliter (vt dixi) speretur emmenda. De quo alibi.

Pro hac conclusione, sunt, doctiss. Nauarrus *tom. 4. commentar. in vrbica de Iudicijs, num. 74.* Sà *verb. lex, num. 1.* & *verb. Ludus numer. etiam 1.* Angelus ibi, *num. 4. casu 7.* Mexia, Comitulus, Sofa, Megala, Abbas. *cap. quia in insulis, de Regular.* Henriq. *lib. 11. cap. 17. numer. 2. in Glos. lit. O. & lib. 10. cap. 15. numer. 10. in Glos. lit. R. & diffuse satis, satique docte Granados controuer. 7. tract. 3. part. 1. disp. 15. sect. 2.* quos refert sequiturque Diana *tract. 10. de legib. 1. p. resol. 28.* sic etiam Ledesma, & alij, quos, ex Emman. Rodriguez refert Hieronym. Rodrig. *in comp. qq. Reg. resol. 110. num. 17. in fine.* Sic etiam Andræas ab Axea *tit. de const. cap. 1. numer. 301.* apud Dianam *6. p. tract. 6. Miscellan. resol. 49. in principio.* Qui omnes loquuntur de cessatione finis adæquati: & si citatus Andræas se decipiat quoad veritatem cessationis finis adæquati in casu particulari, de quo infra.

7 Igitur probatur hæc conclusio, quam sic intellectam probabilissimam iudico: probatur inquam: nam ita se habet lex comparatione facta ad omnes, sub lege contentos, sicut se habet, ceteris paribus; respectu vnus subditi, ipsi legi subiecti: sed, cessante fine adæquato legis, adæquate in omnibus, legi subiectis, cessat vtique, apud omnes, ipsa legis ratio in generali: ergo, cessante tali adæquato fine respectu vnus, ipsi legi astricti, cessabit vtique respectu illius ratio legis.

8 Sed dices: legem respicere bonum commune, vt ex definitione ipsius constat: ac proinde conseruatur lex ipsa in suo vigore, quoties ratio ista perseuerat, sed perseuerat, vtique cessante etiam fine eius in particulari, quia ratio communis particulari est præferenda: ergo, &c.

Respondetur tamen: & in primis, si duobus tantum imponeretur lex, seu præceptum, & cessaret in vno eius adæquatus finis, cessaret etiam respectu illius

lius ipsius ratio legis; cum tunc non esset maior ratio vnius, quam alterius, ipsi legi subditi, vel subiecti. Quod si ad hoc dicas, adhuc non cessare in hoc casu rationem legis, eo quod stet pro ipsa lege certa possessio. Dico, & ego, quod ad legem, sine fine, non sequitur obligatio; in tantum, vt, defectu finis, in totum desinat esse lex: ergo, vt stet pro lege obligatoria possessio, debet lex ipsa cum suo fine coniungi: atqui, quando cessat finis adæquat us legis, nequit lex cum fine coniungi: ergo, &c. Respondetur ergo ad replicam supra positam, dicendo; quod, licet lex ob commune bonum condatur, sicut tamen obligat omnes in communi, sic, & singulos in particulari: ergo sicut ratio finis, cessans in communi, facit, legem in communi deobligare; sic & faciet in particulari, dum in particulari cessauerit.

9 Sed, replicando ad dicta, argues primo: communis ratio legis ita est fortis, vt, cessante illa fere in omnibus, desinat ipsa obligare particulare, & si in illo ipsa ratio finis phisice, & directe formaliter non cesset: ergo, à contrario, si in communi perseveret, licet in particulari cesset, etiam particulare astringet. Si enim quando finis cessat in communi, cessat consequenter in particulari, (licet nō phisice, nec formaliter cesset, si directe loquamur) quia, quod dignius est (scilicet finis communis) trahit ad se minus dignum, scilicet finem particularem; cur quando non cessat, sed perseverat in communi, cessare debet eius in particulari obligatio?

Fateor esse satis acutam rationem. Ad illam tamen respondeo, negando suppositum; scilicet, quod, cessante fine adæquato legis fere in omnibus, cesset in particulari in individuo; vel desinat obligare lex ipsa particularem quendam. Hoc enim est supponere, adesse legem, & non obligare particularem. Tunc enim nulla supponitur lex; quia, cessante fine in communi, lex stare non potest. Et sic non valet argumentū à cessatione finis legis in communi, vt non obliget tunc particularem, ad positionem finis in communi, vt maneat particularis obligatus, licet in illo adæquatus cesset finis. Dependet enim lex non solum in fieri, sed etiam in conservari, à

fine in communi; quò ablato corrumpitur omnino lex ipsa: & licet, eo fine in communi perseverante, perseveret & lex ipsa, eiusque obligatio; hoc tamen solum est respectu illorum, quorum respectu non cessat adæquata finalis ratio legis. Quòd sic probò: nam cessante, phisice loquendo (hoc est, mortuo vno ex indiuiduis, ipsi legi subditis) eius fine, cessat omnino respectu illius lex ipsa; sed quando finis adæquatus materię præceptæ cessat in vno, iste talis se habet velut mortuus, vel ab ipsa lege exclusus: ergo, &c. Probatur Maior: nam leges tendunt ad verificandum finem in subditis ipsius legis; quòd certum est; sed ita non verificatur finis legis, in illo, in quò adæquate cessat ipse finis, ac in eo, qui morte decessit: ergo, &c.

10 Sed argues secundo, & ab inconuenienti; ergo non tenebitur ieiunio ille, qui carnis macerationem certo est consequutus. Pater hoc: nam maceratio carnis est adæquatus legis ieiunij finis. Respondetur tamen, negando se quellam: vel (vt melius dicam) suppositum eius. Nego enim, cessare macerationem carnis adæquate, dum quis est viator nam cum virtutes nullū ex se habeant præfixum terminum, possunt vsque in infinitum augeri; & sic maceratio carnis potest perfici vsque in infinitū secundū se; nisi ex Dei beneplacito terminus illi assignetur. Itaq; non quæcumque carnis maceratio, sed perfecta, imo perfectissima, est finis præcepti ieiunij; cumque perfectissima carnis maceratio, iuxta Dei beneplacitum, cum morte ipsius, legi subiecti, coniungatur, (sicut dicitur de termino meritorum eius) hinc est, numquam posse cessare talem legis ieiunij finem. Quòd si Deus aliquem velet amplius viuere sine augmento macerationis carnis, sicut & sine augmento meritorum, non obstaret. Etenim adhuc tunc non cessaret ratio perfectioris macerationis carnis; quia, & si infalibiler illam non consequeretur, posita negatione auxilij ad tale augmentum; vel si, consequuta iam, minueretur etiam infalibiler, attamen absolute habet libertatem ad consequendum talis macerationis augmentum; ac proinde liber manet ad consequendum ipsius legis perfectum finem, ac tandem non ieiunans peccaret;

ret rem alienam accipiens; & si infalibiliter, ex negatione auxilij efficacis, tale furtum sequendum foret, vt patet.

11. Argues tertio: cessante in particulari causa gratiæ concessæ, non cessat gratia ipsa: ergo, cessante fine legis in particulari, nõ cessabit etiam ipsa lex. Antecedens probatur primò: nõ irregularis, dispensatus ad Ordinem propter paupertatem propriam, vel propter indigentiam Ministrorum Ecclesiæ, licet postea cesset illa causa, ante susceptos Ordines, nihilominus potest licite ordinari, ex vi illius dispensationis; vt cum Suarío *lib. 6. de legibus cap. 20. num. 15.* tenet Diana hoc loco, *resol. 41.* Secundò; si quis esset dispensatus ex aliqua causa ad non ieiunandum per totam vitam, posset nihilominus, illa cessante causa, illa vti dispensatione; vt recte citatus Diana. Tertio; quia dispensatus similiter ex causa ad esum carniũ, licet talis causa postea cesset, non peccat mortaliter illis vescens, virtute talis dispensationis (imo nec venialiter, iuxta probabilem sententiã, apud Dianam supra, in fine; teste Sallas *disp. 20. sect. 5. num. 65. in fine*: ergo, &c.

12. Respondetur tamen concedendo Antecedens, & satis probabiliter, vt docent Legionensis *lib. 8. de matr. cap. 20. num. 4.* Granados supra *tract. 3. p. 2. disp. 17. sect. 4. num. 36.* Gutierrez *lib. 2. qq. Canoniar. cap. 15. num. 30. & 132. & tract. de matr. cap. 126. nu. 2.* Sallas vbi supra *num. 64. cum seqq.* & antea meus Sã, *verb. gratia, num. 6.* & cum alijs apud citatos, ipse Diana vbi supra, contra Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 30. num. 14.* & alios. Concedo (inquã) hoc, quod etiam verum tenet in dispensatione voti, iuramenti, vel alterius præcepti iuris Diuini; vt recte notat Diana supra, in fine) & nego Consequentiã. Et ratio est; primò ad hominem; quia, si posita gratia, cessante adhuc fine eius particulari, non obligat lex; quia non cessat gratia, licet finis legis phisice perseueret; quò magis lex ipsa non obligabit, si eius finis adæquatus cessauerit, vnde cumque hoc proueniat?

Secundò, quia dispensatio est per modum indiuisibilis actus, qui, licet primò fuerit cõditionalis, ex parte causæ finalis, purificata tamen conditione,

in absolutum, perfectumque actum trãsit, vt communiter docent DD. At verò lex se habet per modum cuiusdam diuisibilis ex parte subditorum, & finis, estque per modum habitus; vnde recte valet diuisibiliter cessare, ad modum cessationis finis. Tertio, quia paritas solum probabiliter conuincit; vnde (quia probabilior est sententiã Sanctij vbi supra) quod infertur, solum habet probabilitatem, quam non negamus; est enim oppositum cõmunis DD. sententiã, licet non probabilior. Denique; quia aperta est ratio differentiæ. Nãm fauores sunt ampliandi, sicque ampliantur in gratia permanente, etiam cessante postea fine eius; rigores verò restringendi; quos restringimus, dicendo, cessare legem, cessante fine eius; licet in particulari.

13. Argues quartò; finis intrinsecus, ob quem fornicatio est prohibita, est mala ipsius prolis educatio: ergo; cessante hoc fine in particulari, cessabit etiam fornicationis prohibitio: cessat autem, quando omnia necessaria ad bonam prolis educationẽ parata sunt, & infalibiliter conseruanda: ergo tunc cessabit non fornicandi obligatio. Sed hoc est Hæreticum: ergo, &c. Respondetur tamen; & prius ad hominem sic inductione hac insurgo: ergo si talis finis sic in omnibus cessaret; cessaret etiam in omnibus non fornicandi obligatio, quòd Hæreticum est.

14. Respondebis igitur dicendo, tunc nõ cessare finem intrinsecum talis præcepti, fornicationem prohibentis; nõ finis iste nihil est aliud; quam formale obiectum ipsius actus fornicationis; quæ, cum de se ad malam prolis educationem ordinetur, cessare non potest; argumento à simili deducto ex lege, prohibente delationem armorum de nocte; cuius finis intrinsecus cum sit vitatio rixæ, nullomodo cessat, etiam si arma deferens vadat non rixandi animo; eo quod obiectũ talis delationis armorum sit finis intrinsecus idest rixa, ad quam de se ordinatur deferre arma, vt patet. Hoc respondent pro communi, & contraria sententiã non contemnendi DD. inter quos Franciscus Cornejo *in materia de legibus*, & hoc iddem pro responsione sui argumenti accipere possunt. Quòd hac etiam

inductione probo: ergo quoties obiectum actus prohibiti, vel imperati, secundum se perseverat in actu ipso, non cessabit finis, licet qui actu operatur intentione non nocendi procedat: quod ego intendo.

15. Argues quinto: ex lege prospexit. ff. qui, & à quibus; ubi dicitur, & prohibetur quod mulier adultera manumittat aliquem ex servis suis ad certum tempus; quæ lex iuxta Iuris Consultum expressè obligat ad non manumittendos servos domi tunc non existentes, licet quoad hos cesset omnino finis legis negativæ, hoc est, non posse eos esse testes ad probandum adulterium Dominae suæ, si quidem foris erant: ergo, &c.

16. Respondetur primò, talem finem prædictæ legis, licet cesset quoad factum reale, formaliter loquendo (si quidem si tales servi foris erant, non poterant, de tali facto formaliter testificari) non cessare tamen quoad antecedentes coniecturas, quas de Domina sua poterant servi, extra domum eius tunc comorantes, habere. Secundo respondeo, finem legis in prædicto casu, etiam esse privare talem Dominam, ob adulterium, libertate manumittendi servos quoscumque; qui finis non cessat, ut patet. Tertio dico, talem legem pro foro fori procedere; non verò pro foro conscientiarum, ut patet etiam. Denique dico, talem legem adversari præcepto fraternæ correctionis; de quo supra dixi, cessare in omnium sententia, cessante fine eius adæquato, licet tantum negativæ.

17. Argues tandem, ergo cessante fine adæquato, per Trid. *ses. 24. cap. 1. de matrimonio*, intento, circa celebrationem matrimonij coram Parrocho, & testibus, poterit quis absque Parrocho, & testibus contrahere: sed hoc videtur absurdum: ergo, &c. Respondetur tamen; Et in primis Dominicus Soto in *4. dist. 22. q. 1. art. 2.* & Iacobus Grassis *lib. 2. decis. aurear. cap. 86.* quos probabiliter implicite referunt Legionensis *lib. 5. de consensu clandest. cap. 6. num. 3.* & Malderus 2.2. affirmant, valere matrimonium clandestinum in 4. seqq. casibus: primò, quando virgo est sub tutela iniqui Tutoris, & clandestine contrahit, ne Tutor eam traddat virò ignobili. Secundo, quando quis læthariter

vulneratus, secum defert feminam concubinam, & cum illa contrahit clandestine, ut filios legitimos reddat, & faciliorem viam parat ad salutem; quia copia Parrochi, & testium haberi non potest. Tertio, si concubinarum, iter facientes, vel alia ratione, comprehensam, si in pericula ob concubinarum incidere, subito matrimonium secreto contraherent, ut esse coniuges affirmarent. Quarto, si aliqui, quibus maxime expediret nubere, & valde metuerent illo tempore impediendos esse, ne possint contrahere, tunc secreto in matrimonium consentirent, animo postea publicandi: hæc citati DD. Qui videntur loqui ex præsumpta Pontificis voluntate; non vero ratione finis cessantis; licet possit dici, ideo adesse Pontificis interpretatiivam voluntatem, quia videtur, finem à Tridentino intentum cessare. Sed quia hoc durum videtur, & in falsa de cessatione finis probatione fundatum. Ideo.

18. Ad argutum respondeo, primò consequenter ad dicta; dicendo, in nullo ex prædictis casibus talia inconuenientia cessare; quia non cessat libertas in talibus contrahentibus; adhuc in casu mortis, possunt enim vivere. Cumque ex alia parte remaneat obiectum formale, per Trid. prohibitum, scilicet *Clandestine contrahere*, ex quo per se inconuenientia illa sequi possunt, ut diximus in solutione ad 3. argum. Ideo non cessat Trident. decretum, quia non cessat eius adæquatus finis. Sic Thomas Sánchez *lib. 3. de consensu clandestino, disp. 17. num. 4. pag. mihi 245. col. 2. in solutione ad 4. argum.* qui ibi rectè probat, alio ex capite non cessare rationem adæquatam talis decreti. Probaturque hoc ex verbis eius, ibi: *Cum Sancta Synodus gravia peccata perpendat, quæ ex clandestinis coniugijs ortum habent, præsertim verò eorum, &c.* In quibus verbis, particula *præsertim* (quæ est implicatiua) explicat casum certiorum, & relinquit minus certum inconueniens, à Tridentino notum, & si ibi non explicatum. Ob quod, defectu eius notitiæ, non potest per accidens cessare finis in totum; ac proinde nequit non obligare talis lex.

19. Secundo respondet ipse Sanchez, & ex eo Legionensis, ubi supra quod in hoc, & similibus casibus, nihil operetur ratio finis cessantis. Etenim dicunt (re-

Et sane, satisque acute) quod, quia in tali casu adest decretum irritans, & non solum simplex præceptum, vel obligatio; ideo, & si a peccato possent tales excusari, nequeunt tamen valide contrahere, ob defectum alicuius substantialis, tanquam formæ. Et licet in extrema necessitate possit quilibet Sacerdos ministrare abolutionem Sacramentalem, Eucharistiam, & extremam Vnctionem: ideo est, quia in talibus est concessa talis facultas, vel expressè, vel implicite, ob necessitatem, vel conducen-
tiam ad salutem animæ. Præterquam-
quod in extrema Vnctione, & Eucharistia administratione, nullum est irritans decretum, sed simplex prohibitio. In administratione autem Sacramenti pœnitentiæ (quod ratione deficientis iurisdictionis poterat annullari) expressè a iure talis conceditur iurisdic-
tio; ut patet. Et per hoc ad argumētum. Ergo verum tenet, cessare legem, cessante eius adæquato fine, etiam in particu-
lari. In cuius veritatis gratia.

Ex hoc cõstat, non cessare finē in particulari in præceptis superiorum. Nam omnia eorum præcepta, habent pro fine Regularem perfectionem. Et specialius loquendo de præceptis non ingrediendi, v.g. celulas fratrum; idem euidenter dicendum colligitur. Immo nec cessat in tali præcepto finis intrinsecus; seu objectum formale talis præcepti. Etenim ingredi celulas alienas, de se est contra pacem, & ius naturale, si sine Domini voluntate fiat. Quod euidenter constat ex eo, quod ingredi domum alienam absque licentia Domini nõ sit modis receptum in tantum, ut sit contra naturale vniuscuiusque ius, quod in domum suam habet. Ergo idem dicendum est de ingressu Religio si in celulam alienam absque Domini facultate: atqui Dominus est tota cõmunitas, Prælati sunt administratores; ergo de huius licentia fieri debet ingressus, ut finis cesset. Magna ergo est temeritas quorundam, asserentium, cessare finem talium præceptorum: ergo, &c.

20 Infero secundo validum fore, etiam Ecclesiastico iure, matrimonium potentis cum impotente celebratum ad caste viuendum. Sic cum alijs, & ipse præ omnibus, Legionensis lib. 7. de ma-

trim. à cap. 56. vsque ad 59. inclusive. Et ratio est, quia validum existit matrimonium, solummodo contractum ad finem copulæ conjugalis; quæ est coniunctio animorum; iuxta illa verba, in diffinitione matrimonij posita; scilicet, *individuum vite consuetudinem retinens.* Quod patet in matrimonio B. V. M. cū castissimo Ioseph: Vnde cessante copulâ carnali, quæ est finis totalis, intrinsecus, omnique iure inter tales prohibitus, cessat & ipsa lex. Ex quò videtur inferri, posse hoc modo inter Fratres matrimonium contrahi: quòd, spectato solo iure naturæ; concedit Basilius. Iure vero Ecclesiastico, casu, quò factum daretur, sic probò, non approbās, sed arguēs, arguendi tãtum grãtia: nam Ecclesiasticum ius ideo prohibet inter tales matrimonium, ne, scilicet irreverenter proprius tractetur sanguis: atqui hoc cessat, ut suppono: ergo, &c. Sequitur etiam, quod si in prædictis casibus coniux se alteri commiseret, adulterium non patraret, nisi de servanda fide quoad torum, pactum fuerit, vel tacite, vel expressè. Hanc illationem implicite approbat Legionensis supra cap. 59. num. 4. Sed nihil horum admitto.

TERTIA CONCLUSIO

21 **Q**UANDO finis legis inadæquatus, vel extrinsecus, vel intrinsecus, cessat solum negativè, nullomodo cessat lex ipsa in casu particulari, de quo loquimur. Conclusionem istam Iudico amplectere omnes DD. Nam qui dicunt cessare legem in particulari, cessante fine eius etiam in particulari, loquuntur expressè de fine adæquato; ut supra vidimus. In fine autem adæquato, & clauditur extrinsecus finis, & etiã intrinsecus. Exemplum est manifestum, manifesteque nostram conclusionem probans, in præcepto illo veteri circumcisionis; quòd pro fine extrinsecò habebat separationem, & distinctionē populi Israelitici à Gentilitate; & pro intrinsecò fine, ablationem originalis peccati: quòd peccatum licet cessauerit in Præcuratore Domini, non tamen cessavit lex, illum obligans ad circumcisionem. Quòd si, cessante fine intrinsecò,

verum est; multo magis erit, si solum cessauerit finis extrinsecus; quo casu dicitur, finem cessare per accidens, non per se, vt alij explicant.

22 Ex his infero, quam stulte, sicut facile, aliqui ad suam voluptatem somnēt, cessare finem præceptorum, à Prælati, & à re ipsa præcepta intentum. Nam licet in partem, aliquando cesset; difficile tamen est, cessare in totum. Præcipuè quia plures sūt Prælatorum fines, & etiā rei præcepta; nec omnes expressi requiruntur, vt patet, & supra diximus de decreto Trid. in solutione prima ad vltimum argumentum. Hoc dico, vt non temere procedant, sola inadæquata cessatione finis contenti, existimantes esse adæquatam. Sicut falso existimauit quidam, in sequenti illatione referendum.

23 Igitur deceptus sic fuit Andreas ab Axea, supra, in secunda conclusione relatus, dum ex illa intulit legentes libros Hæreticorum, securosque quod non accipiant ex eorum lectura nocumētum, non incurri in censuras, talibus impostas. Quia, cessante fine (inquit ille) in particulari, cessat etiā lex. Sed deceptus fuit (vt dixi) in falsa intelligentia de cessatione finis adæquati in tali casu. Quod probo ex responsione DD. Inquisitorum mihi in particulari casu, & simili cōsulto, data. Itaque dixerūt mihi, prohibitionem legēdi libros hæreticorum, habere pro fine intrinseco, periculum incidendi in errorem; pro fine verò extrinseco, ne honorentur talium librorum Authores, per lecturam illorum, à personis Catholicis. Vnde cum iste finis non cesset, quem ignorauit Andreas ab Axea, nec lex ipsa cessat; proindeque nec poenæ ipsius. Imo nec finis intrinsecus cessat, vt multi dicunt; quia talis lectura de se est erroris inductiua. Quod autem talis finis extrinsecus per legem prædictam intendatur, restatur etiam Diana 6. part. tract. 6. Miscellan. resol. 49. cui in hoc præcipuè fides est adhibenda, cum & ipse de Ministris sit Sanctissimi Tribunalis. Non tamen comprehenduntur in hoc decreto, Magistri, & DD. qui ad prædictos errores refutandos, illos perlegerint; vt patet. Ex hoc deduco, quod supra deduxi, scilicet, plures falli in explicatione cessationis finis; vt ex hoc discant lectores, &

per illos cæteri, quam cante in hæc materia procedere debeant. Nam qui contra fecerint, quomodo propitiā habebunt Diuinā misericordiam ad frequentissimos tentationum casus, si eius leges, nulla stante necessitate, tam singulariter, & tam temere explicare non desinunt, & hæc de hac quæstione sint satis

Quæstio secunda: an lex desinat obligare ratione impossibilitatis, inutilitatis, aut indifferentiæ materiæ, aut quia materia est maioris boni impeditiua.

1 SIT affirmatiua conclusio, quam Somnes debent admittere, ea ratione, quod ad impossibile nemo tenetur: quod leges ad communem tendant utilitatem ex sui natura; à qua deficerent, si præciperent inutilia; quod idem dicendum, si materia, adhuc post legem latam, indifferens maneat. Nam leges bonos mores intendunt, siue respectu animæ, siue Reipublicæ, idest, bonos mores polyticos; & tandem, quia iniquum est, legem maioris boni impeditiuam statuere. Sancta enim libertas ad profectum fons est omnibus communis, cui communicat Charitas. Vnde, & vinculum professionis in Religione, quæ seruet Regulam (quia alias non esset professio) non impedit profectum ad perfectiorem Ordinem transvolare, vel absque licentia secundum quosdam, vel ea ob obedientiæ bonum petita, & si non obtenta. Et omitto particularia decreta, tam nostræ, quam aliarum Religionum, à Pontificibus concessa; quibus standum est.

2 Hæc conclusio, sic in genere prolata, certa videtur; ac proinde iudicabunt omnes illam nihil nouum, & speciale continere, vnde nomen sellestræ, & singularis quæstionis mereatur accipere. Hoc tamen non obstante, si ad speciem contrahatur, magnam quam plurimis, & valde doctis, ingeret difficultatem. Et licet in principijs genericis, & specificis, seu communibus, nihil sub

sole sit nouum, in aliquibus tamen, ex prædictis principijs inferendis, aliqua, imò & multa noua esse valent. Ergo, claritatis gratia, & ne res hæc in sola Theorica remaneat, practicemus illam, eam ad difficilem speciem contrahendo: sitque species, sequenti casu contenta.

PROPONITVR CASVS.

3 **Q**UIDAM, in venerem procliujs, votum vouit castitatis, Religionis, vel non nubendi.

Quæritur, an votum (quod ad instar legis factum censetur) teneat in præsentibus? vel ita sit nullum, vt possit ille absque vlla dispensatione matrimonium contrahere?

CASVS, ET QVAESTIONIS RESOLVTIO.

4 **P**RO patre, excusante præfatũ à tali voto, faciunt, quæ sequuntur, rationes. Prima est; nã votũ, maioris boni impeditiuum nullũ est, vt patet: atqui tale votũ est in præfato vouente impeditiuũ maioris boni: ergo nullum. Probatur Minor: nam salubrius est præfato cõtrahere, quàm votũ, sæpius illud frangẽdo, retinere; iuxta illud Apostoli: *melius est nubere, quam vri*: ergo.

5 Secunda ratio est: nam votũ de materia inutili nullum est: atqui seruare castitatem; ingredi Religionem; vel non nubere; ita est præfato vouenti inutile, vt potius in ipsius animæ detrimentum maximum redundet, vt ex facto, ob fragilitatem, suppono: ergo, &c.

6 Tertia tandem ratio sic se habet: votum de materia impossibili à ratione deficit voti in omnium sententia: atqui talis voti obseruatio est præfato vouenti moraliter impossibilis: ergo deficit votũ

7 Sed contra hanc tertiam rationem dices: impossibile est, omnia Decalogi præcepta collectiue seruare, vel omnia collectiue mortalia vitare peccata, absque speciali Dei gratia, vt dicitur tractatu de gratia: atqui nihilominus omnes Diuina lege astringuntur: ergo iam datur lex obligans, quia eius in totum obseruatio sit possibilis.

Respondetur tamen, possibilitate seruandi omnia Decalogi præcepta esse duplicem; aliam phisicam, & moralem

aliam. Fateor ergo impossibilitatem moralem; nego tamẽ phisicã. Nam, vt in eadem materia de gratia dicitur, ad seruanda imputabiliter omnia Decalogi præcepta, necessaria est phisica possibilitas, quæ in omnibus reperitur; non autem requiritur possibilitas moralis, sicut in voto, quod instar Ecclesiasticę legis, humano modo, (& ideo morali) imponitur, factũ censetur. Cumque lex Diuina, & Naturalis ipsam secundum se naturam inspiciat, cui imponitur; consequenter illam respicit, quoad sua intrinseca potẽrẽ. Et cũ ipsa natura, phisice libera, ac proinde potẽs phisice supponatur, sic vis legis Diuinae, & Naturalis tali phisica possibilitate, & potentia naturæ, contenta est. Ad votum autem moralis requiritur possibilitas, vt patet. Ex quo non pauci Authores dixerunt, votum de vitandis omnibus mortalibus collectiue, non esse validum. Per quod patet ad replicam.

8 Confirmatur primò, pars supra posita, excusansque præfatũ vouentẽ à tali voto: nam probabilis est sententia, affirmans, vouentem, vel iurantem aliquid seruare, liberari ab obligatione voti, vel iuramenti, per aduentum illius rei, quæ si à principio accidisset, aut ouens illam sciuisset, nõ voueret, vel non iuraret. Sic Doct. Sanctus in 4. dist. 38. q. 1. art. 3. *quæstio. 1. ad 1.* Henriq. lib. 12. de matr. c. 4. in fine. Silu. verb. *votũ 2. q. 1. & verb. iuramentum 3. q. 1. particula 3. in fine; & verb. pactum, q. 4. in fine*, vbi Tabiena q. 2. nu. 3. Fumus n. 3. Medina C. de ieiunio, q. 7. l. ad 4. Angelus verb. *pactum, n. 4. & verb. votũ 3. in fine principij.* Angles in floribus 2. p. q. unica de voto ar. 2. diff. 3. concl. 5. Maior in 4. Carthusianus, Archidiaconus cap. *Qui bona, 17. q. 1. n. 4.* & Abbas, quos post Sanctum, & alios, nouiter refert, sequiturque Fagundez lib. 2. Decalogi, c. 31. n. 1. licet ille hanc interpretetur sententiã, sicut facit Sanch. lib. 4. Sum. c. 2. nu. 23. cũ antecedenti. Tunc sic; sed, si præfatus, prædicto in casu vouens, sciret, se ita in sacrilegos carnis lapsus fore lapsurum, certe non voueret: ergo, &c.

9 Confirmatur secundo: nam nullus negabit, fore in tali casu melius saluti animæ præfati vouentis matrimonium contrahere, quàm à tali contractu abstinere: (votum enim contrahendi in simili casu validum est, vt non pauci affirmant) sed potest quis, iuxta valde probabilem sententiam, votum in melius au-

thoritate propria commutare: (vnde secundum Viualdum, & alios apud Sā, verb. *Episcopus*, nu. 2. quod & ipse admittit, & Rortiz, probabiliterque dicit Henricus apud Dianam infra) & habens votum Religionis potest illud propria autoritate commutare in statum Episcopatus, qui perfectior est status Religionis; non solum, quia supponit hominem perfectiorem, & Deo gratiorem, ut aiunt Lesius, Fagundeusque; quos sequitur Diana 6. p. tract. 6. *Miscell. resol.* 62. sed absolute, ut ait Viualdus, & alij probabiliter: ergo & poterit praefatus, de quo in casu, praedictum votum, casu; quo teneat, in contractum matrimonij commutare; sicque contrahendo, à voto excusari.

10 Sed proprius confirmatur tertio ex Doctif. Legionensi, cuius verbis sic subscribitur: *Basilius Legionensis lib. 4. de matr. c. 20. n. 12.* sic habet: *Sexto etiam colligitur, quomodo sit philosophandum in votis. In illis enim attendendum est, quae sit substantia, vel substantialis circumstantia illius voti in singulari, licet accidentaria sit rationi communi in illa materia. nam ex vouentis intentione tantum confurgit obligatio.* Hæc Basilius, qui, paulo intra, hoc exemplificans, sic ait: *Similiter, si aliquis voueat opus, existimans esse facile, si reuera maior difficultas sit, quæ alicuius momenti, & consideratione digna censeatur, aliter quam ipse cogitabat, liber est à voto. Quia actio illa vouendi versatur circa illa singularia, quæ reuera aliter se habent, quam vouens existimabat. Item, si quis vouit ingredi Religionem aliquam, eamque non nimis asperam esse credebat; si nimis aspera sit, non tenetur voto in eam Religionem ingredi; neque in aliam, cum de alia votum non emisisset. Item, qui vouit Religionem Carthusianorum, existimans esse usum carnum in cibis, nulla eius voti obligatio est: nam licet statui, ac voto Religionis accidentaria sit ea asperitas maior, vel minor; at tamen cum hac actio circa singularia versetur cum suis circumstantijs, error ille pertinet ad substantiam huius voti.* Sic Legionensis.

Quod idem sequenti cap. n. 9. loquens de voto etiam professionis, sic ait: *Tantum enim attendendum est id, cui inicitur, cum promittit, quod ad conscientiam attinet. Quare si quis Religionem ingreditur, existimans sibi non competere Maioratum, aut non habere hereditatem, & de viueret, alias expresse non facturus, his rebus aliter se habentibus, professio coram Deo nulla est. Imò & existimo, audiendum ab Ecclesia, si de errore legitime constaret, & deli-*

cer, ex illius verbis, colloquijs, ac protestationibus, vel alijs, quibus animi suum significasset ante professionem, & reclamaret conuenienti tempore, scilicet, intra quinquennium, iuxta Tridentinum; aut restitutionem impetraret à Pontifice. Hæc ille. Et nu. 10. sic habet: *Hinc tertio constat, quid dicendum sit quando error est causa impulsiva, siue finalis, in votis. Si enim expresse nitatur intentio vouentis non tantum causa finali voti, quæ pertinet ad substantiam actus, sed etiam causa impulsiva, ita ut, ea non existente, nollet reuera, non existente etiam impulsiva causa, in foro animæ nullum votum est: licet forsan in foro externo aliter presumatur: atque ea sortasse est causa decisiva in c. Magna, de voto, in principio & sine, ibi: Ad hanc autem indulgentiam. Sic Legionensis. Ex quo in prima exemplifica tunc, primo loco adducta (scilicet, si aliquis voueat opus, existimans esse facile, si reuera maior difficultas sit, quæ alicuius momenti, & consideratione digna censeatur, aliter quam ipse cogitabat, liber est à voto, &c.) iudicandum videtur, praefatum, de quo in casu, à voto liberum manere. Qui, & si antecedens in venerit procliuitas, ab illo cognita, ad excusandum illum a tali voto potius obstat, quam iuuat, at consequens, inopinataque respectu eius, inclinatio, quæ per votum auferenda esse cogitabat, videtur ei, iuxta Legionensis sententiam, fauere, ut votum sit nullum.*

11 Propter hæc argumenta, ad casum presentem fatetur Doctif. Sanchez, lib. 4. sum. c. 8. nu. 10. speculatiue persuadere intentum; practice tamen (inquit tunc Doctor) se non audere talem a voto excusare, siue talis impossibilitas antecedit, siue superueniat. Ergo ad minus, Sanchez partem hanc speculatiue tertio citato loco existimat; quod non fecit lib. 7. de matr. disp. 11. n. 3 & 9. vbi eadem apponit argumenta. Si ergo speculatiue eni fere certum; Scio Sactium Abulensem in selectis, disp. 54. n. 11. asserere, opinionem, speculatiue probabilem, etiam practice probabilem fore; & si Diana 2. p. tract. 13. resol. 12. de hoc dubitet, aliorum iudicio rem, ut aliolet, reliquens. Imò de hac re interrogatus praefatus Abulensis, sic affirmatiue se respondisse, testatur.

12 Sed quia Doctif. Sanchez hoc practice nullatenus iudicat admittendum, addens supra numer. 10. nullum fore Authorem auctum hoc in practica consulete; respondet ad omnia supra dicta argumenta ex doctrina Valentia in hunc modum; scilicet, quod vouens, v. g. praefata-

fatus, & potest considerari, vt persona est particularis, & vt est pars totius Ecclesie. Et licet, quoad primam rationem, non inconueniret, prefatam à voto in practica liberare; incongruit tamen quoad secundam, scilicet, vt est pars totius Ecclesie, cui bonum est, vt talia vota irrita non reddantur, nisi per Superiorem. Foret enim occasio, vt quamplurimi absq; verò fundamento à talibus se votis excusarēt. Sic in substantia Thomas Sanchez. Et licet sit Sapientissimi, timoratiq; Doctoris subtilis euasio; videtur tamen adhuc ad negatiuam practicam non conuincēs.

13 Quòd sic probatur; tùm, quia P. de Ledesma in *Sum. 2. p. tract. 10. c. 2. dub. 5. dico 6. pag. mibi, 785.* ait, tale votum esse irritum, & nullum; quòd iddem asseruit Bonacina *tom. 2. disp. 4. q. 2. puncto 1. nu. 26. pag. 217.* Et licet verum sit, hos Authores allere, necessariam esse dispensationem; ipse tamen Sanchez contra Ledesmam, (& consequenter contra Bonacina) de tali dicto miratur; quia, si nullum est votum, ad quid dispensatio? Et licet ad hoc possit dici, prefatos, Ledesmam, & Bonacina, dum dispensationem requirunt, quoad praxim intelligendes esse. Hoc tamen locum non habet; tùm, quia non impugnaret ipse Sanchez ipsum Ledesmam, si quòd ille asserit, assereret & Ledesma. Tùm etiam; quia hoc iddē, & absq; dispensationis necessitate, implicite probat Trullench *lib. 2. Decalogi, c. 2. dub. 5. pag. 452. n. 18.* dum oppositam quasi verius appellat.

Tùm etiam; quia hoc expresse probat Hemobonus de Bonis in *consultation. moralib. volum. 1. c. 2. respons. 28.* teste Diana *4. p. tract. 4. Miscellan. resol. 102.* Ipse tamen Diana oppositum tenet, nullo alio Authore relato, cum omnes fere oppositum teneant. Non vidit tamen Sancti citatis locis, nec Baülium vbi supra, & precipue *lib. 6. de impedimentis cap. 12. n. 2. pag. 458.* pro se iddem, vt certum, supponentem. Ad rem ergo.

14 Tùm etiam; quia, si distinctio illa de persona vouente, in personam particularem, & in personam, vt partem totius Ecclesie, vera esset, teneret etiam locum in casu, quo quis aliquid Deo voueret, vel coactus à latrone, vel aliter, data occasione, ex se votum annullante; quòd falsum est, vt de voto fere omnes admittunt. Quòd si dicatur, hoc esse ve-

rum propter expressa iura, decernentia, talia vota non esse necessario adimplenda. Contra est; tùm, quia ideo iura decernunt, talia vota non esse necessario implenda, quia ex natura rei, vel aliter, nulla supponuntur: ergo, cum prædictum votum ex natura rei nullum supponatur, cur absque vlla dispensatione irritum haberi non debet? Tùm etiam; quia quòd impleri, & seruari debeat, quid penale est; ergo absque expresso iure nequit sic vouens ad id obligari: atqui nullum est expressum ius tale: ergo, &c.

Tùm etiam; quia maior est, secundum communem sententiam, vel, saltem, communiorem iuramenti obligatio, ratione Diuini numinis, in testem adducti quam voti obligatio: atqui (vt supra *tract. de re-sistur. dixi*) adhuc illa iuramenti cessat obligatio, non obstante illa distinctione personæ iurantis, in personam singularē, & in personam, vt partem totius Ecclesie: ergo, &c. Tùm denique; quia etiam ille, in quo adæquatus finis legis cessat, potest considerari, vt particularis quidam, & vt est membrum totius communitatis, cui distributiue lex imponitur: atqui, hoc non obstante, cessat respectu eius (vt questione antecedenti diximus) ipsa lex: ergo, &c.

Quòd si dicas, per cessationem finis adæquati, esse illum talem pro tunc à Communitate, legi obligata, exclusum. Cur dici non potest, prefatum vouentē in casu posito esse etiam per moralem impossibilitatem, per inutilitatē, & per impeditionem maioris boni, quoad voti obligationem, à Communitate Ecclesie tunc exclusum? Ergo Doctissimi Sancti solutio conuincere non videtur.

15 Nec ratio, quā adducit Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 4. c. 19. n. 9.* aliquid conuincit. Ait enim, impossibilitatem illā non irritare tale votum; quia non est impossibilitas, absq; culpa proueniens; siquid ē, adhuc illa posita, in vouentis stat libertate non peccare. Hæc (inquam) ratio non conuincit. Quia (vt alij dicunt) Virgo, quæ ob mortis periculum stuprationi cōsentit, non censetur circumstantiā stupri incurrere, & si contra naturale, & Diuinum delinquat præceptum, quòd phisice poterat obseruare: ergo sicut ibi moralis ob metum mortis veluti impossibilitas à circumstantia excusat stupri, sic, & in nostro casu, moralis votum ser-

uandi impossibilitas excusabit à voto.

Tùm etiam; quia, qui arma ad præliandum contra Christianos, à mauris coactus, apprehendit; non peccat peccato inobedientiæ contra Ecclesiam, & censuram ab Ecclesia talibus impostam, licet in eius sit voluntate non præliare; vt probabilior Doctõrum sententia tenet. Sic similiter, qui metu graui in materia graui sacrilegium, ex communicationi annexum, patret, ab illa vtique excusaretur, licet non à peccato sacrilegij, vel fornicationis, &c. quia sunt prohibita iure Diuino negatiuo, vel etiam naturali. Cumque votum, quoad possibilitatem materiæ eius, sit ad instar humanæ legis factum, idem de illõ nostro in casu dicendum erit.

16 Quod si ad hoc dicās, metum mortis, vel aliās grauem ab his prædictis excusare, non verò difficultatem illam in implenda voti obligatione. Videtur responderi posse, hoc voluntariè esse dictũ. Quia (vt dixi) votum est ad instar Ecclesiastici præcepti factũ; ac proinde ad huc modũ cessare debet. Sicut ergo, quando grauis est moralis necessitas, cessat Ecclesiastici præcepti obligatio; cur cessare nõ debet obligatio voti, posita simili (vt supponitur) necessitate? Quod si non; disparitatis ratio postulatur; quæ tamen conuincens difficilis inuentu videtur. Tùm etiam; quia, in imponenda obligatione, stricta faciẽda est interpretatio; leg. *Quid quid astringenda, ff. de verb. oblig. & cap. Ex parte de censibus*; vbi Abbas n. 2. & 4. (probabiliter sequutus a Castro Pallao, & probabiliter etiam, licet implicite, rellatus à Lugo i. p. de princip. Theolog. Moral. q. 16. num. 102.) ait, præsumi vouẽtem semelius quàm possit, grauarẽ; ergo, &c.

17 Tùm etiam; quia insequutus, etiam illicite, inimicũ in die ieiunij, si valde fatigatus inueniatur, non astringitur ieiunio, licet culpabiliter talem defatigationem susceperit. Tũ tandem; quia, qui similiter tali die iter agit, aliàs ad excusandum à ieiunio sufficiens, & hoc, vt cum concubina sua delinquat, excusatur probabiliter à ieiunio; ergo, licet causa impossibilitatis seruandi prædictum votũ, culpabilis fuerit, non obstabit ad hoc, vt præfatus ab illo liber maneat.

Confirmatur hoc ex doctissimo Sanctio lib. 4. Sum. c. 2. n. 44. vbi contra Eman. Rodrig. tom. 2. Sum. c. 98. nu. 2. ait,

cessare obligationem voti, cessate causa finali, ob quam votum fuit factũ, etiam si cesset culpabiliter; quia non te obligat quis ad procurandum, ne finis ille, culpa sua desit; & cum fuisse in mora, ad tollẽ præteritæ negligentia dolorem obligat. Sic etiam Sanchez nu. 27. Quæ videntur non coherere cum supradictis ab ipso. Nã si æqualiter cessat votum ratione impossibilitatis materiæ, ac ratione cessationis finis; si quando finis cessat etiam culpabiliter, cessat & votum; cur quando materia voti, licet culpabiliter, cessat, nõ cessabit & ipsum votum? Accedit etiã Trullench cum Sayro, Toletõ, & alijs, lib. 2. Decalogi cap. 1. dub. 17. n. 22. vbi hæc habet: *Dico octauo: quando euentus reddit iuramenti impletionem impossibilem, aut ita difficilem, vt si id præuidisset, non iurasset, nõ obligat.* Sic ille. Quid ergo dicendum?

18 Ego circa hanc difficultatem, melius quam circa omnes aliàs, velẽ potius aliorum expectare respõsum, quam propriam referre sententiam. Quia tamen in studio sum; & si solutionem propositis præstare rationibus difficilimũ iudicem; ob quod semel, & iterum, me premerunt angustia; tamen, quia sapius a Doctõis. Sactio doctrinam, iudici, iussũ est, quod in hac difficultate ipsius etiam insequar timore; dicendo, me non audere præfatum à prædicto voto liberare, quamvis speculatiuè iudicem, efficacis imas esse rationes pro nullitate voti allatas, recte que prædictam quæstionem prædicta in casu appositi specie esse contractam, & applicatam.

Et, quia iustissimũ Sanctij sequor timorem, poteram etiam eius solutionem admittere. Sed quia illa non contemendis vndiq; rationum quatitur telis; dico ad omnia, quod, quãdo Authores, vel vt certum, vel vt probabile dicunt, quod cessate sine, vel causa finali, vel materia; vel impossibilitas adest implendi, etiam culpabiliter, legẽ, loquuntur, & debent intelligi, quando ita hæc omnia, vel singula cessant, vt nulla iam sit potestas talem auferendi impossibilitatem, vel excusantem à lege rationem. Sicut defatigatio ex itinere, aliàs sufficiens ad excusandũ a ieiunio, non cadit sub itinerantis potestate, in ordine ad illam auferendã.

In excusando autẽ ab excõmunicatio ne, ratione metus mortis; dico, plures esse & similes casus, ab Ecclesia approbatos, in-

in quibus ipsa Mater Ecclesia non vult ligare metu mortis coactos. Sicut existimo, non ligari Sacerdotem publicum excommunicatum, metu mortis alium absoluentem, si aliqua via mortis periculum, non absoluendo euitare non potest; de quo iam supra. In casu autem Virginis stupratæ, primo, quoad hoc sequor contrariam sententiam, dicentem, etiam incurrere stupri circumstantiam; quia qui voluntariè operatur ad principale, sic & ad accessorium operari censerur. Et hoc procedit in sententiâ, dicente, Virginem, etiam ad actum consentientem, in specialem incurrere circumstantiam. Ad alios autem similes probabiles, quoad presentem difficultatem oppositas sequor sententias. Sicquæ iudico, salua, &c.

QVAESTIO TERTIA.

An consuetudo præter ius possit extendi de loco ad locum, & de persona ad personam.

1 **I**N hac quæstione sit probabilis conclusio. Consuetudo, quæ est præter ius extenditur de loco ad locum, & de persona ad personam, vbi eadem est ratio, & æquitas. Ratio est; nam stante eadem ratione, & æquitate, conceditur extensio vsus, & præscriptionis. Sic post Iasonem, Parisium, & Bartholum, affirmat Menochius *de retinend. possess. remedio* 5. num. 92. sicque defendit per doctus Saltas *de leg. disput.* 19. sect. 4. numer. 10. quem, & si non sequatur, non tamen improbat, Diana 6. part. tract. 5. resol. 31. quamvis contrarium cum alijs ibi doceat.

2 Ex hac conclusione sequitur, quòd, quando in Ciuitate aliqua non fuerit certa consuetudo; vel statutum, vel lex de re aliqua, attendi possit vicinarum Ciuitatum consuetudo ad iudicium proferendum; iuxta *cap. Cum eo, de cens.* & *cap. Cum olim, de consuetud.* de quo ibi Panormitanus num. 1.

3 Hanc quæstionem non propter se, sed propter, quæ sequitur, replicam hic appono, sola prædicta probabili proba-

tionem contentus, ad videndum, si replica iam apponenda rectè ex illa inferatur. In aliquibus enim inferendis ex probabilibus alijs principijs nõ pauci decepti sunt. Igitur dices sic: consuetudine introductum est in aliquibus Religionibus (quæ, quatum ad hoc, Ciuitatis, imò & Prouinciæ, retinent vices) vt professi, qui non sunt in Sacris, non teneantur ad Diuinum Officium: atqui consuetudo hæc non est contra ius: ergo aliarum Religionum professi possunt illi conformari.

Respondetur tamen, & clarè, distinguendo Minorem: scilicet; *Atqui consuetudo hæc non est contra ius:* distingo, non est contra ius generale, omnes comprehendens professos; concedo Minorem: non est contra ius speciale, comprehendens reliquos professos, præter eos, qui tali excusantur consuetudine; nego Minorem. Nam ij tenentur consuetudine: ergo & iure. Patet Consequentia: nam consuetudo ius quodam est.

4 Sed rursus contra dicta, in fauoremque professorum insurgit Bordonus *in consil. Regular. resol.* 30. num. 3. vt refert Diana 6. p. tract. 8. *Miscellan. resol.* 12. dicens, hanc consuetudinem, cum sit quid facti, non inducere obligationem legis, nisi per actus publicos, & manifestos sit introducta; cumque officium extra chorum occultè dicatur, sic, &c. sicque Bordonus. Cui videntur annuere ea, quæ ex Pasqualigo, ibi refert Diana, 6. *Cuius sententia.*

5 Sed miror tantum virum hoc asserere. Primò; quia, quòd consuetudo sit quid facti, solum dicitur propriè de immemoriali consuetudine, vt, cum Suario *de leg. lib.* 7. cap. 20. num. 17. tenet Hieronym. Rodriguez *in Compendio qq. Regular. resol.* 34. num. 4. ad probandum, talem consuetudinem, vt quid facti specialiter, non tolli per clausulam generalem cum dictione vniuersali; scilicet, cum derogatione consuetudinum. Quòd mihi probatur; quòdque & alij alijs rationibus probant. Cum ergo prædicta consuetudo, vt aliqui professi non recitent, non sit immemorialis non potest esse quid facti; ac proinde deficit Bordoni fundamentum. Sed cõtra: cū consuetudo recitandi, in aliquibus professis sit immemorialis, & per hoc videatur esse quid facti; videtur etiã te-

neri Bordonii dictum. Eapropter dixi, ipsum non aduertenter fuisse loquutum; cum in aliquibus Religionibus consuetudo recitandi sit immemorialis, & consequenter quid facti; in alijs vero, non; & per consequens, non quid facti. Quapropter, non esse ad rem, quod contuetudo sit quid facti, vel non, sic ex inconuenienti ostendo.

6 Secundo; quia si Clerici, sacris insigniti, & Beneficij ex sola consuetudine, probabiliter, ad recitandum Diuinum astringerentur officium, & consuetudo hæc esset immemorialis, ac proinde quid facti, sequeretur in sententia Bordonii, eos, extra chorum non recitantes, mortaliter non peccare; quod nullus ausus est dicere, nec ipse audebit Bordonus. Sequellam probō; quia Clerici, Saceris instituti, tam Beneficij, quam nō, extra chorum communiter recitantes, priuatim, & in occulto recitant, & non publicè, & manifestè: sed per occultos actus (nam in principio, sicut & modo, fere omnes fuerunt occulsi) nequit, in sententia Bordonii, introduci consuetudo, vim legis habēs, grauitèr saltem obligant; ergo idem de his Clericis dicendum erit.

7 Neque obstat, dicere, quod, qui Beneficia habent, restituere teneantur, si non recitent. Nam; (& prius; ergo qui solius patrimonij titulo sunt ordinati, cum nihil restituere teneantur, non delinquent mortaliter, non recitando; quod similiter nullus dixit; nec cum fundamento dicere potest.) legitur non obstat, quod, qui Beneficia habent, si non recitent, restituere teneantur. Nam poterūt non recitare cum intentione restituendi.

8 Tertio; quia in hoc nostro Regno introducta fuit consuetudo, licentiam præbens intestina uelcendi, per actus, factos non in plateis, nec in locis publicis, sed per actus priuatos, vnius cuiusque scilicet, in domo, mensaque sua; ergo si cut ad excusandum à lege tales sufficiūt actus, sic & sufficient ad legis obligationem inducendam. Et si ad hoc dicas, necessario requiri, quod singulares illæ per sonæ, quæ primo intestina diebus Sabbati uelcī ceperunt, habuerint ad inuicem de similibus factis notitiam, cum animo, vt per facta illa, licet aliàs non publice facta, ius acquirerent: (abstrahē-

do pro nunc, an in primis, qui talia facta ceperunt, necessario requiratur peccatū, vel non?) fateor.

Vndè tamen constat Bordonio, singulares Clericos primò recitantes, vel singulares professos primò recitare incipientes, non habuisse notitiam, ad inuicem, de priuatis recitationibus, cum animo, introducendæ consuetudinis, legem inducentis, apposita etiam Principis notitia, & taciturnitate? Nam professi, qui fidelium bonis communiter sustentantur, & per hoc ad aliquam tenentur pro illis compensationem facere, elegerunt, à Prælati edocti, talem compensationem in specie Diuini Officij adimplere. Et sic consuetudo non fuit introductiua obligationis, vt sic, cum naturali iure tenerentur compensare fidelibus in bonis spiritualibus, quæ temporalia bona, ab illis accipiebant; vt sic, vice versa, verum teneat quod ait Apostolus 1. Corint. 9. vers. 11. scilicet; *Si uos uobis spiritualia seminamus, magnum est si nos carnalia uestra metamus?* de quo etiam Rom. 15. vers. 27. Fuit ergo consuetudo introductiua obligationis in tali specie: hoc est, contrahendo compensationem, aliàs naturali iure debitam, in specie Diuini Officij recitandi; quod manifestum existimo. Ruit ergo in præceptis Bordonii dictum.

9 Nec facit pro eo, quod ait Vazq. in opusculis, tit. de Beneficij, cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 2. circa permutantem, scilicet, Officium de Feria, aut de Sancto, in aliud. Quod posse fieri affirmat, licet consuetudo esset in contrarium. Non (inquam) pro eo facit. Tūm, quia nulla est in contrarium consuetudo, cum potius apud timoratos, & doctos sit oppositum. Tūm etiam, quia Vazquez loquitur expresse de permutatione officij vno in die, quādo ex incuria permutatur. Quando verò ex rationabili causa fit, licet ipse Vazq. tunc admittat, non esse mortale, hoc tamen solum aliquando admittit; non tamen semper, nec pluries; vt ex verbis ipsius manifestè constat. Errauit ergo, & toto cælo, præfatus Bordonus; cui etiam nihil fauent alia, quæ ex Pasqualigo affert citatus Diana, vt apud illum videri potest.

10 Patres ergo Societatis Iesu, qui Sacris non sunt insigniti, & si qui alij, qui consuetudine habent excusari à recitando Officio Diuino, non ideo excusantur,

tur, quia consuetudine consuetudini recitandi derogauerint, sed quia obligatio nem, Naturali iure astringentem, cum alijs rebus compellant, & cum omnimoda dedicatione studio literarum, vt postea securius, & commodius fidelium incumbant vtilitati; hanc compensationem eligentibus ipsius Societatis prudentissimis Prælati.

11 Præcedenstamen conclusio non improbabiler ad sequens contrahitur illarum. Nam ex illa inferitur, quod, si in aliqua Ciuitate adsit consuetudo, de sufficientia minoris numeri testium, quam septem, ad testamentum condendum, possit extendi ad alium locum. Quia talis consuetudo non est proprie, & omnino contra ius. Nam testamentum coram duobus testibus, & Parrocho sustinetur, *cap. Cum esses, & cap. Rellatum, de testamentis*. Imo alij duo testes, pro Parrocho abiente, illius præsentiam suppleant; iuxta graues Doctores, ex quibus Abbas dicto *cap. Cum esses, num. 10.* & ibidem Didacus, *num. 13.* de quo etiam Diana supra, *resol. 30. in fine*, præfatos referens Authores. Nec loquor de testamento ad pias causas; nam hoc, sicut & omnis vltima voluntas, & dispositio ad pias causas, valet sine solemnitate iuris, & sine institutione hæredis; & valet quantum ad legata pia; imò, secundum quosdam, etiam non pia; sufficiuntque in eo duo testes, etiam nõ rogati, etiam feminae, vel scriptura ipsius testatoris. Verba sunt hæc doctissimi Sà, *verb. Testamentum, numer. 4.* Sed de his alibi?

QVÆSTIO QVARTA.

An, & quomodo contrahenda sit, practicã daque, veritas illa, quod scilicet, à lege excusentur, qui in verbis legis aliquomodo non comprehenduntur?

I VERITATEM hanc ad sequentes, pro diuersis materijs, illationes contraho; vt per similitudinem in omnibus alijs procedatur. Igitur infero primo, & satis probabiler, Hæreticum,

quomodolibet occultum, non esse irregularem, quia nulla lex reperitur, quæ circa irregularitatem, illum comprehendat. Probat: nam si aliquod esset ius, maxime textus in *cap. Saluberrimum, & §. Hæretici*; atqui prædicti textus solum procedunt supposita notitia criminis, qualis de Hæretico, quomodolibet occulto, non supponitur ergo, & c. Sic contra Sanchez in *Sum. lib. 2. cap. 25. num. 2.* Bonacinam, Filliucium, Azorium, Coninch, & alios, tenet cum Auila, Henric Reginaldo, Savro, Sà, & alijs, Diana 1. *p. tract. 11. de Bulla Cruciatæ, resol. 114.*

2 Infero secundo, etiam probabiler, Dominos Cardinales se ipsos percutientes, non incurrere in censuram Bullæ Cenzæ. Quod multis probo rationibus. Prima est; quia volenti, & consentienti non fit iniuria, *leg. Nemo presumitur, ff. de reg. iur.* Secunda ratio est; quia quod fauore alicuius inductum est, non debet in ipsius damnum retorqueri, *leg. Nulla iniuris ratio, ff. de legibus*. Tertia ratio est, quia plures ex actionibus prohibitis in Bulla, & similiter in *cap. felicitis, & in Clement. si quis suadente*, nullo modo aptari possunt personæ, iniuriam patienti, sed necessario requirunt causam efficientem extrinsecam; vt, v. g. *capere, carcerare, detinere, hostiliter insequi, à Diocesis, & terris eijcere*; ergo sicut hæc petunt extrinsecam causam, sic & percussio illam debet exigere; ergo se ipsum percutiens minime in verbis prædictæ Bullæ comprehendetur; ergo, & c.

Quarta ratio, & ab inconuenienti, hæc est; quia alias dicendum esset, incurrere in Canon. 9. *de his, qui veniunt ad Sedem Apostolicam*; & in decimum, *de peregrinis, ad urbem accedentibus*, si contra dispositionem Bullæ se percuterent; quod tamen nullus dixit. Quinta ratio est, & a simili; quia Monialis, quæ potionem, aut venæ scissione, abortum intendit, non incurrit in excommunicationem Canonis, *si quis suadente*; vt, ex Caietano, docet Molina *tom. 4. de iust. tract. 3. disp. 51. num. 4.* & ex ipsis Diana 3. *p. tract. 5. Miscellan. resol. 81.* Eo quod talis manus iniectio in se ipsam, sui comparatione, nec violenta, nec iniuriosa, nec contumeliosa sit; nec statui Ecclesiastico etiã. Nam status Ecclesiasticus tunc violentiam, iniuriam, contumeliamque recipit, quando persona, tali gaudens statu, prædicta

sustinet : atqui, quando præfata Mo-
nialis, aut sumendo portionem, aut sibi
venâ sciendendo, abortum procurat, nec
violentiâ, nec iniuriâ, nec contumeliâ
recipit: ergo, &c. Ergo sicut hæc in præ-
dicto Canone non comprehenditur, nec
comprehenduntur Domini Cardinales in
Bulla Cœnæ, se ipsos percutientes.

3 Sexta ratio est: nam Clericus, se
ipsum percutiens, non incurrit etiam in
excommunicationem prædicti Cano-
nis, si quis; vt cum Turriano *de censuris*
lib. 3. disp. 29. dub. 2. & Barbosa *in colle-*
ctaneis tom. 4. p. 2. decreti, causa 17. q. 4. nu.
38. & 39. tenet probabiliter citatus Dia-
na, contra triginta Authores, quos re-
fert, sequiturque Carolus de Grassis, *de*
effectibus Clericatus, effectus 9. num. 82. &
contra tredecim, quos addit ipse Diana
citatus. Ergo, &c.

4 Vltima ratio est; quia in propria
specie illationem positam sustinet Bo-
nacina *tom. 3. disp. 1. q. 12. puncto 3. num. 3.*
in Bulla Cœnæ; quem probabiliter sequi-
tur Diana, vbi supra; & 5. p. tract. 2. *de*
potestat. & privileg. Cardinalium, resol. 84.
vbi ait, hoc probabile asserere Aterium
tom. 1. de censuris, lib. 5. disp. 12. c. 3. dub. 2.
Ergo, &c.

5 Infero tertio, vt probabile etiam,
non incurrere excommunicationem mi-
norem illum, qui absque vilo verbo, ca-
pore detegit, vel asurgit excommunica-
to. Ratio est eadem, in qua prædictæ il-
lationes fundantur, scilicet, quòd iste ta-
lis non comprehendatur in Ecclesiæ pro-
hibitione, quæ tantum de locutione pro-
cedit. Sic Angelus, Antonin. Sotus, &
Maior, quos satis probabiliter sequitur
Vivaldus *in suo Candelabro, p. 2. de excom-*
municatione pag. mihi, 16. col. 1. num. 86.
quòd probabile dicit Nauarrus, dummo-
do apertio capitis non fiat ab animo sa-
lutandi, vt ibi notat Vivaldus.

6 Infero quarto excommunicatos,
matrimonium contrahentes, non pecca-
re præcisse prout contrahentes, & Mini-
stri sunt; cuius ratio est; quia Canones,
quibus vetitur, excommunicatos non
rolleratos administrare Sacramenta, so-
lum de Clerico agunt: atqui sub nomine
Clerici nullo modo comprehenduntur
laici: ergo ideo tales contrahentes, præ-
cisse, vt contrahentes, & Ministri, non
peccant (affirmant Præpositus, ipsumque
referens, sequutusque Diana 5. p. 11. c. 9.

resol. 85. de excommunicatione,) quia sub
prædictis Canonibus non continentur:
ergo, &c.

7 Infero quinto, cum Couarrubias, Vi-
ualdus supra, *pag. 17. num. 92.* licitum es-
se recitare priuatim horas Canonicas cū
excommunicato; quia dicunt, opposi-
tum in iure non contineri, ex eo, quod
per ius solum prohibeatur communica-
tio cum illo, quoad illa, quæ ipsi per ius
prohibentur; quale non est recitare offi-
cium. Sic prædicti Authores. Sed non
ergo: quia, aliàs licitum foret cum illo in
eadem mensa comedere. Etenim ex-
communicatus nullo ex iure prohibitus
est comedere; vt pater. Vnde, sicut per
hoc non est licitum cum excommuni-
cato in eadem mensa comedere, sic li-
citur non erit cum eo recitare, & si per
ius recitare non prohibeatur.

An vero excommunicatus possit tūc
dicere; *Dominus vobiscum*: absque pec-
cato? Affirmatiuè respondendum vide-
tur in prædictorum sententiâ Doctorum.
Nam quando excommunicatus solus re-
citatur, idem docent, contra communem
sententiam, Auila, & Hurtado Mondex.
quos refert Diana supra, *resol. 93.* vbi, ex
communi sententiâ, alios refert, asseren-
tes, & peccare mortaliter, & irregulari-
tatem incurrere. Ij sunt Nauarrus, &
Maior. Sed hoc durum videtur, senten-
tiæ Coraejo, & Mercerij, asserentium,
quòd, ablato scandalo, non peccet mor-
taliter dicendo: *Dominus vobiscum*: sic
etiam ibi refert Diana:

8 Infero sexto, Croulers *in Regulam*
Sancti Francisci, cap. 7. lect. 5. fol. 522. post
Sayrum *de censuris lib. 3. cap. 5. num. 12.*
& Grassium *lib. 4. decis. aurear. cap. 18.*
num. 40. & 41. legentem librum Hære-
tici, hæresim non continentem, non in-
currere in censuram; eo quòd verba le-
gis solum illos comprehendant, qui li-
brum Hæretici, hæresim continentem,
legunt. Circa quòd, ait idem Croulers
supra, *fol. 524.* quòd, vt incurratur cen-
sura, legendo librum hæreticum, requi-
ritur tanta pars libri, quanta, per se sum-
pta, postularur, vt possit libri nomine in-
telligi. Quia sicut Epistola hæretica de-
ficit à ratione libri ad effectum huius in-
currendæ censuræ, ita similis quantitas
libri lecti, vel retenti, (si forte liber esset
mutillus) deficit à ratione quantitatis
sufficiens, iuxta verba legis, ad prædictam
censuram.

Hoc

Hoc dictum assimilatur dicto Palqualigi decif. 335. per totam; vbi (vt refert Diana 6.p.tract.3. Miscellan.refol.8.) ait se non sentire improbable, aliter, in ieiunio Eucharistico dari paruitatem materiz, quod ego non admitto. Rursus, Idem Croufers supra fol. 522. ait, quod si liber hæreticus, vel hæretici, contineat vnum, atque alterum errorem, & isti deleantur, possit tunc sine incurfione ex communicationis legi. Eo quod, iam de letis erroribus, non contineatur in verbis legis, prohibentis legere libros, errorem continentes. Sic refert Diana 6.p.tract.6. Miscellan.refol.55. vbi ab his opinionibus, cauendum esse, recte ait.

9 Circa hoc dico, quod sententia Grassij, Sayri, & Croufers, in principio huius illationis appofita, tolleratur. Id autem, quod addit Croufers supra, fol. 524. scilicet, quod, vt censura, legendo librum hæreticum, incuratur, requiritur tanta pars libri, quanta, per se sumpta, requiritur, vt possit intelligi libri nomine. Hoc (inquam) nõ capio. Est enim, principia communia; literæ textus valde nitendo, ad casus particulares contrahere; in quo sensu tenet illud: *Littera occidit, spiritus autem viuificat.*

Igitur exillimo, non recte dixisse Croufers; quod sic demonstro. Nam, vt, secundum legis verba, lex ipsa declaretur, non sunt excludendi fines intrinseci ipsius legis, per verba signata. Cumque vnus ex finibus prædictæ legis, sit, ne in lectura, hæresim continente, honorentur Authores, quid refert, an maior pars libri, quæ libri nomine potest intelligi, legatur, si reuera legitur liber, vel pars libri, hæresim continens, quæ est materia, per prædictam legem prohibita; vt sententiam Grassij, Sayri, & eiusdem Croufers, à calumnia liberam relinquamus? Aliàs, si viginti essent, & valde magni, alicuius, vel plurium hæreticorum libri, legere quis posset, absque incurfione censuræ, dimidiam fere (imo & dimidiam) partem omnium illorum, idest; cuiuslibet illorum; quod tamen dicendum non est. Attendenda sunt ergo verba legis secundum illorum rationem intrinsecam, propriamque significationem, licet non semper attendatur ad Legislatoris finem.

10 Quapropter à prædicta Croufers sententia abstinendum iudico, sicut &

ab alia ipsiusmet; qui vbi supra, lect. 3. tertij capitis, fol. 498. & lect. 21. fol. 702. vt refert Diana 6.p.tract.6. Miscellan.refol.52. ausus est dicere, Ecclesiam non habere potestatem priuandi simplices Sacerdotes iurisdictione absoluendi directè à mortalibus in omni casu; eo quod, iuxta Tridentinum, talis potestas sit illis in ordinatione à Christo collata. Vndè ait, hodie posse illos valide à mortalibus absolvere. Quare videtur sentire, quod si quis ad illos in omni casu, bona fide ad confitendum accedat, valida sit talis confessio. Et consequenter existimat, textus Canonicos, hoc illis prohibentes simpliciter tantum prohibere, nõ tamen factum irritare.

In hoc (quamvis apparenter illud probet) decipitur tamen; quia aliud est respondere ad verba iuris, aliud vero opinionem statuere, & firmare, quæ in negatione non consistit, sed in ratione probabili positua. Cumque Croufers nullum positiuum afferat fundamentum, (si vera est ipsius verborum rellatio, à Diana vbi supra, adducta) ignoro penitus, quomodo hoc assermet; absque attentione ad communem Ecclesiæ Catholicæ vsum, recipientem prædictos Canonicos textus, pro textibus irritantibus factum, post dictum Darandi in 4. dist. 19. q. 2. sic similiter sentientis? Quod & tribuitur Armacano ante Tridentinum.

11 Temerarium namque est apud omnes, aliquid contra torrentem Doctorum absque solido, & posituo fundamento asserere: ergo non recte procedit tantus vir in suo dicto, sicut & in alijs; quæ & si aliqualem scientiam arguerent, non essent dicenda; nam multa mihi licent, sed non omnia expediunt. Prædicti enim Canones (& si à Christo Sacerdotes in sui ordinatione potestatem ad absoluendum accipiant) ideo irritationem actus non apponunt, quia declaratorie videntur procedere. Declarant namque, nullum Sacerdotem, præter approbatos, &c. absolvere posse à mortalibus: (directè intellige.) Quando autem à iure humano actus irritatio postulatur, fateor, tunc eius omissionem validitatem actus, facti contra legem, arguere. Quando verò actus irritatio à fortiori prouenit iure, sicque communi-ter recipitur ab Authoribus, non est necessaria forma irritans. Cum-

Cumquē absoluēdi potestas, Sacerdotibus à Christo in ordinatione data, sit quāsi in aëtu signato, donec subditi, quoad Sacramentum saltem, illis assignentur, quod per approbationem ipsorum Sacerdotum sufficientiā sit; hinc est, sufficienter esse per Ecclesiam declaratum, illos valide non absoluerē, donec approbationem accipiant, vel Ecclesia Sancta Mater illam videatur præbere, ut in casu communis erroris cum titulo, vel sine illo, ut probabiliter asseritur, vel in articulo, seu periculo mortis, ut communiter, ex defectu alterius Sacerdotis approbati, recipitur, vel, secundum quosdam, etiam si ille sit præsens, velique absoluerē. (Et non loquor de indirecta absolute, quādo, scilicet, de venialibus directe absolunt, & mortalia indirecte absoluta manent, ut in aliquo casu posse fieri suo loco diximus.) Unde non est necessaria expressa forma irritans, quando res sunt per se notæ. Quod si ille dicat, hoc non esse notum; hoc probet; non soluendo argumenta negativè, (& alias prohibito) sed positivè ostendendo, hoc posse fieri. Quod, quia non facit in verbis, à Diana citatis, singularitatis nota dignus videtur. Sicque exillimo.

12 Sicut, & in alio simili, eodem dignus est censura Pasqualigus in *decif. decis. 103, num. 2.* apud Dianam, (qui hæc omnia poterat, vel, illa non apponendo, nec referendo, negativè confutare; vel ea adducta de fallitate convincere) 6. p. *tract. 8. Miscellan. resol. 15.* dicens, Vicarium Superiorum localium, etiam præseunte Superiore, posse sibi extra Religionem eligere Confessorem; eo quod existiment, illum, etiam præseunte Superiore, esse verè Superiorem; quod debebat probare. Nec probatur ex eo, quod subrogatus loco alterius, eisdem fruatur privilegijs, quibus ipse. Quod, & si verū, falsum tamen supponit, scilicet, Vicarium esse acta subrogatum, dum præsens est Superior, quod necessarium erat, ut posset; quidquid etiam tunc neget Bordonus, quem ibi refert Diana; qui hoc prius dixerat 3. p. *tract. 2. resol. 1.* Igitur prædicta falsa omnino existimo. Nec sic philosophandum est de principijs communibus, vel probabilibus; ut sine ratione Croufers neget iurisdictionem in Ecclesia ad irritandas confessiones, factas de mortalibus simplici Sacerdoti; & Pas-

qualigus pro libito iurisdictionem conferat Vicario Superioris localis, ipso etiam Superiore præseunte.

13 Quod si, pro Croufers, dicas, opponasque, Vazquium *tom. 4. in 3. p. 95. art. 1. dub. 6. num. 8.* quem probabiliter refert Diana 5. p. *tract. 9. de excommunicat. resol. 84.* asserentem, Sacerdotem, nominatim excommunicatum, posse valide à venialibus absoluerē; eo quod iurisdictionem habeat, iure Divino illi collatam, quā Ecclesia nequit ab illo auferre. Si (inquam) hoc opponas, nihil convincis. Nam hoc non provenit præcisè à iurisdictione, data simplici Sacerdoti iure Divino, sed ex eo etiam, quod peccata venialia sint materia libera, sub nulloque præcepto, ad illorum confessionem obligante, cadentia.

14 Ut tamen quæstioni huic finem demus, etiam defectu iurisdictionis leges interpretando, attende, amice Lector, ad, quæ in diversis materijs sequuntur, illata. Infertur ergo & probabiliter, excommunicatum ab excommunicato occulto non privari bonis occultis Ecclesiæ, seu fidelium. Eo quod, cum excommunicans illis privatus sit, de illis disponere non valet. (Et omitto sententiam Suarii, & Layman, quos probabiliter sequitur Diana, ubi supra, inmediate citatus, *resolut. ultima*, asserentium, excommunicatum tolleratum non posse aliquem valide etiam excommunicare.) Et licet contraria sententia sit probabilis ut supponitur, in eaque, quoad peccatum civitatis sint Authores; (quorum quidam dicunt, peccare mortaliter, alij venialiter, de quibus etiam citatus Diana *resol. 131.*) in illa tamen sententia procedit posita illatio, iuxta Fillucium, Gordonum, Vazq. Auila, & alios, apud Dianam supra, *resol. 74.* probabiliter asserentes, pro tali iudice, alijsque sic occulte excommunicatis, non licere publice orare, nec sacrificia offerre. Videatur etiam ipse Diana *resol. 117.* ubi alios refert, asserentes, non esse licitum communicare cum excommunicato tollerato, quando ipse non se ingerit; nec est ad hoc paratus.

15 Ex defectu item iurisdictionis in iudice videtur ortum habere, id, quod dicunt Sotus, Silvester, & alij, quos sequi videtur Vivaldus in suo *Candelabro aureo*, p. 2. de *excommunicat. pag. mibi, 19.*

col. 2. in principio, qui dicunt, excommunicationem latam, vt manifestentur etiã furta; titulo compensationis; non ligare illos; qui, cum haberent scripturas, quibus coram Iudice res suas possent recuperare, illas occultè acceperunt, licet in modo peccauerint. Eo quòd nulla sit iurisdictio ad cogendum aliquem res suas manifestare vt furtiuas, cum reuera furtiuæ non sint.

Vndè videtur prædicta lex, seu quasi lex, in falsa præsumptione rei, in se furtiuæ, fundari: cumque omnis præsumptio cesset, vbi de veritate constat; (de qua nunc constare certum est) sic & cessat excommunicatio. Hoc iddem, ablata censure, defendunt Malderus, Valero, & Villalobos, quos sequitur Diana 2. *p. tract. i. 6. & 2. Miscellan. resol. 46.* etiam si compensatio debiti fiat in rebus diuersæ speciei, in foro conscientie: vt, cum P. Nauarra, & Valero, ibi, contra Siluiũ, & alios, aduertit Diana.

Imò, etiam si res, ex qua fit compensatio, sit depositum, vt contra Medinam, Siluestrum, Couarrubias, & alios, tenet Nauarra *lib. 3. cap. 2. num. 389.* Tancerus, Lesius, & alij, quos probabiliter sequitur ibi Diana. Nam res in deposito est privilegiata quoad hoc, solum in foro exteriori. Et tandem, statim potest fieri compensatio, si creditor videat, debitorem non soluturum præfixo in tempore. Ita Tannerus 2. *disp. 4. q. 6. dub. 14. nu. 406.* & ipsium referens, sequiturque; Diana vbi supra in fine. Sed quia de hoc philosophandi modo plura diximus *tractat. de matr. casu ultimo;* & infra, *tract. de monitorijs*, plures, germanasque prædictis duabus, illationes adducam, ab alijs hic superfedeo.

QVAESTIO QUINTA.

An Superiorum præcepta possint sub mortali obligare, & obligent, quando & adsunt verba præceptiua, intentio obligandi, materia grauis, finis, & cetera requisita?

I **C**ONCLUSIO est affirmatiua, & his nostris temporibus, ab om-

nibus, nullo dempto, recepta. Sed quia (vt supra aliquoties dixi) quæ in principijs sunt communia, & omnibus Theorice vera, si ad particularia contrahantur, solent, (& plusquam primâ facie) admirationem causare; & non parum dubitationis etiã alias doctis inferre; quia aliquantulum res, cum non mutantur, videantur mutari; ecce prædictam conclusionem ad valde necessariam, sequenti illatione, materiam contraho. Igitur.

2 Ex illa infero (& mihi sane euidenter) esse deceptos, qui dicunt, præcepta Superiorum, præcipientium aliquid, in Regula contentum, & ex vi Regulæ, sub veniali tantummodo obligans, sicut in aliquibus Religionibus; est abstinentia à carnibus (& excipio Carthusianos, & Minimos, & (si quæ est) Religionem aliam, ex voto ad hoc restrictam) absolute loquendo, non obligari sub mortali. Insanum dictum, & falsum proloquium; de falsitate euidentibus (mihi saltem) rationibus conuincendum; ne tales comprehendat illud sapientis: *Noluit intelligere, vt bene ageret.* Intelligent enim, ne rursus in precipitium illud, Dauidica autoritate firmatum, detrudantur. *Posuerunt (inquit) in caelum os suum; & lingua eorum transiit in terra.* I) namque (si qui sunt; quod non iudico, præcipue de illis, qui scripta sua prælo mandarunt) in Religionis caelum, in ipsius Deificos Prælatos, os suum, in sane, insipienter certe, iterata loquacitate apponunt; ex quo & prouenit, quòd transcat lingua eorum in terra: hoc est; quòd tali dicto, quòd sæpius audiui, (Prohdolor) qui in scientia, sicut terra, humiles sunt, laborent ignorantia.

3 Dicunt ergo tales, non posse Prælatos aliquid supra Regulam præcipere; quòd, postea declarandum, pro nunc gratis admitto. Sed quid inde? Ergo (inquit) non possunt carniæ essum sub mortali prohibere. Sic illi: quorum deceptio luce clarior apparet. Inquiro enim, & rogo; quid nam prohibeat, præcipiat vè Regula? Certè dicent: essum carniæ. Rursus; quid per tale Superioris, vel Religionis præceptum prohibetur? Fatebuntur etiam: essum carniæ. Ergo nihil præcipit Superior quoad hunc articulum, quòd in Regula præceptum non sit. Quare ergo recurrunt ad sententiam,

tiam, asserentem, non posse Prælatos aliquid supra Regulam præcipere? Si enim sententia hæc de materia loquitur præcepti, & hæc tam in Regula, quam in præcepto eadem est; scilicet, abstinencia à carnibus; quid, quæso, ex sententia illa deducunt?

4 Sed dicent, Regulam solum prohibere sub veniali peccato, vel sub nullo præceptum vero, sub mortali. Fateor. Sed hoc propriè loquendo, non est aliquid, supra id, quod præcipit Regula, præceptum; sed eandem rem, maiorem de se tunc postulans obligationem, id est, sub mortali, illam præcipere. Sed rursus instant, dicentes, talè adhuc obligationem esse supra Regulam; proindeque verum tenere citatam sententiam; scilicet, non posse hoc supra Regulam Prælatos iubere. Si enim, ex Regula, sub veniali solum, deducitur obligatio, & ad hoc tantummodo se voto astrinxerunt; vele, eos ad hoc sub mortali astringi, certè est, vele eos supra Regulam obligare.

5 Sed contra; & in primis, qui Maria, v.g. gratis promissit matrimonium, licet in probabili sententia solum sub veniali maneat obligatus, si tamen, re ad iudicium deducta, per iudicem, præcepto, & censura, promissionem implere compellatur, tenebitur sub mortali, saltem ratione scandali, cum Maria matrimonium celebrare; quod nullus negabit: atqui solum præcessit sub veniali obligatio contrahendi; ergo, & si voluntarie se voto sub veniali solum ad hanc seruandam articulum sequis astrinxit; re tamen, publica facti, (imò & forte plurimum factorum) notitia, ad Prælatos iudices deducta, tenebitur, (saltem ratione scandali, à talibus sæpè sæpius temere non præsumpti) Superioris præcepto, sub mortali eum obligante.

6 Rursus: si propter bonum proximi, ne scilicet in peccatum labatur, tenetur quis per hanc, v.g. plateam non transire, cum nulla non transeundi illac præcesserit in eo obligatio; quid dicam de talibus, qui matrem suam, Religionem, sic in hoc vulnerarent, cum antea in ipsis illam non lædendi aliqua præcesserit obligatio? Nonne, hoc iddem non est, ac efficere, vt Religio ipsa à perfectione sua decidat; & in multis alijs rigor tepescat, & obseruantia; Sanctique Spiritus

minuatur feruor? Ipsi sint Iudices.

7 Sed dicent primo, probabilem esse sententiam, asserentem, non teneri quempiam per dictam plateam non transire, quia non tenetur le sua libertate priuare, commoditate illac transeundi se priuando, & si proximus in peccatum labatur; quod per accidens sequitur ex transitu tali, per se verò ex proximi libertate. Secundo; quia peccatum proximi, quod supponitur, debet esse mortale. Nam si veniale tantummodo esset, venialiter tantum delinqueret illac transiens, vt patet. In casu autem Regulæ tantummodo supponitur peccatum, ex veniali solum obligatione descendens.

8 Sed contra primam responsionem sic, meo videri, (imò & videri omnium) euidenter insurgo: nam ideo probabilis est sententia illa, liberans me, v.g. à mortali, transeuntem per talem plateam, quia non teneor me priuare commoditate illac transeundi, vel libertate; ergo, si nulla ibi adesset commoditas, nec libertas moralis, imò si damnum adesset, non possem vtique illac transire; cum tunc interpretatiua adesset in me voluntas de graui proximi mei ruina. Atqui in nostro casu nulla supponitur moralis commoditas, nec libertas carnibus vescendi; cum potius illas edere sit prohibitum, vt supponitur: ergo, ne mater mea, Religio, damnum, quod, maximum, patitur, patiatur, teneor sane (& hoc ablato præcepto) ab esu carnium abstinere. Per quod patet ad secundam responsionem.

9 Sed instabis etiam dicendo, non destrui Regulam quoad hunc articulum, quia nullum de eius fractione scandalum sequitur; cum, qui extra Conuentum, vel in illo, carnibus vescitur, illas edat aliquo infirmitatis titulo, seu colore, vel ita in occulto, vt nullum inde scandalum possit oriri. Sed contra; (& in primis, videtur, quod nollunt intelligere, vt bene agant.) Contra (inquam) sic inquiri: qui ita carnibus vescitur, scit ne, alios, iter agentes, ita caute carnibus vesci, vt nulla inde nota oriatur? Certè respondebit: quid ad me? Ipsi videant.

Admitto responsum, & si non piium. Ergo si diuersarum Religionum Prælati scirent, pluribus plurimum Religiosorum similibus factis, sic quoad hoc probabi ipsam Regulam, nonne ipsis haud incumbit huiusmodi canceri obuiam ire?

Incumbit sane. Rursus : ergo, quia de facto, hoc præcepti vnico remedio (est enim aliud impossibile; cum Prælatus nequeat omnes itinerantes commitari Religiosos, sicut intra domum euigilare valet.) vtuntur Prælati, totaque Religio; certè ipsi, quibus incumbit, sciunt quoad hoc Regulæ suæ stragem, quàm, tam sancte, & salubriter, vitare contendunt.

Et si pro Principe, & Prælato, in casu dubij, stat in omnium sententia præsumptio de legum iustitia, & rectitudine, quis, de alijs non curans, nec pro illis rationem redditurus, audebit dicere, illos non sufficienti ad hoc fundamento duci? Quis temere (non docti sane) proferet, tale præceptum esse de subiecto non supponete? Ergo validum. Ad quid ergo recalcitrant, nisi vt abysso, abyslum inuocante, in profundum ruant?

10 Respondeo ergo ad replicam, num. 3. supra positam; primò, negando, in prædicto casu non adesse graue peccatum, obiectiuè loquendo. Licet enim Regula solum venialem inducat obligationem, secundum se; at ius Naturale, postulans non destrui tale Regulæ capitulum, (ex præcipuis fortè) grauem vtique obligationem inducit; vt patet. Et ob hoc imponitur præceptum. Quòd autem hoc sit ipsis subditis dubium; non obest. Vnde quia illis non incumbit de hoc, sed Prælatis, contrarium certò scientibus, pro quibus certò stat possessio, vt dixi; ideo subditi eorum declarationibus stare tenentur; quòd & concessit Leo X. de quo iam supra.

11 Respondeo secundò; & fateor, Regulam solum ad veniale obligare. Quando ergo inferunt: ergo neque præceptum ad mortale astringer. Dico, falsum esse Consequens. Tùm ex dictis. Tùm etiam, quia sicut vouisti Regulam, sic etiam & decreta, seu constitutiones, tam antecedentes, quàm consequentes, in Capitulis Generalibus, vel Prouinciabus factas; quia quælibet Religio suas habet constitutiones, propriaque decreta, vt patet. Ergo, sicut circa decreta, seu constitutiones potest, iusta de causa, earum aliqua sub graui præcepto imponi; sic & prædictum Regulæ Capitulum; cum non sit maior de vno ratio, quàm de alio.

Rursus; in multis Regulis non continetur, quòd Religiosi non accedant ad Monialium Monasteria ad loquendum: atqui, si de hoc præceptum graue imponatur, iusta de causa, obligaret vtique illud in omnium sententia, vt infra probabo: cur ergo non obligabit etiam sub mortali præceptum de carniū abstinentia? Nam, si, quia non vouisti, vt quid graue, carniū non vesci, vis à graui obligatione præcepti excusari; cur te non excusas à præcepto non accedendi ad Monialium Monasteria ad loquendum cum illis, cum sub nulla ratione ad id astrictus præcelleris? Maius enim, & grauius est, de nulla obligatione ad grauem ex præcepto transire, quàm de leui ad grauem, quando materia est capax, transmeare. Hoc (inquam) euidentis est. Etenim plura sunt in Religionibus statuta, solummodo ad temporalem poenam obligantia, & nihilominus, si Pontifex Summus aliquid de illis obseruari sub graui culpa præciperet, obligaret vtique. Ergo iddem de Prælatorum præcepto dicendum est.

12 Sed dices; quòd, quia leuis tantum per Regulam supponitur abstinenti à carniū obligatio, ideo, vt materia leuis, nequit sub graui cadere obligatione. Nam idè aliqui dicunt (inter quos Vazquez) non posse Superiorem, in re graui ad veniale solum, nec in re leui ad mortale, obligare. Ergo quia leuis in Regula supponitur obligatio, signum est, leuem esse materiam; ac proinde non sub graui obligatione prohiberi.

13 Astuta sane euasio, sed falsa profecto. Et quia sapientis consilium est, stulto respondere, ne sibi sapiens esse videatur; euidentem (amice Lector) ad hoc solutionem audi. Si leuis est materia à carniū abstinentia secundum se: ergo præceptum abstinenti à carniū in Quadragesima, & diebus Veneris, Vigilijs, & Temporibus solum sub veniali obligabit: sed hoc, quàm falsum sit, satis apparet: ergo abstinentia à carniū materia est de se grauis, & sufficiens, vt, accedente lege, obliget sub mortali. Si ergo recurris ad Vazquez, & aliorum sententiam, ad asserendum, non posse Superiorem in re graui ad solum veniale obligare; tu te ipsum iu-

gulas, cum in hac sententia potius ad mortale te condemnes.

Et quia votum ad instar Ecclesiastici præcepti factum censetur, erit etiam obligatorium sub mortali; si materia eius grauis fuerit, sicut & solum sub veniali; quando materia eius leuis sit: atqui est, de se, grauis materia; abstinentia à carnibus: ad quid ergo gloriaris, cum potius responsione tua confundaris? Obligat ergo præceptum, sicut & votum ex intentione Legislatoris, & videntis, supposita sufficiente, & graui materia.

14 Sed dices, te noluisse obligari nisi ad veniale solum. Fateor. Fatearis tamen, te, nolentem, nullatenus ad culpam astringi propter ingressum ad Monasteria Monialium; astringi nihilominus grauius posito Superiorum præcepto, talem ingressum prohibente; & sic non negabis, ratione ductus, te tali abstinentiæ à carnibus præcepto esse grauius astrictum. Vel sinegas; responde.

15 Sed respondebis, negando assumptum; scilicet, præceptum non accedendi ad Monasteria Monialium, ad colloquendum illis, obligare sub mortali. Sed assumptum probo; supponendo in multis Religionibus fieri professionem, tam iuxta Regulam, quam iuxta Constitutiones. Rursus: in aliquibus est constitutio, quod Religiosi non accedant ad Monialium Monasteria modo dicto. Denique in omnibus fere est constitutio, seu statutum, quod Prælati possint, iuxta de causa, præcepta imponere ad mortale obligantia; quod & communis Religionum vsus possidet. Quibus positis sic assumptum probo.

Qui, iuxta Regulam, & prædictas constitutiones professi sunt, ad eas obseruandas voto se astrinxerunt; ergo, sicut, Prælato, aliquid commune præcipienti sub præcepto formali, & in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ (si in scriptis præcipiat, vt cauetur in nostris constitutionibus, nisi Prælati sit de Superioribus dū visitant, quia tunc sufficit ore tenus præcipere) sub mortali teneris obedire, si materia sit grauis; ita similiter in prohibitione essus carniū, ex intentione, & verbis Legislatoris, seu Prælati, per præceptum, sub culpa graui obligantis, astrictus manebis. Posito ergo tali præcepto ad vtriusque obseruantiam sub

mortaliter astricti, illi præsertim, qui iuxta constitutiones, sicut & iuxta Regulam, sunt professi.

Deinde ex vi Regulæ, in Religionibus multis Religiosorum vestimenta omnia debent esse lanea. Demus ergo casum, in quo plures Religiosi tunicis lineis vtantur; ex quo factus talis decreti, vel statuti obseruantia fere funditus euerteretur. In hoc casu, inquiri: Nonne nequeunt Prælati, præcipue in Generali Capitulo, præceptum sub mortali obligans imponere, vt tale Regulæ capitulum obseruetur? Certè omnes fatebuntur posse tunc Prælatos grauius obligare ad obseruationem talis capituli. Atqui, iuxta Regulam non obligabantur antea subditi sub mortali; sed, vel sub veniali tantum, vel sub sola poena: ergo, sicut hic, quoad qualitatem culpæ datur excessus supra Regulam, & nihilominus, quia obseruantia eius hoc postulat, talis excessus, sub præcepto impositus, tenet, vt patet; sic tenebit in casu abstinentiæ à carnibus.

Fateor, huiusmodi præcepta non debere imponi propter quatuor, vel quinque Religiosos, talia Regulæ capitula non obseruantes; quia hoc esset obseruantes alios omnes nimis grauius onerare. De quo vide Moure in *Summa* dum de præceptis agit, fere in fine.

16 Sed respondent cum Vazquez 1. 2. *quest. 95. disp. 154. num. 21.* quem sequitur Thomas Sanchez tom. 3. *Summ. lib. 6. cap. 2. num. 46.* qui dicunt, quod, quando Regula ex se, & primæua sua institutione, non obligat sub culpa, sed ad solam poenam, non possit Superior obligare ad obseruationem illius sub culpa mortali: ex quo corrui argumentum, supra positum, de excommunicatione contra accedentes ad colloquendum Monialibus: ergo non obligat Superioris præceptum modo supradicto. Imò addit citatus Sanchez in fine, se idem credere de obligatione sub culpa veniali; quia hæc etiam excedit Regulæ præscriptum.

17 Fateor, hæc citatos asserere Doctores, sed non hæc solum. Quare, sicut his horū Authorum adhærent dictis, non omittant referre alia ipsorum dicta, priora moderantia verba, & ad casum positum conducentia. In primis ergo aiunt, *Posse Prælatos sic priuatum subditum obligare, quando (vt verbis Sanctij vtar, ad*

exemplum aliorum, & correctionem illius, qui minus parere consuevit, id expedire iudicaret Prelatus. Attendite ergo ad verba alia eiusdem Sanctij, ex sententia Vazq. deducta; quæ sic se habent: *At verò propter vnus, vel duorum culpam non posset totum Conuentum obligare.* Hæc Sanchez.

Ex quibus sic ego: ergo si plures essent conuincti, tunc præceptum impositum omnes alios comprehenderet. Aperta est Consequentia: & hoc in sententia Sanchez, vt patet: atqui nullus Prelatus, si prudenter procedit, simile præceptum imponit ob solam culpam duorum; nec credibile est, Capitulum, siue Generale, siue Prouinciale, ad similia apponenda præcepta, ob particulares casus, qui perfectioni Religionis, vel Prouinciæ non derogent, inclinari: ergo sic apposita censentur prædicta præcepta, vt, ex hac parte, omnia habeant, iuxta Vazq. & Sanctium requisiti: ergo non illis fauent præfati Vazq. & Sanchez.

18. Imò, si illis, id est, subditis, si nobis, (inquam) non constar, an ex culpa duorum, vel plurium, sit impositum præceptum, statuta vè lex, & res respectu nostri est in dubio; videant doctissimum Sallas, de legibus, quæst. 95. tract. 14. sect. 12. pag. 168. num. 59. vbi, prædictam antea tenens sententiam, ait: *Non est autem nostrum indubio indicare de iniustitia, inconuenientia, vel inutilitate legis: sed quoties oppositum non constat, pro Legislatore præsumendum est, & ei obediendum.* Sic Sallas. Quòd idem docet Sanchez supra cap. 3. num. 3. per totum: quia in dubio stat possessio pro Superiore præcipiente, siue dubium sit, an res sit licita, siue illicita: siue sit opinio probabilis; an res ipsa sit licita, nec ne: sic etiam in simili docet idem Sanchez lib. 4. Sum. cap. 2. num. 34. vbi videri potest.

Quòd licet deficiat in voto, vel iuramento de re, in dubio licita, vel illicita, non tamen in præcepto Superioris, cuius munus cum sit subditos gubernare, sic eius præceptum reddit subditos securos, non verò votum, nec iuramentum. Vndè, & Deuteronomij 17. & 2. Paralypomenon, & Ezechielis 34. Filij Israel iussi sunt à Deo, vt in arduis,

& ambignis iudicijs starent: Sacerdotum decreto. Nec præceptum hoc fuit legis veteris peculiare, vt sic cum illa interiret, sed iuris Naturalis, vt eleganter probat idem Sanchez num. citato in 1. & 2. rationibus.

19. Ex hoc corrumpitur primò, quòd ait Sanchez, supra num. 7. scilicet, non teneri subditum obedire Prelato, quando adest probabilis opinio, dicens, in aliquo casu non teneri subditum obedire Superiori; eo quòd tunc non præpoderet possessio certa Superioris. Nam eo ipso, quòd sit probabilis opinio, dicens, subditum non teneri in eo casu obedire Superiori, vocatur indubium possessio superioritatis in subditum, & ideo non supponitur ea possessio, vt præponderet contra libertatem, quam subditus habet. Quòd idem asseruit Sayrus clau. Reg. lib. 1. cap. 12. num. 6. vers. *Illud tamen.*

Et confirmari sic potest: nam quoties dantur opiniones probabiles circa materiam Sacramenti Pœnitentiæ, non solum potest, sed & (iuxta meam sententiam) teneri Confessor absolueri pœnitentem absque conditione, si velit eum absolueri. Quia fiat tunc possessio pro pœnitente, ratione ipsius Sacramenti, in pœnitentis commodum instituti. Sacramentum enim tunc possidet ius, vt Confessor absolutionem præstet; ac proinde idem ius possidet pœnitens ratione ipsius Sacramenti.

Secus verò quando nulla est opinio de certitudine materiæ, sed solum, quòd possit sub conditione absolui pœnitens; vt quando nulla præbuit signa. Tunc enim nequit Confessor sine conditione absolueri; quia nihil ex parte materiæ, in nulla opinione, certum supponitur; per quòd Sacramentum ipsum, proindeque Pœnitens, possessionis habeat ius ad absolutam absolutionem. Et hoc modo explico meum Leandrum, sicque 1. part. intelligendum esse, & ad hoc sufficientissimum præstare fundamentum.

Igitur ex supra dictis num. 17. & 18. corrumpitur hoc, quòd hoc in numero dictum est, contra positam numer. 2. huius quæstionis illationem. Quare totum hoc, quòd ex Sanctio hic adducitur, & ex confirmatione roboratur,

libenter concedo, ratione possessionis, quæ nostro in casu nullatenus apparet.

20 Sed rursus dices, Adrianum quodlibeto 2. puncto 2. quem refert Sanchez supra, cap. 3. numer. 2. & Gabrielem Vazquez 1. 2. quest. 19. artic. 6. disp. 66. cap. 9. à numer. 31. vsque ad finem, (de quo etiam meminit citatus Sanchez) asserere, non posse subditum obedire Prælato, præcipienti rem, de qua dubitat, an sit licita, necne; ergo, &c.

21 Dico tamen, ex hoc nil contra nos deduci. Nam idemmet Vazquez loco citato ait, teneri obedire, quando & practicè, & speculatiue potest dubium deponere; vt ipsum legenti patebit: atqui, licet, iuxta Vazquium, ratione possessionis Prælati non possit subditus dubium deponere, potest tamen vtrumque deponere dubium ratione communissimæ oppositæ sententiæ: ergo parere tunc tenebitur, quod non negat Vazquez, nec Adrianus. Manet ergo nostræ illationis veritas inconcussa; quam ad eum finem hic apposui, nempe scilicet, ita facile, pro voluptate potius, quam pro ratione, interpretentur DD. sententiæ. Si enim nihil difficilius, quam moralia principia ad particulares casus contrahere; quomodo qui parum studio dediti sunt, tam facilem aditum ad talia principia contrahenda in rebus, ipsorum voluptati placentibus, inueniunt? Ego plures, & non ignaros, in hanc Religiosam (ne dicam Catholicam) adduxi veritatem; ipsorum quibusdam mihi fatentibus, se vsque tunc, quamplurimis fuisse conscientiæ stimulis vexatos, & in non paucas spiritus obfæcationes deuenisse. Quod & in plurimis alijs materijs experientia ipsa demonstrat.

22 Sed dices iterum: probabilis est sententia, affirmans, Religiosos non teneri in dubio suis Superioribus obedire. Sic nouiter probabile dicit Castro Pallao tract. 1. disput. 3. puncto 1. numer. 7. & 8. & nouissime implicite approbat Eminentiſsim. Cardin. Lugo in principijs Theolog. Moralibus 1. part. quest. 16. num. 102. Et probatur ex eo, quod Religiosus solum ratione voti sit Prælato subditus: ergo ratione solius voti Prælatus est illi Superior: ergo à volun-

tate vouentis penderet Prælati iurisdictionis: ergo possessio stat pro vouentis voluntate. Tunc sic; sed in dubio melior est possidentis conditio, vt communiter dicitur, etiam extra materiam, iustitiæ; de quo videri potest vterque Sanchez, Primus lib. 2. de matrimon. disp. 41. numer. 33. & lib. 4. Decalogi, cap. 1. numer. 32. Secundus verò in Scllectis, disput. 143. numer. 3. & 4. ergo, &c.

23 Et confirmatur primo: nam actus, ita gestus præsumitur, vt minus, quam fieri possit, sit onerosus; de quo Menoch. plures referens lib. 6. tota præsumptione 9. vt refert citatus Dominus Cardin. Lugo numer. 101. ergo votum non est præsumendum ad obedientiam in casu dubij.

24 Confirmatur secundo: nam in imponenda obligatione stricta est facienda interpretatio; leg. Quidquid astringenda, ff. de verbor. obligat. & cap. Ex parte de censibus; vbi Abbas num. 2. & 4. ait, præsumi, vouentem se, minus quam possit, grauare: ergo.

25 Confirmatur tandem; ex differentia voti, & legis. Quod hæc metienda sit ex iurisdictione Principis, vel Legislatoris; quæ, cum sit certa, contra subditum stare debet; illa verò metienda est iuxta vouentis voluntatem; quæ ad casum dubium extendi non debet, vt dixi: ergo.

26 Hæ sunt rationes, pro illa sententia à citato Domino Cardinali Lugo adductæ; quas ille cum communi sententia soluit dicendo, subditum astringi legi Superioris, & ratione voti, & ratione iurisdictionis, à Pontifice illi collata. Et licet ratione voti probabiliter excusetur, non tamen ratione iurisdictionis. Vnde iuxta hanc solutionem subditus in tali dubio non obediens peccaret contra obedientiam, non tamen sacrilege ratione voti.

26 Sed contra hanc solutionem, & contra me sic arguo: nam ideo Superior iurisdictionem in subditum habet, quia subditus illi per votum subditur: ergo talis iurisdictionis in vouentis voluntate, tanquam in fundamento, & in principali nititur: ergo eo modo, quo principale cessat, cessare debet & accessorium: ergo quia principale in casu dubio probabiliter cessat.

cessat, debet etiam & iurisdicção, quæ accessoria est, probabiliter cessare. Ergo.

27 Ob replicam istam, quæ in illa sententia vim probabilitatis habet, respondeo ad argumentum, eiusque confirmationes, solutione, illatiue ad hominem data, quæ sic se habet: ergo ad casum certum, & certè in voto comprehensum, tenebitur subditus legi Superioris stare: (fatebuntur sane omnes nemine dempto) ergo quia ex Regula, vel constitutionibus, prohibitio vescendi carnibus est certo voto admissa, erit certa subditi obligatio: sed hoc intendimus: ergo, &c.

28 Dicent tamen, talem prohibitionem esse certam sub aliqua culpa, vel pena, non tamen sub mortali; proindeque excusationem à mortali possidere subditum in victu caruium; siquidè quòd sub veniali tantum precipit Regula, hoc Superior, suam excedens iurisdictionè, præcipiat sub mortali; vt videtur tenere Andrianòs quòdlibetò 2. i. p. & 2. Manuel in Sum. tom. 2. verb. obedientia cap. 9. conclus. 2 3 & 4. & de ordine Iudiciali cap. 7. n. 12. Vazq. 1. 2. disp. 66. cap. 9. num. 51. & Salas 1. 2. tract. 8. disp. 1. nu. 52. 157. & 183. quos simpliciter probabiliter refert citatus Lugo q. 12. nu. 76. cum sequenti: ergo, &c.

Sed respondeo primò, prædictos Authores solum loqui, quando præcipit Prælatus res, de quibus subditus dubitat, an sint licitæ; quòd fateor; & videri potest apud ipsos, & citatum Lugum. Et licet ratio, quàm in probationem talis sententiæ adducit Lugo, loquatur etiam de rebus, excedentibus Superioris potestatem; tamen hoc opus, hic labor est. Nam ipsi Authores non loquuntur nostro in casu; sed quando res nullatenus sub Prælati cadit potestate, in dubio; quòd tollitur per expressum Regulæ, & constitutionum capitulum, vt patet. Rursus, respondeo secundo responsione, supra allata à num. 21.

29 Tertio respòdeo, & (salua DD. pace euidenter) ab identitate oppositi fundamenti. Nam ideo dicunt (casu, quo casum nostrum comprehendant) excusari tunc subditum ab obedientia Prælati, quia eius iurisdicção à voto illorum dependet, & in casu dubio collata non censetur; sed obligatio conseruandi bo-

num commune Regulæ; nè in præcipuis eius capitulis, vel illorum aliquo in destructionem abeat, ortum non habet à bono particulari, cum illi, etiam euidenter cessuro, præferatur, vt patet: ergo in hoc dubio, An scilicet Regula quoad hunc, & ex præcipuis vnum, articulum enervetur, stat possessio pro Regula ipsa. Sic ergo vt præcipitur obseruanda est; & si contrarium fiat, læthali culpæ erit operans obnoxius; vel directe, ex ipsa Prælati iurisdictione, vel (si hoc nollint) indirecte, ex ipsa rerum natura; quæ sub graui exigit culpa totius in Religioso, etiam accidentali; statu, conseruationem.

30 Et confirmatur hæc mihi solutio euidenter. Nam qui se ad aliquid faciendum, vel non, obligat, se etiam obligat ad ea omnia, sine quibus illud seruari non potest, non solum simpliciter, & absolute, phisice loquendo, sed etiam moraliter; vnde qui aliquod vitare factum astringitur, astringitur etiam ex vi talis obligationis proximam illius facti occasionem effugere, & ad hoc necessarium remedium adhibere; atqui nullum est moraliter (immò nec ex suppositione phisicum) remedium ad vitandam, carniem, v.g. comestionem, nisi Prælati præceptum, graui obligatione obligans: ergo, &c.

31 Et licet (vt supra dixi) possit aliquis dicere, tunc non sequi Regulæ destructionem ex facto suo contrario, omni circumspectione facto. Dico primo: illum, qui sic Regulam suam non obseruat, difficilimè fore circumspectum; vt verum, in hoc adhuc, obtineat illud Dominicum: *Nihil occultum, quòd non reueletur*. Dico secundo; & inquiror: (quamvis dicta repetam) vnde illi constat, talem Regulæ destructionem non sequi, cum illi non incumbat de alijs rationem reddere? Quòd si ille de se loquatur, aduertat, Prælatum, cui de ipso, & de omnibus rationem reddere incumbit, de communi Regulæ in hoc ruina testificari. In quo casu, inquiror, quis possideat; an dictum suum cum facto suo, Regulæ contrario? An verò dictum Prælati, (immò & totius Capituli) de omnibus rationem reddituri?

Quòd si iterum Regulæ suæ obseruationem effugere volentes, aduersus hoc

erecto audaciæ collo cucurrant, pinguique proprii amoris ceruice armati garniant; dicantque, hoc esse sub leui tantum obligatione. Miror sane ignorantiam tantam; quam sic euidenter conuincit. Tum ex parte materiæ præceptæ, quæ, vt supra ostendi, grauis est. Tum, ex intentione Legislatoris, quæ sub graui exprimitur culpa, vt patet; ex quo corrumpit illud Caietani dictum; non rectè à talibus intellectum: scilicet; *Non est credendum piam Matrem Ecclesiam velle præceptis suis fidelium animas illaqueare*; proindeque ablato contemptu, talium præceptorum fractores, graui non innodantur delicto.

Corruit, inquam, euasio hæc, tam totie ab aliquibus amplexata. Deberent enim etiam aduertere doctissimum Cai. verb. *Contemptus*, sic hoc asserere; scilicet: *Nisi actus redeat in naturam suæ formæ*; quæ verba explicans ipse, sic in substantia ait: hoc est, nisi sic continuo præcepta frangant, vt ex continuatione videantur illa cõternere. Corruit ergo etiam, hæc cum Cai. limitatione, vel sine illa, hæc imprudens euasio.

32 Tum, etiam; qui si tales, & conscij, profiterentur cum intentione non seruandi tale Regulæ capitulum, peccarent vtique mortaliter: quo ergo magis peccabunt, si cum factis suis, & conscij, Regulæ contrarijs viuant? Sic autem se res habet, quando de Prælatorum monitione conscij, nulla, apparente adhuc, causa, in Regulæ capitulum vulnus cruciant: ergo, &c.

Nam, & si mentiri, secundum se, non sit mortale, est tamen in persona graui (vt Episcopo, iuxta communem, ratione scandali, in dedecore tantæ dignitatis fundati: ergo, dato, & non cõcesso, quod secundum se non obliget tale Superioris præceptum ad mortale, mortale tamen erit peccatum, illud non seruare, ob dedecus tantæ Religioni sequutum. Quod autem prædictum sequatur dedecus, Prælati, non subdito, incumbit ostendere; illudque tali, & vnico, remedio vitare: ergo saltem, quoad hoc, possidet Prælati authoritas: currit ergo obligatio; & aliàs grauis: ergo, &c.

33 Rursus; si Pontifex hoc præciperet sub mortali, & professione saltem implicite admitteretur, obligaret vtique sub mortali: atqui Leo X. concessit. Mi-

noribus, vt in grauibus dubijs, & scrupulosis, eorum conscientias tangentibus, debeant stare determinationi Prælatorum, cum consilio aliquorum PP. vt expresse habetur in cap. *Exijt*, de verborum significat. in 6. & in extrauaganti quorundam; ergo si Prælati, imponentes præcepta, (vt temper de aliquorum PP. consilio faciunt, & maxime prædictum præceptum, cum sit totius capituli generalis) declarant, & dicunt, obligari sub mortali; quomodo ab illo excusari præsumunt, qui tali priuilegio, vt pote toti Religioni facto; nequeunt renuntiare; cum potius illud in professione admittere censeantur? Sic refert Hieronym. Rodrig. in *Compendio qq. Reg. resolut.* 90. n. 48. vbi consequenter ait ex D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 2. Nauarro, Silu. Corduba, Rodrig. quod si dubium sit circa incursionem alicuius poenæ, in lege, vel Bulla Apostolica contentæ, debeant subditi stare in iudicio opinioni, quam Prælati, vt veriores elegerint.

34 Denique prædicta sic confirmo: nam præceptum patris, vel matris, circa res, ad suæ domus gubernationem grauius conducentes, obligat (licet declaratorie tantum) sub mortali; vt omnes fatentur: cur ergo idem de præcepto Superiorum dici non potest, cum in omnium sententia latius pateat Prælati, quàm patris, matrisque potestas? Tunc sic: sed vnum ex præcipuis, ad Regulæ (veluti ad domus gubernationem) obseruantiam, est præfatum Regulæ capitulum, vt pote maximam illius, substantialem saltem, obseruantiam continens: ergo saltem declaratorie erit de hoc præceptum impositum obligatorium sub mortali; hoc est, ipsa natura de se, grauius obligabit, ratione conseruationis totius, posito, per modum declarantis, præcepto Superioris: ergo, &c.

35 Ex his collige, nullum, quem, ex omnibus in hac nostra Hispania communibus viderim, Authorem, asserere, non posse Prælatum præcipere sub mortali id, quod ex Regulæ sub veniali tantum obligat, vel solum sub poena; nisi Sanctium loco supra citato nu. 46. quem vide num. 44. & 45. vbi, quæ dicta sunt, multis rellatis ingenue fatetur.

36 Fateor tamen, quod, stante tali dubio de Superioris potestate, si res præcepta aliàs ardua sit, non teneatur subdi-

tus statim obedire; donec maturius cō-
iter, talem rem esse intra Superioris po-
testatem. Et ratio est; quia tanta rei dif-
ficultas simul cum dubio præponderat
possessioni Superioris, & fauet libertati
subditi; qui non debet onus graue cer-
to subire, dum dubitat, an sibi possit im-
poni. Sic Sotus *de secrete memb.* 3. q. 2. cō-
clusion. 1. Lopez 1. p. cap. 56. col. 1. Sairus
in clau Regia, lib. 1. cap. 13. num. 40. & lib.
12. cap. 16. num. 7. & 18. Sallas 1. 2. tract.
8. disp. 1. sect. 17. num. 154. Sanchez lib. 6.
Decalogi, cap. 3. num. 23. & eos, referens
Doctissim. Cardin. Lugo supra, q. 13. nu.
86. pag. 60. Et in praxi fatetur Castro Pal-
lao *tract. 1. disp. 3. puncto 13. num. 18.* &
si contrarium dicat, esse valde probabi-
le; eo quòd illa molestia, illudque onus
alienum non sit à re præcepta, sed iddem
prolus cum illa. Quòd de tanto onere,
tantaque molestia dictum, in præsentì
locum non habet.

37 Si verò, subdito dubitante, dubi-
tet etiam Prælatus de sua iurisdictione,
tunc probabile indico, non teneri subdi-
tum obedire. Quia ob dubium Prælati
tollitur quoad praxim, & factum suæ
operationis possessio. Fateor tamen,
quòd, perseverante dubio post præmis-
sam debitam diligētiam, probabilius sit,
teneri tunc subditum obedire. Quia in
pari dubio melior est conditio Principis,
vel Prælati. Sic Lugo supra q. 14. nu. 92.
pag. 62.

38 Denique; dubitante quomodo-
libet Prælato de sua iurisdictione, vel de
decentia rei præceptæ; si subditus sciret,
rem esse licitam, & Prælatum iurisdic-
tionem habere; tunc certo obedire tenetur
subditus. Quia obedientia non debetur
Superiori iuxta dubiam, erroneamque
existimationem eius de sua iurisdic-
tione; sed iuxta iurisdictionem, reuera ex-
istentem; existit autem certò, vel phisice,
vel moraliter, iuxta subditi cognitio-
nem, contra quam, & si erroneam, fa-
ciens, peccaret certò; ergo, &c.

39 Et confirmatur nam si Petrus, dubi-
tans rem, in mea possessione existen-
tem, esse suam, illam petat; & ego reuera
sciam, vel de facto, vel de iure, esse suã,
teneor illi illam in omnium sententia
reddere; ergo, & postulatam similiter à
Superiore obedientiam exequi teneor.
Sic Couar. 4. decret. p. 2. cap. 3. §. 1. nu. 6.
Sanchez lib. 6. Decalogi, cap. 3. num. 21.

Castro Pallao *tract. 1. disp. 3. puncto 132*
num. 11. & eos referens citatus Emmini-
Cardin. Lugo q. 14. num. 90. pag. 61.

40 Fateor etiam, esse probabile, te
dubitantem, an Prælatus sit legitimus,
antequam in te possessionem iurisdic-
tionis habeat, non teneri illi obedire; (&
aufero scandalum) sic idem Cardin. Lu-
go, sequutus Sanctium supra num. 29. à
quo non dissentiant Vazq. & Sallas, pro
contraria sententia rellati ab ipso Lugo
q. 18.

41 Rursus fateor, te non teneri legi,
de cuius latione dubitas, post sufficien-
tem diligentiam. Et iddem est de præ-
cepto. Sic contra Vazq. *disp. 66. cap. 1.*
& Sallas *tract. 8. disp. 1. sect. 25. num. 258.*
quando sine magno incommodo potest
exequi lex, vel præceptum, tenent com-
muniter DD. Henriquez lib. 8. cap. 45. n.
3. lit. P. Suárez 3. p. tom. 5. disp. 40. sect.
5. num. 15, Sanchez *de matr. lib. 2. disput.*
41. num. 36. & lib. 1. Decalogi, cap. 10.
num. 32. Sa verbo dubium, num. 2. Villa-
lob. tom. 1. tract. 1. diffie. 21. numer. 4.
Castro Pallao *tract. 1. disp. 3. puncto 7. n.*
1. Layman lib. 1. tract. 1. cap. 5. num. 38.
Filliucius *tract. 21. num. 163. & 170.*
Bonac. *de peccatis disp. 2. q. 4. puncto 7. nu.*
17. & de resit. disp. 1. q. 2. puncto 2. §. 1.
num. 2. & nouissime Eminētiss. Car-
din. Lugo, supra q. 20. num. 120. Et hoc
siue lex sit naturalis, siue Diuina positi-
ua; siue consuetudo; vt cum Sanctio, &
Bonacina supra, docet supra citatus Lu-
go num. 121.

Quod iddem dicendum est, quoties
dubium fuerit, an lex, vel præceptum,
hanc, vel illam materiam comprehen-
dat; vel ad hunc, illum vè casum exten-
datur; vt cum Sanctio citata *disp. 41. nu.*
32. Castro Pallao num. 2. & Bonacina
ibi, docet idem Lugo supra. Rursus id-
dem est dicendum, si dubitetur, an sit
cōtra re, v. g. lata censura, vel impleta
conditio, sub qua talis censura lata fuit;
vel, an talia verba contineant censuram
latam, vel ferendam; tunc enim, post
adhibitam debitam diligentiam, & in-
dubio perseverans, non ligaris censura;
sic post alios, Layman supra, Bonacin.
de peccatis disp. 2. q. 4. puncto 7. num. 16. &
eos, sequutus, idem Eminētiss. Lugo
supra, pag. 78. in princip.

42 Rursus; iddem dicendum, quan-
do dubitatur, an lex sit promulgata, vel
accep-

acceptata, vel vsu recepta. Tunc enim nec obligationem inducit, nec censura incurritur, in ea contenta. Sic Azor tom. 1. lib. 2. cap. 19. q. 12. Sallas supra tract. 8. sect. 18. num. 169. & valde probabile cetero Castro Pallao tract. 1. disp. 3. puncto 7. num. 4. & probabile dicit Diana 1. p. tract. 10. resol. 3. vbi ait, quod, cum aliqui dubitent, Bullam Clem. VIII. de largitione munerum esse vsu receptam, stante supra dicta dubitatione, qui contra illam aliquid efficerent, non incurrerent in penas, ibi, aduersus contravenientes, latas. Quod iddem (inquit ille) dicendum videtur de extrauagante *Ambrosiose* Pauli i. contra alienantes bona Ecclesiastica. Nam (vt Nauarrus, apud Bonac. de legibus disp. 1. q. 1. p. 4. num. 31. & aliqui putant) dicta Bulla non videtur quoad penas recepta. Sic Diana. Sic etiam Nauarrus cap. 23. num. 41. Rebellus 1. p. lib. 1. q. 5. num. 7. & plures alij, apud Dianam supra resol. 1. & 2. Et implicite approbat Eminentiſſ. Cardin. Lugo, quatenus oppositum verius dicit, in dubio de acceptat. cum Sanctio, Filliucio, Manuele Rodrig. Layman. Bonacina, & Riccio. Et quod possideat lex, dum constat esse latam; siquidem habet tunc pro se iuris presumptionem. Sed vtrumque probabile.

Immò ait Sallas tract. 8. disp. 1. sect. 25. num. 259. quod, in dubio, an lex sit derogata, vel dispensata; vel, an detur executio sufficiens ab eius obseruatione, non teneatur quis legi, vel præcepto, si hoc illi sit incommodum, vel molestum. Quia libertati fauendum est, quantum possumus: & in legibus penalibus sequi debemus benigniorem interpretationem: præsertim, quia præceptum improprissimè dicitur possidere; voluntas autem antea libertatem suam propriè possidebat.

Hanc ego sententiam, & si contra communem, improbare nō audeo; quia nec incongrua ratione probatur, nec diminuta auctoritate fulcitur. Illam etiā in vrgenti casu; quando scilicet, Superior consuli non potest, admittunt, ob epichæram, Silu. verbo *Papa* q. 16. conclus. 2. & verbo *dispensatio*, q. 4. Corduba lib. 3. q. 13. Henriquez lib. 14. cap. 3. num. 3. lit. X. Et consonat, quoad hoc etiam, ipse Sallas expresse vbi supra num. 260. Et quamvis oppositum sit commune, vt

cum D. Thom. 2. 2. q. 126. art. 1. tenent Sotus, & vterque Sanchez, primus disp. 41. libri secundi de matrim. num. 37. secundus vero; disp. 43. num. 8. Suarez de legibus lib. 6. cap. 8. num. 10. Vazq. 3. p. disp. 219. cap. 4. num. 43. & post alios, nouissimè Doctissim. Cardinalis Lugo citatus, pag. 80. num. 126. Quamvis (inquam) hoc sit commune, non ideo improbandum est, quod tanti affirmant DD. Et quia hoc non est Legislatorum auctoritati aliquid derogare, vt in casu, de quo supra; & quia pluribus à simili valet exemplis, ab alijs etiam DD. admissis, comprobari, de quibus hoc tractatu erit sermo.

43 Ex dictis, quoad rationem dubij, in hac illatione contētis, hanc aliam illationem deducet quis; scilicet, te dubitantem de obligatione recitandi ob tenues redditus Beneficij, non teneri recitare. Quod sic probatur; nam ex ratione Beneficij (omni alio titulo, seu principio excluso) non sequitur obligatio recitandi; quod constat, quando Beneficium nullos redditus habet; vel tantum octo ducatorum, secundum alios, inter quos Sotus; vel quindécim ducatorum, iuxta alios; vel viginti, secundum alios; vel quadraginta, secundum Legionensem; vel sexaginta, vt alij dixerunt: ergo non ex ratione Beneficij, sequitur recitandi obligatio: sequitur ergo ex ratione Beneficij cum sufficientibus fructibus, vel redditibus: ergo ad inducendam recitandi obligationem, non Beneficium nudum (vt sic loquar) nec cum fructibus vt cumque, sed cum sufficientibus, & non pro tertia parte sustentationis, demptis ipsius Beneficij sumptibus, computandum est; vt voluerunt, Thom. Sanch. lib. 2. consilior. cap. 2. d. b. 66. cum seqq. Suarius tom. 2. de Relig. lib. 4. de horis Canon. cap. 21. num. 9. & nouissimè Sapiens. Cardinalis Lugo (vt alios omittam) q. 32. num. 183. sed cum sufficientibus integre computandum est.

Consequentia probatur a simili, ex lege, eiusq; promulgatione, &c. Et prius aduerte, quod, qui ob tenue Beneficium recitare non tenetur, (licet secundum Lesium, & alios, diebus festis obligetur) si tamen contra faciat, non tenetur restituere. Quia non facit contra legem positiuam Ecclesiæ, sed contra naturalem; quàm legem etiam adimpleret, non dicent.

endo Officium Diuinum, si suppleret hoc alijs orationibus, vel alio Dei cultu. Quod ait Diana *tract. de horis Canonicis, resol. 9. in fine.*) Igitur Consequen-
tiam probò à simili, ex lege, eiusque promulgatione, &c. Parum enim refert, esse latam legem, si eius deficiat promulgatio: sed Beneficium se habet vt lex, recitationem quasi in actu primò, & fundamentaliter præcipiens; fructus autem rationem promulgationis non incongrue demonstrant, ergo sicut in dubio de promulgatione legis sufficienti, nõ adest probabiliter obligatio seruandi legẽ, de quo supra; sic in dubio de sufficientibus certi Beneficij fructibus, non erit recitandi obligatio.

Probari videtur hoc: nam dubium de legis promulgatione æquiparatur dubio de latatione legis ipsius, quoad excusationem standi legi: ergo dubium de sufficientibus redditibus æquiparabitur dubio de Beneficij collatione. Tunc sic: sed in dubio legis non tenetur quis legi, vt supra diximus; sicut in dubio de Beneficij collatione, debet communiter admitti, non teneri quem recitare: ergo sicut in dubio de legis promulgatione sufficienti, non astringitur quis per legem, sic nec astringitur recitare in dubio de sufficientibus Beneficij ipsius redditibus.

Consequentia hæc videtur ex eo, quòd in pari casu par est resolutio iuxta vtriusque iuris DD. ergo si in primo posidet libertas, sic etiam in secundo. Et ne hæc illatio absque alio procedat patrono, illam expresse tenet Doctõs. Sallas *1. 2. tract. 8. disp. 1. sect. 17. num. 154.* quàm omnino non improbat Emmi. Cardinalis Lugo vbi supra *num. 182. in fine.* Immo hoc probabile admittit Diana *4. p. tract. 2. de conscientia dubia, resol. 24.* referens citatum Sallas supra *disput. vnica sect. 17. num. 154. in fine;* probantque ex eo, quòd sit dubium iuris, in quo non est ex obligatione implendum præceptum onerosum, & molestum. Sic illi: quòd, & si absolute improbare non audeam, non tamen admitto. Et de hac illatione hæc sufficient.

44 Solum aduerto pro præcipuâ illatione in hoc, §. contenta, erroneum esse ad minus, quòd aliqui dixere, scilicet, nullum præceptum humanum obligare sub mortali: hoc (inquam) coinci-

dere euidetur cum sententia Lutheri, asserentis, non esse in Ecclesia potestatem obligandi fideles sub mortali. Quia tamen dictum illud Catholicorum fuit Doctorum, placet, illos à tali censure excusare, dicendo, eos intelligi de facto, illis temporibus, iuxta sententiam Caietani, supra rellatam, asserentis, scilicet, quòd, ablato contempu (de quo iam supra) non sit credendum, piam Matrem Ecclesiam velle fideles suos graui illaqueare laqueo. Sic (inquam) quia Catholicos, illos explico; licet Vazq. appõsita censura illos comprehendat. Et hæc de hac quæstione sint satis.

QVÆSTIO SEXTA.

Quomodo consuetudo probari possit; & an illam alleganti incumbat onus probandi?

PRO primo sæpius interrogatus fui in particularibus euentibus, in quibus consuetudinem allegabant fideles, virtute cuius, die Sabbathi ad intestina animalium addiderant aliquid de humeris, brachijque ipsorum, illisque omibus bona fide vescerantur: igitur.

1 Suppono primò, legem formaliter probari per exhibitione sui ipsius, scripto contentæ; & hoc à nullo indubium reuocatur. Deinde potest de lege constare plene, per effectus, communiter à populo exequutos, ipsiusque legis demonstratiuos. Quare si populus communiter se vt obligatum in exercitio gerat, plenissima est legis probatio. Nam res, vel per sui essentiam constant, & hoc formaliter; vel per suos effectus, & à posteriori; vel per causas, & à priori. In quo etiam nulla potest esse dubitatio. Quare.

2 Suppono secundo, consuetudinem, vim legis habentem, non tamen in scriptis contentam, sed in cordibus, & moribus illam introducentium, non posse manifestari, nisi vel per eius effectus, communiter à populo, ex vi consuetudinis, introductos, vel exequutos: vel per causam ipsius; hoc est; per testificationem illo-

illorum, qui, vel illam introduxerunt, vel illam introductam conseruarunt; vel illam obseruari viderunt; vel de obseruatione eius sufficientem habent notitiã. Et hoc etiam (meo videri) nequit in dubium vocari. Nam (vt supra dixi) vnaqueque res, vel per suam causam, vel per suum effectum sufficienter, & plene probanda venit.

3 Suppono tertio, quod quando consuetudo est contra legem, & iam ita inueterata, vt à populo pro secura regula assumatur, tunc non sunt à testificatione excludendi, neque recusandi sunt tanquam testes, illi, qui, consuetudine ipsa vtuntur per modum vnius communitatis. Ratio est; quia in fauorem communitatis stat præsumptio, non excludens membra sua à debito rationem reddendi pro ipsius communitatis bono. Deinde, quia & si testificantia membra pro ipsius populi consuetudine videantur si bi aliquomodo fauere, hic tamẽ fauor, ex cuiusq; testimonio resultans, non reddit suspectos ostestificantes; eo quod nimis per accidens se habeat respectu debiti, quo, prout sunt talis communitatis membra, bonum comune defendere debent. Non enim pro se ipsis sigillatim testificantur, sed pro bono, & iure totius populi perhibent testimonium, ad quod tenentur; quamuis indirecte fauorem inde recipiant.

Nam si, qui complex est in delicto, ad sanctissimam Inquisitionis spectante Tribunal, immunis est à supplicio, denuntians, licet ex obligatoria denuntiatione indirecte illi commodum sublequatur, quod magis, (vel saltem æqualiter) immunis erit à testificandi impedimentis, qui pro communitate, iureque ipsius perhibet testimonium, directe in conseruandum ipsius communitatis ius tẽdens, quod illatum seruare tenetur, ipsi iusque defendere, quamuis indirecte, & per accidens illi comodum sublequatur?

Denique; quia ij in testes debent admitti, quos, tanquam idoneos testes, ipsa postulat natura: atqui ex natura rei vnumquodque per suos sufficienter probatur effectus, atque cognoscitur; (nam à fructibus eorum cognoscetis eos) ergo consuetudo per suos venit effectus probanda. Non ergo excludenda sunt à testificandi aptitudine; ergo cum prædi-

cti effectus loqui non possint, & per se manifestari, per exequentes illos manifestari debent: atqui illos exequentes sunt ipsius populi, atque communitatis membra: per hæc ergo manifestandi veniunt; recipi ergo debent tãquam testes, qui fructibus consuetudinis potiuntur.

4 Confirmatur hoc; nam si dubium esset de existentia alicuius legis; & ad indagandam veritatem, Princeps, qui vnicus est, esseque potest, ad talem legem condendam, consulatur; ipseque expressè dicat, se prædictam legem, alias fauorabilem, contra aliam antecedentem edidisse, cum posset; non ne illi legitima præberetur fides adhuc in Iudicio? Iudico, sic communiter omnes debere admittere. Ergo, si introducentes consuetudinem, ipsamque conseruantes, sunt ipsius consuetudinis, legis vim habentis, Legislatores; sufficienter ipsa probabitur consuetudo, si ipsi de ea introducta testificentur. Non ergo à ratione testificandi pro introducta consuetudine ipsi consuetudinarij excludendi sunt. Solum ergo esse poterit difficultas circa numerum testium, quot, scilicet, requirantur, & sufficiant ad talem iuridice, & pro foro externo, probandam consuetudinem? Circa quod.

SIT PRIMA CONCLUSIO.

5 CERTUM Iudico, quod, si omnis populus in populi forma, ex Ecclesiasticis, & Sæcularibus constans, pro tali testificetur consuetudine, legitimaque eius præscriptione, testimonium hoc sit non solum omni exceptione maior, verum & quod plenissimam vndeque probationem inducat. Conclusio hæc ex infra apponendis constabit.

SIT SECUNDA CONCLUSIO.

6 MAIOR pars populi, tam quantitativa discretæ, quam qualitativa, hoc est, maior numerus vicinorum in prudentia, moribus, reliquisque qualitatibus maiorum, qui fuerint causa ta-

lis consuetudinis, in prima sui efficien-
tia, vel sunt in ipsius conseruatione) suf-
ficientissime illam probat, si cæteri ex
populo non reculent. Hanc similiter ve-
ram Iudico conclusionem, ex dicendis
probendam.

SIT TERTIA CONCLV- sio.

7 **D**OCTORI, attestanti de consue-
dine in loco, fides adhibetur.
Sic Bartol. in l. de quibus, col. 11. *vers.*
principaliter, ff. de legibus; cum alijs, quos
ibi allegat Iason. Sic etiam Alex. Cæ-
pol. Socin. Corn. Immol. Portius, &
alij apud Thuscum tom. 2. col. 799. num.
39. Qui, cum hanc sententiam vltimo
loco referat, videtur illam sequi; quam
Decius *conf. 420. magis* communem di-
cit.

QVARTA CONCLVSIO,

Magisque ab omnibus recepta.

8 **D**OCTORIBVS, afferentibus con-
suetudinem, fides est adhiben-
da; vt tradunt Bartholus, *reperit. l. De*
quibus, num. 21. ff. de legib. Antonius Go-
mez, l. 41. *Tauri. num. 4.* & multi alij,
quos refert Mascard. *de probat. conclus.*
426. num. 1. & 2. quam ipsemet ample-
ctitur, multis relatis à num. 1. & maxi-
me num. 19. cum hac moderatione; vt
si Doctores communiter testentur con-
suetudinem, sit plena, & sufficiens pro-
batio, si autem vnus, vel duo eam te-
stentur, non sit plena, & necessario con-
cludens, sed præsumptiua, & transterens
onus probandi in aduersarios. Et *eodem*
num. 19. ait, hoc esse verum, si testentur
de illa Curia, in qua versati sunt.

Cum ergo quinque Doctores citati
testentur hanc consuetudinem (est au-
tem sermo de consuetudine, probante
filios Hæreticorum, ante delictum geni-
tos, incurrere pœnas parentibus suis im-
positas, quam consuetudinem proba-
bilis negat Sanchez *lib. 2. sum. cap. 27.*
num. 17. in fine) & tres illorum versati
sint in Inquisitorum Curia, est illis ne-
cessario fides habenda. Quia, & si non

probent concludendo, probant tamen;
dum aduerlarij oppositam consuetudi-
nem non docent. Sic refert citatus San-
chez *num. 9. à 4. Tandem.* Ergo si conster
de testimonio quinque Doctorum, con-
suetudinem testante in aliqua Ciuitate,
vel loco, & non sint alij contrarium po-
sitiue afferentes, sufficientissime proba-
ta manebit consuetudo, iuxta sanctij
sententiam, vbi supra, *num. 17.*

9 Et probatur à simili; nam, licet
Moniales non possint consecrari ante
25. annum, iuxta communem DD. sen-
tentiam, ex *cap. Placuit 14. cap. Virgines*
15. 20. q. 1. cap. Placuit 5. 77. dist. nec
non ex declaratione Sacræ Congrega-
tionis Cardinal. ibi: *Moniales Virgines;*
quas solas consecrari fas est, ante 25.
annum completum non esse consecran-
das: vt referunt Armendarius, Barbosa,
& eos referens, per doctus Narbona *tom.*
de etate ad omnes annos, anno 25. pag. 551.
col. 1. num. 2. licet (inquam) hoc verum
sit de iure; inquit tamen prædictus Do-
ctor *nu. 3.* bene posse tales Moniales an-
te 25. annum consecrari, ratione con-
suetudinis; de cuius veritate testantur
Syluester, *verb. consecrati Virginum, nu.*
1. Sanct. Antoninus in sum. p. 3. tit. 2. cap.
2. de consecrati Virginum, §. 2. & Mierca-
tensis, afferentis, in toto statu Mediola-
nensi esse notoriam, & ideo sufficere
eam allegare, ex *Nata conf. 228. num. 5.*
Sic Doct. issimus Narbona vbi supra: ergo
sufficiunt tres graues Authores, de con-
suetudine testantes, vt illam probent.

10 Probatur ergo prima conclusio,
supra num. 5. proposita. Nam sufficien-
ter, satisque probatur lex, per testimo-
nium Principis, qui illam condidit: er-
go sufficienter probatur consuetudo
per testimoniū populi in forma populi,
ex Ecclesiasticis, & Sæcularibus con-
stantis. Antecedens nullus admittere re-
cusabit. Quod verò teneatur, & Conse-
quens admittere; sic à simili ostenditur;
nam consuetudo se habet instar legis; il-
lam autem introducentes Legislatores
sunt; de quo nullus dubitat: sed per Prin-
cipis, qui legem condidit, testimonium,
lex ipsa probatur: ergo per testimonium
introducentium consuetudinem, ipsa
consuetudo satis probabitur: ergo per
testimonium populi. Atque non solum
qui illam primò introduxerunt, sed
etiam, qui illam postea per vsum in fa-
ctam

Ita approbarunt, sunt ipsius consuetudinis Legislatores, ergo, licet primò illam introducentes deficiant, probabitur tatis per testimonium illorum, qui postea illam approbant, & conseruant. Imò, si sunt sufficientissimi testes non solum pro ipsa consuetudine, sed etiam pro primis eiusdem consuetudinis Legislatoribus.

Et confirmatur: nam maioris auctoritatis est populus in forma populi, ac sunt quinque Doctores de consuetudine in loco testantes, illi satis probant consuetudinem, vt ex quarta conclusione, numero octauo, supra constat: ergo, & populus. Rursum; (& per hoc probatur etiam secunda conclusio supra num. 6. appõsita) maior pars populi in prudentia, &c. maiorem habet auctoritatem, quam prædicti quinque, vel tres Doctores atqui isti, testificantes de consuetudine, fidem faciunt: ergo & illi. Quòd, quia ab omnibus admittendum iudico, probati one alia non indiget.

SIT QUINTA CONCLUSIO.

*Magis indiuidua, ad singularẽ
que materiam deducta, &
contracta:*

11 **V**T probetur consuetudo de vefcendis animalium intestinis, seu extremis partibus eorum in tanta, vel tanta, extensione, & quantitate, sufficienti quinque testes, vel tres de principalibus, timoratis, prudentibusque de populo siue singulares, siue contestes, iuxta varias DD. sententias, de quibus Thuscus supra à num. 29. vsque ad 32. (id est deponentes, vel testificantes de eisdem, vel diuersis actibus, quibus consuetudo possit introduci) testificantes (inquam) primò, quòd viderint actus geri, ex quibus, per se loquendo, consuetudo, iuxta varias Authorum sententias, probabiliter inducitur. Secundò, quòd actus fuerint frequentati. Tertio, per tantum tempus, per quod similiter, secundum diuersas DD. sententias, possit consuetudo introduci, & induci.

De his tribus vide Thuscum supra nu.

11. qui nu. 24. ex Bartholo in l. De quibus; nu. 23. ff. de legib. vers. ego sic dicerem, notat, quòd, si testes sint periti, lat est, deponere de consuetudine; si verò idiora, debent actus specificari. Tenentur tamẽ testes interrogati, quid sit consuetudo, illam explicare, non secundum definitionẽ iuris, sed qualiter ipsi intelligant. Sic probabiliter Thuscus num. 27. An verò sint rogandi, vel non, sub iudice est.

Imò secundum Mascardam, teste Thusco, supra nu. 37. in fine, consuetudo probatur per duos testes, etiam non iuratos, etiam parte non citata, etiam si reddant rationem, quia sunt vicini; licet debeant deponere de frequentia actuum, vt supra.

12 Conclusio hæc sequenti ratione probatur. Si ex Senatoribus Romanis, aliquam condentibus legem, vnus, vel duo, (& melius tres, vel quinque) de illius conditione, vel de illa condita, testimonium perhibereat, illis vtique fides possit adhiberi, ergo si de condentibus consuetudinẽ aliquam totidem testimonium perhibeant, poterit similiter illis præberi fides. Cõsequens probatur: nam ideo Senatoribus illis fides adhibenda foret, quia, vt Legislatores, ad legem condendam concurrerunt: atqui similiter qui ad inducendam concurrunt consuetudinẽ (quæ instar legis se habet, quia legis vim retinet) habent se, vt Legislatores: ergo illis, de consuetudine introducta testantibus, potest fides præstari.

13 Sed dices: multæ esse possunt consuetudines introductæ, vel (vt melius loquar) multi sunt vsus, qui a consuetudine, vim legis habente, deficiunt; eo quòd Superioris deficiat consensus, saltem tacitus: atqui vsus, in aliquibus locis introductus, circa esum extremorum animalium in tanta, vel tanta, quantitate, vsus esse videtur absque omni Principis, vel Legislatoris cõsensu introductus, & præcipuè, cum viderim aliquos Ecclesiæ Prælatos de tali vsu conquerentes: ergo non eo ipso, quòd quinque testes de tali communi testentur vsu, de consuetudine testificantur introducta.

14 Respondet tamen ad hoc, & ad omnia similia, dicendo, quòd, cum Princeps, Cap. fin. de consuetudine generaliter decreuit, posse legem statui, & derogari, iam talis voluntas, vt eam facultatem obtineat consuetudo, est tacita sciẽtia, & tollerãtia consuetudinis in posterum legi-

legitime inducendæ, vt eas vires fortia-
tur, absque alia speciali ipsius consuetu-
dinis in Principe notitia. Sic cum alijs,
doctissimus Sanchez *lib. 7. de matrimo-
n. disp. 82. num. 20.* ad quem locum se re-
mittit *disp. 4. num. 11. prope finem.* Loqui-
tur autem Sanchez de consuetudine Cle-
ricorum, & laicorum, quæ potest annul-
lare matrimonia, post illam facta, & si
viroque iure concessa. Imò addit, talem
consuetudinem etiam circa Sacramen-
talia præualere.

Dicta autem *disp. 4. num. 14.* cum alijs
pluribus Authoribus ait, introduci etiam
posse consuetudinem, derogantem legi,
matrimonij dirimentia statuenti impe-
dimenta. Ad rem igitur dico, non posse
iam introduci vsum à populo (& non lo-
quor de abusu, qui vsus est contra præ-
cepta naturalia, Diuinavè, &c.) per actus
sufficientes, & per sufficiens tempus, iux-
ta DD. sententias requisitum, continuos,
vel continuatos, qui vsus à ratione con-
suetudinis deficiat defectu taciti Princi-
pis consensus, iuxta prædictum *cap. final.*
nisi illi expresse per legem, vel Principem
derogetur. Per quod patet ad replicam.

15 Dixi supra, testes de consuetu-
dine, vel de notorietate deponentes non
esse compellendos iurare; quod sustinet
Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 46. & vl-
tima, num. 16. & ultimo.* Quod iddem
ait Mascardus *conclus. 424. num. 8.* Idem
que affirmat cum alijs, de testibus, de fa-
ma deponentibus; quorum dictum abs-
que iuramento valet. Quodque iddem
cum alijs repetit Authoribus *concl. 749.
num. 38.* vt refert citatus Sanchez.

16 Aduerte etiam, quod, licet
vniushominis actus consuetudinem non
probet, sed exigatur saltem binus actus;
iuxta Archid. *cap. illud, in fin. dist. 12.*
quodque colligitur *ex l. nemo 3. C. de E-
pisco. Aud. fin.* & ait Sanchez *lib. 4. de
matr. disp. 1. num. 22.* Attamen, vt quis
dicatur male tractare solitum esse con-
trahentem matrimonium, sufficit, vt se-
mel male illum tractauerit; secundum
Alex. de Neuo, & Decium, quos ibi se-
quitur, refertque Sanchez immediate ci-
tatus.

17 Aduerte tandem, quod si de ali-
qua alicuius populi consuetudine quis
denuntiet, intendendo, illam non esse
legitimam, sufficienter, & æqualiter,
populus pro se consuetudinem proba-

bit per quinque testes, ac per mille,
etiam in consequentiam commodum
sentientes: vt quia sunt in tali populo
habitatores, & illius vicini, talis con-
suetudinis commodum reportantes. Te-
stes enim solum reijciuntur, secundum
Nellum, *tract. de testib. numer. 105.* teste
Tulco supra, *num. 55.* quando agitur de
commodo certo ipsorum, & non de il-
lo, quod in consequentiam deducitur.
Æqualiter inquam probabitur consue-
tudo; nam ad probationem illius, vltra
quinque testes, ceteri omnes materia-
liter se habent, & nihil speciale forma-
le inducunt in ratione communis veri-
tatis probatæ, contra mendacium, &
falsitatem.

Vnde, licet quinque solum testes spe-
cifice distinguantur in ratione numeri
à mille testibus, iddem testificantibus,
hoc tamen nimis materialiter se habet
ad veritatem probatæ consuetudinis.
Imò rectè compatitur, esse duplicem
specie distinctam virtutem, & solum
vnicum specie oppositum habere vi-
tium. Sit exemplum in virtute magni-
ficentiæ, & liberalitatis, iuxta Angeli-
cum Præceptorem *2. 2. quæst. 152. artic.
3.* Liberalitas namque formaliter circa
moderatos sumptus, magnificentia ve-
ro circa magnos, versatur, cum tamen
vitium oppositum cuiilibet illarum spe-
cie sit iddem formaliter, vnumque in
specie peccatum; & solum materialiter
distinguatur, scilicet, vel auaritia per
defectum, vel prodigalitas per exces-
sum.

Ex quo satis eleganter, (& si obiter)
Doctissimus Sanchez *lib. 7. de matrimo-
n. disp. 14. numer. 16. in solutione ad secundum
argumentum,* infert, optimè stare casti-
tatem, & virginitatem esse speciales
virtutes, cum tamen iddem formaliter
vitium possint habere oppositum;
eo quod deffendat, circumstantiam vir-
ginitatis (ablato stupro, idest, coi-
tu per vim cum virgine) non esse ne-
cessario fatendam. Ipsi, quia pul-
chris, sic subscribo, vt torque, verbis:
Igitur sic habet: *Quàm ob rem, vt respon-
deamus, præmittendum est cum D. Thom. 2.
2. q. 152. art. 3. Castitatem, & virginitatem
se habere inter se instar magnificentia, ac
liberalitatis. Quare sicut liberalitas, &
magnificentia sunt speciales virtutes, in-
ter se distantes: quod illa circa moderatos*
Hh *sump.*

sumptus, hæc autem circa magnos versantur. Itacastitas, quæ assimilatur liberalitati, & Virginitas, assimilata magnificentiæ, sunt diversæ virtutes: differuntque, quod castitas sit voluntas abstinendi se ab omni actu illicito venereo. Virginitas autem ab illicito, & licito, qualis est conjugalis. Sic Sanchez.

Qui statim sic prosequitur. Hoc præmissis, dicit, materiale virtutis Virginitatis esse integritatem carnis, & per accidens se habere ad virtutem Virginitatis. Nam non desinit scæmina esse virgo, si casu, aut causa medendi morbo, aperiatur claustrum aliquo instrumento. Formale autem consistit in abstinentia omnis carnalis delectationis, etiam conjugalis. Unde per quâcumque pollutionem, & concubitum prima amittunt vir, & scæmina virtutem Virginitatis, & per primum concubitum deperdit scæmina integritatem corporis: at neutra iactura arguit specialem deformitatem, & speciale vitium. Non prima, quia ea non opponitur specialiter Virginitati, ut specialis virtus est, distincta à castitate, sed eodem prorsus modo opponitur castitati: unde non constituit speciale peccatum. Speciale enim dicitur, quod specialiter opponitur formalitati alicuius virtutis. Non etiam secunda; quod illa non opponatur formalitati, sed materiali, quod in ea reperitur. Quare Virginitas, ut specialis virtus distincta à castitate est, non habet vitium oppositum, sicut nec magnificentia, ut distinguitur à liberalitate. Hæc sapientissimus Sanchez.

18 Ex quibus, prout ad rem attinet, sic, à simili, conclusionis rationem ostendo: æque auaritia, propter defectum, & prodigalitas propter excessum, opponuntur liberalitati, & magnificentiæ, licet distinctis virtutibus ex Diuo Thoma; vbi supra. Rursus, æque pollutio, & illicitus concubitus, prima, opponuntur castitati, & virginitati, alias virtutibus specialibus: ergo æquale erit vitium mendaciæ falsitatis, si, falsa reuera, consuetudo per quinque prædictos testes, vel mille, & utrosque falsos, ipsa probetur; quamvis testimonium quinquarium, & millenarium, secundum formalem quantitatis discretæ rationem, specie distinguantur: ergo æqualiter virtus veritatis, consuetudinem probans in commune commo- dum, & ad commune ius defendendum, probabitur, siue per quinque prædictos testes, siue per mille fuerit comprobata.

Deinde, ergo sicut moderati, vel magni sumptus distinctas specie virtutes constituent, per vnum vitium alias æque destructibiles; & virginitatis flos, castitasque distinctas similiter specie virtutes attruunt, per vnum similiter speciale vitium amissibiles; sic, à fortiori, verum quinque testium, vel mille, circa probandam consuetudinem, testimonium, quia vnam pro formalitate veritatis virtutem constituent; vnicum habebit vitium, & speciale, contra publicam, & publice probantem consuetudinem ipsam, veritatem ergo sicut quinque prædicti testes, vel tres, (iuxta varias DD. sententias, de quibus supra) falso testificantes, contra communem, & publicam veritatem, & ut publicam, publice postulatam, delinquerent; sic, si verum testificentur, publicam, & publice peritam, probantem consuetudinem ipsam, astruerent veritatem: ergo, &c.

SIT SEXTA CONCLUSIO.

Indidua etiam.

19 VT quinque prædicti testes sint probantes testes, requiritur, quod deponant de bino saltem actu communi, & prout à populo, maiori vè illius parte patrato. Hæc conclusio clare constat ex eo, quod testimonium illorum debet esse testimonium de conualescente consuetudine; sed hæc, ut persistat, essentialiter postulat actus à populo, (& suppono animum inducendi consuetudinem, quæ derogat iuri humano de non vescendis prædictis animalium extremitatibus, diebus Veneris, & Sabbathi) vel à maiori parte illius: ergo deponentes de bino actu, deponere debent de illo, prout à populo, vel à maiori illius parte effecto. Hoc est clarissimum; & ideo ad ultimam tendo conclusionem.

SIT VLTIMA CONCLUSIO.

20 VT actus ille binus effectus dicatur à populo, vel à maiori populi par-

parte, non requiritur, quòd singuli de populo, vel de maiori populi parte, simul ad vescendum prædictis animalium extrimitatibus phisice eodem die, temporeque concurrant; sed sufficit, si quidam illorum phisice, ceteri moraliter concurrant: hoc est, si quidam illis carnibus vescantur, ceteri verò hoc approbent, & in id consentiant, consensum altera Septimana, vel Hebdomada per phisicam prædictarum carniùm commestionem, in factò ipso, probantes & ostendentes. Quòd idem est, ac, quosdam phisice modo concurrere, ceteros approbatiuè, & postea, vice versa, primos approbatiuè, reliquos phisice. Sic enim omnes moraliter concurrere dicuntur. Quidam fruèntes, ceteri gaudentes; vt Hispano idiomate dicitur; *Ta que no bebo en la taberna, huelgome en ella.*

Itraque contingere valet, vt, quia opipidam paruum est, & non nisi duo arietes, v. g. occidi solent, non fiat sufficientia intestina animalium, &c. ad omnes, in die Sabbathi; vel quia quidam ob paupertatem non habeant, vnde emant talia, vt illis vescantur diebus Sabbathi. Si (inquam) tunc, qui pauperes sunt, factum à diuitibus inuitati approbent, modo quidam, modo verò alij, omnesque constituant maiorem populi partem, reuera sufficiens actus est ad constituendam consuetudinem; prædictique quinque testes de similibus actibus deponentes, de consuetudine ipsa verè deponunt. Nam expectare, & postulare actum ab omni populo, vel à maiori illius parte, eodem in tempore factum, est non præbere consuetudinali introducendæ locum; cum hoc moraliter sit impossibile; & sæpè notum sit, consuetudinem incipere per particularia facta operantium contra legem; sicque fieri vsam communem; vt patet.

21 Sed dices ex Leandro de Murcia tom. 99. *fellect. Regular. pag. 194. col. 2. num. 15.* vbi videtur asserere, non posse introduci consuetudinem contra præceptum Ecclesiasticum; quòd, si verum fuerit, corrui profecto quidquid hucusque edificauimus. Loquitur igitur citatus Author de confectiõne *Chocolate*. Et contra allegantes consuetudinem de illo sumendo, quàm ille cor-

ruptelam dicit, hæc habet verba: *Prueuase el Antecedente; porque, ò el dicho Chocolate es bebida, ò comida; si es bebida, no ay necesidad de alegar costumbre para tomarle en dia de ayuno, porque, esta de su naturaleza no le quebranta; ò es comida; y si lo es, la costumbre contraria contra el precepto de la Iglesia, no es costumbre, sino corruptela.* Hæc prædictus Pater; quæ, quia nec sunt Canones, nec Sanctorum dicta, explicanda non sunt, sed omnino reprobanda. Et sane miror quomodo corruptellam dicat consuetudinem contra Ecclesiæ præceptum introductã, cum ex diametro, tam vtrique iuri, quàm vniuerso Doctorum cetui opponatur, quòd absque fundamento dicere immodestum est.

22 Sed, priusquam hæc dicta amplius refutemus, placet illa, in apparentem prædicti Authoris gratiam, ex alia ipsius doctrina, & mihi probabili, comprobare. Nam pag. 177. col. 1. numer. 9. ait, Fratres Minores non posse facere consuetudinem, quæ obliget ad recitandum Officium paruum B. V. MARIÆ in choro, nec extra chorum. Dicitur, ex eo, quòd, nec ante Breuiarium Pij V. reformatum, nec post illud, obligat Ecclesia per præceptum recitare tale Officium. Cum autem ex Regula sua teneantur recitare Officium Diuinum, iuxta ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: *Luego (& sunt verba ipsius) contra el precepto de hazer el Oficio Diuino, segun el orden de la Santa Iglesia Romana, que impone la Regla, no puede auer costumbre, que prescriba, &c.* Sic ille.

23 Sed ex hoc nihil contra consuetudinem de sumendo *Chocolate* deduci potest. Et ratio est manifesta, & ab ipsomet Authore attracta. Nam citato numer. 9. prædictæ pag. 177. col. 1. rectè affirmat, contra professionem, & propriam Regulam non posse præscribi; iuxta cap. *Sicut nobis*, & ibi Glossa, *verb. Tanto tempore*, & Abbas numer. 1. de *Regularib. cap. Quòd Deo Patri*, 33. q. 5. & Gloss. *verb. Nulla, & cap. Non debet, de consanguinitate, & affinitate*. Vnde consuetudo non ideo in tali casu irrita est, quia sit contra præceptum humanum; cum euidentis sit, contra legem humanam posse introduci consuetudinem obligantem, sed quia est contra votum, & professionem, de iure Diuino; contra quòd nul-

la prævalere valet consuetudo, obligans.

Secus autem in casu sumptionis *Chocolate*; in quo casu, non allegatur consuetudo, quæ cibum, essentialiter talem, potum efficiat; sed solum adducitur, ut probetur, sumptionem *Chocolate* non esse comedere, sed bibere. Cum enim inter interpretantes legem, vel legis materiam, primum, post Legislatorem, locum obtineat consuetudo, & hanc factis ipsis confirmant doctissimi viri, & pijsissimi, non potest ex vna parte esse evidens, quod sit cibus; & ex alia, contra affirmantes esse cibum, æqualem auctoritatem habere. Sed de hoc iam dixi, *tractat. de restitutione, casu vltimo.*

24 Sed ex hoc inferri videtur, nec Nos posse introducere consuetudinem, quæ obliget sub culpa aliqua ad recitandum siue in choro, siue extra chorum, Officium paruum B. V. *MARIAE*; quamvis parum deuotionis haberet, qui ob hoc illud recitare omitteret, & parum obligaret pijsissimam Matrem, & Dominam nostram. Quod etiam notat citatus Pater, pro sua sententia alios referens Authores. Probatur illatio ex nostræ Regulæ §. 11. ibi: *In Regularibus horis morem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ obseruent*: Quæ sunt verba præceptiua.

Sed responderetur primò, indicto §. Regulæ non contineri præceptum de non recitando nisi eo, quod per præceptum Ecclesiæ ordinatum erat, Officio; quod requirebatur. Cumque per consuetudinem, (imò & per præceptum, ab hinc 560. retro annis, ab Urbano II. in Concilio Claramontano, impositum, ut plures dicunt) aatea iam conualescentem, prædictum paruum B. V. *MARIAE* Officium ab Ecclesia recitaretur, sic verificatur in totum dictus Regulæ §. scilicet, quod in Regularibus horis morem, vel per præceptum, vel per consuetudinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ obseruent Religiosi Nostri Ordinis.

25 Secundo responderetur ex communi sententia, asserente, vota Religiosorum, quæ non sunt contra Regulam, esse valida. Ex qua sententia inferitur, & rectè, posse Religiosos introducere consuetudinem recitandi prædictum par-

uum Officium B. V. *MARIAE*, cuius recitatio intantum abest à contraueniendo Regulæ præceptis, quin potius prædicto faueat §. qui pro fine habet vaccare Deo, & illi laudes præstare. Et per hoc patet ad replicam, eiusque confirmationem.

26 Aliam probationem pro prædictis conclusionibus, ex probabili, & si singulari, sententia deductam, hic adducere volo, non ad excusandas excusationes in peccatis, sed ad excusanda peccata, illa patrare paratis. Igitur dico sufficienter probari ius, & actionem prædictam comedendi *los pescueços de los animales* vsque ad humeros exclusiue, si pro probatione allegent consuetudinem Matriti, v.g. vel alterius loci, vel Ciuitatis, Nostræ Castellæ; quæ consuetudo facile probari potest.

Probatur assumptum, supponendo, quod, licet consuetudo iniqua non sit extendenda de loco ad locum, nec de persona ad personam, ut patet; neque etiam illa, quæ est contra Sacros Canones; quia respectu extensionis de loco ad locum, & de persona ad personam, reputatur etiam ut iniqua; tamen consuetudo, quæ est præter ius, probabiliter extenditur de loco ad locum, & de persona ad personam, vbi eadem est ratio, & æquitas; de quo iam supra. Nam tunc conceditur extensio vsus, & præscriptionis; ut, post Iasonem, Parisium, & Bartol. affirmat Menochius *de retinenda possess. remedio §. num. 92.* Sicque descendit perdoctus Sallas *de legib. disp. 19. sect. 4. num. 10.* & hoc refert, non improbens, Diana *tract. de consuetudine. resol. 31.* licet cū alijs contrarium dicat. Hoc ergo supposito, assumptum probatur.

27 Consuetudo vescendi *los pescueços*, v.g. est consuetudo introducta præter, & non contra, ius: hæc potest extendi de loco ad locum, & de persona ad personam: ergo testis, qui illam in aliqua Ciuitate, vel oppido Nostræ Castellæ conualescere probauerit, probabit sufficienter probabiliter, ius, actionemque, quàm suo in oppido, (qui aliàs habet consuetudinem comedendi diebus Sabbathi extra Quadragesimam, aliàs non impeditis, intestina, caput, pedesque, & manus animalium) habet ad vescendum etiam *los pescueços*. Minor est probabilis; Consequentia legitima;

Maiorem probo : consuetudo vescendi *los pescuegos* est tantum declaratiua consuetudo identitatis , quasi indiuidua , illius materiae , quae per consuetudinem primam , & contra ius , introducta fuit de esu capitum , pedumque , &c. animalium , praedictis in Sabbathi diebus : ergo non est consuetudo contra , sed praeter , ius.

Antecedens sic probo : per primam consuetudinem quoad praedicta animalium extrema abolitum fuit contrarium ius , praecipuumque negatiuum humanum illa ; sicut & omnem vetans carnem ; & introductum fuit ius ad praedicta extrema animalium , sicut & ad intestina ipsorum , vescenda : ergo fuit introductum ius ad vescendum quidquid pro animalium extremitatibus fuerit intellectum : ergo per hanc consuetudinem cessauit ius quoad praedicta : ergo quidquid pro praedictis animalium extremitatibus fuerit reputatum , est materia , sub prohibente iure iam non cadens : ergo consuetudo de illa erit consuetudo praeter ius ; ac proinde extensibilis de loco ad locum , & de persona ad personam , sub antecedente prohibitiuo iure non cadentes.

Antecedens cum primis tribus Consequentibus negari non potest. Vltimum autem Consequens , scilicet : *Ergo consuetudo de illa erit consuetudo praeter ius , &c.* non minus patet. Quod sic ostendo : consuetudo de vescendis *los pescuegos* est consuetudo declarans , eandem indiuidualiter fore carnem *los pescuegos* , cum capite , eiusdemque rationis ; scilicet , quod sit extremitas animalis : atqui quoad animalium extremitates per primam consuetudinem abolitum fuit omne contrarium ius , vt patet : ergo haec secunda consuetudo ius non supponit contrarium : ergo est praeter ius , ac proinde de loco ad locum , & de persona ad personam extensibilis , iuxta doctissimi Sallas sententiam , de qua supra. Ergo testes de illa , alia in Ciuitate , vel loco conualescente , deponentes , sufficienter satisque probabunt.

28 Confirmatur hoc à simili ; primo : nam *en raxon de pescuegos* , tan *pescuegos* quoad intentum sunt , *los de las gallinas* , *pauos* , *capones* , &c. como *los de los carneros* : Atqui primum absque vilo scrupulo iam communiter in tota ves-

citur Castella , in alijsque eiusdem Regni Prouincijs : ergo secundum negari non potest. Probatum Maior , & simul totus Syllogismus : quippe *los pescuegos de las aues* reputantur iam pro extremis illarum partibus ; & hoc per declarantem consuetudinem , supponentemque , quoad hoc , ius contrarium derogatum : cum ergo non sit assignabilis ratio , ob quam *los pescuegos* arietum , &c. reputari similiter non debeant , cum eorum capitibus , pro extremitatibus ipsorum ; si circa primum est consuetudo praeter ius , cur circa secundum non erit ?

29 Confirmatur secundo : nam , sicut per consuetudinem legitimam certum acquiritur ius , sic per probabilem sententiam probabile , ad aliquid faciendum : atqui probabilitas sententiae , asserentis , licitum esse , in colatione diei ieiunij , paruum pisciculum assumere , est etiam probabilitas ad tantam quantitatem de quibuscumque , & quarumcumque specierum , piscibus desumendam ; eo quod ibi eadem ratio , aequitasque persistat : ergo consuetudo , licitum faciens comedere *los pescuegos* auium , licitum etiam , per modum exponentis , & declarantis , efficiet vtsi *de los pescuegos de otros qualesquier animales*. Est enim in hoc eadem indiuidualis per similitudinem , & propriam , ratio , aequitasque. Imò & ex parte causae motiuae consuetudinis introductae ad vescendum extremitatibus animalium , eadem etiam extrinseca est aequitas , ratioque. Si enim huiusmodi ratio motiua fuit ciborum quadragesimalium parcitas in Hispania , huic melius consulitur cum extremitatibus praedictis omnium animalium , quas instantius exigit necessitas , quam cum extremitatibus praedictis auium tantum. Ergo , &c.

30 Ex sententia ergo doctissimi Sallas infero , quod , quando in Ciuitate aliqua non fuerit consuetudo certa , vel statutum , vel lex de re aliqua , attendi possit vicinarum Ciuitatum consuetudo ad proferendum iudicium ; iuxta *cap. Cum eo* , de *consuetud.* de quo ibi Panormitan. (teste Diana) citatus , & Nos etiam supra.

31 Sed dices : consuetudine introductum est in aliquibus Religionibus , vt professi , qui non sunt in Sacris , non

reaneantur ad Diuinum Officiū : atque consuetudo hæc non est contra ius: ergo aliarum Religionum similes professi possunt illi conformari, quod est contra à me dicta, & (salua pace) euidenter ostensa in hoc tract. Huius replicæ euidentem reperies solutionem, supra, quæstione 3. huius tractatus; quam vide.

32 Sed rursus ad rem redeuntes, ne singulari videatur asserere, talem comedendi guttura quorumcumque animalium consuetudinem esse consuetudinem præter ius; ac proinde de persona ad personam, & de loco ad locum extensibilem, iuxta Patrem Sallas vbi supra à num. 26. Ecce ad amplius se extendit perdoctus D. Michael ferro in qq. *Moralibus*, 1. p. q. 6. pag. 11. vbi probat, attento iure Canonico, tantum esse positum in consilio, vt diebus Sabbathorum (intelligitur quando non sunt Vigiliæ) à carnibus quis abstineat. Probat hoc numer. 1. ex cap. *Quid dies, de consecrat. distinct. 5. ibi*: *Admonemus; & ex cap. de essu carnum*, & ibi, expressa Glossa, *verb. vel debuerit, eodem tit. iuncto cap. Sabbatho, in eod. tit. & dist. 3.*

33 Vnde solum ratione consuetudinis, vbi illa vigerit de non essu carnum diebus Sabbathi, erit obligatio; excusatioque, vbi consuetudo de illis vescendis adfuerit, veluti in Cathalonia, & Gallia, in Toletanaque Ciuitate, alijsque in locis consuetudo viget comedendi talia animalium guttura. Quare perpendenda erit consuetudo, iuxta textum in cap. *Illam autem*, 12. dist. ibi: *Alia verò, quæ per loca terrarum Regionesque variantur, sicuti est, quod alij ieiunant Sabbatho, alij verò non.*

34 Et rursus ibi: Totum hoc genus rerum liberam habet obseruationes, nec disciplina vlla est in his melior graui, prudentique Christiano, quam vt eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam, ad quamcumque forte deuenierit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter est habendum, & pro eorum, inter quos viuatur, societate, seruandum est. Mater mea, Mediolanum me consequuta, inuenit Ecclesiam Sabbatho non ieiunantem: ceperat fluctuare, quid ageret. Tunc ego consului de hac re beatissimæ memoriæ virum Ambrosium. At ille ait: cum Romam venio, ieiuno Sabbatho;

cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam forte Ecclesiam ueneris, eius morem serua. Si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc cum matri renunciaissem, libenter amplexa est. Vtque huc textus.

35 Cui similis est etiam textus in cap. 2. de obseruat. ieiuniorum. Quem, cum iam relato adducit præfatus Author num. 3. in fine, referens Hostiensē, Panormit. Siluest. & Ioann. Campanil. Numero autem 4. ait Ferro, quod, licet in prædictis iuribus non sit in specie definitum, qualis debeat esse consuetudo, an decem, seu quadraginta annorum; ex eo tamen, quod (& attendat prudens Lector) non est contra, sed præter ius, decennalis tantum sufficeret, vt comprobauit supra q. 2. num. 2. sic Ferro, referens Seraphin. Baldumque.

Ergo plus habet Authoritatis, asserere, superuenientem consuetudinem comedendi talia animalium quorumcumque guttura diebus Sabbathi, esse consuetudinem præter, & non contra, ius. Ratio est in promptu. Etenim, si consuetudo prius introducta, de comedendis animalium quorumcumque intestinis, & extremis corporis partibus, fuit consuetudo præter ius, vt probatum manet; quo magis erit consuetudo præter ius, secunda consuetudo, se extendens ad animalium guttura comedenda, præsertim cum sit declaratoria tantum consuetudo, declarans, videlicet, guttura animalium simul cum eorum capitibus, extremam ipsorum animalium partem componere.

36 Nec obstat si dicatur; per primam consuetudinem fuisse firmatum tantummodo ius ad intestina, capita, manusque, & pedes animalium. Vnde cum exceptio firmet Regulam in contrarium, videtur, circa guttura manere ius, illa comedere prohibens.

Sed non obstat. Nam à propositione, aliquid affirmante, non valet negatio in alia quacumque re; vt patet. Secus de propositione negativa, & vniuersali. Quare, si introduceretur consuetudo non comedendi aliquid carnis die Sabbathi, rectè valeret negatio circa omne id, quod caro est. Cum autem prima consuetudo introducta fuerit per affirmationem, nullo præcedente negativo præcepto, prohibenteque;

carum commessionem diebus Sabbathi, & ex propositione affirmatiua particulari, (imò & vniuersali) nihil negatiuum per se possit inferri; sic nihil valet obiectio.

Pro sententia Michaelis Ferro stetit multo antea, anno scilicet, 1628. Doctissimus D. D. Alphonsus Narbona in manu scripto à se informi, affirmatiua, & iuridica sententia comprobato; vbi plures alios textus, & Doctores satis eleganter ad intentum refert. Probatque primò, consuetudinem comedendi guttura animalium esse interpretatiua, & declaratiua, de hoc scilicet, quod animalium guttura pro extremitatibus corporum reputentur. Et ad hoc ait, sufficere decem annos, sicut, & postea dixit citatus Ferro. Deinde miratur, & recte, de quodam Authore, (scilicet Petro de Fontana) dicente, consuetudinem comedendi intestina, extremaq; animalium partes, fuisse contra Ecclesiæ præceptum; in quo sane præfatus Petrus deceptus fuit, vt ex dictis constat. Imò Franciscus Ortiz Lucius, teste D. Alpho. so de Narbona, in *Summa Summarum*, cap. 19. mandam. 2. num. 6. vers. No ay præcepto, affirmauit, nullum esse scriptum præceptum, prohibens die Veneris carnes comedere; sed id ex traditione Ecclesiæ vniuersaliq; consuetudine in ductum fuisse; & si in hoc decipiatur, sicut in primò Petrus de Fontana.

37. Quare concludo dicendo, quinque testes ex prudentioribus cuiuscumque loci, seu oppidi, sufficienter præfata probare consuetudinem, si deponant de actuum frequentia modo, superius dicto, per tempus decem annorum; quod adhuc contra legem sufficit, iuxta probabilem sententiam; & iuxta probabiliorum, contra præcedentem consuetudinem. De quo citati, Narbona, & Ferro.

Imò probabilissima tenet sententia, non esse necessariam temporis diuturnitatem ad probandam consuetudinem præterius, sed sufficere deponere de actuum frequentia. Sic, plures referens, Michael Ferro, vbi supra, numero 4. in fine. Admittuntur autem testes eiusdem oppidi, in quo probari vult consuetudo, vt supradixi. Et quia ab exteris difficile probari potest; & quia, quando agitur de innocentia probanda, etiam do-

cestici admittuntur. Et quia quando agitur de probanda consuetudine in Vniuersitate, etiam testes Vniuersitatis admitti, asseruit, ex Filino, & Tiraquel Farinacius, & eos referens, citatus Ferro, num. 5. Et tandem, quia, licet tales testes commodum sentiant, hoc solum est in consequentiam, vt, ex Mascardo, notat etiam Michael Ferro. Igitur si Parrochus loci, Medicus, Chirurgus, & alij duo ex prudentioribus, (scilicet, Sacrista, & alius) de actibus, à se visis, modo in quibusdam vicinis, modo in alijs, &c. deponant, & hoc per tempus decennij, proculdubio consuetudinem probant.

38. Aliter deponere possunt testes, qui plenissime de hac re consuetudinem probent; scilicet, si sic dicant: *Ab hinc decem annis esse consuetudinem absque ulla contradictione iudicum, & timoratorum, talis loci obseruatam; dandi publice per pondus, & vendendi, & edendi, consummantiq; per vicinos, exterosque talis loci, guttura arietum, ouium, Vaccarum, Caprarum, &c. diebus Sabbathi extra Quadragesimam, & Vigiliis, seu Temporibus; que omnia animalia occiduntur in predicto oppido ad sustentationem illius in predictis diebus Sabbathi; & hoc se vidisse vendere, & consummere in eisdem diebus Sabbathi, tanquam ordinarium, vsualemque predictorum dierum cibum.* Sic in substantia (& rectissime sane) iudicatum vidi per definitiuam sententiam à Sapientissimo D. D. Ioanne de Narbona, meritisissimo Collegialis SS. Iusti, & Pastoris in Compluto, Ecclesiæ Canonico, Generalique Vicario Toletanæ Diocesis.

39. Dico, ab hinc decem retro annis; quia existimo cum citatis Authoribus, num. 35. 36. & 37; hoc tempus sufficere. Imò plusquam probabile censeo, nullum tempus fore necessarium, dum alio in loco, vel Ciuitate sit consuetudo declaratiua, esse scilicet, animalium extremitates, guttura eorum simul cum capitibus. Et certe vbi talis viget consuetudo, vt declarans est introducta. Quo posito, ratio est.

Nam, posita Principis declaratione circa aliquid in lege sua comprehensum, vel non, possunt omnes subditi eius statim secundum declarationem operari, quamuis declaratio non sit authentica in omnibus locis, dum tamen de illa sufficien-

scilicet constet: atque consuetudo, declaras, aliquid sub lege non comprehendit, vel è contra, est optima legum interpretatio, vt patet: ergo per illam, quocumque in loco introductam, duci possunt omnes cuiuscumque oppidi, qui, sicut primi, similiter poterant interpretari. Nam, si vnus, vel duorum Authorum de aliqua lege interpretatio probabilis, ad omnes, sub lege contentos, de seruire valet, quò magis præscripta vnus loci consuetudo declarativa illius, quòd nullo iure prohibitum est, poterit ad omnes aliorum oppidorum de seruire vicinos? Vnde sic sentio. Et hæc de hac questione.

QVÆSTIO SEPTIMA.

An sufficiant duo, vel tres persone ad cõstituendum Collegium, Congregationem, & Communitatem?

PLURA theorice agnoscuntur à multis, à quibus tamen practise ignorantur; vt experientia docet. Quapropter præsentem quæstionem sequenti casu resoluiam.

PROPONITVR CASVS.

IN Regula mei Ordinis, num. 4. Sequentia continentur verba: *Fratres debent esse in vna cohabitatione saltem duodecim, & præterea vnus, qui Minister nominetur; &c.* Contigit ab hinc duodecim, vel tredecim, retro annis, vt ex Conuentibus, Barcinonensi, & Biquensii Nostri Ordinis, in Regno Cathalunniæ, Generalis exercitus Gallici, fere omnes Religiosos eiecerit, & è Regno. Inter eiectos fuit vnus Minister Conuentus Ciuitatis Biquensis, qui statim, ac Matritum peruenit, mortuus fuit. Alius fuit Minister Conuentus Ciuitatis Barcinonensis, electus tantum, & suæ electionis ignarus. Qui tamen, vt peruenit Complutum, & suæ electionis notitiam est assequutus, vt Min. reser-

Quæritur primò; an, spectante Prælatorum electione ad Definitorium Generale prædictæ Religionis, possint, & debeant, Patres Definitorij facere electionem Prælati prædicto Monasterio, non obitante quòd in illo duo tantum remanserint Religiosi?

Secundò quæritur; an Minister, tantum electus, pro Conuentu Barcinonensi, possit habere vocem in Generali Capitulo?

CASVS RESOLVTIO, Prò primo quæsito.

ANTEQUAM respondeam, suppono, Collegium, de communi iure Ciuili, in tribus stare personis; iure autem Canonico, ad minus. In duobus; vt constat ex *l. Neratius, de verbor. significat. & cap. 1. de elect.* Imò, & in vno potest ius Collegij, & Vniuersitatis conseruari; ex *cap. Per nostras, de iure patronat.* De quò Leander de Murcia, infra referendus, pag. 426. col. 2. num. 8. Deinde, Congregationem stare in quobus, iuxta illud Matth. 18. num. 20. *vbi duo, vel tres, congregati fuerint in nomine meo, &c. & cap. Nullus, de elect.* vbi Glossa, verb. *Duo*; & Glossa in *cap. 1. 10. q. 1.* vt refert præfatus Leander de Murcia Capucinus, tom. qq. *Sellect. Regul. pag. 177. col. 2. num. 3.* Et tandem, populum in decem; vt videre est apud Azorium, Syluestrum, verb. *Collegium, à num. 1. Sà ibidem num. 1. Oldradum conf. 100. Alexandrum conf. 95. 4. p. Immolam in cap. Quanto, de his, quæ fiunt à Prælati, & alios plures.* Quò posito.

2 Ad id, quòd primò inquiritur, Dico primò: Optinè possunt, Generalis, & Definitores prædictæ meæ Religionis eligere Prælatum prædicto Conuentu Ciuitatis Biquensis. Ducor primò: nam, iuxta quandam iuris regulam, casus ommissus ad dispositionem iuris communis relinquitur. Vnde, quia iuxta *l. 3. Tauri* (de quâ Antonius Gomez, num. 69.) non disponitur de Codicillo clauso, aut in scriptis; & alias secundum ius commune in *l. fin. C. de codicil.* requiruntur ad Codicillum clausum, aut in scriptis, quinque testes; ideo de hoc Codicillo clauso non est iudicandum, iuxta prædictam legem Tauri, omittentem præ-

prædictum casum, sed iuxta ius commune: ergo quia iuxta decretum, & dispositionem Regulæ prædicti mei Ordinis prædictus casus se habet velut omisus, iudicandus, & resoluendus erit, iuxta iuris communis dispositionem: atqui, manente iurisdictione in Definitorio ad eligendum Prælatos, ante Generale Capitulum vacantes, optimè potest, iuxta ius commune, eligi in Prælatum alius, qui, additus duobus illis, in prædicto Ciuitatis Biquensis Conuentu existentibus, Collegium, & Communitatem constituat: ergo, &c.

3 Ducor secundo: nam leges attendunt ad ea, quæ communiter eueniunt; non curant autem de his, quæ raro contingunt: ergo casus, raro contingens, non debet per legum rigorem dissolui, sed per æquitatem; vt communis docet Doctorum sententia: atqui in prædicto casu viget, & permanet æquitas, (scilicet, ne Monasterium pro derelicto habeatur, vel ne contrarijs, & iniustis aggressoribus occasio ad destructionem eius omnimodâ præbeatur) & alias pro iure communi fiat possessio resoluendi, & iudicandi prædictum casum, electione facta alterius Religiosi in Prælatum, qui prædictis duobus aggregatus, Collegium, Cõgregationem, Communitatemque constituat; vt ex infra dicendis etiam constabit: ergo, &c.

4 Ducor tertio: nam decretum prædictæ Regulæ, quod irritantem Clausulam minimè habet, non est ita accipiendum, vt intelligatur de conseruatione duodecim Religiosorum; sed solum quoad primæuam primi Prælati inceptionem. Patet hoc. Quia, si ab existentibus duodecim, cum Prælato, moriantur sex, non ideo desinit esse Prælatus; ergo nec, si Prælatus ipse moriatur, desinet ius ad illum eligendum.

5 Confirmatur hoc, supponendo, ius speciale, contra ius commune introductum, debere restringi; nam correctio iuris communis vitanda est, vt patet: quò posito, sic probatur intentum; ergo decretum dictæ Regulæ, vt ipse contra ius commune, restringendum est. dum alias, & iuxta proprietatem verborum eius, possit intelligi, & sufficiens illi (ne frustratorium sit) assignetur effectus: atqui non solum interpretatur iuxta verborum proprietatem, sed

etiam sufficiens illi assignatur effectus, præbendo illi vires quoad primam primi Prælati effectiõnem, in fieri tantum; & non in conseruari: ergo, &c.

6 Ducor quarto; & à fortiori, ex sententia Brisson, lib. 3. *Sellestar. cap. 5. &c.* in partem, Gouiani, quos sequitur per doctus Doctor Franciscus Ramos iurisperuentiæ primariam olim in Salmantina Vniuersitate Cathedram Regens, *lectione de usufructu, municipibus legato;* vbi, loquens de Romana Ciuitate, ait, illam, iam semel cuique datam, inuito adimi non potuisse; adimi autem potuisse tantum, si ciuis in aliam Ciuitatem migrasset ciuis Romanus. Vnde, & refert Ciceronem, sic asserentem: *Iure enim nostro, neque mutare Ciuitatem quiscquam potest inuitus; neque, si velit mutare, non potest, modo abijciatur ab ea Ciuitate, cuius esse se Ciuitatis vellet.* Quare vt Ciuitas amittatur, vel centum annorum requiritur tempus, vel maxima, media ve, aut minima capitis diminutio intercedere debet; quia ob harum quamlibet vsus fructus, Ciuibus, vel Ciuitati collatus, perijt; vel denique si aratro Ciuitas euertatur; de quo delitiosus ille Poeta, (Naso scilicet) Epistola Penelopsis ad Vlycem; vbi sic fatur:

Iam seges est, vbi Troya fuit, refecandaque falce,

Luxuriat Phrigio sanguine pinguis humus.

Semisepulta virum curuis feriuntur aratris,

Osa ruinosas occulit herba domos.

Quod &, Diuino testante Spiritu, ait Michæas *cap. 3.* cuius verba proponuntur in Canone *Iudices 23. 2. q. 1. de malis Iudicibus.* ibi: *Idcirco propter vos Sion, quasi ager, arabitur, & Hierusalem, vt custodia pomerij erit.* Itaque vrbes moriuntur, aut fatali simplici, & velut sua morte; aut violenta, scilicet, terræmotu, incendio fortuito, diluio animalium, vi domestica, aut peste, lueque ferali.

Pro Brisson, sententia refero Doctissimum meum Barbosam *rom. 2. votorum decisiuorum lib. 3. voto 126. num. 349.* vbi affirmat, vassallos inuitos non posse alienari, & ad alium Dominum transferri. Probatque *ex cap. 1. §. In eadem, de lege Conradi, & ex cap. 1. quo tempore miles, & ex cap. 1. §. Præterea ducatus, in fine, de prohib. feudi alienat. per Federic. cap. dilect.*

dilecti, de maior. & obedi. Sic ille, Auhores etiam sequenti numero referēs. Quibus positis.

Argumentor sic: æque privilegiati sunt Regulares, eorumque domus, per Pontificum decreta, indulta, atque rescripta, quoad actiones, ipsorumque iura, ac est Romana Civitas, eiusque Ecclesia; ergo si Romani Ciues, Romani esse non desinunt Ciues, inuite expulsi, vt ex dictis constat; sic prædicti Religiosi. (Imo, & tota Religio, in illis quoad hoc representata) inuite expulsi, non desinunt esse illius Conuentus Conuentuales: atqui, illis persistentibus, poterat, & debebat, eligi Prælatus; ergo, &c.

7 Ducor quinto: maius adest fundamentum ad amplianda, extendendaque generalia verba concessiua, (vtpote favorabilia, Principisque privilegium) quam, vt extendantur Decreta, per modum desolitiuæ legis statuta: atqui casus, valde specialis, nisi expressè declaretur, non continetur sub generali concessione; vt post, & ante alios, docet Silius, de leg. pag. mihl, 628. num. 33. ergo prædictus, specialissimusque, casus in prædicto non comprehenditur Regula, §. Ergo, &c. Et certe per tacitos intellectus non est inducenda legum correctio; in tantum; vt, quamuis clausula nihil operetur, idem sustineat cum alijs Thomas Sanchez lib. 2. de matr. disput. 11. num. 23. prope finem; qui quoad hoc videi etiam potest lib. 5. summa, cap. 3. num. 33. in fine; ergo.

8 Ducor tandem: nam idem numerus requiritur, & sufficit ad Conuentum iure communi, qui postulat, satisque est ad recitandum in Choro: atqui duo sufficiunt ad recitandum in Choro, iuxta probabilem sententiam Græfij tom. 2. consil. lib. 3. de Missar. celebratione, consil. 2. diffc. 2. num. 16. & iuxta cap. Proposuit, extra, de filijs Præbyter; & cap. illud, 7. q. 1. quam sententiam nouiter defendit Philibertus Marchinus tom. de Ordine, tractatu 2. part. 6. diffc. 11. num. 19. affirmans, de iure Canonico, Conuentum, & Monasterium etiam ex duobus consistere; vt inuit Glossa, iuncto textu in cap. 1. 10. q. 1. ergo, &c.

Et ne alicui hæc sententia absque sufficienti autoritate procedere v. eatur; illam probabilem implicite dicitur

Leander de Murcia vbi supra, pag. 177. col. 2. num. 7. pro ea referens col. 1. q. 3. num. 1. Grassium in decis. lib. 2. cap. 33. & Sanctum Romanum cap. 3. fol. 144. & Doctores in cap. Præbyter de celebrat. Missar. & cap. Proposuit in fine de filijs Præbyter; non obitantibus leg. Nitarius, vbi communiter Doctores; & Glossa in cap. Nullus de elect. verb. Duo; & Bartholo in leg. Prætor. ff. de vi bono. rap. Silius, & Sà, quos refert pro contraria sententia, asserente, ad communitatem requiri tres; quam probabiliorem sequitur, num. 6. & 7.

Imò pag. 178. num. 10. expressè sententiam Græfij probabilem dicit. nam, dicto num. 10. inquirens; an sufficient duo ad satisfaciendum Missæ Conuentuali; vnus, scilicet, Sacerdos, & alter, qui Missam officiet, & Epistolam cantet? Affirmatiue respondet, secundum Authores, qui hoc de Officio Divino in Choro affirmant; ex cap. Vt quisque, de vita, & honest. Clericor. sic enim habet: *Esta sententia es; probable, maxime, porque tambien se dixen Missa Conuentual; por quanto el Conuento assiste a ella. y juntamente se emiende, que la ofrezca con el sacerdote, y porque, regularmente hablando, se ha de ofrecer por el mismo Conuento, y sus obligaciones; esto es, por sus bienhechores, y Frayles viuos, y difuntos.* Sic ille.

Ergo debet, vt probabilis admitti; maxime, attendendo ad Doctissimum Nauarrum, de quò supra, asserentem, illam esse communem opinionem, quam sex sustinuerint Authores; cumque probac fere sex rellati sint, (& scio me à granissimo quodam, & moderno Authore (quali autem, ignoro) qui scripta sua prelo mandauit, illam probabiliter saltem esse admittam, vidisse) ad minus probabilem esse negari non potest; & consequenter posse prædicto Conuentui, Ciuitatis scilicet Biquensis, præfatum Definitorium Prælaturæ eligere. Quare pro eodem primò quæsito.

9 Dico secundo, teneri etiam Definitorium meæ Religionis eligere Prælaturæ dicto Monasterio, ob prædictas rationes, quæ; simul sumptæ, non leuiter intentum probant. Sicque interrogatus à quodam prædicti Definitorii Definitore respondi: Sicque indico.

10 Post hanc, sic à me datam, resolutionem, exijt pro contraria parte quidam,

dam, etiam meæ Religionis, cuius sapientia, & doctrina numquam satis laudata; scilicet, Pater Fr. Franciscus à Sacto Iuliano; Hic, inquam, pro contraria exijt parte, probans primò, Definitorium non potuisse prædicto Conuentui, Ciuitatis, scilicet, Biquensis, Prælaturam eligere. Secundò, nec electum Prælaturam Barcinonensis Conuentus vocem in Generali Capitulo habere potuisse. Rationes, quibus, pro vtraque conclusione, Sapientissimus ducebatur Pater, in illarum (habita venia) solutione dicam.

It. Suppono primò, negotium hoc ad duo capita posse reduci; quorum vnum commune est vtrique difficultati, in casu propositæ; estque, non posse eligi Prælatos prædictis duobus Conuentibus. Aliud vero est speciale respectu Prælari Conuentus Barcinonensis; estque, quod non possit talis Prælatus, electus tantummodo, vocem in Capitulo Generali habere. Quò posito; & posito etiam, quod mihi, vt responde-rem, præceptum fuit.

Dico ad primam Sapientissimi Patris rationem obiectam; non obitare, quòd præfatus Prælatus electus, non acceptasset Prælatiam in dicto Barcinonensi Conuentu, vt per hoc præcisse, nulla futura sit electio ad effectum carendi voce in Generali Capitulo. Ratio est; nam obligatio acceptandi cum onere, quòd, si non acceptet, vacabit proprie, vel improprie dicta Prælatura, non currit respectu ignorantis electionem, & confirmationem; sicut nec currit respectu impotentis in ordine ad sumendam possessionem. Nam, sicut impedito non currit tempus quoad sumendam possessionem, quæ multipliciter sumi potest, (& hoc planè est inter Doctores) sic quoad acceptandum modo dicto, non currit tempus illi, qui ignorat.

Probatur hoc: etenim non vacat Prælatura, quando, vt electus illam acceptet, signatur limitatum tempus, (quod adhuc nostro in casu non tenet) nisi à tempore electionis, ei præsentatæ. Sic expressè habetur 6. decretalium, lib. 1. de elect. & electi potest; cap. Quam sit, alias, 6. d. electus verò. Item extranag. si Religiosus, eod. tit. inter communes. Facit etiam Rota, decis. 7. de elect. in nouiss. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria 5. casu 477. num. 50. non ergo obitat,

quòd in Barcinonensi Conuentu non acceptasset prædictum officium ex defectu scientiæ electionis, & confirmatio- nis suæ; siquidem statim ac prouenit Complutū, sciuitque, & electionem, & confirmationem prædicti officij, illud, & de iure, & de facto, acceptauit, me- reste.

It. Nec secundò, dicere obstat, fero- venisse acceptationem, & admissionem prædicti officij; siquidem iam tunc non extabat Conuentus. (Et hoc est dubium vtrique interrogationi commune) Non (inquam) obstat. (Et prius loquor de Prælato Barcinonensis Conuentus) Ete- nim quando Complutum, vbi acceptauit officium Ministri, peruenit, adhuc extabant subditi, Conuentualesque præ- dicti Conuentus, licet non omnes cor- pore in eo extiterint. Quare, acceptatio- ne posita, Prælatus erat actu, & non so- lum potentia, vt tantum vult Præfatus Pater.

Ducor ad hoc ex exclusiua, quam il- le pro se adducit, deducta ex meo Bar- bosa de offic. & potest. Episcopi, allegat. 53. num. 66. quæ his exprimitur verbis: *Non dicitur tamen Parrochiale Beneficium, &c. illud, quod non est actu Curatum, sed tantum habitu; veluti, quia populus sit destructus, & omnes Parrochiani aliqua ex causa mor- tui sunt, & esse deserunt; &c.* Ergo sic ego.

Ergo, si non omnes moriendo defece- runt, non propter hoc desinet esse actu Curatum Beneficium; cumque nostro in casu, sic in Barcinonensi Conuentu, sicut, & extra illum, scilicet Complu- ti, stabant prædicti Conuentus Conuen- tuales, & hoc, in tempore, quòd præfatus Minister officium, ad quod erat electus, acceptauit, adhuc certe erat ministeriū, vel (vt melius dicam) Conuentus, in actu; quamuis præfatus Minister in ab- sentes officium suum exercere non va- leret; nec in præsentem subditos, id, quod contentiosa tangit iurisdictio, quia ex- tra territorium erat. Si ergo præfa- tus Magister Conuentus cum Cura- tis, Parrochosque cum Ministris vult comparare; hoc libenter admitto. Di- coque, quòd, sicut, non mortuis om- nibus Parrochianis, manet Curatum officium, & Parrochus, iddem dicen- dum erit nostro in casu; siquidem cum Conuentualibus, qui in Barcinonensi rema-

remanebant Conuentu, & cum illis, qui vi eiectionis fuerunt, plures erant desideratis ad conseruandum Conuentum.

13. Confirmatur hoc exemplo præfati Magistri, ab ipso alato pro responsione cuiusdam obiectionis, quam contra se adducit, & ad quam respondet ex doctrina Barboſæ, qui ex Azorio 2. p. lib. 6. cap. 8. q. 9. sic habet: *Quod, si quis ad hanc promouetur, non tenetur, intra annum, ad Sacerdotium ascendere; si tamen Parrochiani, quia forte captiui erant, redierint, Parrochialis Ecclesia, quasi iure possiminij ad sua iura reuertitur; ac proinde his, qui ipsi præst. &c.* Ex quo sic arguuntor; & inducitur.

Ergo prædictus Parochus potuit esse promotus, stantibus, Parrochianis eius captiuis. Rursus; ergo potuit prædictum Curatum officium, tanquam Curatum, & cum onere animarum, acceptare, non obstante, quod suffraganei, & subditi eius ad assidendum impediti essent; ergo potiori iure potuit præfatus Minister Barcinonensis Conuentus dictum acceptare officium; siquidem non tantum in prædicto Barcinonensis Ciuitatis Conuentu, erant subditi eius, vt statim dicam; sed etiam extra illum. Unde, ad minus, quoad acceptandum prædictum officium, mihi (salua pace) certum est, sufficientes adfuisse subditos, stante iure communi, quod, in hoc extraordinario casu præcipue, inspectandum est.

14. Constat hoc (& meo videri) satis probabiliter, sequenti ratione. Si præfatus electus, existens cum Religiosis electis in Barcinonensi Conuentu, vbi præses erat, suæ haberet electionis notitiam, & acceptaret; ad minus tunc notissime esset Minister prædicti Conuentus; atqui hoc idem fecit, & de iure, & de facto, statim ac peruenit ad hoc nostrum Complutense Collegium, & similiter Matritum, vbi locum, Prælati solitum dari, per multum tēpus retinuit; ergo.

Probatur Minor, nam Religiosi, qui cum eo venerant, erantque illius, vt Præsidentis, subditi, vt subditi permanferunt quousque, illis per Superiores Prælatos alia assignaretur propria, & Conuentualis habitatio: si ergo tunc (vt de facto contigit) acceptauit, acceptauit vtique in tempore apto. Probatur Conse-

quens; nam præfati Religiosi, dum, per Superiores, pro alijs Conuentibus Conuentuales designati non fuerunt, erant vtique Conuentus Barcinonensis Conuentuales, quod (ad minus vt probabile) negari non potest: atqui, antequam aliorum Conuentuum Conuentuales essent designati, acceptauit præfatus electus Ministri officium, & de iure, quia consensus, & de facto, quia locum, & aequitatem habuit, Ministris debitam, vt patet: in tempore igitur apto acceptauit: ergo locum non habet acceptationis requisitæ defectus, ac proinde in Capitulo Generali non erat, & loco, & voce priuandus.

15. Et sic, quamuis Episcopi Titulares, vel Annulares (& hæc est alia, in qua fundatur Sapientissimus Pater ratio) non habeant vocem in Concilio, eo quod Concilij resolutiones sint iurisdictionis actus, sicut absoluere, ligare, sententiam ferre, &c. quod ipsi non habent defectu sudditorum; hoc tamen non currit respectu Ministri Barcinonensis Conuentus. Tum, ob prædictam rationem. Tum etiam, quia in rei veritate eandem Ministri habuit iurisdictionem, & actu exercitam, quatenus Præsides: licet ad officium præsentis, quo fungebatur, non fuisset nec per Generale Capitulum, nec Definitorium electus; qui electionis titulus postea additus fuit, ne Ministri officium ad nutum esset amobile, & vt in Generali Capitulo locum, & vocem posset habere.

16. Deinde, quia negari non potest, quod præfatus electus, sit Minister secundum aliquam propriam Ministri iurisdictionem, & consequenter sit secundum aliquam rationem Minister, & non Titularis, aut Annularis (vt sic loquar) ex natura rei: cum ergo Nostri Ordinis Constitutiones cap. 39. §. 2. numer. 2. sic habeant: *Que los Ministros, assi Prouinciales, como Conuentuales, tengan voto en Capitulo General*: sufficienter saluatur prædictæ Constitutionis rigor in præfato Ministro; qui nec per electionis titulum, nec per aliquem alium, est Titularis, vel Annularis.

Vnde, nec etiam hic locum habet doctrina Bañez 2.2. q. 1. arr. 11. notabili. 2. quantum ad hoc, quod Episcopi Titulares, vt Annulares, non habeant eorum in Concilio; dato adhuc, quod Præfatus

tus Minister, esset Titularis, vel Annularis. Eo quod indefinite omnes Ministri, per constitutionem prædictam, loco, & voce gaudeant in Generali Capitulo. Nam lex rigurosa trahenda non est ad alios, præter expressos, casus. Accedit ad hoc, quod antiquitus in Nostri Capitulis, vel Generalibus, vel Prouincialibus, etiam Procuratores Conuentuales votum habebant, cum tamen nullos antecedenter haberent subditos. Ob quod sentio, præfatum electum vocem in Generali Capitulo habere de iure.

17 Et dato gratis, hoc esse ambiguum, pro solutione dubij deseruit quarta constitutio, *numer. 4. prædicti cap. 39. & §. eodem*; in qua sic habetur: *Pero si alguno por otra causa estuviere inhabil, o careciere de voz activa, o se dudare dello; el determinarlo, o declararlo, pertenezca al Definitorio General, y esien todos a su declaracion, y determinacion.* Sic se habet quarta constitutio, loco citato. Præterquam quod, vltra ius, & actionem, quam Generale Capitulum, iure communi habet ad hoc interpretandum, & declarandum; iddem valent præfati PP. efficere, ratione priuilegiorum, Innocentij VIII. & Leonis X. vt refert Emmanuel Rodriguez *tom. 1. qq. Regul. quest. 11. artic. 5.* & ipsum referens Fr. Hieronymus Rodrig. *in Compendio qq. Regul. resol. 90. numer. 48.* Quod iddem concessit Eugenius IV. vt videre est apud citatum Hieronymum Rodriguez *num. 35.* Et hoc est, quantum ad Ministrum Barcinonensem.

18 Accedendo igitur ad secundum caput, seu principium, quod ad vtrumque (Barcinonensem, scilicet, & Biquensem) Ministrum, eorumque Conuentus, spectat, admissa, pro probabiliori, sententia Castro Pallao, circa ceterum, & Congregationem DD. Cardinalium, &c. non mihi videtur, illam hoc in casu tenere. Et in primis, in Conuentu Ciuitatis Biquensis erant tunc duo Religiosi professi; & in Barcinonensi, erant etiam Nouitij, & Professi, & Sacerdos quidam qui præsidebat, enixeque postulabat licentiam à R. P. N. Generali, vt professionem emitterent præfati Nouitij.

Et quamvis Sacerdos iste Gallicus erat, & ob hoc non professus iudicetur.

At, attendendo ad motum Clementis VIII. necessarium non est, vt iudico, quod, qui de Gallia (hoc est, *los del paño*) ad Nos se transferunt, nouam emittant professionem. Vnde si inter Nos per vnum integrum annum perseuerent, exire non valent sine nota apostasiæ; præfatus autem Pater Gallicus (qui vocabatur Fr. Claudius) per duos annos, & amplius, Nobiscum perseuerauit, egitque in vno prædictorum Conuentuum officium Magistrj Nouitorum.

19 Nec contra ea, quæ dicta sunt, obstat Castro Pallao sententia, qua vtitur sapientissimus Pater; versatorque prædicta sententia, circa hoc; an scilicet, vnus vel duo de DD. Cardinalium Collegio ad electionem procedere valeant? Sed non obstat, vt dico. Siquidem Ministrorum in nostro casu electio ad Definitorium Generale spectat; quique passim gaudent voce; sunt omnes Sacerdotes, alias idonei, mee Religionis Discalceatorum. Sicque tota difficultas consistit in hoc; an, scilicet, si in prædictis Conuentibus non sint plures Religiosi, quam prædicti, possit Definitorium Generale Prælatos illis eligere. Et vltra id, quod pro affirmatiua parte iam dixi.

20 In eo ipso me rursus ratifico. Tum, quia in probabili sententia, sufficiunt prædicti Religiosi ad constituendam cõmunitatẽ. Tum etiam, quia, qui iniuste eiecti fuerant, erant de iure, prædictorum Conuentuum Conuentuales. Nec obstat, quod prædictis Religiosis, iniuste eiectis, Conuentualitas postea fuerit assignata. Nam hoc ad rectam Religionis gubernationem spectat, dum iniusta durauerit vexatio; qua ablata, absque nouis licentijs, seu assignationibus ad prædictos Conuentus valent, de iure, redire. Tum etiam, quia facile est, quod RR. PP. vel Generalis, vel Prouincialis, illis nouas iterum licentias præbeant, sicque illos à subiectione quorumcumque aliorum Conuentualium excludant Prælatorum. Et quamvis tunc nouam non assumant possessionem, sufficit antiqua, per accidens, quoad exercitium, pro determinato tempore suspensa.

Præterquam quod, quando non assumi possessionem, est propter iniustam violentiam, seu impedimentum, pro assumpta reputatur, quoad omnes effe-

ctus, ab illa pēdentes; vt iam inter Nos semel contigit. Vnde, designatis Conuentualibus, electisque Ministris, poterat Noster Generalis illos ad prædictos mittere Conuentus; & si illis impediretur ingressus, iam tunc non possessio nihil obest. Cumque nec Conuentuales ad prædictos designare Conuentus, nec illis electos præbere Ministros à Conuentualium dependeat suffragijs, & votis, nullum in hoc reperio inconueniens. Et quia casus præsens rarus est, secundum iuris debet æquitatem iudicari. Nec iustum est, quòd, non eligendo Prælatos prædictis Conuentibus, illos pro derelictis habeamus. Et frequenter plures Monasteriorum Monialium fundationes videntur, duabus missis Monialibus, quarum vna sit Prælata.

21 Ex dictis sequitur primo, Ministrum Conuentus Barcinonensis Ciuitatis admitti cum voce, & loco, in Capitulo Generali deberi, quòd mihi certius videtur. Aliàs, si in aliquo Conuentu fere omnes Religiosi morerentur, & solū duo laici professi, & Prælati remanerent, talis Prælati non haberet vocem in Generali Capitulo; quòd nullatenus admittitur; quamvis illud, pro obiectione à me illatum, admiserit voce tenus Sapientissimus Pater. Hoc enim mihi nimis rigidum videtur.

22 Sequitur secundò, probabiliterque, posse fieri prædictas electiones. Et quamvis cōtrarium probabile sit, quòd (adhuc stante solum autoritate tanti Magistri) negare non possum; nihilominus inconuenientia, quæ timentur, fa-

ciendo prædictas electiones, minimè euacuantur, illas omittendo. Ratio est in promptu, supponeudo, vtrumque extremum esse probabile; sicq; se habet: nam quodcumque illorum sequatur extremum, in probabili sententia nihil fiet; nisi, vel ad priuilegia recurratur, vel ad declarationem Generalis Capituli, de iure communi; vel Summi Pontificis declaratione accedat voluntas. His enim omnibus deficientibus, adhuc sub probabilitate erit, quidquid in Generali Capitulo factum fuerit. Cum enim vota Capitularium excludenda non sint, sicut nec extranea admittenda, sitque in opinione, tales Prælatos habere vocem in Generali Capitulo, euidenter sequitur, & æque, siue admittantur, siue non, non fore stabile, & firmum, quòd per ipsum Generale Capitulum fuerit effectum. Et non loquor, quando vnus tantum Capitularis bona fide relinquatur, vel bona fide admittitur; qui aliàs Capitularis non est.

23 Aduerto tamen, quòd contententes super excludendis prædictis Ministris à voce in Capitulo, seu contententes illos includere, facta de illis, ex debito, electione, non opponuntur Tridentino. Nam hoc nec est multiplicare, nec minuere vota, vltra ea, quæ inter Nos de iure possunt, debentque admitti; nec etiam est intendere, electiones facere, recusare vè, quas voluerint. Sic tunc in prædicti casus contingentia respondit; sicque modo iudico respondendum. Et hæc de hac quæstione, tractatuque sufficiant dicta.



TRACTATUS

QVINTVS DE POENITENTIÆ SACRAMENTO, PER SINGVLARES quæstiones, & casus. Vbi aliquid dicam circa Bul- lam Cruziatæ.

QVAESTIO PRIMA.

*An moribundus, qui nulla, à Con-
fessione, vel ab alio visa, contritio-
nis præbuit signa, possit sub condi-
tione saltem absolui, toties
quoties hoc necessi-
tas postulauerit?*

AFFIRMATIVA conclusione iu-
dico respondendum. Probatur
que; tum Authoritate Doctorum, qui,
hoc posse fieri, affirmant; tum etiam ra-
tionibus. Igitur pro hac sententia Diana
3. p. tract. 3. de absolut. moribundi, resol. 8.
refert primo Homobonum in examine
Ecclesie p. 1. tract. 7. cap. 18. q. 84. asseren-
tem, tolli irreuerentiam Sacramenti, vel
periculum sacrilegij, tum conditione
apposita, tum etiã authoritate DD. hanc
tuentium sententiam. Deinde refert Dia-
na Molpesium in Sum. com. 1. tract. 7. c.
5. num. 48. & 49. notantem, iddem ex
sua Religione sensisse Gabrielem Lother-
riam, virum doctissimum; & ex Socie-
tate Iesu P. Salmeronem, & P. Lupum
Cappucinum. Refert item Antonium de
ligeratis in Sum. edita Romæ, cum appro-
batione Magistri Sacri Pallatii anno 1611.
p. 1. cap. 35. num. 7. & cum Sacerdotali
Romano pag. 624. ex doctrina D. Anto-
nini, asserentis, posse etiam absolui mo-
ribundum assuetum frequentare confes-
sionem, quamvis repentino casu oppres-
sus Sacramentum non petierit; reddens-
que rationem, ait, quia contingere po-
test, moribundum esse tantum attritum,
vnde damnetur, nisi absoluat.

Hanc etiam probabiliter à principio
extrinseco refert Diana, §. Vnde ego sal-
tem; vbi pro ea refert etiam aliquos So-
cietatis Iesu, & suæ Religionis. Pro hac
etiam, exactissimè probata à sapientissi-
mo Nostro Leandro, plures alios refert
ipse Leander 1. p. pag. 210. q. 46. per totam,
omnino videndus etiam sequenti quæ-
stione; vbi, supposita huius conclusionis
probabilitate, quàm in praxi susinendâ
fatetur cum Diana, in fine quæst. 46. ait
non minus docte, quàm pie, debere in
hoc casu Sacerdotem prædictum absol-
uere poenitentem. De quo etiam viden-
dus q. 48.

Pro hac etiam referri potest Philiber-
tus Marchinus tract. de bello Diuino, seu
de peste, p. 3. cap. 13. num. 15. teste Diana
4. p. tract. 4. Miscellan. resol. 92. asserens;
posse sub conditione absolui Sacerdotē
post introitum Missæ, in terram desitu-
tum sensibus cadentem, & ruentem; licet
dicat hic Author, quòd in mortis articu-
lo quilibet, quocumque pietatis signo,
virtualiter confessionem in votis habe-
re censeatur, cum vnusquisque in mortis
discrimine, optimo, quo potest, remedio
animæ sue prouidere præsumatur. Sic re-
fert ipse Diana, vbi supra; vbi etiam re-
fert quendam Iacobum Bayum, asseren-
tem, posse in nostro casu dari absolutio-
nem per modum suffragij.

2 Nec omittendæ sunt rationes Mol-
peshij. Ait enim, in tali casu posse esse,
prout in dubio præsumitur, vt quis sit
memor salutis æternæ, & interius habeat
aliquam efficacem attritionem, qua re-
cte dispositus sit Sacramentalem abso-
lutionem recipere, & de attrito fieri cō-
tritum. Quòd iddem docet Bartholo-
mæus à Sancto Fausto, teste Diana 4. p.
resol. 92. vbi refert pro hac sententiã factū
Clementis VIII. doctissimi Pontificis.

3 Nec valet dicere, quod multo-
 rēs, qui ex insperato loquellam amit-
 tūt, non solent habere peccatorum at-
 tritionem; quia præoccupati timore
 mortis ad alia non aduertunt. Nam res-
 pondetur, in his viris (hoc est; timora-
 tæ conscientia, de quibus loquitur Mol-
 pheſius, & plures alij) frequentius acci-
 dere, vt cogitent de peccatis suis; vt ex-
 perientia docet. Leges autem adapran-
 tur ad ea, quæ frequentius, non verò ad
 illa, quæ raro contingunt. Sic apud Dia-
 nam Molpheſius.

4 In cuius Authoris gratiam argu-
 mentor sic: & in primis; licet Sacra-
 mentum sit signum sensibile; ly tamen;
sensibile, non ponitur pro materia, sed
 pro illius manifestatione; hoc est, vt de-
 notet, illam debere esse cognitam, vel
 verbis, vel signis, vel autibus, &c. Quæ,
 cum sint media humana ad cognoscen-
 dam absolutionis materiam, & alia na-
 turaliter non reperiantur, (& si repe-
 riuntur, erunt etiam sensibilia signa)
 ideo dicitur Sacramentum sensibile sig-
 num.

Ex quo, claritas gratia, argumentor
 sic ideo ponitur *sensibile signum*, vt de-
 notentur media, per quæ humano mo-
 do, ex parte modi, Sacramentum hoc
 potest ministrari: ergo, si de peccatis,
 per actum contritionis confessis, per re-
 uelationem constaret; posset vtrique ta-
 lis interne, & in rei veritate; exteme
 pœnitens, & respectu Confessoris Diui-
 na reuelatione apposita, absolutionis
 recipere beneficium. Probatum Conse-
 quens: nam ibi est vera materia tam pro-
 xima, quàm remota, & respectu Con-
 fessoris externa modo Diuino: potest
 igitur absolutionis forma applicari; si-
 quidem ly; *sensibile*, solum denotat, ma-
 teriam debere esse cognitam.

5 Sed dices contra: licet corpus
 Christi in imperceptibili particula, an-
 tea cum alijs iam consecrata, possit con-
 seruari, nequit tamen à principio in cor-
 pus Christi consecrari: atqui, non alia
 ratione, nisi quia deficit sensibilitas ex-
 trinseca, quæ requiritur, non vt quid in
 corpus Christi conuertibile, sed vt in-
 trinseca sensibilitas in Christi corpus cõ-
 uertatur: ergo, &c.

6 Respondetur tamen, conceden-
 do totum; ex quo nihil cont. Nos.
 Imò videtur, quòd ly, *sensibile*, solum,

vt extrinseca conditio requiratur; pro-
 indeque per reuelationem sit supplebi-
 lis. Nam, si per reuelationem constaret
 alicui de existentia hostiæ, vel particu-
 læ sub linteo, illam posset Sacerdos va-
 lide consecrare, vt docent Henriquez,
 Sotus, & Ioannes de Cruce, quos re-
 fert, impliciteque probat Noster Lean-
 der 2. p. pag. 192. *quest. 64.* Quòd etiam
 respectu Sacramenti Pœnitentiæ vide-
 tur approbare Pefantius, *addit. ad D. Tho-
 mam, quest. 10. disp. 3. pag. 956. §. secunda
 sententia*, ibi: *Sed absque confessione non
 potest Sacerdos, citra reuelationem, cognosce-
 re, quæ sint remittenda: ergo peccator tenetur
 confiteri.* Sic Pefantius.

7 Et probatur à simili, ex doctrina,
 quàm probabilem dicit implicite San-
 chez *lib. 2. de matrim. disput. 30. numer. 3.*
in principio, illam referens *num. 2.* alle-
 rente, quòd, si Deus mutuos consensus
 contrahentibus reuelaret, esset matrimo-
 nium absque aliquo alio externo sig-
 no; quia existimant huius sententiæ Au-
 thores, signa, solum se habere, tanquam
 conditionem, *sine qua non*, ad consti-
 tuendum matrimonium; quasi per illa
 consensus mutui innotescant. Sic Ma-
 yor *in 4. dist. 26. quest. 1. ad 3.* & dicit
 probabile *Vetracruz 1. part. speculi, art. 3.*
 & ita refert Sanchez *num. 2.* vbi supra:
 cum ergo omnia Sacramenta habeant
 hoc, quòd est, esse sensibilia signa, cur
 in hoc matrimonijs Sacramento, ly, *sen-
 sibile*, requiritur tantum; vt mutui in-
 notescant consensus, proindeque vt cõ-
 ditio, *sine qua non*, à Deo tamen supple-
 bilis; & iddem non erit dicendum in Sa-
 cramento Pœnitentiæ, vt contritio, &
 confessio, per accidens, vel per se, insen-
 sibilia, Dei tamen reuelatione manifesta-
 ta; sufficiens sint materia ad absolutionem
 extrema in necessitate præstan-
 dam?

8 Solutionem huius similis, ad-
 missa eius probabilitate, ab aliquibus
 postulauit, sed non accepi. Sic tamen
 respondendum pro communi senten-
 tia esse existimo, dicendo, matrimo-
 nium hoc speciale habere à ceteris di-
 stinctum Sacramentis; scilicet, quòd
 sit contractus humanus, licet per Chri-
 stum ad esse Sacramentum eleuatus.
 Vnde, sicut stando in ratione contractus
 humani non inconuenit, quòd de no-
 uo accedat mutui consensus expli-

catio, facta Diuinitus, quam nulla, nec naturali, nec Diuina, lege matrimonium ipsum excludebat; sic nec postquam ad esse Sacramenti eleuatum est; siquidem nihil de naturaliter, & essentialiter, requisitis est immutatum.

Cum verò cetera Sacramenta in totum fuerint à Christo Domino instituta; hoc est, non præcesserint talia in aliqua ratione ante Christi Domini institutionem; & Christus Dominus illa instituerit ministranda sub ratione signi sensibilis modo humano; vel exclusa videtur ratio sensibilis, Diuinitus facta, vel Diuina manifestatio sensibilis, prout etiam ad præsens requiritur, rationem aliquam non includit: ergo diuersa est ratio, in simili adducta. An autem solutio hæc conuincat, in alium relinquo locum. Nunc verò prosequor sic.

9 Nec etiam obstat, si dicas, hoc manere in dubio; scilicet, an præbuerit signa doloris, confessionem vè signo aliquo naturali postulauerit? Non (inquam) obstat. Tum, quia (& loquor de eo etiam, qui antea non ita iustificatus reputabatur) de nullo debet malum præsumi, & præsertim finale, nisi expresse de illo confiterit: cum ergo nec expresse de hoc conitare possit in casu posito, tenebimur de omnibus similibus nullum iudicare malum, præcipuè de quo vitando pro tunc illis obligatio currit: atqui, in simili casu, tenentur omnes suæ salutis exequi necessaria, inter quæ unum, & facilius, est, contritionis signa præbere, confessionem vè signo aliquo postulare: ergo hoc de illis possumus iudicare, proindeque illis absolutionis beneficium sub conditione impendere.

10 Tum etiam; (& iddem dico in dubio, an sit de viris probatæ famæ?) Quia in dubio fauendum est reo. Tum tandem; quia, licet possideret Sacramentum; cum tamen illud; vt suscipientium medicina sit institutum, cedit iure suo, (vt sic loquar,) & irritationis periculo exponi non ægre fert; eo quòd spiritualis proximi salus magis tuta relinquitur suscepto Sacramento, quam si illud non ministraretur. Et vbi charitatis imminet violatio, & Religionis, charitas amplectenda est. Et hæc violaretur non administrando Sacramentum infirmo indigenti. Ex ad-

ministracione autem solum violaretur Religio; vt recte Sanchez Abulensis in *selectis*, disput. 8. num. 11. §. *senferunt Authores*; exemplificans hoc in Sacramento Eucharistiæ; & pro se referens Vazquium, & Basilium Legionensem; quibus addo D. Cardin. Lugum, vt videre est, tractat. nostro de matrimon. casu 24. numer. 18. per totum; ad quem locum me remitto, ne dicta repetam.

11 Rursum: tam graue esset sacrilegium, tam magnaue fieret Sacramento iniuria in baptizando iam baptizato; ac in absoluendo eo, qui materiam non præstitit: atqui in dubio de Baptismo recepto est quis, iuxta cap. *De quibus, de Baptismo*; & omnium sententiam, sub conditione baptizandus: ergo in dubio de materia præstita erit sub conditione absoluendus. Tunc sic; sed fama probitatis moribundi, vel ius, quòd quilibet habet, ne finaliter indipositus iudicetur, nisi expresse confiter, vel vtrumque simul, inducit saltem dubium (ne dicam moralem certitudinem) de materia ad solutionem requisita: erit ergo, absque controuersia, sub conditione absoluendus. Nam si tota ratio, pro opposita sententia, sistit in eo, quòd sacrilegium committeretur, fieretque iniuria Sacramento, cur hoc in baptizando sub conditione eo, de quo, an sit baptizatus, dubitatur, locum non habet; habebitque in absoluendo eo, circa quem de, requisita ad absolutionem, materia dubitatur?

12 Et confirmatur: quia si probabilis (de qua Sanctius Abulensis in suis *selectis*) sententia tenet, posse Confessorem, ob vitandam solummodo molestiam scrupulosi pœnitentis, postulantis absque præstita materia absolui, illi, absque absoluendi intentione, absolutionem præstare; cur non poterit Confessor præfatum moribundum, ob salutem æternam, contingenter consequendam, conditione apposita, absolueret?

13 Deinde: quia in dubio, an sit mortuus infirmus, potest illi sub conditione, si non est mortuus, extrema vnctio conferri; vt, alijs citatis, asserit Hieronym. Rodrig. in *Comp. qq. Regular. resol.* 140. numer. 3. & Emman. Rodrig. tom. 4. *Sum. cap.* 191. numer. 4. asserens, posse infirmis, in extremis constitutis (si probabiliter

credatur, non posse perfici omnes quinque vñctiones cum suis formis) sub conditione, *si infirmo prodest, vel, si est capax receptionis Sacramenti*, inungi lenium, ad vñctionem magis aptum, seu directum, aut expositum; (quòd etiam, non improbaus, refert citatus Hieronymus vbi supra) cur hoc iddem in nostro casu effici non poterit, cum maioris sit necessitatis pœnitentiæ Sacramenti susceptio, quàm Vñctionis?

14 Rursus; probatur intentum ex congruentia, à simili deducta ex Augustini doctrina, qui, inter naturales prædestinationis effectus, ponit natiuitatem alicuius iuxta fontem, vel aquam. Ex quo sic argumentor: ortus alicuius iuxta fontem probabile facit de eius prædestinatione iudicium; eo quòd sit, qui baptizet, & aqua ad baptizandum: ergo repentina alicuius mors, in Sacerdotis præsentia contingens, probabile efficiet de moribundi saluatione iudicium, eo quòd sit, qui absoluat, Sacerdos, & ex hoc, nõ mere casualiter accidente, prudens valeat iudicium deduci de necessaria materiæ existentia, ad absolutionem sub conditione saltem præstandam. Licet enim in primo casu certa sit materia, quòd in secundo non contingit, aliquam tamen præstat licentiam cum Christiana pietate occurrens casus, vt, conditione apposita, quæ irreuerentiam ex parte tollit, æternæ moribundi saluti consulatur.

15 Probatur deindè præsens resolutio ratione, quàm pro ea probabiliter adducit Diana vbi supra: etenim ait, quòd in hoc casu adfit aliquomodo materia, quæ per testificationem, & famam probitatis dicti moribundi efficitur præsens. Probus enim vir supponitur omni die actus contritionis, & doloris signa efficere. Hæc Diana. Quæ maximè tenent in infirmo cuiuscumque fuerit famæ, valdè morti propinquo: qui tùm consilio Confessorum, tùm etiam parentum, vel propinquorum, aliarumvè piarum personarum, ad actus contritionis, & amoris Dei super omnia frequentissimè, vt experientia docet, excitatur. Ad quos actus si (& si, etiam dum retractati nulla tenus sint, per diem transacti fuerint) attendamus, videtur posse absolutionis impendi beneficium, nulla etiam conditione apposita. Quòd vltimum probare

videtur ratio Dianæ, quàm sic pondero: Nam fama probitatis moribundi efficit aliquomodo sufficientem absolutionis materiam: ergo, stante fama probitatis, moraliter certæ, stabit etiam cum morali certitudine absolutionis materia: sed cum morali certitudine materiæ absolutionis, non est opus conditione: ergo. Probatur Minor ex eo, quòd, adhuc moribundo illo, expresse se confitente, non est phisice evidens huius Sacramenti materia, adhuc proxima; cum contingere possit, vt fictitè confiteatur.

16 Quòd si dicas, certitudinem bonæ famæ, & probitatis non inferre certitudinem in materia, ad absolutionem requisita. Dico, saltem inferre probabilitatem. Et si hanc concedere nollis; ad minus ponit dubium casum, in quo non parum vrgent omnia supradicta ad concedendam sub conditione absolutionem; & hoc toties, quoties iudicatum fuerit, moribundum posse illa indigere. Sicut enim, cum sepius certa absolutionis materia repetitur, absque conditione aliqua debet absolutio repeti; sic quoties materia probabiliter iteratur, vel sub dubio iterata prudenter præsumitur, toties iterari potest absolutio modo supra probato.

17 Nec obstat, pro contraria sententia stare Authorum multitudinem. Tùm, quia Sanchez *in Sum. lib. 1. cap. 9.* affirmat, vnius Doctoris probi, & docti Auctoritatem reddere opinionem probabilem. Et refert, hoc iddem asserentes, Angelum *verb. opinio num. 2.* & ibi Siluest. *q. 1. Nauarrum in Sum. Latina, cap. 27. num. 288. Valentiam 1. 2. disput. 2. q. 12. puncto 4. q. 4.* Sà *in Sum. verb. Dubium, num. 3.* & Angelicum Doctorem *quodlibeto 3. num. 10.* vbi ait, posse quempiam amplecti opinionem, quàm à Magistro audiuit, in his, quæ ad mores pertinent. Ratio est: quia, si non est leue, sed magnum potius fundamentum, vt aliquid Romæ contigisse credamus; id virum piuum asserere, cur non magni erit in re morali dubia, quòd vir pius, & in ea materia doctus censuerit?

18 Tùm etiam; quia (& parce amice Lector, si iam dicta repetam) non dicitur communis opinio ex Authorum numero, etiam magno, qui, priorum vestigia, instar anium, sequentes, discussione nulla præmissa, eam affirmant; sed

communis dicitur, si pauciores Doctores habeat, qui, vtriusque partis rationibus discussis, & perpenſis, illam affirmant, vt recte citatus Sanchez *numer. 9. & de matrim. lib. 3. disp. 44. num. 2.* Atqui, pro hac resolutione relati, Authores, rationes fere omnes ponderant; imò omnes hic appositæ sunt, & nihilominus idem sustinent, quòd resolutum est, saltem probabiliter; & ex alia parte quamplurimi nec verbum quidem circa hoc loquuntur; & qui ponderant, non conuincunt, vt ex dictis patet: ergo, &c.

19 Tùm tandem, quia aliqui dicunt, de quibus vnus (Nisallor) est doctus senex Nauarrus, communem dici sententiam illam, quam sex probauerint Doctores: cum ergo totidem pro hac sententia sint ad minus assignati, quibus addo plures alios Doctissimos, à me consultos, & præcipuè DD. Inquisitorum tacitam (ne dicam, vt dicere possum, expressam, saltem ore tenus) approbationem, communis etiam censenda erit opinio.

20 Sed contra me dicet aliquis; nihil nouum in hac conclusione continetur: non ergo est quæstio singularis. Ad hoc dico illi, quòd si nihil nouum in hac quæstione reperit, quoad substantiam ab alijs non dictum Authoribus, quoad rationes forte aliqua inueniet noua. Et si hoc contentus non sit, velitque (quia ingenij acumine pollet) disputandi gratia aliquid in substantia nouum audire. Ecce prædictam resolutionem, propter Dianæ auctoritatem vbi supra, extendere videtur ad hoc etiam, vt possit Confessor præfatum moribundum, nulla posita conditione, absoluere, quæ sequitur, ratio. (Et valeat modo, gratia solùmmodo disputandi, postea verò, si placuerit, veritatis, vel probabilitatis gratia ab alijs doctioribus recipiatur, & nõ à me, qui quoad hoc communem sequor Ecclesiæ, Doctorũque vsum.) Igitur sic se habet ratio: & in primis, sicut per extrinsecam petitionem absolutionis non ponitur euidenter phisice illius materia, nec proxima, nec remota, sic, externa absolutionis petitione ablata, non est euidentis, auferri remotam ipsius materiam; cum negatio externæ petitionis absolutionis non sit signum carentiæ remotæ materiæ confessionis, & absolutionis, vt patet. Igitur argumentor sic existis in partem.

Eandem de materia absolutionis notitiam, quàm præstat externa moribundi absolutionis postulatio, seu externum internæ contritionis signum, ab eo factum, præbere potest non solum probitatis fama, qua bonus, & in eo casu contritus, imperfecte saltem; supponitur moribundus, sed etiam naturale ius, vnicuique debitum, ne de illo præsumatur delictum, nisi probeatur: ergo si, posita externa absolutionis petitione, absque vlla debet conditione moribundus absolui, absoluendus erit etiam eodem modo, positus, tam eius probitatis fama, quàm iure, sibi natura debito, ne malus præsumatur, nisi probeatur. Antecedens probatur: nam naturale ius, quòd quis habet, ne malus præsumatur, nisi probeatur, facit, vt in mortis articulo (stante præsertim eius fama probitatis) contritus, vel saltem attritus; externe etiam, iudicetur: ergo eandem præstat contritionis notitiam prædictum ius, & externa moribundi absolutionis petitio præberet. Probatur Antecedens: nam communis est DD. sententia, teneri omnes in mortis articulo sub mortali actum contritionis, imperfectæ saltem, dum adest copia Confessoris, elicere: ergo, ne moribundus peccare iudicetur, ablata probatione, contra ius naturale, illi debitum, absolute debet, vel saltem potest iudicari, ipsum externum elicuisse aliquomodo contritionis, vel attritionis actum: sed hanc solam notitiam præbet externa absolutionis petitio moribundi, aliudvè signum externum, ab illo factum: ergo absolute absque vlla irreuerentia, Sacramento facta, absolui potest.

21 Sed dices: vt ego iudicem, illum non peccare, sufficit, vt iudicem, ipsum actum perfectæ contritionis elicuisse: atqui interna contritio, & si perfecta, non est absque confessione materia adæquata Sacramenti Pœnitentiæ, vt patet: ergo in totum ruit proposita ratio.

Contra tamen est; & in primis, si per verba, nutus, seu signa manifestatur contritio, per hoc solum fit exterior confessio, quæ sufficit, vt in communissima sententia, absque vlla conditione moribundus absoluat: atqui, fieri externam confessionem nihil aliud est, quàm quòd de contritione, seu interna confessione Confessori constet: ergo, quamvis ego iudicem

iudicem, moribundum non peccare, iudicando, illum clicuisse verum contritionis actum, per prædictum tamen iudicium, à Confessore factum, (quod & si positivè facere non teneatur, cum possit se mere negativè habere, potest tamè illud efficere) etiam Confessori innotescit internus contritionis, & confessionis actus.

22 Quòd si iterum dicas, notitiam istam debere originem trahere ab ipso moribundo, per quem, quoad contritionem, & confessionem, debet Sacramentum esse signum sensibile. Contra est illud, quòd de matrimonio supra num. 7. refert, & probabiliter, Sanchez. Omnia namque Sacramenta equaliter sensibilia sunt signa; & nihilominus probabiliter dicitur, quòd si interni consensus voluntium contrahere, constarent ipsis per revelationem, foret matrimonium: ergo, sicut hic externa consensus manifestatio, vel notitia prædictorum consensuum, nõ trahit originem ab ipsis, ad inuicem, interne consentientibus, sed à Deo reuelante, & hoc probabiliter sufficit; sufficet etiam contritionis, & internæ confessionis manifestatio, & notitia, quocumque modo proveniens: atqui provenire potest, ex duobus illis principijs, per quorum unum tenetur quicumque, saltem in mortis articulo, contritionem elicere, & per aliud tenemur nos de nemine malum, & præsertim finale, iudicare, nisi probetur: ergo similiter probabile erit, posse absque vili conditione talem moribundum absolvi.

23 Deinde, quia quando in absentia Sacerdotis confessionem petiit moribundus, & postea, accedente Confessore, nullum aliud præbet contritionis signum, probabilissima tenet sententia, posse tunc absolvi, si aliquis ex circumstantibus dicat, illum petiisse confessionem: atqui, hic & nunc, non constat Confessori immediate de postulata per moribundum confessione: ergo quòd de illa postulata notitiam accipiat Confessor, per hoc, vel aliud instrumentum, & non immediate per ipsum moribundum, per accidens se habet: ergo, si adducta principia prudentem, & probabilem generare valent in Confessore assensum de postulata à moribundo confessione; moraliter pro sufficienti ad absolutam absolutio nem notitia debet, vel potest reputari, cum

ex circumstantibus fidem faciens de petita à moribundo confessione, & absolute, moralis, & probabilis iudicij in Confessore absolvente limites non excedat.

24 Denique; maius adest fundamentum, (vel saltem æquale) vt Confessor, (qui Petrum, v.g. heri peccare vidit, & certò scit, illum non fuisse vsque modo confessum, & quando modo cum illo confitetur peccatum illud relinquere) maius (inquam) adest fundamentum, vt talis Confessor iudicet, Petrum ipsum non integre, adhuc moraliter, sibi confiteri; ac sit ad iudicandum, moribundum non effecisse contritionis signa, nec absolutionem postulasse: atqui de primò probabilis est sententia affirmans, posse Confessorem iudicare, Petrum, tale peccatum non confitentem, esse inuincibiliter oblitum, & sic illum absolvi: ergo probabiliter prudenter iudicare potest, moribundum contritionis effecisse signa, & tali iudicio probabiliter posito, illum absolute absolvi. Si enim, vt in primo casu Confessor possit Petrum, omittentem prædictum peccatum confiteri, absolvi, excusat illum à peccato sacrilegæ omissionis, iudicare, ipsum, non confitentem illud, esse inuincibiliter oblitum; quare, vt excuset moribundum à peccato, eo quòd teneatur strictius sibi extreme indigenti de confessione, communi salutis remedio, providere, iudicare non poterit (& prudenter) ipsum moribundum contritionis signa saltem præbuisse? Atqui, posito quocumque absoluto, & prudenti de petita à moribundo absolute iudicio, potest, & debet, iuxta probabilior sententiam, illum absolute absolvi: ergo, &c. Sed hæc, quæ à num. 20. posita est, conclusio, arguendi tantum gratia, & non veritatis ratione, procedit. Sequor enim in hoc

comunem Doctorum sententiam,
communemque Ecclesie
vsum. Sicque
sentio.

*

QVAESTIO SECVNDA.

De Contritione, prima Sacramēti Pœnitentiæ parte materiali.

DVELICITER potest ad Sacramētum hoc contritio comparari; quia dupliciter, iuxta communem sententiam Thomistarum, (de qua infra) potest Sacramentum contingere. Primò, validum, licet informe. Secundò validum, & formatum. Igitur, & potest esse quæstio: an contritio, seu dolor, & qualis dolor, ad formatum requiratur Sacramentum? Et potest etiam esse: an requiratur ad validum Sacramentum, tanquam pars essentialis? Vel (quòd idem est) an possit dari validum pœnitentiæ Sacramentum absque contritione, vel attritione? De hoc secūdò erit primò disputatio, illo primò postea ventilando. Igitur; vt ad id, quòd difficultatem habet, accedamus.

Queritur, an possit dari validum pœnitentiæ Sacramentum, licet informe, cum peccato mortali, vel defectu doloris, vel cum proposito post confessionem peccandi, vel defectu examinis?

2 **G**Rauissima sane difficultas nò solù in eo, quòd inquirit, sed & in eo, quòd supponit. In eo, quòd inquirit; quia sola ipsa interrogatio fidelium aures horrere videtur, quas certè suavi exhilarat sonitu in eo, quòd supponit. Supponit namque, ad multorum solatium, confessiones, factas absque verò dolore, verò tamen existimato, non esse de necessitate postea repetendas; etiam si postea quis aduertat, se aliquam habuisse culpam in habendo, vel non; dolore. Grauiissima ergo stat quæstio præsens, subtilissima sane. In qua, & si plures plura, & satis acutè, congerant; vt Suarez *disp. 20. sect. 3.* Vazquez *q. 92. art. 1.* &

2. Eminentiſ. Cardin. Lugo disput. 14. fere per totam, præcipueque, sect. 1. & 6. Ego tamen, nil, ad illam conducens, omittendo, breuitati studebo; vt & sic omittantur superflua, & necessaria in promptu habeantur.

3 In eo igitur difficultas consistit; an, qui peccata sua, non historice, sed cū erubescencia, displicencia ve naturali, in verbis, seu actionibus exconfitendi animo manifestata, confitetur absque verò dolore; imò cum illius mortali defectu, vel cognito, vel non; vel absque proposito emmendæ; imò cum proposito mortaliter peccandi post confessionem: vel tandem cum graui defectu examinis, ignorato tamen, & per sufficienti reputato, vt notat Pezantius *additione ad Diu. Thom. q. 10. disp. 2. de dolore; pag. 969. col. 1.* vel si tali defectu examinis cognito (& hoc vltimum arguendi tantum gratia, & ab omni abstrahendo sententia, eo quòd nulla sit, disputabo) cognito tamen tali defectu examinis, non prout dicentis relationem; seu respectum ad mortalia, plura, vel aliqua; aliquodvè, quòd in confuso sciat, vel de quo dubitet; sed prout respicientis præceptum de examine faciendo; validum, inquam, efficiat Sacramentum? Hoc est: an de obligatus maneat subiiciendi iterum peccata, tunc confessa, Clauibus Ecclesiæ? quòd est proprius validi Sacramenti, licet informis, effectus, sicut formati, gratiam causare; de se peccatorum remissionem.

4 In qua difficultate, tum propter rationum efficaciam, ex Sacramentis alijs deductam; tum etiam ob Doctoris Ang. autoritatem, omnibus alijs DD. præferendam ex debito, & potius voluntate, affirmatiua conclusione iudico respondendum. Probo igitur; quòd negari non potest, dari, scilicet, informe cum mortali Sacramentum Baptismi; cuius effectus est liberare baptizatum obligatione se iterum baptizandi, quia iam in Ecclesiæ gremio per Baptismi voluntariam susceptionem, siue credulus, siue incredulus, receptus est; vera existente materia, & forma, cum ministri, siue creduli, siue increduli, intentione: ergo concedi debet validum (licet informe) pœnitentiæ Sacramentum; adhuc cum peccato mortali, modo ex supra assignatis.

5 Respondent quidam, negando Cōsequētiā, ob disparē inter hæc Sacramēta rationem; ex eo quod Baptismus, quia characterem imprimat, non sit iterabilis, sit que iterabilis poenitentia Sacramētū. Sed cōtrariam matrimonii, licet iterabile sit, ut patet, validum persistit, & si cum mortali susceptum: ergo etiam poenitentia Sacramētum.

6 Sed iam insurgit Eminētiss. Cardinalis Lugo post alios, supra *sect. 1. num. 6.* nouiter dicens, dolorem attritionis, vel cōtritionis, esse partē essentialē huius Sacramēti; ex eo probans, primò, quòd per modum iudicij exerceatur, de cuius natura est accusatio peccatorū. Secūdò, quia ex huius Sacramēti natura est, quòd sit recōciliatiū hominis, cū Deo; quòd absq; vero dolore stare non potest: sic Cardinalis Lugo, *num. 7.*

7 Contra quem stat, primò, dolorem supernaturalē non esse partē essentialē huius Sacramēti. Hoc enim in dubium vocatur. Quando autem opponit, de ratione iudicij, quæ specialis est in hoc Sacramēto, esse accusationem: fateor. Dico tamen, dari veram, & sufficientem accusationem in Confessione facta cum erubescētia, displicētia ve naturali, & non historica, ad validandum Sacramētum; licet ad recōciliationem poenitentis cum Deo per formatum Sacramētum, requiratur verus, & supernaturalis dolor; siue contritio, siue attritio vera, vel contritio exilimata; ut aliqui volunt. Contra secūdò, & ad Eminētissimum Dominum Cardinalem, sic argumentor: nam ipse *disp. 20. sect. 7. num. 103.* dum de Iubilæo lucrando loquitur, ait, & tenet, ex doctrina Sanctij *lib. 8. de matrim. disp. 13. num. 19.* & *lib. 4. in decalog. cap. 54. num. 41.* facientem alia opera, à Iubilæo petita, licet non confiteatur, lucrari ipsum Iubilæū quoad facultatem absoluendi postea à reseruatō, licet non quoad remissionem poenæ, pro peccatis debitæ; vel (quòd idem est) quoad recōciliationem cum Deo. Ergo in partes (ut ita loquar) diuidit Iubilæum; ut lucrari, scilicet, possit valide, quoad facultatem, ut à reseruatō absoluitur, & non lucretur quoad poenæ remissionem, recōciliationem ve cum Deo, nisi per veram, & dolorosam confessionem. Quomodo ergo non vult validū assignare etiam poenitentia Sacramētū absque dolore, liberans poe-

nitentē ab obligationē iterū repētendi peccata; & in casu Iubilæi, illū partitus est, ut valide sit lucratus, valideq; liberet peccatorem, illum lucrantē, ab obligatione manifestā reseruatā Superiori?

9 Quòd si dicat, in casu Iubilæi, nō liberari à peccato confitēdo, sed à præcepto subiiciendi illud superiori. Fateor tortū. Primū, (inquā) quia nulla præcessit confessio, nec subiectio peccatorū Ecclesie clauibus. Secūdū verò etiā libenter admitto. Habeo tamen probabiliter intentum. Nā quò pacto hic liber est ab obligatione cōparendi, lucrato tantū Iubilæo quoad ius absoluendi, & cōsequenter, non cōparendi, & nō lucrato quoad poenæ remissionem, recōciliationē ve cū Deo; & nō erit in nostro casu liber ab obligatione iterum præsentādi peccata Ecclesie clauibus per validū, licet in forme, Sacramētū, quin illud quoad remissionē poenæ, & culpæ, recōciliationē ve cū Deo, validū (id est formatū) fiat? Sicut enim ibi est Iubilæus quasi informis ex defectu recōciliationis, veluti finis, intēta, validus tamen, quoad ius non cōparendi corā superiore; sic, & in nostro casu, informe est Sacramētū poenitentia, ex defectu recōciliationis per gratiā (veluti finis intēte) validū tamē quoad liberationē ab iterata taliū peccatorū cōfessione.

Rursus, sicut ibi in Iubilæo, ablato intra ipsius tēpus, veluti obice, per positōnē alterius requisitæ cōditionis (scilicet veræ confessionis, dolorosæ) lucratur ipse, quoad recōciliationē cū Deo, in culpæ, & in poenæ remissionē; sic, & in nostro casu, ablato obice (scilicet defectu doloris, &c.) per verā cōtritionē extra Sacramētū, vel per attritionē cū ipso, cōsequitur ipse poenitens recōciliatiū cum Deo gratiam, &c.

10 Quòd si Iubilæus imediate sit per modū gratiæ cōcessus, licet mediate rationē imbibat cōtractus. Poenitentia vero Sacramētū sit per modū iudicij, quòd accusationē postulat. Iā dixi, quā postulet accusationē ad eius valorem, quāq; ad eius fructum. Quòd ex infra dicendis magis constabit.

11 Sed dicunt alij apud Suar. & ipsum Sapientissimum D. Lugo, vbi supra, *dicta disp. 14. sect. 6.* ad valorem matrimonij, nec requiri statum gratiæ, nec dolorem aliquem; cum absque villo profus validum persistere valeat, ut patet; bene tamen poenitentia Sacramētum.

12. Sed contra. Et in primis, hoc eiusdem videtur repetitio. Rursus: ergo iam non obest Characteris impressio in Baptismo, sed ratio causæ materialis; ad quam dicunt, attritionem saltem, essentialiter præquiri. Contra quòd tamen sic argumentor. Tùm, quia probabile est, etiam in contrariorum sententia, accedentem ad Sacramentum hoc cum defectu doloris veri, existimati tamen vt veri, bona fide, (vt in partem concedit Suarez *disp. 20. sect. 5.* & absolute tenet Toletus *lib. 3. cap. 10. §. tertius casus*, quem refert Fagundez *lib. 2. præcepto 2. ex quinque Ecclesiæ, cap. 5. num. 6.* & implicite approbat nonisime Ioan. Machado de Chaues Indianus *1. tom. de perfectio Confessor, y Cura de almas, lib. 3. part. 1. tract. 5. documento 5. pag. 360. num. 4. in fine*) validum pertinere Sacramentum, licet informe: signum ergo est, quod, licet dolor ad materiam pertineat Sacramenti, non tamen essentialiter præquiratur. Nam, deficiente aliquo essentiali rei, res ipsa stare non potest.

13. Quòd si dicas, non bona, sed mala fide accessisse, quia verum tenebatur habere dolorem; vel quia de omnibus dolere uebebat; vt ait Suarez vbi supra. Contra tamen est: & in primis, probabilis cum sit sententia, affirmans, pœnitentem non teneri conteri, nisi immediate ante absolutionis receptionem, bona fide creditur accessisse pro tempore antecedente, ad illud immediatum receptioni absolutionis, proindeque bona fide fuisse confessum. Sed, dato contrario, quòd nulla efficaci conuincitur ratione.

Contra secundo: ergo à fortiori idem in nostro casu infertur dicendum. Illationem probo: quia, quòd mala, vel bona fide relinquatur dolor, si essentialiter requiritur ad validum, licet informe, constituendum Sacramentum; quomodo validum persistit in eorum sententia, (de qua supra) deficiente aliquomodo dolore?

Rursus: ergo, si defectus doloris, ex nulla culpa proueniens; Sacramentum hoc non inualidar; nec ad illud essentialiter præquiritur: ergo quamuis ex veniali culpa proueniat, adhuc (apposita alias sufficenti materia) illud nõ inualidabit. Quomodo ergo, hac de causa, erit in validum, & si ex lathali culpa descen-

dat; cum ideo matrimonij Sacramentum quicumque doloris defectus non inualider, quia ad eius valorem essentialiter non requiritur; ideoque essentialiter non requiratur dolor, quia absque illo, essentialiter validum, licet informe, Sacramentum matrimonij persistit?

Ex v(quemodo, dictis, sic pro mea conclusione argumentor: nõ implicat, quòd hoc Sacramentum sit informe, stante implicatione ex ratione Sacramenti, vt sic; vt in alijs apparet Sacramentis: nec stante implicatione ex ratione talis Sacramenti: ergo, & c. Probatur secunda pars: nam vel ratio talis Sacramenti, est, quòd sit mortuorum Sacramentum, & hæc nõ implicat; vt patet in Baptismo: vel est ratio iudicij; sed, adhuc hæc ex ratione, nulla deduci valet implicatio; ergo, & c. Probatur hæc Maior: nam ratio iudicij veri saluatur præcisè in applicatione veræ sententiæ vero crimini; sed qui, & si sine supernaturali dolore, vera peccata manifestat, verum crimen apponit, veris confessionis verbis illud depromens: ergo, applicata ex parte iudicis sententia, verum constat iudicium. Probatur hoc Consequens: nam talis pœnitens vere sua præsentauit crimina Ecclesiæ clauibus; ergo vere ab obligatione, qua illa præsentare tenebatur, liber manet; at qui nequit à tali obligatione eximi, nisi per Sacramentum: ergo per validum. Quòd autem finem obligationis præsentandi sua crimina Ecclesiæ clauibus, non consequatur; parum interest; vt ex dicendis infra constabit; & constat modo, ex eo, quòd finis præcepti non cadit sub præcepto.

Sed dices: cum lathali defectu doloris, imo cum omnimoda carentia omnis displicentiæ naturalis, dari potest validum matrimonij Sacramentum, imo, & validus Baptismus: sed non sic potest dari validum pœnitentiæ Sacramentum: ergo non recte deducitur validitas huius Sacramenti à valore prædictorum Sacramentorum. Respondetur tamen, dicendo, ideo in Sacramento pœnitentiæ requiri aliqualem dolorem, quia peccator in illo se reum representat; quòd essentialiter postulat Sacramentum ipsum. Cumque referre peccata absque vlla displicentiæ naturali, sit illa historice referre, hinc est, non posse validum dari Sacramentum hoc. In matrimonio autem non

legerunt contrahentes illud velut Rei, vt patet. Baptismus autem hoc non exigit essentialiter, & simpliciter; vt in infantibus liquet; qui incapaces sunt personalis displicentiae, & doloris; vt etiam patet.

15 Sed dices; cum lethali defectu doloris non posse validum admitti poenitentiae Sacramentum; quia iam non erit integra (moraliter adhuc) confessio. Quoposito, euidenter est, stare non posse validum Sacramentum. Contra tamen; & in primis alicui videbitur, quod in contrariorum fauore contra Nos hoc opus, hic labor sit. Sed mihi videtur quod contra eos hic laberynthus erit; quod hac illatione proba; ergo non iam defectu doloris, qui essentialiter praerequiratur vt dispositio, (cum possit esse absque culpa, vel cum leui talis defectus) sed ratione noui peccati mortalis, necessario confitendi, hic labor intus erit. Sed adhuc hic opus, nec labor est, cum integra maneat moraliter, & formaliter ad validum confessio Sacramentum. Et repeto sententiam, asserentem non teneri quem de peccatis dolere, nisi immediate ante receptionem absolutionis, in cuius receptione indigna completur peccatum. Quoposito; Dico, quod, cum in casu praesenti dari possit inuincibilis ignorantia circa obligationem confitendi illum defectum ante receptionem absolutionis, in proposito tantum voluntatis perseverantem, & non dum consummatum; integra manebit moraliter, & formaliter praedicta confessio; ex eo, quod nullum tunc relinquatur peccatum, cum obligatione illud in tali confessione confitendi cognitum. Quod vero de hoc possit dari inuincibilis ignorantia, fundatur in eo, quod possit poenitens percipere, se tunc peccatum complere, quando indigne absolutionem recipit. Quae recepta, cum iam non sit locus ad confitendum praedictum defectum, nec indignae receptionis sacrilegium in praeterito Sacramento, fundamentum haber ad non percipiendam obligationem, illum defectum in Sacramento hoc tunc confitendi. Quod similiter in peccandi proposito, & in defectu examinis, modo supra explicato, & magis infra declarando, contingere valet.

16 Si ergo dicas: tunc non interratetur confessio, nullumque sit Sacramen-

tum, quando, cum aduertentia, mortale omittitur confitendum peccatum. Distingendum est: quando mortale omittitur cum aduertentia tantum ad culpam; nego Antecedens: cum aduertentia ad obligationem illud confitendi, coedendo Antecedens. Sed aduertentia haec deficere potest ob assignatam rationem.

17 Sed dices iterum; ideo antecedentia ad confessionem peccata mortalia percipit quis quoad obligationem confitendi, quia percipit illa esse peccata: sed, per nos, etiam percipit defectum illum doloris esse lethalem: ergo, & illum quoad confitendi percipiet obligationem: ergo nulla semper erit confessio.

Responderetur; & in primis si argumentatio methaphisice accipitur, vel formaliter, falsa omnino est. Distincta namque est peccati cognitio a cognitione praeccepti, obligantis illud confiteri; cum, ablato praeccepto, vt ante institutionem huius Sacramenti, adhuc peccati remaneret cognitio. Solum ergo illatiua est argumentatio; ad quam dupliciter respondeo. Primo distinguendo Maiorem; *Ideo percipit quoad obligationem confitendi illa aliquando, quia percipit esse mortalia transeat Maior: Ideo percipit quoad obligationem illa nunc confitendi, quia percipit esse mortalia*: nego Maiorem; sed quia percipit illa, vt absolute praeterita, & antecedentia totaliter ad confessionem, & absolutionem. Et distinguendo Minorem: *Sed per nos etiam percipit defectum illum esse mortalem quoad culpam*; distingo; esse mortalem, absolute praeteritum, & nullatenus a receptione absolutionis dependentem, nego Minorem: percipit esse mortalem, pendentem tamen quoad sui consummationem ab indigna absolutionis receptione, (vt in doloris, vel examinis defectu contingit) vel post absolutionem, (vt in peccandi postea proposito apparet) transeat Minor: & negatur Consequentia.

18 Vnde, licet cognitio peccati mortalis occasionaliter inferat cognitionem obligationis illud confitendi communiter loquendo (quando scilicet est omnino ante confessionem completum) non tamen semper; nec in nostro casu; in quo potius, ratione completionis illius, vel in ipsa absolutionis receptione, vel post, potest esse occasio praesertim:

in

in rusticis, & indoctis, vt non illud percipiant cum obligatione, saltem hac in cōfessione, confitendi. Ex quo, secundo possemus absolute negare Maiorem.

19 Sed dices: ergo, si percipiat pœnitens illum defectum quoad obligationē confitendi in ipsa cōfessione, non erit validum Sacramentū. Distingo; si percipiat, & non confiteatur; concedendo Consequens: si percipiat, & confiteatur, & Cōfessor velit illum sacrilegē absoluere, & abluat; nego Consequens. Tunc enim adhuc validum Sacramentum persistit; quia non deficit cōfessionis integritas; sed solum de ipsis peccatis dolor; vt recte Alex. Pezantius vbi supra, pag. 968. col. 2. in fine primæ sententiæ, & pag. 969. col. 1. concl. 3. referens Canum, & Doctorem Angelicum, qui ait, non teneri postmodum repetere cōfessionem, sed iterum confiteri fictionē suā. Quod iddē ex Nostri sequitur sapientiss. P. Fr. Franciscus à Sācto Iuliano tract. de pœnit. manuscripto

20 Sed dices, quantūcumque pœnitens cōfiteatur illum defectū doloris, semper in peccato perseverat: ergo non confitēdo semper, non integrat cōfessionem. Respondetur, & primo, si confitendo talem defectum perseveraret vsque ad receptionē absolutionis, integra foret iam cōfessio, licet informis. Quod ad intentū sufficit. Responderur igitur concedēdo, quod semper perseveret in peccato, quod iam confessum est. Et quando dicitur: *Ergo non confitendo semper, non integrat cōfessionem*, negatur suppositū. Supponitur namque, nouū committi peccatum; quod falsū est; tū, quia nō variatur obiectum specificè. Tū etiā quia nō retractatur voluntas. Et tū denique; quia non opere consumatur vsque dum recipiatur absolutio, qua recepta, iam peccatum ad aliā spectat cōfessionem. Vndē, qui nō dolet, peccat, non quia non habet alium dolorem, sed quia non habet ipsum dolorem, cuius carentia peccat. Itaque si dolor adesset, esset vtrique, & dolor aliorū peccatorum, & etiam carētiæ sui ipsius.

21 Ex quo coligo, quod, postquam semel factus est, se sine dolore velle perseverare vsq; ad recipiendam absolutionē, & antecius receptionē contereretur, nil amplius teneretur fateri. Non propositū accedendi sine dolore, quod iam confessus fuit. Non executionem illius, cum non fuerit opere consumatū. Ergo nihil.

22 Sed dices: ergo si nō doleret, sed sine

dolore, iam confessus, absolutionē reciperet, nil amplius fateri teneretur, sed solum cōteri. Negatur consequens. Licet enim non teneatur fateri defectum doloris ratione propositi, quod iam confessus fuit; tenetur tamen illū confiteri ratione operis, (sacrilegæ, scilicet defacto Sacramēti receptionis) quæ, quia futura, non fuit antea confessæ; & quia opere posita in ipsa sacramenti receptione, nō potest ad illud, sed ad aliud necessario pertinere Sacramentū. Ex quo pat. ad replicā.

23 Sed iam probatur nostra cōclusio argumento, ex doctrina D. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. art. 4. quæstioncula 1. deducto; vbi, concedens Sacramentū informe, validū tamen, defectū doloris, qui sit mortalis, in fine corporis, ita habet: *Vndē non tenetur iterare cōfessionem, qui fictus accedit; sed tenetur postmodū fictionē suā cōfiteri.* Ex quibus sic arguo: non diceret Doctor Sanctus, fictē accedētem teneri postea fictionē suā confiteri, nisi talis fictio mortalis foret. Nec diceret, non teneri iterare cōfessionem, si valida non fuisset; ergo valida fuit cum mortali ex defectu doloris.

24 Huic argumēto, in verbis D. Thomæ fundato (quod negari non potest) varie respondere conantur AA. Ochag. igitur tract. 2. de cōfessione ait, D. Thomā se cū vulgi sententia conformasse; quod sane emmendasset in summa, si morte non preoccuparetur. Sed hoc, non valet.

Ob quod Vazq. Suarez, & alij vbi supra, dicunt D. Thomam se retractasse dist. 23. q. 1. art. 4. quæstioncula 2. vbi docuit, veram, & supernaturalem contritionem, aut attritionem, in re existentē, esse de essentia Sacramēti pœnitentiæ. Sed adhuc hæc euasio nihil valet. Facile enim explicatur Doctor Sanctus de Sacramento quoad effectū remissionis culpæ. Quod apparet clare in 2. scripto sententiarū ad Anibaldum in 4. eadē dist. 23. q. 1. art. 2. vbi allerit, cōtritionē esse de essentia Sacramēti extremæ Vnctionis. Et veluti se explicans, addit: *sine quâ hoc Sacramentū suū effectum consequi non potest.* Et tamē in loco, allegato à Suario, & Vazq. dicit, quod contritio non videtur de essentia extremæ Vnctionis. Et, paucis interiectis, ait, quod Sacramentum extreme Vnctionis, sicut & cetera, quantū est de se, habet certitudinē; sed potest impediri ex fictione recipientis;

tis, etiam si se Sacramento subijciat per intentionem, quod nullum effectum consequitur.

Manet ergo inconcussa ratio pro nostra conclusione, in Doctoris Ang. verbis fundata. Nam, si quæ alia possunt assignari, facile de effectu formati Sacramenti interpretantur; ut consideranti patebit. Imò addit. ad 3. p. q. 9. art. 1. ait, Confessionem, ut virtutis actum, non posse esse informem, bene tamen, ut partem Sacramenti. Et, licet à D. Thom. discedat Rubeus *dist. 17. pag. 196. col. 2.* videtur tamen sibi contrarius; dum oppositum tenere videtur *dist. 21. pag. 263. col. 1. lit. A.* ut legenti constabit.

25 Addo objectionem, quam sibi D. Thom. obiecit *dist. 17. q. 3. art. 4. quæstioncula 1.* sic dicens: *In confessione oportet, quod os cordi concordet, quia hoc ipsum nomen Confessionis requirit; sed ille, qui adhuc manet in affectu peccati, quod confiteretur, non habet cor oris conforme, quia corde peccatum tenet, quod ore damnat: ergo talis non confiteretur.* Hæc cōtra se objicit Doctor Sanctus. Sic tamen respondet: *ad 3. dicendum, quod ille, qui peccata, quæ habet, narrat, vere loquitur, & sic cor concordat verbis, quantum ad substantiam confessionis, quæ vis cor discordet à confessionis fine.* Hæc Angelus Præceptor. Quæ ab aduersarijs nec negari possunt, neque effugi. Certe negare illam non potuit Eminentiſs. Cardenalis Lugo. Et quia illam non apposit, nec consequenter solutionem illi tribuit, videtur, vel in sententia Doctoris Angelici validum esse argumentum, quod planum est; vel ipsum negatiue salutem contrariū habuisse Dium Thomā, vnum pro mille; quod mihi sufficit.

26 Cuius verba in citata *dist. 17. q. 3. art. 4. quæstioncula 1. in corpore, per rotum* (ut in re tam graui clarius procedamus) sunt, quæ sequuntur. Respondet dicens: *ad primam partem, quod Confessio est actus virtutis. & pars Sacramenti: secundum autem, quod est actus virtutis, est actus meritorius proprie; & sic Confessio non valet sine Charitate, quæ est principium merendi: sed secundum quod est pars Sacramenti, sic ordinat confidentem ad Sacerdotem, qui habet clauas Ecclesie, qui per confessionem conscientiam confidentis agnoscit: & secundum hoc, Confessio etiam potest esse in eo, qui non est contritus, quia potest peccata sua, Sacerdoti innotescere, & clauibus Ecclesie se subijcere; quamuis tunc non percipiat absolutionis fructum, tamen recedente fictione*

percipere incipit; sicut etiam est in alijs Sacramentis; vnde non tenetur iterare confessionem, quæ factus accedit, sed tenetur postmodum fictionem suam confiteri. Hæc Doctor Sanctus.

Ergo clare loquitur de eo, qui aduertenter dolorē omittit. Quod constat ex illis verbis, scilicet, *sicut etiam in alijs Sacramentis.* Nā in Baptismo, & matrimonio, &c. validantur Sacramenta cum aduertentia etiā ad defectum. Ex quo sequitur primò, cōtritionē, vel attritionē nō esse partem essentialē huius Sacramēti, considerati ut validi. Secundò, valicū posse dari tale Sacramētū, etiam sine tali dolore, imò & cum aduertentia ad illius defectum.

27 Probatum terriò, posita conclusio, argumento Pezantij vbi supra, *pag. 968. col. 2.* deducto ex illo Ioan. 20. *quorum remisistis, &c.* ex quo, quod principaliter, & primò colligitur, est accusatio, & absolutio. Quamquā ad perfectio nē, & integritatē Sacramenti certum sit, requiri etiam detestationē. Cū ergo probabilius sit (inquit Pezantius *disp. 2. prope finem*) in hoc Sacramēto, sicut in alijs, aliquid amplius requiri ad effectum Sacramenti, quam ad eius constitutionem; hinc est, quod absque vero dolore, ad Sacramenti effectum necessario, validum detur Sacramētum.

28 Sed iam video contra hoc posse contrarijs insurgere Eminentiſs. Cardin. Lugo, ex Trident. *ses. 14. c. 4.* requirente ad hoc Sacramētum, Contritionē, Confessionē, & satisfactionē. Ex quo videtur explicatū illud Ioan. 20. Sed hoc, tanti Domini habita venia, non concludit. Possumus enim dicere, etiam satisfactionē essentialiter requiri; quod, licet ex ipso Tridentino deducatur vterque Ledesma, cōmuniter tamen reprobatur. Sic ergo excludimus à ratione partis essentialis huius Sacramenti, Contritionem, vel attritionē, iuxta supra assignatas rationes, sicut illi satisfactionē ab essentiali Sacramenti excludunt; & cū tam facile sit nobis, negare, dolorē supernaturalem esse de essentiali Sacramēti, quam aduersarijs ex Trid. loco affirmare; ad rationes deueniendū erit; quarū, pro nobis alate non parum habent efficacitatis; eū præterea vix saluari possit, quomodo detur validum, licet informe, Sacramētū, sustinēdo, dolorem supernaturalem esse de eius essentiali. Gratis enim dicitur, quod sufficiat minus dolor ad Sacramētum, quam

quàm ad effectum Sacramenti; cum Florentinum, & Trid. Concilia non distinguant dolorem, qui est pars, à dolore, qui est dispositio; sic Pezantius, & ego.

29 Probatur ergo iam de defectu examinis, etiam cum aduertentia. Et in hoc sensu loquor abstrahendo ab omni sententia, tam propria, quàm aliena; & solum gratia disputandi. Pro quo repeto distinctionem illam aduertentia ad defectum examinis; scilicet, vel cum aduertentia saltem in confuso ad mortalia, vel cum dubio de illis; illorumve aliquo commisso. Quo casu fateor, nullam esse confessionem, quia deficiat eius integritas. Potest tamen esse aduertentia defectus examinis, vt respicientis præceptum de faciendò examine, quòd tunc frangit præceptum, & in hoc casu videtur adhuc, validum posse persistere Sacramentum, si inuincibiliter ignoret, defectum cognitum ad talem confessionem pertinere; ex eo quòd existimet pœnitens, tunc consumari talem defectum examinis in esse peccati, quando cum illo absolutionem recipit. Quo posito, ea ratio, quæ supra de defectu doloris, etiam cognito, non leuiter probauit, probare similiter videtur de defectu examinis cognito, modo, supra explicato.

30 Sed dices: aduertentia ad confessionem, non integram, confessionem ipsam annullat: sed aduertentia ad defectum integritatis: ergo, &c. Respondetur, concessa Maiori, distinguendo Minorem; vt vera sit de aduertentia ad defectum examinis, prout negantis expressam aliquorum mortalium, antea in confuso, vel in dubio cognitorum, scientiam; falsa verò, de aduertentia ad defectum examinis, prout præcise negantis impletionem præcepti de tali examine faciendò. Et licet præceptum ordinetur ad finem integrandi confessionem per notitiam mortalium; non obest; quia finis præcepti non cadit sub præcepto, nisi quado aliàs est etiam materia præcepta.

31 Quòd si dicas, ipsum finem præcepti, scilicet integram fieri confessionem, sub eodem cadere præcepto; ergo si per cognitum examinis defectum, ipsum frangitur præceptum; frangetur etiã in materia præcepta, scilicet confessionis integritate; proindeque semper erit nulla, si cù defectu examinis cognito facta

fuerit. Respondetur, integram facere confessionem, supponere scientiam de peccatis, vel saltem dubium de illis; & hoc modo esse materiam præceptam; non verò finem præcepti; cum solum sit finis præcepti ipsa confessio integra, vt comparata ad ipsum præceptum, præcipiens examen ipsum, quòd tunc est materia præcepta. Fateor ergo, quòd, quando est materia præcepta, & frangitur, nulla fiat confessio; ad fractionem tamen, aliqua de peccatis; necessàrio confitendis, notitia requiritur, saltem dubia. Quando verò est finis, non necessàrio requirit notitiam illius, vt præceptum frangatur; sed solum ad illius fractionem sufficit notitia, de non seruata materia præcepta, scilicet de examine, non factò: cum quo, dum non coniungitur notitia, saltem dubia, de mortali aliquo, saltem in confuso, non frangitur, vt præcipiens integritatem, sed vt præcipiens examen, ad integritatem aliàs, vt ad finem, ordinatum. Et per hoc patet ad replicam.

32 Dices tandem: in Sacramento Pœnitentia, sicut, & in alijs, debet dari materia proxima: sed actus pœnitentis sunt materia proxima, vt causant gratiam, iuxta superius dicta, quàm non causant in tali Sacramento: ergo non est validum Sacramentum in aliquo ex assignatis casibus, & in nullo.

33 Respondetur ex doctrina Agidij nobis etiam contrarij, qui, pag. 416. num. 35. §. ad secundum nego, ait, actus pœnitentis, prout se tenent ex parte ipsius, esse materiam remotam Sacramenti. (Quòd intellige ad causandam gratiam) Ex quo dico, ipsam confessionem, naturaliter dolorosam, idest, cum naturali displicentia factam, esse materiam proximam ad constituendum validum Sacramentum; causareque effectum, scilicet, liberare pœnitentem ab iterata raliù peccatorum confessione; iuxta D. Angelicum vbi supra: peccata verò ipsa secundum se esse materiam remotam.

34 Et licet Sacramentum hoc sit per modum iudicij, petentis in omnibus æqualitatem; quia tamen hæc iudicij ratio partibilis est, partibilis consequenter debet esse æqualitas, per modum iudicialis sententiæ seruata. Quòd sic explico. Ex parte pœnitentis triplex est veluti solutio debiti: primò namque est peccatorum debita subiectio Ecclesiæ

clauibus, per confessionem saltē naturaliter dolorosam. Secundò est peccatorū confessio, supernaturaliter dolorosa, tanquam debita, & postulata solutio (vt sic loquar) ad obtinendam ipsorū remissionem. Et tertio, tandē, est propositum satisfaciendi in hac vita, implendo poenæ æternæ compensationē, ab ipso Sacerdote præstādam. Sic similiter ex parte absoluentis triplex etiā est partibilis in effectibus sententia, per eandem absolutionis formam, diuersimode poenitentis actus terminantem, significata; & vnaqueque, soluto vel ita debito ex parte poenitentis, correspondens. Confessioni etenim peccatorū, naturaliter ad minus dolorosæ, tanquā solutioni debiti, subiiciendi peccata Ecclesiæ clauibus, respondet ex parte Confessoris, per formam, sententia remissiuā talis debiti, illudque remittens; in qua sufficienter seruatur æqualitas.

Rursus, dolorosæ supernaturaliter peccatorum confessioni, tanquam solutioni debiti, vt illorum remissionē consequatur poenitens, respondet etiam ex parte Confessorij per eandem formam, sententia, peccatorū remissiuā, eaque de facto remittens, modo supra in hac quæstione assignato; id est, per gratiam, illatiuē significatam, & à Sacramento causatam. In quo etiam seruatur æqualitas. Tandem; proposito satisfaciendi, tanquam inchoatæ solutioni debiti, necessariæ ad consequendam remissionem poenæ, in Purgatorio aliās luendæ, per impletionē compensationis, factæ à Confessore, in tēporali poenā in hac vita; respondet etiam ex parte absoluentis per eandemmet formam, sententia remissiuā, & remittens illud debitum. (Luendi scilicet sua peccata Purgatorij poenā, aliās per Confessorem in poenā temporali non compensata.) In quo etiam seruatur æqualitas iudicij.

Sicut ergo, ablato, debito, satisfaciendi in hac vita proposito (quod aliquando absque mortali fieri posse, supra diximus) non datur sententia, ex parte Confessoris, tale debitum remittens (manente nihilominus valido, & formato Sacramento, positisque, tam confessione peccatorum, quàm eorum supernaturali dolore, tanquam solutionibus, debiti confitendi peccata, & debiti habendi supernaturalē dolorem; super quas solutiones cadunt ad æqualitatem duā elu-

ti ex parte ipsius Confessoris sententiæ; vna remittens debitum subiiciendi iterum peccata; altera verò remittens ipsa quoad culpam, poenamque æternam, peccata per gratiæ infusionem, vt supra diximus.) Sic ablato etiam dolore, debito ad prædictam peccatorum remissionem consequendam, non datur ex parte Confessoris sententia, ipsa peccata remittens per gratiæ infusionem; manente nihilominus valido, licet informi, Sacramento.

Probatur hoc: nam posita debiti solutione, ex iudicij æqualitate condonandum est debitum: ergo, quia manet in hoc casu ex parte poenitentis solum debitum, (sua scilicet subiiciendi Ecclesiæ clauibus peccata) apponi etiam debet ex parte Confessoris sententia, per ipsam formam significatam, liberausque poenitentem à tali debito in futurum; siquidem eius erogauit solutionem sufficienter, per suorum peccatorum Sacramentalem confessionem. Ad quā, sufficere dolorem illum naturalem, naturalemvè displicentiam, satis, tam ratione, quàm Doct. Angelici autoritate, iam supra probauī. Seruatur ergo sufficienter in hoc iudicio æqualitas postulata. Ex hac solutione, quatenus ad propositum satisfaciendi spectat, infero, Confessores debere esse cautos in imponēdis iustis, & debitis moraliter poenitentijs, ne sibi assumant onera pro libito, à poenitentibus legaliter sustinenda, vt admonet Trid. sed de hoc alibi.

35 Hanc nostram sententiam, licet non sic explicitam, tenent etiam Palludanus in 4. dist. 17. quæst. 5. art. 3. Sotus dist. 18. quæst. 3. art. 3. Cai. verbo Confessio conditione 10. & Victoria in Sum. num. 160. quos, nos improbens, refert Doct. Hurtado Mondexarenis, disp. 9. de poenitent. diff. 12. asserentes, dari Sacramētum informe, & validum; cum defectu integritatis confessionis, quando scilicet in confessione omittitur peccatum mortale ex negligentia, aut ignorantia culpabili. Illam etiam quoad defectum doloris sequitur ex nostris P. Fr. Franciscus à Sancto Iuliano, in manuscriptis; tract. de poenitentia, referens Pallud. Richard. Durandum, & alios.

36 Hanc etiam in casu sequenti, videntur tenere Reginaldus in praxi tom. 1. lib. 6 cap. 5. sect. 3. nu. 153. & ante ipsum

Nauarrus in cap. Fratres, de pœnitentia, dist. 5. num. 82. Silu. verbo Confessio 1. q. 3. Beja p. 1. casu 9. Vazq. in 3. p. tom. 4. q. 92. art. 3. dub. 1. num. 7. quos refert, sequiturque Diana de Sacramentis, resolut. 108. Casus autem sic se habet: cum quis per ignorantiam aliquod peccatum mortale omisit in confessione, eo quod erronee putaret, ipsum non esse tale, etiam si error vincibilis fuerit, nec à mortali perpetrante excusaret, excusaret tamē ab iteratione totius confessionis, ita, vt sufficiat, pœnitentem ipsum in sequenti confessione peccatum omissum declarare. Sic ergo (pro sequuntur præfati AA.) pueri, & puellæ, quæ grandiores factæ, noue agnoscunt peccatum mortale esse, quod aliàs omiserunt confiteri, eo quod ignorarent, illud tale esse, non tenentur iterare confessionem eorum, quæ confessi fuerunt legitime; sed tantum eorum, quæ omiserunt. Et idem dicendum est de circumstantia peccati omisa, & de numero peccatorum, non expresso in confessione. Hæc illi, & ego.

37 Ex Authoribus tamen, qui Sacramentum informe defectu mortali examinis admittunt, quidā limitant, vt hoc verū teneat, quando defectus examinis non excludit de facto, & in rei veritate confessionem maioris numeri peccatorum. Vndè (dicunt) confessi maiori parte peccatorū, est valida confessio, validumque Sacramentum; si verò minor peccatorū pars confiteatur, tunc nullū est Sacramentum. Hanc tamen distinctionem non capio. Et in primis non resoluunt quid dicendum sit, quando confessio de mediata foret peccatorum?

38 Sed vt ab his edoceat Doctoribus, quod intendo; sic contra præcipuè dicta arguo, & illatiuè. Ergo in prædicta sententia sciri non valet, quando Sacramentum de facto sit informe. Probo sic. Etenim, quod maior peccatorum pars sit in confessione manifestata, solum pendet ex pœnitente ipso, vt patet; nullusq; negabit: ergo ex dicto illius debet validitatis, vel nullitatis talis Sacramenti notitia provenire. Et nunc inquirō: quomodo pœnitens scire valet, se maiorem peccatorum partem fuisse confessam, phisice loquendo? Ad hoc, iudico, omnes responsuros, scientiam hanc phisice haberi non posse. Quo posito standum

erit morali scientiæ ipsius pœnitentis. 39 Contra hoc tamen est. Et primò; vndè constat, stante mortali examinis defectu in pœnitente, confessionem fuisse maioris, vel minoris partis peccatorū ipsius? Sed, hoc omisso, sic contra: ergo validitas Sacramenti (quoad nos dico; & vt postea formatum fieri valeat) solū consistit in existimata certitudine de cōfessione maioris partis peccatorum, iuxta dictū ipsius pœnitentis; quod manifestum est. Quomodo ergo talis Sacramenti validitas in solam refunditur pœnitentis existimationem, quæ, quia ex antecedente peccato prouenit aliquomodo, de certitudine morali suspecta haberi potest?

40 Quod si dicas, pœnitentem, post confessionem illam contritum, & ad examen applicatum, tunc sine falsitatis suspicionem testificari posse, se maiorem, vel minorem peccatorum partem fuisse cōfessum. Fateor. Fateantur tamen præfati Authores, se collocare valorem Sacramenti in morali solummodo certitudine de maiori peccatorum parte confessi. De quo valde miror.

41 Si rursus dicatur; validitatem talis Sacramenti in maiori parte peccatorum reuera, cōfessa fundari. Hoc gratis admisso, inquirō; vndè illud constare valet? Ad quid ergo deseruit? Nam probabilitas validi Sacramenti ex graui doloris defectu, fundatur in naturali displicentia, reuera, & phisice apposita, & cognita.

42 Sed gratis dato, quod naturaliter cognosceretur maior pars peccatorum confessi, non capio, quomodo per additionem vnus peccati, supra medietatem peccatorum, confessi, reddatur validum Sacramentum? Licet enim verum sit, illud, quod à maiori parte communitatis factum est, à tota communitate factum censerī, & esse. Hoc tamen est, quia & ex iure, & ex natura rei sic venit intelligendum. Ex iure ita claret, vt probatione alia non indigeat. Ex natura autem rei; constat ex eo, quod suffragia illius maioris partis, sunt suffragia illorum, qui aliàs Collegium, Communitatem, vel Vicinitatem, ceteris paribus, constituere possunt. Et licet minor pars possit esse tanta, vt etiam Collegium, Communitatem, vel Vicinitatem constituere valeat; tunc tamen rectè præualet pars maior; quia pro

maiori parte stat possessio, vt patet. Cum autem pro maiori parte peccatorum confessio, non stet possessio ad Sacramenti integritatem valide constituendam; miror, quomodo validum possit per hoc persistere?

43 Quod autem maior pars peccatorum confessio integritatem Sacramenti non possideat, sic probatur: integritas Sacramenti ab ipso Sacramento formaliter exigitur, & postulat: ergo Sacramentum ipsum ius habet ad integritatem: ergo, respectu integritatis, possessio stat pro Sacramento. Hucusque certa sunt omnia: atqui possessio ex parte Sacramenti quoad integritatem, in confessione seruandam, omnium peccatorum respicit, exigitque confessionem: ergo non est contenta cum maiori peccatorum parte confessio.

44 Quod si dicas, hoc esse, vt Sacramentum sit formatum. Miror sane, & valde miror; cum recte saluetur formatum Sacramentum, sine maiori parte peccatorum confessio, quanto magis sine confessione omnium adæquate; vt patet in eo, qui post prudens, sufficiensque moraliter examen, quatuor confitetur tantum peccata, viginti obliuione relictis. Ergo ratio formati Sacramenti ex se, & de se non exigit omnium phisice peccatorum confessionem. Ergo quando est informe, non exigit tantummodo maiorem peccatorum partem confessam. Si enim de se omnia postulat confiteri peccata vel phisice, vel moraliter, quod negari non potest; & omnia confitentur moraliter, quando bona fide quis procedit; &, ablata bona fide, vel inuincibili ignorantia, non saluatur moralis integritas; quo modo validum persistere valet Sacramentum, deficiente non solum phisica, sed & morali integritate? Atqui deficit phisica integritas, posita solummodo maiori peccatorum parte confessio; & deficit etiam moralis integritas, quia deficit ex vna parte bona fides in pœnitente, &, ex alia, non adest inuincibilis ignorantia, quæ excuset a confessione alterius peccatorum partis, licet minoris: ergo validum persistere nequit Sacramentum.

45 Sed contra me sic argues: tu admittis Sacramentum informe etiam defectu examinis, mortaliter culpabili;

videtur ergo saluam moralem integritatem, siquidem cum actuali peccato mortali bona fides esse non valet? Respondeo, concedendo Antecedens. Et ad interrogationem dico etiam, in tali casu non adesse bonam fidem, quæ exigitur, vt Sacramentum sit formatum; adest tamen inuincibilis ignorantia, & in ordine ad obligationem confitendi mediate peccata, quorum (sive sit maior, sive minor pars) non recordatur, licet culpabiliter; & in ordine etiam ad obligationem manifestandi tunc talem examinis defectum; qua non data ignorantia, & inuincibili, impossibile est, Sacramentum validum persistere posse. Quod autem possibilis sit talis, & inuincibilis, ignorantia, ex eo liquet, quod possit quis (ex non sapientibus dico) existimare, peccatum, in defectu examinis constitens, consummari in receptione absolutionis indigna; (sicut dicitur de defectu doloris, & de proposito, post factam confessionem peccandi) & sic se non esse obligatum, illum defectum confiteri, nisi post ipsius complementum.

Cum hæc tamen inuincibili ignorantia, quæ, vt possibilis, de facto supposita requiritur ad Sacramenti valorem, parum refert, quod, quæ confitentur tunc, peccata, sint plura, vel pauciora; quia possessio, quoad integritatem Sacramenti, non stat in maiori, quia maiori, peccatorum parte confessio; sicut nec desinit stare in minori peccatorum parte confessio, eo quod minor sit; sed solum in ipso Sacramento, ratione præcepti, seruandi integritatem. Et cum præceptum non currat, posita inuincibili ignorantia, quam possibilem dico, & quæ necessario ad saluandum validum Sacramentum postulatur; hinc prouenit, quod, si pœnitens existimet, se non teneri tunc talem examinis defectum ostendere, vt dixi, integre moraliter confiteatur, quoad Sacramenti valorem; sive maiorem, sive minorem tunc peccatorum partem confiteatur. Et ob hæc dixi supra, me non capere valorem Sacramenti, quando maior peccatorum pars confitetur; nec intelligere inualiditatem eius, quando, infra dimidietatem peccatorum, sit confessio. In quo edoceri exopto, quia veritatem cum humilitate, & sine fictione inquiri.

46 Ex quibus omnibus infero, quam-
cura-

eumque confessionem, siue fit de reser-
uatis, siue non, factam cum talibus defe-
ctibus, habenti iurisdictionem, siue ordi-
nariam, siue delegatam, fore validam;
ac per consequens non esse iterandam.
Hæc illatio est contra oppositam senten-
tiam, & expressius contra Ochagauiam,
& alios, quos sequitur Diana 4. p. tract. 4.
Miscellaneo, pag. 214. resol. 124. qui, si ad
casum, numero antecedente tellatum,
atten damus, videtur, in partem conle-
quenter non loqui.

Deindè a fortiori sequitur, ex defectu
actus spei veniæ peccatorum, & ex de-
fectu actus fidei Dei iustificatoris, in cõ-
fessione contingente, non solum non in-
ualidari hoc Sacramentum; sed neque
infructuosum reddi; vt voluit Doctor
Hurtado, & hæc de hac quæstione satis
sint.

QVÆSTIO TERTIA.

*An virtute Bullæ Cruziatæ pos-
sit quis toties quoties in anno a
reseruatis absolui?*

1 **S**I carnis commoditatem, propriū-
que inspiciamus amorem, o quā
lætaretur, si viam, qualitercumque pro-
babilem, inueniret affirmantem id, quod
in quæstionem adducitur; vt sic tam cõ-
cupiscentiæ, quàm irascibili ad omnia,
& grauisima patranda delicta habènas,
nimie laxas, in pauperrimæ animæ detri-
mentum haberet. Et licet negatiuæ par-
tis veritas, communi Ecclesiæ vtu confir-
mata, pro viribus sit tenenda; redditur
tamen hæc quæstio difficilima ob ingruē-
tes, quamvis reuera apparenter tantum,
argumentorum telas, quas & proprius
amor, & omnes alij animæ inuenerunt
contrarij fraudulentè.

2 Cū que, & in difficilimis præci-
puè, doctum deceat virum de sua pro-
pria iactari, præsumereque scientia; si-
quidem à contrario illum semper de-
ceat humilitatis stabile firmanientum
tenere, hoc semper teneat, si spem
consequendi, & explanandi retinet ve-
ritatem. Quàm pulchre Hieremia spal-
tes, interpretatus de solitaria ani-
ma capit. 3. hoc his comprobat verbis:

Ponet in puluere os suum, si forte sit spes
quasi dicat: in difficilimis, & arduis, si
deuota anima, si quicumque sapiens, do-
ctorque, siue Magister, post multos in-
tellectus labores, in vanum transactos,
veritatis detegendæ spem, & fiduciam
cupit retinere, aduertat, hanc, (si forte
remedium tenet) in humilitate, propria-
que sui pulueris esse cognitione sitam;
ait namque Hieremias: *Ponet in puluere os
suum, si forte sit spes.* Quæ verba sic ite-
rum, & ad intentum clarius, mystice de-
clarantur.

3 Si Deus Optimus Maximus, vsque
tunc operante per humana media docto-
re, ipsius intellectum illustrare dignatus
non est, dignabitur forte, si Doctor in sui
humilitate stabiliter sit fundatus. Ponat,
ergo in puluere os suum, vt cecinit Psal-
tes; vt sic sui oblitus ingenij, studijque;
securius sit ad illam assequendam dispo-
situs. Et vt omni ex parte, quantum de se
est, Diuina adiutus gratia, iuxta Christia-
næ perfectionis exigentiam procedat,
prouideat Dominum, qui via, veritas, &
vita est, in conspectu suo semper, quo-
niam à dextris veritatis, ne confusa se-
peliatur caligine, erit illi. Ad rem ergo,
sit, (vt iam dixi) verissima, semperque
tenenda conclusio.

SIT VERISSIMA CON- clusio.

4 **N**ULLO modo, nullaque ratio-
ne, atque via stare potest, ad-
huc probabiliter, tam intrinsece, quàm
extrinsece, quod valeat quis virtute Cru-
ziatæ toties, quoties, à seruatis quibus-
cumque absolui. Hæc conclusio satis
probatur tenore verborum ipsius Cru-
ziatæ, concedentis solum in anno abso-
lutionem in vita semel, semelque in mor-
te; cumque Summi Pastoris gratia, seu
priuilegium extendi nequeat vltra in-
tentionem ipsius, & hæc expressa sit per
semel in vita, & semel in morte quolibet
anno, si singulis annis Bulla sumatur, vel
duplex Bulla, pro quatuor vicibus in an-
no, duabus in vita, & duabus in morte;
& tandem, dedeceat, gratiam extra ver-
borum extendere proprietatem; sic ab-
solute verum tenet posita conclusio,
communi omnium Doctorum firmata
consensu. Quæ etiam ex infra dicendis,
&

& solutione argumentorum, clarius apparebit.

S. VNICVS.

Proponuntur contra veritatem argumenta.

5 **C**ONTRA positam veritatem argumentorum iam iaciuntur tela, non in vlla ratione fundata, sed ex iniquitatis adipe pullulantia.

PRIMUM ARGVMENTVM.

BVLLA Cruciata in animæ salutis remedium ad mensuram, & instar præcepti annualis confessionis conceditur; vt, scilicet, pro eo anno, quis cum Deo, vt cum creditore, (vt sic loquar) in pace maneat: ergo, sicut annuæ confessionis præceptum, ex fine saltem, omnia illius anni peccata per se comprehendit, sic & Bulla omnia reseruata, eo anno commissa, comprehendet.

Rursus; ergo sicut, iuxta aliquorum sententiam, (inter quos Medina, & Petrus Soto, quos tacitis nominibus refert Ludouicus de S. Ioan de Sacramento Pœnitentiæ, q. 5. art. 6. dub. 5. litera B. col. 2. fol. 398. &c, saltem implicite, probabiliter Ægidius disp. 5. de necessitate confessionis, fol. 435. dub. 7. num. 57.) sicut (inquam) iuxta hanc sententiam, annuæ confessionis præceptum omnia sub obligatione confitendi peccata, eo anno commissa, comprehendit, sic & Bulla, (quæ eandem, ac præceptum, cum Deo perfecte, & complete intendit amicitiam, adhuc satisfactorie) ad omnia etiam reseruata, intra illum annum commissa, se extendet: ergo sicut repetita multoties in anno Sacramentali confessione, vnum adæquate impletur, in prædicta sententia, annuæ confessionis præceptum; sic, repetita, virtute Bullæ, pro reseruatis, eo anno commissis, absolute, adæquabitur etiam eius fauor, & gratia, pro vnus anni tempore durans.

Quòd, explicans verba illa Iubilæi, scilicet, *Pro hac vice*: loquentque eam

de peccatis reseruatis, toto tempore Iubilæi commissis; ait Suarez 4. tom. in 3a p. disp. 31. sect. 4. num. 21. & ipsum sequitur, Sanctius in Decalog. lib. 4. cap. 54. num. 39. in fine. Et licet loquantur de peccatis, in vna confessione oblitis, idem tamen admittunt, adhuc non ablata eorum reseruazione; vt recte probat Suarez supra, num. 13. & cum eo Sanctius dicto numer. infra medium; & hoc ea præcisa ratione, quòd, Iubilæum lucrans, ius ad hoc per illum acquisierit: ergo idem de Bulla, pro integro anno, dicendum est.

6 Quòd si pro veritate dicatur primò, communem, & ab vniuersali Ecclesia Catholica receptam, stare sententiã, oppositum firmiter affirmantem, videlicet, præcepto satisfieri per se vnica confessione, si in illa mortale aliquod confessum sit. Contra insurgit falsitas: & in primis, ex parte finis completa pro eo anno amicitia cum Deo intenditur. Dein de fatetur, communem esse prædictam in oppositum sententiã; paritatem tamen negat ob rationis disparitatem, quæ in hoc stat; scilicet, quòd fauores sunt ampliandi, & rigores restringendi, iuxta regulam iuris in 6. Dat ergo falsitas, annuæ confessionis præceptum, quia penale restringendam esse; sed postulat etiam, Bullam, quia, iuxta valde probabilem sententiã, gratiam, & priuilegiũ Principis, ampliandam esse; cum potestas dispensandi, & priuilegium, iuxta communem, apud Sanctium lib. 8. de matr. & ibi Basilium, Bonacinam; Fillicium, Villalobos, Gutierrez, Dianã, & alios, sint late interpretanda: ergo, &c.

7 Sed respondet veritas, ampliatiõnem prædictam non debere admitti contra verborum proprietatem, vt communiter dicitur; nec etiam, quando de contrario expresse constat, vt apparet in Bulla, ibi: *Semel in vita, & semel in morte*: ergo fictitia est assignata disparitas.

Sit secundum pro falsitate, contra veritatem, argumentum.

SEo adhuc falsitas non acquiescit: sicque in contrarium insurgit. Et in primis, circa vota, Pontifici reseruata, & in Bul-

Bulla Cruziatæ concessa, (& iddem est de Iubilæo) probabilis est sententia, affirmans, posse, toties, quoties intra tempus Bullæ emissa fuerint, virtute eius commutari, & dispensari; quia nec in Bulla, nec in Iubilæo aliqua quoad hoc limitatio reperitur.

8 Nec obstat textus in leg. *Bones*, §. hoc sermone, ff. de verbor. significat. vbi sermo, simpliciter prolatus, intelligitur de prima vice. Non (inquit) obstat; quia hoc procedit, quando constat contrarium de mente concedentis; constat autem de mente Pontificis, limitationem quoad censuras, & peccata apponentis, ibi: *Semel in vita, & semel in morte*; quæ limitatio in votorum concessione non appareret.

9 Nec etiam obstat quod in Iubilæo dicatur: *hac vice tantum*: quia verba hæc tantum appellant supra tempus Iubilæi, siue illum quis semel, siue pluries comparet; vt, loquens etiam de absolutione a reseruatis virtute Iubilæi, ait Henricus, lib. 6. de pœnit. cap. 17. nu. 3. sicque quoad vota reseruata tenet Sanchez lib. 4. Sum. cap. 54. num. 26. & Noster Eugenius in manuscriptis, de pœnit. disp. 6. dub. 7. §. ubi autem; sicque etiam alij apud Dianam. Videatur Thom. Sanchez supra, cap. 53. vbi de votorum dispensatione virtute Bullæ sermonem instituit: hæc falsitas.

10 Contra falsitatem tamen sic insurgos; & primo, si de absolutione à reseruatis intelligantur verba illa: *Semel in vita, & semel in morte*; non possunt quoad hoc in ratione gratiæ, & priuilegij esse consecutiuæ. Quod sic ostendo: nam in mortis articulo nullum est reseruatum peccatum: ergo verba illa; *Semel in vita, & semel in morte*: quia copulatiua sunt, si de absolutione à reseruatis intelligantur, consecutiuæ non sunt.

11 Quod si iterum opponat falsitas, dicens, quod quamvis in mortis articulo nullum sit reseruatum peccatum quoad præstadam directam absolutionem, etiã sine Bulla, si tamen vixerit pœnitens comparere tenebitur; à qua subiectione excusatur per Bullam; & sic consecutiuæ sunt ipsius verba, adhuc in ratione gratiæ, & priuilegij.

12 Sed rursus aduersus importunum hoc falsitatis monstrum, sic iterum oppono. Et in primis verum est, absolutum in mortis articulo. (qui quoad hunc esse-

atum, absoluendi scilicet à reseruatis, sufficit, si timeatur; vt recte Sanctius in sum. lib. 2. cap. 13. num. 2. Zambranus de casibus reseruatis in mortis articulo. preluo 1. in fine, Zerola in praxi pœnit. fol. 97. & eos referens, Abbulensis in selectis disput. disp. 12. num. 5. fol. 83. col. 2. in principio; & alij plures) verum (inquam) est absolutum in mortis articulo à reseruatis, per se loquendo, ita esse absolutum, ac si reseruata non essent; vt recte cum alijs vterque Sanctius: Thomas inquam: dicto lib. 2. cap. 13. num. 30. Abbulensis verò: citato etiam loco, num. 5. infra medium.

13 Sic igitur contra falsitatem oppono: nam absolutum in mortis articulo à reseruatis, non habentibus annexam excommunicationem, nullatenus comparere teneretur, cum id nullo caueatur iure; & aliàs directam (vt diximus) fuit absolutio, vt docent Corduba in sum. q. 18. punct. 2. dict. 1. Suarez tom. 4. in 3. p. disp. 30. sect. 3. num. 6. & multi alij, quos refert, sequiturque Zambranus loc. citat. cap. 4. dub. 4. num. 21. & alij, quos referunt, sequunturque, Abbulensis supra, & nouissime Noster Leander part. 1. de Sacramento, pag. 440. q. 71. Vnde, si annexam habeant excommunicationem, comparere tenebitur, non ratione peccati, per illam reseruati, sed ratione excommunicationis ipsius; iuxta textum in cap. Eos, qui, de sent. excommunicationis in 6. vt prædicti etiam notant Authores, & sequitur Vazq. de pœnit. q. 93. artic. 1. dub. 6. num. 15. Aliàs, non comparendo, recideret, non in illammet censuram, sed in aliam similem, ob nouam illam inobedientiam; vt recte Abbas cap. De cetero, in fine, de sent. excommunicat. Suarez de censuris disp. 22. sect. 1. num. 62. vbi bene aduertit, eandem dici censuram, quia est similiter reseruata, ac erat prior, quæ omnino sublata est.

Sic etiam Abbulensis cum alijs num. 5. pag. 83. col. 1. infra medium; sicque intelligo Nostri Leandri vbi supra dum dicit, in eandem incidere: ergo in ratione peccati reseruati (si excommunicationem auferas) nil nouum Bulla concedit: ergo saltem in his non sunt consequutiua verba illa: *semel in vita, & semel in morte*; si absolute intelligantur: ergo sic solum debent explicari, ne in consequentia in verbis summi præsumatur Pastoris.

14 Sed, antequam stultam falsitatis replicam aliam adducam; nota, quod, ablata Bulla, vel privilegio, si quis sit impeditus ad se presentandum, perpetuumque sit impedimentum, non teneatur se poenitens presentare, ex cap. *Quamuis, desent. excommunicat.* etiam si impeditur miraculose auferatur, vt recte, cum Silu. & Suario tenet Thom Sanctius vbi supra, cap. 13. num. 30. qui num. 33. tres refert sententias; Primam asserentem, posse se per procuratorem, aut literas presentare; Secundam, teneri personaliter: & tertiam, has duas concordantem, teneri scilicet, personaliter, quãdo non adest iusta causa; posse vero per procuratorem, &c. si iusta adsit causa.

At ipse Sanctius eas sic conciliat: scilicet, vt teneatur personaliter se presentare, quando excommunicationis est ob Clerici percussione, iuxta cap. *Episcopus, dist. 18.* in alijs vero sufficere per procuratorem, &c. quia nullo iure contrariam statuitur: & quia, quæ in particulari casu sunt disposita, ad alios, & maxime poenales, trahenda sunt; præcipueque vbi corriguntur iura, disponentia, per nos fieri dici, quod per procuratorem nostrum fit. Vide Sanctium num. 9. in alio simili. Et videri etiam potest Emin. Cardinalis Lugo *disp. 20. de poenit. sect. 10. per totam*, & præsertim vsque ad §. 3. num. 232. *exclusiue*.

15 Deinde non est sermo de illo poenitente, qui à reseruatis censuris, & peccatis, ob impedimentum est ab Episcopo absolutus. Quia iste (& excipio impedimentum pueritiæ) iuxta aliquorum sententiam, quam implicite probar Noster Leander supra, pag. 441. q. 73. cessante adhuc impedimento, non tenetur se Pontifici, eius vè delegato, presentare. Et ratio ipsa hoc suadere videtur ex eo, quod, vel Pontificia tunc reseruatio, Diuinam Episcopis iurisdictionem, Immediate, (iuxta probabilem mihi sententiam) à Christo Domino datam, non restringit; vel, si, iuxta aliam sententiam, sit à Pontifice Summo data, ab ipso ad similes casus restricta non censetur. Sed de hoc supra egimus tract. de matr.



Sit tertium, pro falsitate, contra veritatem, argumentum.

16 Sed, his relictis, ecce stultam nemque in medium profero. Debent verba illa: *semel in morte*: interpretari (vt consequutia sint, effectumque habeant) de reseruatis, habentibus annexam excommunicationem; ergo, si aliunde possit illis effectus, ne superflua sint, præstari, sic etiam poterunt interpretationem accipere: atqui, intelligendo verba illa, & *semel in morte*, quoad plenariam indulgentiarum concessionem, valent, & consequutia sunt, vt patet: ergo &c. Sic falsitas.

17 Sed à falsitate quid prodire valet, nisi deceptio? Itat ergo deceptio, primò, in falsa subiecti suppositione. Cum enim omnia Pontifici reseruata peccata in Bulla Coenæ, omniaque in iure reseruata, & quæ vsque modo à varijs Summis Pontificibus reseruata sunt, annexam semper habeant excommunicationem, cuius ratione reseruantur, vt patet; sic de illis solis debet esse sermo. Cumque, si, quoad hæc peccata, obligatio se presentandi, si mortem euaserit, auferatur, in inconsequutionis vitium, à verbis Legislatoris, & maxime, Summi Ecclesiæ Pastoris, auferendum omnino, incurrent prædicta verba: ergo in hac obiectioe stultitiam peperit falsitas: ergo, &c.

18 Secundò sic falsitatis conuincitur delirium: nam si quoad indulgentiarum plenariam concessionem reducendus est effectus illorum verborum, scilicet, & *semel in morte*; quæ nam est in casu mortis materia confessa, & cum dolore requisito, propositoque emendationis, sicque petita à Pontifice, vt plena indulgentia consequatur, si, quando peccata habent excommunicationem reseruata, committantur presentatio, vel se presentandi intentio, tanquam materia pro consequenda plenaria indulgentia, ab ipso Summo Pontifice postulata? Eadem enim facilitate, quã, prohibito, dicit falsitas, tunc poenitentem lucrari plenariam indulgentiam, & sic verba prædicta, scilicet; & *semel in morte*: effectum habere; eadem, & cum euidenti fundamento, vt patet, totum (iux-

ta communem Ecclesiæ Matris vsum) negamus: ergo in præceptis falsitas ruit, totoque aberrat cœlo.

Sit quartum, pro falsitate, contra veritatem, argumentum.

19 **S**ED adhuc molestari non desinit amor proprius, ea, quæ sunt in animæ salutis remedium, in coercionemque tam atrocia patrandi delicta, effugere exoptans. Vnde sic rursus opponit, et quæ oppositio in Angelici Doctoris sententia fundata. Igitur Sanctus Doctor in 4. dist. 17. q. 3. num. 4. *quæstiuncula 2. ad 4.* Palludan. Antonin. Syluest. & Gabriel. asserunt, reservationem peccatorum non fieri quoad Confessionem Sacramentalem, sed quoad non Sacramentalem, ut in illis subditus dirigatur, & pro eis pœnitentiam à Superiore accipiat. Pro hac sententia refert, implicite approbans, Noster Leander supra pag. 425. q. 32. Enricum, Medinam, Nauarrum, Viguerium, Angelum, Adrianum, Toletum, & Pharaonium, quos refert probabiliterque sequitur Diana 3. p. tract. 4. *resolut. 58.* hocque indicat Layman lib. 5. tract. 6. cap. 12. *vers. Dico tertio.*

Fateor tamen D. Thomi non ita clare loqui, ut videre est apud ipsum citato loco: iuncta dist. 19. q. 3. art. 3. *quæstiuncula 2. ad 2.* Dicunt ergo isti AA. absque vlla necessitate posse Confessorem à reservationis absoluere, cum tali onere comparandi; quod Sotus, Suarez, Henriquez, Egidius, & alij, relati à Mondex. de Sacram. tom. 1. disp. 11. *diffic. 14. fol. 541.* admittunt, graui occurrente necessitate, aut confitendi, aut communicandi, propter notam. Immo secundum Sotum, quando non habet reservationem excommunicationem; & secundum Henricum Henriquez, & Suarium, quando simul cum reservationis non reservata fatetur; (intellige in eadem necessitate.)

20 In qua necessitate nõ cõtènenda est illatio, quàm, ni fallor, tradidit Suarius, & Egidius, & in casu sequentis scandali sequutus fuit ex Nostri Sapiētissimus

P. Fr. Eugenius de Sancto Greg. supra idem scilicet esse dicendum respectu simplicis Sacerdotis, si approbatus deesse, & alias pœnitens cum reservationis venialia confiteretur peccata; tunc enim à reservationis indirecte, à venialibus directe, absolutus maneret.

21 Ex hac ergo sententia D. Thomi. sic contra veritatem arguit falsitas. Poterit ergo saltem in foro poli; à reservationis toties quis absolui, quoties necessitas postulauerit, manente obligatione postea coram superiore comparandi, quæ obligatio cessabit, desumpta postea alia Bulla; sicut cessat obligatio comparandi respectu illius, qui in mortis articulo, à reservationis, annexam habentibus excommunicationem; absolutus fuit, absque Bulla, vel inhibitione; & postea illam accepit, vel illum lucratus fuit; de quo Sanch. lib. 4. *summ. cap. 13. num. 32. in fine,* referens Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 10. num. 5. in comment. lit. G. in fine. Ergo saltem in hoc casu verum probabiliter erit, quod pro falsitate allegatur.

22 Sed dico hanc vltimam Consequentiã, propter Doctorum, qui eam nouiter sequuntur, auctoritatem, probabilem esse. Improbabile tamen, quod falsitas intendit; scilicet, absque vlla necessitate (attenta Angelici Doctoris sententia vbi supra) posse virtute Cruciatæ toties, quoties à reservationis quem absolui, quod firmissimè negamus, quia contra expressam Summi Pontificis intentionem, in expressis ipsius Cruciatæ verbis, scilicet, *semel in vita, & semel in morte,* contentum. Angelici enim Præceptoris sententia, dato quod clare loqueretur, non procedit posita Bulla Cruciatæ, ut omnibus facile constare potest.

Sit quintum, & vltimum, pro falsitate, contra veritatem, argumentum.

23 **S**ED adhuc intendit falsitas, reservationem peccatorum siare totum pro foro exteriori, nec impedire receptionem absolutionis Sacramentalis. Quod sic probare conatur. Optime compatitur, esse quem excommunicatum, &

& esse in gratia: ergo optime comparatur medium existendi in gratia cum excommunicatione ipsa: ergo optime comparatur Sacramentalis absolutio cum permanentia in excommunicatione. Antecedens, cum primò Consequenti patet in illo, qui, excommunicatione ligatus, conteritur. Secundum autem Consequens sic probat falsitas. Excommunicatione non impedit acquirere statum gratiæ: ergo non impedit causam, ipsum gratiæ statum tribuentem: ergo non impedit ipsam Sacramentalem recipere absolutionem, quæ est causa status gratiæ.

24 Quod si pro veritate dicatur, excommunicationem non impedire causam, mere internam, qualis est contritio; impedire tamen causam externam, qualis est Sacramentalis poenitentia. Contra sic insurgit: etenim excommunicatione non impedit causam externam propter se, sed propter effectum suum, scilicet, statum gratiæ: atqui huiusmodi effectus æque ponitur per contritionem, ac per Sacramentalem absolutionem: parum ergo refert, quod per quodlibet istorum acquiritur.

25 Quod si iterum, pro veritate, dicatur, contritionem excommunicati non tribuere effectum gratiæ, nisi per ordinem ad absolutionem Sacramentalem, præcedente absolutione ab ipsa excommunicationis censura.

Contra sic insurgit falsitas: etenim quorundam est sententia, asserentium, validam stare peccatorum absolutionem absque præcedente absolutione à censura. Deinde: licet contritio det effectum per ordinem ad absolutionem, vel confessionem Sacramentalem; (est enim contritio Sacramentum in voto) attramen, cum tali respectu, absolute dat effectum gratiæ: ergo, sicut, quando non est, qui Sacramentaliter absoluat, (quando scilicet adest confitendi obligatio) contritio excommunicati gratiam præbet, quin excommunicationem auferat, sic, quando non est, qui à censura reservata absoluat, Sacramentalis absolutio, voluntarie etiam petita, (hoc est, extra tempus præcepti) gratiam confert, quin excommunicationem auferat.

26 Unde excommunicatio inferi dependet à peccato, non tamen in conservari. Cumque non inferat in posibili-

ratem acquirendi gratiam ipsa perseverans censura, parum refert, quod gratia vel per contritionem, vel per Sacramentum in re acquiratur. Quare in formali conceptu excommunicationis reservatæ, prout reservatæ (ait falsitas) solum includitur, ex vna parte, ablatio iurisdictionis ad illam tollendam, in inferioribus illius Iudicis, qui illam apponit; & ex alia parte, obligatio comparandi coram ipso Iudice, opportuno in tempore. Cum ergo alia ex parte possit status gratiæ acquiri, maneribus excommunicatione, & obligatione confitendi, si verè apponatur contritio; poterit etiam per Sacramentalem confessionem idem acquiri gratiæ status, manente obligatione comparandi coram Superiore, ad effectum absolutionis à censura.

27 Quod autem reservatio in suo formali conceptu solum prædicta includat; constat in illo, qui, absque privilegio, & Bulla, in mortis articulo, vel periculo, à reservatis absoluitur; qui, si postea euadat, tenetur se, iuxta communem Doctorum sententiam, coram Superiore præsentare. Ex quâ communi sententia sic iterum arguit falsitas, supponendo, probabilem esse sententiam, affirmantem, statim, ac quis peccat, teneri contritionem elicere, vel actum amoris Dei. Quò, saltem vt probabili, supposito, sic falsitas ipsa argumentatur.

28 Ideo in articulo, vel periculo mortis non obest reservatio ad effectum absoluendi Sacramentaliter à peccatis moribundum, quia, & tenetur Iure Divino confiteri, & contereri, & iure naturali procurare spiritualem sui ipsius salutem: atqui (iuxta prædictam sententiam) tam de iure Divino, quam naturali, tenetur, qui peccat, statim contereri, vel actum amoris elicere; & facilius remedium, ad hoc consequendum, est, cum sola attritione, quæ facilius consequi valet, Sacramentum poenitentiae suscipere: ergo etiam tunc non oberit reservatio; siquidem, sic absolutus, manebit, opportuno tempore, coram Superiore comparere obligatus.

29 Addit etiam falsitas, quòd, si antequam comparandi tempus adveniat, voluerit iterum, etiam de solis venialibus, confiteri, & gratiæ augmentum recipere, etiam quotidie, imò, & plures in die, licite possit hoc efficere.

Nam,

Nam, non est credendum, piam Matrem Ecclesiam velle, hunc tanta animæ suæ commoditate esse priuatum, & ad vincendas nouas tentationes, illum excludere ab augmento gratiæ, à plena satisfactione, pro præteritorum debita peccatorum pœna. Quâ pœna omnino satisfacta, expeditiores fiunt actus virtutis, maiorique certitudine promittitur consequutio illorum, quæ, nullo retardante debito, postulantur a Deo.

Sic falsitas, ad Ecclesiæ Catholicæ pietatem recurrens, dum ait: non est credendum piam Matrem Ecclesiam, velle, hunc tanta animæ suæ commoditate esse priuatum, &c. Sed ex hoc nil profecto, ad rem conducens, deducit; vt ex dictis, infraque dicendis constabit. Præterquam quòd, si frequenter quis in reseruata incidat, & frequēs absolutio, administratione Eucharistiæ, illi ob sui deprauatam voluntatem, quasi que naturalem in similia peccata inclinationem, ab iteratis lapsibus non retardaret, potius esset pietas, illi talia negare beneficia, quàm concedere. (Et loquor præcipue de susceptione Sacræ Eucharistiæ.) Indignus namque est, Ecclesiæ beneficia experiri, qui salubria ipsius Ecclesiæ remedia contemnit. Ergo ad rem.

30 Quòd si pro se sic illatimè arguat veritas: ergo, sicut iste in mortis articulo potest Eucharistiam accipere, sic & extra illum, quoties voluerit, vsque dum comparandi tempus adueniat? Respondet falsitas (si sermo sit de publico excommunicato) negando Consequens. Nam tunc in articulo mortis adest præceptum Diuinum suscipiendi Eucharistiam, quòd præceptum extra mortis articulum, vel periculum, non viger. Et quamvis adsit Ecclesiasticum præceptum; hoc tamen tunc cessat; sicut, tempore interdicti, cessat obligatio audiendi Sacrum, aliàs sub præcepto Ecclesiæ cadens.

31 Si verò sermo sit de occulto excommunicato, totum concedit falsitas; non solum quando adest communicandi præceptum, ne se prodar, & vt scandalum cesset; sed etiam quando non adest. Tunc enim Eucharistiæ susceptio (& idem est de voluntaria auditione Sacri, & de alijs) cadere non potest sub præcepto Ecclesiæ, illam pro-

hibentis (vt prohibet) ad finem solum, vt peccator emmendetur, & corrigatur, cum iam sit correctus, & emmendatus, paratusque ad comparandum; vt salubriorem correctionem accipiat, ne Ecclesiæ contemnatur potestas.

32 Ad hoc firmandum ducitur falsitas ex eo, quòd, cessante fine adæquato legis, etiam in particulari, cessat & ipsa lex; vt supra diximus. Nec ex hoc (ait falsitas) valet inferri, quòd etiam cesset obligatio comparandi. Nam finis istius præcepti, vel legis (scilicet reseruationis) non cessat; vt patet. Bene tamen cessat finis præcepti alterius, ratione excommunicationis, aliàs etiam non reseruata; priuantis excommunicationem à Diuinis, &c. Vndè duplex est præceptum: aliud reseruationis, quæ etiam sine excommunicatione stare potest: aliud verò priuans à Diuinis ratione excommunicationis: ergo, &c.

33 Ad hæc tamen, pro falsitate allegata, in quibus aliqua cum falsis vera probabiliter admixta sunt, iuxta varia Doctorum placita; dico, quoad intentum argumenti, quòd, quando quis, aliàs excommunicatus, perfectum elicit contritionis, vel amoris actum, tunc, inquam, cesset iure Diuino excommunicatio ad effectum percipiendi gratiam; sicut probabiliter cessaret, si cum non habente facultatem absoluendi ab excommunicatione tali reseruata confiteretur, aliqua iusta fiante causa, vel occasione. In qua occasione, ad effectum acquirendi gratiam, cessaret iure Diuino excommunicatio; vt supra num. 20. adnotauim. Ex quo nihil ad intentum.

34 Nam, Authores, rellati num. 19. & 20. non loquuntur, nisi quando iusta adest causa; quæ, vel est scandalum, omni iure vitandum, vel præcepti alius impletio, tunc obligantis. Hoc autem scandalum, vel præceptum non est alligatum quotidiana, vel frequenti commissioni peccatorum reseruatorum, vt patet. Vndè, si, semel à reseruatis absolutus virtute Bullæ, in illa iterum quis incideret; &, urgente scandalo, &c. ad potentem absoluere recursum non haberet; tunc posset ab inferiori, modo dicto, cum obligatione comparandi absolui. Si tamen iterum, atque iterum reseruata peccaret peccata,

non semper posset, etiam modo dicto, ab illis absolui, quia non semper occurreret scandalum, vel præceptum; vt patet.

35 Et licet verum sit, quòd semper posset conteri, vel actum amoris elicere, per quem iustificaretur; non tamen semper posset absolui; quia reseruatio peccatorum non solum est respectu committentis reseruata, vt compareat; sed etiam respectu inferiorum Confessorum, à quibus aufert iurisdictionem non absoluedi ab illis directe, nec indirecte, nisi urgente scandalo, vel præcepto cogente. Itaque, semper (& si millies cadat in reseruata peccatà) contritione apposita, vel Dei amore super omnia, iustificari valet; dum non addit locus ad recurrendum Superiori. At, vt vera sit contritio eius, eius ve Dei amor verus sit, necessario coniungi debet talis contritio, vel Dei amor, cum proposito confitendi, non illi Sacerdoti, qui iurisdictionem non habet directam ad absoluedum; sed illi, qui eam habuerit; vt patet.

Vndè non erit vera contritio, verusque Dei amor, cum proposito confitendi illi, qui absoluedere non valet. Ergo, vt vera sit contritio, debet esse cum proposito confitendi illi, qui absoluedere valet: ergo & si perfecta contritio Dei gratiam consequatur, per ordinem ad Sacramentum Pœnitentiæ, necessario talis ordo, & respectus respicere debet potentem Sacramentum ministrare: atqui, qui non habet semper directam iurisdictionem ad absoluedum, non semper valet Sacramentum ministrare: ergo, vt vera sit contritio, verusque Dei amor, debet coniungi cum proposito comparendi coram illo, qui absoluedere potest. Hoc euidens est: atqui, qui non habet directam ad absoluedum à reseruatis iurisdictionem, solum indirecte valet absoluedere, dato scandalo, vel urgente præcepto; vel si directe valet in mortis articulo; hoc est, cum onere in pœnitente postea comparendi, si Bulla careat: ergo solum in prædictis casibus, & respectu illorum, potest perfecta esse contritio; quia in solis prædictis casibus potest à non habente aliàs directam ad absoluedum iurisdictionem, Sacramen-

tum pœnitentiæ ministrari, indirecte, vel directe in mortis articulo, licet cum onere comparendi si careat Bulla, à reseruatis absoluedo. Per quòd euidenter falsitas conuincta manet. Ergo, &c.

36 Aduerte tamen primò, aliquos, apud Trullench *lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 3. numer. 3.* asserere, quòd, si quis cum Bulla istius anni, v. g. à reseruatis fuit semel in vita absoluedus, & postea in alia incidat reseruata, possit toties ab illis absolui, quot Bullas antea sumperat, & illis quoad absoluedionem reseruatorum vsus non fuit. Quia (inquunt) tales Bullæ, quoad effectum hunc, quem tunc non præstarunt, ex defectu materiæ, vel aliter, reualidantur. Ex quo videtur inferri, quòd, si quis, hoc v. g. anno, sit pluries in mortis articulo, poterit toties, quot Bullæ fuerint præteritæ, & quoad hunc in mortis articulo effectum opere nõ exercitæ, illarum virtute absolui; quia similiter reualidatæ quoad hoc censi debent.

37 Aduerte secundo, alios etiam nouiter asserere, posse quem virtute Bullæ Cruciatæ absolui semel à quocumque reseruato peccato diuersæ speciei. Hoc est: si vnum, vel plura vnus speciei in principio anni peccata reseruata commisit, & ab illis statim virtute Bullæ absoluedus fuit; si postea in eadem peccata incidit, non valet ab illis iterum absolui; bene tamen, si in diuersæ speciei reseruata incidat peccata. Quòd iddem est, ac dicere, omnia peccata, sumpta pro generibus singulorum, etiam in diuersis confessionibus posse tolli virtute Bullæ Cruciatæ; non tamen sumpta pro singulis generum.

38 Vndè consequenter ly, *semel in vita*, contentum in Bulla Cruciatæ, restringunt, vt verum teneat solum quoad iteratas confessiones, & absoluediones peccatorum reseruatorum, solo numero distinctorum; ampliant verò, quoad absoluedionem iteratam de peccatis reseruatis, specie distinctis. Vndè virtute Bullæ potest toties, quoties absolui ab omnibus reseruatis, sũptis pro generibus (hoc est, speciebus singulorũ) non verò pro singulis generum (id est, spe-

specierum. Ad modum, quo dicitur, omne animal fuisse in Arca Noe. Omne (inquam) pro generibus singulorum: non omne pro singulis generum. Ego, circa has duas sententias, quid solum tollere sentiam sequenti questione proponam.

QVÆSTIO QVARTA.

An, finita Bulla, vel termino durationis eius, possit tunc absolui à reseruatis ille, qui antea ab illis absolui noluit, cum possit.

PROPONITVR CONCLUSIO.

I V Dico, nō esse improbabile, asserere, posse talem in prædicto casu absolui. Quod à simili sic probo. Nō minus finitur in Patre potestas irritandi vota filiorū, ad pubertatem deuenientium, ac finitur concessio Bullæ in suscipiente illā, trāfacto termino durationis eius: sed, qui ante pubertatem votū castitatis emisit, (& iddem est de voto reali ante 25. annū à filio, non emancipato, emmissio, iuxta communem sententiā; vel etiā post 25. annū emmissio, si sit sub patris potestate, iuxta doctis. Sactium *lib. 6. de matr. disp. 39. n. 10. & lib. 4. Sum. c. 35. nu. 28.* quem nouiter, cū alijs, sequitur Narbona *tom. de etate ad omnes annos, anno 25. q. 77. à n. 2. pag. 548.* nisi sit de bonis castrensibus.) Sed, qui, inquam, ante pubertatem, votū castitatis emmissit, potest, post pubertatem, à prædicto voto liberari per patris irritationem, vt cōmunis tenet DD. sententiā; de qua videri potest D. Thom. 2. 2. q. 88. Sotusque *lib. 7. q. 3. arr. 2.* quos nouiter refert Vincentius Candinus *tom. 2. disquisit. moral; disquisitione 25. arr. 10. dubit. 3.* ergo, qui tempore, quo durat Bulla, reseruata cōmissit, poterit, adhuc trāfacto termino durationis eius, ab illis absolui. Probatur Consequens: nam ideo in patre datur adhuc patria potestas, seu dominiū irritandi simile votum, quia illud (aliās tanquam materia) positum fuit tempore

apto, impubertatis scilicet; sed etiā vota, & peccata reseruata fuerunt similiter intra opportunum aliās tempus cōmissa: ergo etiā poterit ab illis, eo tempore commissis, virtute Cruziatæ quocumque sequenti tempore absolui, & dispensari.

2 Sed dices: mortuo patre, non est locus irritationi talis voti, & similium: ergo mortua, (vt ita loquar) vel finita Bulla, non erit similiter locus dispensationi, & absolutioni: sed moritur, quasi, Bulla trāfacto anno: ergo non erit locus dispensationi, vel commutationi votorum, nec reseruatorum absolutioni.

3 Respondetur tamen, concedendo, quod, mortuo patre, & matre (quæ, secundum aliquos, iddem ius habet) non datur locus irritationi. Et quando dicitur: *Sed quasi moritur, & finitur Bulla: nego Minorem;* manet enim in suscipiente illam respectu reseruatorum, intra eius durationis tempus commissorum; sicut, & respectu peccatorum reseruatorum, & votorum, tenet probabilis sententiā, loquens de eo, qui Iobilaem lucratus fuit, & post finitum tempus, ad opera facienda signatum, mutata voluntate, voluit absolui, & dispensari; vt tenent Sayrus *Clavi Regia lib. 6. cap. 12. nu. 17.* Henriquez, Stunica, Sa, & eos referens, Sanchez *lib. 4. Sum. cap. 54. num. 39. & lib. 8. de matr. disp. 15. num. 17.* quem sequutus fuit Noster Eugenius *tract. de Bulla in manuscriptis*: & sequuntur alij.

Quod ex eodem simili constat: nam, sicut pater est (vt ita dicam) priuilegiatus *ex cap. Mulier 32. q. 2.* ad irritanda filiorum vota, facta ante pubertatem, (quod veluti priuilegium in ratione dominiij, seu patriæ potestatis fundatum, concessum est pro tempore, antecedente pubertatem) sic sumens Bullam est priuilegiatus ad optinendam reseruatorum absolutionem, quæ possunt intra illud tempus, quo durat Bulla, committi: sed, viuentē patre, quia priuilegiatus præcessit quoad vota, ante pubertatem commissa, potest filius à prædictis votis, ante pubertatem emmissis, quocumque tempore trāfacto, irritationem obtinere: ergo, viuentē eo, qui Bullam suscepit, (qui aliās est priuilegiatus) poterit etiā, finito anno, à reseruatis, intra annum commissis, quocumque sequenti tempore absolui; siquidem priuilegiatus etiā præcessit quoad omnia reseruata, in-

tra tempus durationis Bullæ commissa.

Vis videre (amice Lector,) quàm consentanea sit prælitata solutio? Attendas quæto ad omnimodam paritatem inter casum quæstionis, & adductum simile de Patre, irritante vota prædicta. Nam, primo Pater est priuilegiatus ex cap. Mulier 32. q. 2. Sicque similiter Bullam sumens priuilegiatus manet. Secundo priuilegium Patris, & Matris, vt dixi, durat vsque ad tempus pubertatis: Bulla autem, quæ priuilegium est illam fæmentis, pro vno durat anno. Ergo, sicut Pater, finito termino temporis, quo durat priuilegium eius, iuxta cap. Mulier 32. q. 2. manet priuilegiatus ad irritanda vota, emissâ intra tempus durationis talis priuilegij (id est, ante pubertatem) sic sumens Bullam, & per illam priuilegiatus, finito etiam termino durationis eius, priuilegiatus manebit, vt à referuatis, commissis tempore durationis Bullæ, possit absolui: ergo si primum est probabile, erit etiam secundum.

4 Probaturscândo: qui lucratus est Iobilaum, potest, transacto tempore, illo vti: ergo qui per erogationem eleemosynæ lucratus est Bullam, poterit, transacto eius tempore, illa vti.

Dices tamen, illum, qui lucratus fuit Iobilaum, posse quoad votorum commutationem, transacto tempore eius, illo vti, non verò quoad referuata. Quia cum lucrari nequeat Iobilaus, nisi intra tempus eius quis confiteatur; & absolui nequeat ab vno, quin ab omnibus peccatis absoluat; ideo nulla remanet ad absolutionem, tam à peccatis, quàm ab excommunicatione, materia post tempus Iobilaui.

5 Sed contra est: tum, quia per accidens est, quòd peccata, tempore Iobilaui commissa, quia iam per petitam à Iobilaui confessionem condonata, permanere non possint post Iobilaui tempus; eo quòd ad illum lucrandum etiam prærequiratur confessio, sicut & communitio. Cum verò lucraretur quis Bullam per solam eleemosynæ elargitionem, poterit, eius transacto tempore, illa vti; sicut & vti licite, & valide potest Iobilaui ad vota commutanda, subsequuto ad eum tempore.

6 Tum, quia probabilis est sententia, affirmans, ad lucrandum Iobilaui non

requiri confessionem in eo; qui non recordatur alicuius mortalis referuati; vt post Sanctium lib. 8. de matrimon. disp. 15. num. 19. Et lib. 4. in Decalog. cap. 54. num. 41. sequitur probabiliter Eminentiis. Cardin. Lugo de penitent. disp. 20. sect. 7. num. 102. Quòd cum Sanctarello, Alphonso de Leone, & Zanardo sequitur Diana, referens etiam Sanctium vbi supra, resol. 150. casu, quo nullius mortalis conscius esset; atque quòd si post tempus Iobilaui de mortalibus, etiam referuatis, antea commissis recordetur, possit ab illis, postea absolui virtute Iobilaui, quem absque confessione lucratus fuit.

Quòd si dicas: repugnat, quòd, qui in mortali existit, Iobilaum lucretur; sciens se in mortali esse. Respondet primo Cardinalis Lugo, bene potuisse illum lucrari per actum contritionis; quòd, data Confessoris inopia admittit Diana, vbi supra. Secundo respondetur, quòd si ante tempus Iobilaui, in scius peccati referuati confessus fuerat, & absolutus, iam tunc esset in gratia, licet directa indigeret referuati absolutione, quàm post tempus Iobilaui, absque confessione, intra tempus ipsius, à quolibet confessore, virtute lucrati antea, etiam sine confessione, Iobilaui, obtinere valet. Quòd iddem admittit Diana, casu, quo complicitis peccatum referuatum etiam taceret, ne complicitem infamaret; pro quo refert cum alijs Homobonum.

Tertio tandem, & ad præsentem difficultatem, satis accutè respondet doct. ill. Cardin. Lugo supra; quòd, si bona fide fecisset alia opera ad Iobilaum lucrandum iniuncta, licet non lucraretur indulgentiam coram Deo, propter statum peccati, lucratus tamen fuit illum quoad alia iura, & facultates; proindeque quoad facultatem absoluendi à referuatis. Sanchez enim vbi supra (ait Lugo) solum dicit, quòd si fiant alia opera, in Iobilaui requiritur, acquirat tale ius ad absolutionem à referuatis. Et licet addat Sanchez, hoc ius acquiratatione Iobilaui lucrati; possiet intelligi, (ait, & rectè Lugo num. 103.) de Iobilaui, non prout includit remissionem pœnæ temporalis; sed prout dicit concessionem talium facultatum, quas Pontifex concedit omnibus, facientibus talia, vel talia opera. Ergo, &c.

7 Adde, esse valde probabile (vt ad replicam, supra num. 4. adductam, exactius respondeamus) posse etiam, post tempus Iobilai, commutari vota noua, tempore Iobilai facta, post consequentū Iobilaum, & post factam confessionem, postque commutata antiqua vota; vt recte cū alijs, Cardin. Lugo supra, *disp. 20. sect. 8. fol. 481. num. 136.* Et hoc, quia, (vt ipse ait) per Iobilaum acquisiuit ius, & priuilegium.

8 Tūc etiam, quia probabilis est sententia Bartholomæi a Sancto Fausto, *tract. de Iobilaio, lib. 4. q. 133.* quem probabiliter sequi videntur Sanctarellus *de Iobilaio cap. 8. dub. 7.* Alphōsus de Leone ibi *p. 2. q. 16. num. 189.* & Diana *p. 2. tract. 4. de Sacram. resol. 147.* asserentis, confessio nem, à Iobilaio petiram, finitamque de consilio Confessoris post tempus Iobilai, comprehendere etiam peccata referuata, commissa post tempus ipsius Iobilai. Ergo à fortiori poterunt absolui à peccatis, intra tempus Iobilai commissis, qui prædictum lucrati fuerant Iobilaum: ergo, &c.

9 Sed negat Eminētis. Cardin. Lugo *num. 135.* ex eo, quod confessio illa incæpta, non fuerit circa peccata, nondum commissā. Contra tamen ad hominem, argumento factō: nam ipse ibi expressè concedit, peccata, commissa intra tempus Iobilai, post ceptam tamen confessionem, posse, transacto Iobilai tempore, per illum auferri: atqui confessio illa tantummodo incæpta fuit circa iam commissā peccata: ergo, vel vtraque comprehenduntur, vel nulla. Hoc vltimum negat: tenetur ergo affirmare primum.

10 Respondet tamen Eminētis. Dominus, dicens, quod, licet circa illa peccata confessio capta non fuerit; per Iobilaum tamen acquisiuit ius, & priuilegium, vt ab omnibus, intra tempus illud commissis, absolueretur.

Contra tamen, quia, vel Confessarius tunc prorogat ipsum Iobilai tempus; vel non: si primum, ergo poterit à peccatis, postea commissis, absolueri; cum sint etiam intra Iobilaum, prorogatiuè sumptum, commissā. Si non prorogat: ergo nec ab illis, post ceptam confessionem, intra tempus etiam Iobilai commissis; cum hæc exigant ea, quæ ad Iobilaum lucrandum requiruntur.

11 Huic rationi videtur consentire Lugo *fol. 482. num. 138.* ex quo tamen nihil, ad principale intentum conducēs, deducitur. Nam ideo in Iobilaio tenent supradicta; quia res, incæpta tempore apto, (id est, intra tempus Iobilai, potest finiri tempore inepto, hoc est, post Iobilai tempus: sicut incipiens recitare Officium Diuinum tribus quadrantibus ante mediam noctem, potest illud finire post mediam noctem: vt egregie satis Legionensis in manuscriptis de horis Canonis; quod Nos etiam supradiximus. Cum autem intra tempus, quo durat Bulla, res incæpta non fuerit; non est, cur post tempus durationis eius possit prodesse.

12 Sed dices: probabilis est Villalobos, & aliorum sententia, asserentium, valere primam Bullam, etiam octo per dies, post publicationem secundæ; poterat ergo quis, in illis diebus, ab omnibus, intra tempus præcedentis anni commissis, absolui. Contra tamen est; quia admissa præfata sententia, (quia probabilis est, præsertim in Cinitate, vel oppido magno, vbi propter fidelium concursum, nequeunt, per se loquendo, omnes simul Bullam accipere) nil sequitur, quod positam resolutionem confirmet. Nam prima Bulla non finitur, vsque ad octauum diem, post publicationem secundæ; quæ tunc incipit; vnde, si in illis octo diebus, & in illorum quolibet, commississet quis aliqua referuata, & aliàs nō esset iam ab alijs absolutus, posset ab illis in ea sententia, (imò & in omni illā probabiliter admittēte) absolui. Difficultas verò consistit, an transacto, & finito termino Bullæ, adhuc duret eius gratia; quod non sequitur, posita adhuc sententia Villalobos.

13 Sicut nec etiam sequitur ex sententia Sanctij Abbulensis *in sellectis disput. disputat. vltima*, asserentis, sumentem Bullam Matriri, prima die Ianuarij, v. g. vel prima Dominica Aduentus, & transeuntem ad Cæsar Augustanam Cīuitatem, vbi post duos, & amplius, menses publicantur Bullæ, posse sequenti anno frui prima Bulla, sumpta Matriri, pro illis duobus mensibus: quia ex præsumpta Pontificis licentia, pro illis duobus mensibus durare videtur, intra annum moralem, seu Ecclesiasticum, à publicatione, scilicet, in publi-

cationem, etiam in diuersis Prouincijs. Non enim credibile est, velle Summum Pontificem priuare fideles, pro paruo illo tempore, fauore Bullæ, obligando eos ad aliam, pro solis duobus mensibus, sumendam. Quare aliam debemus excogitare ad replicam, solutionem.

14 Ante quam, supradictis adde, (& est adhuc in materia iustitiæ) posse Cappellanum, quotidie Missam celebrare obligatum, quater, vel sexies, pro se ipso, vel aliquo, sibi coniuncto, per annum Missam offerre, ex pia Cappellaniæ institutoris intentione, defferendo alias integros Cappellaniæ fructus: sic Naldus, & probabiliter Homobonus, quos sequitur Diana 4. p. tract. 4. Miscell. pag. 195. res. fol. 86.

15 Imò Alphonsus de Leone, de Tobilæo 3. p. num. 21. ad finem; quem etiam ibi sequitur Diana, pag. 196. iddem ait de Missa in die omnium fidelium defunctorum; quam potest pro quolibet defuncto applicare; vel pro omnibus animabus in Purgatorio existentibus; ad quod iuxta Fraxinellum, ibi à Diana relatam, teneretur.

16 Deindè in die Natiuitatis Domini, solam vnam Missam tenetur pro institutore Cappellaniæ celebrare; reliquas ad libitum. Sic cum eodem Fraxinello ipse Diana supra.

17 Adde rursus, Cappellanum, ad celebrandum quotidie simpliciter obligatum, & per mensem infirmum, posse integram pensionem recipere; quia id potest de fundatoris mente prudentissime præsumi. Sic Layman, quem sequitur Hurtado Mondexarensis de Sacramentis, disp. 4. de Sacrificio Missæ, diffic. 1. quos etiam sequutus fuit Diana 4. p. tract. 4. Miscellaneo pag. 271. res. fol. 238. referens Mercerum, asserentem, obligationem quotidie celebrandi etiam ob stipendium intelligendam esse moraliter; nisi aliter expresse cautum sit. De quo alibi.

18 Ex quo obiter inferunt quidam, iddem esse dicendum, quando ob defectum deuotionis, (quia aliquo irriteritus est peccato, valde deuotionem minueret) aliquando non celebrat.

19 Respondetur ergo, in eadem sistendo Abbulensis sententia, maius adesse fundamentum, ad pie interpretandam Pontificis mentem in nostro casu, ac in illo, quem ipse refert Abbulensis. Ducor,

tum ex ratione prima, de irritatione votorum, à Patre facta; quæ difficultimè solui potest, vt consideranti patebit. Tùm etiam, quia facilius extenditur quasi moraliter fauor Bullæ, etiam phisice transactio termino durationis eius, ad semel absoluumendum à referuatis, intra eundem phisice terminum commissis; ac ad absoluumendum, etiam semel, à referuatis, post finitum phisice terminum commissis, licet intra terminum moralem illorum duorum mensium committantur.

20 Tùm etiam, quia si, pro illis duobus mensibus, ita Summi Pontificis pia ampliatur intentio, vt non solum pro absoluteione semel à referuatis, tunc commissis, sed etiam pro votorum commutatione, pro lucrands indulgentijs, pro concessione audiendi sacrum tempore interdicti, pro lacticijs, &c. valeat ipsa Bulla; cur pro sola absoluteione à referuatis, intra phisicum terminum commissis, valere non debet, ipso impleto? Ob quæ, si illa Abbulensis sententia est probabilis, (vt certe probabilis est) etiam posita resolutio, non leui fundamento fulcita, improbari non debet.

Tùm tandem; quia, si, lucrato Iobilæo, probabilis stat sententia, affirmans, posse, transacto eius termino, absolui peccitentem à referuatis, & in votis dispensari, intra tempus eius commissis, & factis; nulla apparet ratio, ob quàm iddem de Bulla dici non possit, cum, sicut Iobilæus per petras lucratur diligentias, sic & Bulla per eleemosynæ erogationem lucratur? Probabilis ergo stat posita resolutio, Sanctæ Matris Ecclesiæ semper (sicut & cetera omnia) correctioni subiecta.

21 Ad maiorem autem huius resolutionis examinationem, non desinam hic sapientissimorum quorundam replicam aliam apponere. Dices ergo, Bullam non lucrari per hoc præcisse, quòd stipendium persoluatur; sed vltèrius requiri, quòd ea fiant, quæ fieri præcipiuntur. Sicut Iobilæus non lucratur, vsque dum, quæ ab eo petuntur, opere exequantur; vt patet.

Respondetur tamen, quantum ad hoc æquiparari Bullam Iobilæo, præstato tantummodo, pro Bulla ipsa, stipendio: nisi aliter in Bulla cautum sit; quòd nostro in

in nostro casu non apparet. Nam, sicut Iobilæi promulgatio determinatas habilitat personas, vt illum possint lucrari: sic & Bullæ promulgatio, determinatis facta Regnis, vel Prouincijs, determinatas talium Regnorum personas, ad illam lucrādam, habilitat. Rursus: sicut ad Iobilæum, quoad ius, & actionem, lucrandum, aliqua requiruntur; sic ad acquirendum ius, in Bulla concessum, requiritur eleemosynæ largitio: quæ tantum posita, ea omnia consequuntur pro libito, quæ nihil aliud in Bulla requirunt: quorum vnum est absolui à reseruatis: sicut, & comedere lacticiuia; audire sacrum tempore interdicti; tuncque solemniter sepeliri; & alia huiusmodi; quæ, quia ad sui consequutionem nihil aliud præter solum stipendium exposunt in Bulla; hoc solum sufficit. Cum ergo, nullo alio requisito, dicat Bulla, posse illam fumentes præstito stipendio eligere sibi confessorium ex approbatis, &c. illud solum sufficit, & proinde, quoad hoc parificatur. Licet quoad lucrandas indulgentias aliquas, visitationem quinque Ecclesiarum, vel Altarium exposcat, vltra præstitum stipendium.

Sed obijcies: ergo si diebus præteritæ Quadragesimæ nõ in partē, vel in totū, fuit Bulla vsus, quoad lacticiuia comedēda, poterit, sequenti Quadragesima, vlla vti, quoad hoc. Respondetur negādo Cōsequens: cuius ratio est: nam cum prohibitio lacticiuorum, vel abstinētia ab illis, sit, vel de essentia ieiunij, vel saltem de substantia, consequenter est talibus diebus alligata; cumque nos non dicamus, tempus Quadragesimæ transferri, etiam in aliud simile; sic nec transfertur fauor tali tempori alligatus. At non absolui à reseruatis non est impositum in honorem alicuius diei, vel temporis, nec substantialiter formaliter à tempore pendet, sed solum materialiter. Vnde, quia fauor remanet, eademque talis fauoris materia, circa quam, (scilicet, peccata, à tempore nullatenus pendētia,) sic quolibet potest tempore exequi fauor ipse, non vero in alia Quadragesima, sequentis anni, sicut nec respectu aliorum reseruatorum, extra illum annum commissorum.

Quod iddem respectu indulgentiarum, visitantibus quinque Ecclesias, vel Altaria, concessarum, à fortiori dicen-

dum est. Immo, cum transfertur dies quoad officia, non transferuntur indulgentiæ; secundum Azorium *tom. 2. lib. 1. cap. 28. q. 8. fol. 138. col. 1.* & Fagundes *in quinque Ecclesiæ præcepta, præcep. 1. lib. 1. cap. 2. num. 10. in fine.* Dicunt enim, indulgentias esse annexas diei certo ex consensu, & Sum. Pontificis concessione; nisi oppositum constet. Cōfirmatur: nam concionator Canonicus, cui dantur sex dies ante Concionem, vt absens à Choro lucratur distributiones, si illis sex diebus velit assistere, alio tempore illos sex dies electurus, non lucratur distributiones; ex eo, quod sit gratia, & indulgentia diei annexa. Scilicet si Pontifex mihi concederet, vt quatuor proximis diebus festis sacrum non audirem, non possem hoc priuilegium ad alios sequentes reseruare; ob eandem rationem. Sic Doctiss. Sanchez *tom. 2. conf. lib. 2. cap. 2. dub. 107. num. 2.*

22 Sed dicunt secundo, argumentū deductū ex patria potestate, quoad votorū filij impuberis irrationem, non valere, ad iddem in Bulla affirmandum. Nam in primò casu, sit iniuria Patri; si votum, quod tēpore impubertatis filij sui factū fuit, adueniente pubertate, irritare non posset. Contra tamen est: quia iddem de priuilegiato per Bullam dici potest; cum etiam ei iniuria fiat.

23 Et si opponas; istum cessisse iure suo; siquidem potuit absolui tempore apto, & culpa sua noluit. Contra sic est, primò: ergo, si impossibilitatus fuit toto illo tempore, poterit postea, eo transacto, absolui; ne illi iniuria irrogetur. Secundò: quia, Patre etiam nolente irritare votum filij, nolentis etiam irrationem (voto non manifestato) intra tempus impubertatis accipere (& non loquor, quando post pubertatem votum ratificauit, & non ex ignorantia potestatis in Patre ad illud irritandum: vel (vt clarius loquar) votum de nouo vouit) potest nihilominus Pater ipse, qui iam cesserat pro tunc ex parte actus iure suo, (sicut & filius licet neuter in præiudicium alterius cedere possit) ipsius filij vota omnia, ante pubertatem emissa, irritare: ergo similiter poterit priuilegiatus per Bullam (data gratis antea iuris sui cessione) mutata intentione, per Bullam ipsam absolui; ergo, &c. Hoc iddem de Iobilæo loquens, ait Sanchez

in *sum. lib. 4. cap. 54. num. 40.* referens se ad *lib. 8. de matrim. disp. 32. num. 2.*

24. Imò, licet Pater ante pubertatem ratū haberet filij votum, vel iuramentum, adhuc iddē affirmat expressè Sanchez *lib. 4. decalogi cap. 30. num. 36.* & *cap. 27. num. 18.* ipsumque sequuntur Doctissimus Fagundez *lib. 2. decalogi, cap. 33. num. 17.* iddem cum multis alijs dicens de Prælo respectu subditorum; approbantque *cap. 39. num. 12.* extensionem aliorum, dicentium, iddē dicendum esse de Magistris respectu discipulorum, & de Heris respectu seruorum; si, tam discipulus, quam seruus im- puberes, Parentibus carerent, & Tutoribus. Tunc enim Magistri, & Heri, loco sunt Patris. Quod rationi consonum dicunt Lessius, & Suarez, quos refert Fagundez supra *num. 11. & 12.* ubi refert etiam Sayrum *clavi Reg. lib. 6. cap. 10. num. 18. in fine.*

Et licet Thom. Sanchez hanc extensionem non admittat; ait tamē, in ea sententia iddem esse dicendū de Nutritio respectu infantis expositi, imuberis; cuius Parentes sunt incogniti: sic Sanchez *lib. 4. decalogi cap. 35. nu. 83.* teste Fagundez supra *n. 11. in fine.* Per quæ pater ad replicas. Probabilis ergo fiat posita resolutio; quam cito prælo mandabit ex Nostris perdoctus Pater Fr. Christophorus de Sancto Ioseph in *1. p. summ. verb. Bulle Cruciatæ*; quod opus, & si Alphabeticum sit ordine factum, scholastico tamen modo procedit.

Collecti de Pœnitentiæ Sacramento casus.

PROPONIT V R CASVS primus.

QUIS rem, alias grauem, cognitam tamen solum vt malam, operatus est; & in toto anno in aliud non incidit peccatum mortale, nec dubium, nec certum.

Quæritur; an teneatur, illo anno, præcepto confessionis?

CASVS RESOLVTIO.

1 **M**HI probabile videtur, præfactum non astringi illo anno confiteri. Ratio est; quia non peccauit mortaliter. Quod probo, supponendo perfectionem voluntarij stare in perfectione consensus; perfectionem autem consensus à perfectiore descendere aduertentia, vt patet. Probo igitur, illum, quicumque sit, qui rem, cognitam vt malam tantum (excipio de specifica, vel individuali peccati ratione dubiū) amore prosequitur, solum venialiter delinquere. Nā cōsensus grauitas crescit crescēte ad obiectū malum aduertentia: sed aduertentia, seu cognitio rei malæ, quasi in genere, non est ad graue malum (dato quod in se sit graue) perfecta aduertentia: ergo non influit perfectum in rem grauem consensum. Sed vbi consensus in rem malam, & si grauem, perfectus non est, veniale tantum committitur peccatum: ergo, quia prædictus consensus perfectus non est, vt pote ab imperfecta descendens aduertentia, erit tantum venialis malitia.

2 Probatum totum hoc ex doctrina Lessij de *iust. & iur. lib. 2. cap. 29. de Iudice, dub. 2. de Iudicio temerario, toto num. 10.* ubi ira habet: *Verum, quia imperfecta est illa animaduersio malitia, neque pro eo tempore eius grauitas satis percipi potest. eo quod mens simul alijs rebus sit intenta, neque regulas morales possit tunc, nisi per transfennam intueri, ideo est imperfectus consensus in illam, ac proinde venialis tantum. Ad peccatum enim mortiferum requiritur perfectus consensus, qui ex perfecta grauitatis obiecti aduertentia procedit; perfecta autem aduertentia grauitatis, est, quando mens, sui compos, non abrepta alijs cogitationibus reflectit se super suum actum, & considerat, illum in materia notabili. Diuina legi esse contrarium, vel saltem de eo dubitat. Hæc Sapientissimus Pater Lessius; ex quibus non leuiter prædicta resolutio comprobatur.*

3 Quam primò, sic confirmant Valentia *tom. 2. disp. 2. q. 14. puncto 4.* Sallas *1. 2. q. 1. tract. 8. disp. 1. sect. 3. num. 33.* Nauarrus in *manuali Prælatorum, cap. 9. num. 9.* & alij, quos refert, sequiturque Diana, de *Sacramentis, resol. 162.* asserentes; non esse mortale, velle id, quod in

genere tantum videatur malum, & illicitum.

4 Confirmatur secundò posita resolutio ex aliorum probabili sententia, assententium, rem dictam, in genere malam, ex qua malum graue, aut leue colligi potest, esse tantum veniale peccatum.

5 Confirmatur tertio ex doctrina Victorie, Cordubæ, & Angesti, quos refert, impliciteque probat Fagundez *tom. 2. decalogi lib. 9. cap. 1. num. 12.* assententium, ad hoc, vt delectatio sit mortalis, necesse esse, aduertere, non solum esse rem illicitam, & malam moraliter, sed requiri aduertentiam ad grauitatem illius.

6 Nec obstat dicere, illum, qui in tali materia assuetus est mortaliter delinquere, peccaturum fore, si plene aduerteret. Non (inquam) obstat. Quia, si ex sua fragilitate cognoscit, se talē etiā rem effecturum, si sub ratione malitiæ grauis sibi proponeretur; ergo, quia taliter non proponitur, grauitèr non delinquit. Fragilitas namque, neque cognitio euentus, ex fragilitate sequuturi, ablata peccandi voluntate, nullum inferunt peccatum: requiritur ergo peccandi voluntas: qualis igitur fuerit hæc, talis erit malitia; atqui non est grauitèr delinquendi voluntas, quia deest mali grauis cognitio, & aduertentia: ergo non est mortalis malitia, sed venialis tantum.

7 Dices tamen contra hoc: ex inaduertentia ad malum graue, seu ad mali grauitatem colligitur, non esse perfectum consensum in rem, grauitèr malam: ergo ex inaduertentia ad malum leue, nullus erit in rem malam consensus; sed in casu posito non est aduertentia etiam ad malum leue: ergo nec prædictus consensus erit adhuc veniale peccatum. Minor probatur: quia ratio mali in genere nõ magis exprimit speciem grauis mali, quam leuis: non ergo magis diceretur in graue, quam in leue malum consensus.

Responderur tamen, concedendo Antecedens, & Cõsequens; & distinguendo Minorem: *sed in casu posito non est aduertentia ad malum leue*: præcisiue, concedo Minorem: *non est aduertentia ad malum leue*: negatiue; iterum distingo: negatiue formaliter, & expressè, conce-

do Minorem: negatiue virtualiter, & quasi implicite, nego Minorem. Itaque, licet in illa ratione mali non apprehendatur specifica quasi ratio mali leuis, vt excludens, præscindens vè formaliter; & expressè à ratione mali grauis; apprehenditur tamen (& si non explicite) virtualiter, & implicite, tanquam quid necessarium ad saluandam rationem mali, quasi in genere apprehensam. Ad hoc enim, vt huiusmodi ratio, quasi in genere apprehensa, mala sit, adminus requirit necessario venialem, non verò grauem, malitiam.

Quare leuis malitia apprehenditur negatiue, idest negans malitiam grauem, tanquam non necessariam ad saluandam rationem illam mali, quasi in genere consideratam. Ex quo, cum consensus tendat in illam, necessario debet ferri in id, sine quo, adminus, illa esse nõ potest; & cum nequeat esse sine veniali saltem malitia obiectiua, idè consensus in illam dicitur venialiter culpabilis. Vnde consensus ille non est venialis ex eo, quod in obiectiuam malitiam, secundum se venialem, tandat; quia, supposito adhuc, esse grauem obiectiuam secundum se malitiam, adhuc venialiter tantum culpabilis est consensus, quia imperfectus ex eo, quod in malitiã illam, alias obiectiue grauem, non vt grauem cognitam, sed solum vt malam, tendat.

8 Dixi supra, malitiam cognitam esse malam quasi in genere; non quòd illa sit generica ratio, differentias grauis, & leuis malitiæ continens. Aliud enim est, apprehendere rem in particulari vt malam tantum; aliudque apprehendere rationem genericam mali. Hoc supponit à pluribus abstractam malitiam, vel rationem malitiæ; illud autem primum tantum est, in aliqua re, prædicatum mali considerare, absque aduertentia ad grauitatem, vel leuitatem eius.

9 Confirmatur posita resolutio: nam desiderans illicitum cum foemina concubitum, absque eo, quod determinetur qualis, peccat solum peccatum simplicis fornicationis: (ex parte obiecti loquor) ergo qui rem, cognitam tantum vt malam, operatur, solum venialiter delinquit. Antecedens communiter videtur ab Authoribus admitti; quãvis desiderans illicitum concubitum, in grauiori, vt in plurimum, specie delinquat,

quat, vel in multis grauioribus. Consequens autem probatur: nam ideo Antecedens est verum, quia inaduertentia ad talem, vel talem rationem concubitus facit, consensum reduci ad id, sine quo ad minus illicitus cum femina concubitus esse nequit, quod est simplicis fornicationis malitia: sed in nostro casu datur inaduertentia ad grauitatem, vel leuitatem malitiæ, modo supra explicato: ergo efficiet etiam, consensum reduci ad id, sine quo ad minus ratio malitiæ esse non potest: hoc autem est leuis malitiæ ratio: veniale igitur tantum erit peccatum.

10 Nec obstat, si dicas, disparem esse rationem in exemplo adducto, ac in posito casu; ex eo, quod in tali æquilibrio videatur natura ipsa possidere, ne de illa iudicetur, nisi id, quod ex suppositione magis veluti accedit ad illam, & quod illa non tantum abhorret; scilicet concubitus adulterinus, incestuosus, vel alius, extra simplicis fornicationis speciem. Non, inquam, obstat; quia etiam in nostro casu possidet libertas, ne tali in æquilibrio illi applicetur mortale, quod, ex suppositione adhuc, quod voluntas inclinatur ad malum, est illi magis oppositum, quam veniale. Vtrobique ergo parificatur ratio; proindeque vtroque in casu iddem dicendum erit.

Sicut ergo in exemplo adducto apprehenditur implicite negatiuè infima concubitus species, quia apprehenditur ratio concubitus, negans rationem grauioris concubitus, & in hac negatione dicens rationem infimi concubitus, idest, infimam speciem concubitus, sine qua, ad minus, ratio concubitus saluari nequit; sic in nostro casu negatiuè apprehenditur malum; idest, apprehenditur malum, negans rationem grauis mali; & in hac negatione implicite dicens rationem leuis mali, sine qua, ad minus, nequit saluari ratio mali: ergo, &c.

11 Confirmatur etiam hoc à simili, ex Iurisprudencia desumpto, vt etiam Iuris peritis deserniam, ab illis doctrinam accipiendo. Confirmatur igitur ex leg. Item Iulianus 41. §. Scio ex facto; vbi circa legationem fundi, à Testatore factam, per nomen commune *fundum* duobus fundis, quos habet, intelligitur legatus fundus minoris pretij, ad quem legatarius solum habet ius. Quia ex inde mi-

nata voluntate Testatoris, circa qualitatem fundi, (licet fundi legatio valeat) deducit lex, debere contrahi Testatoris voluntatem ad id, sine quo, ad minus, nequit sufficienter saluari. Et cum sufficienter, præstito minori fundo, saluetur, hunc præstari decernit. Ergo voluntas, eligens malum, ex aduertentia ad malum tantum, sufficienter determinatur ad malum leue.

Probatur Consequens: nam, sicut in hoc casu fundi electio stat pro Testatore, ita in nostro pro libertate stabit impuratio talis, vel talis peccati, & è contra: ergo, sicut legatarius, cui legatur fundus, ius habet tantum ad fundum minorem, sic Deus, cui fit iniuria, ius habebit, (vt ita loquar) contra delinquentem, in minori culpa. Rursus: ergo sicut Testatoris libertas, vel voluntas, (& si ad fundum aliquem dandum obligetur) possidet qualitatem fundi, vt ad minorem, scilicet, solum teneatur præstandum; sic & delinquentis libertas, (& si peccati sit rea) peccati qualitatem in sui fauorem possidebit, vt sit minus peccatum, idest, vt veniale tantum illi imputetur. Sic Septem Iudicum 11. promittens, Deo immolaturum quidquid sibi, reuertenti cum pace à filiis Amon, & à cæde Amonitarum, primum de foribus domus suæ occurreret; cum illi filia occurreret, impleuit votum, eligendo quod minus erat; scilicet, sacrificium mortis ciuillis, illam in carcere recludendo; vt ait Nicolaus Lyra apud Faustum *de statu Religiosorum, lib. 1. de voto simplici in communi, q. 41.* (licet aliqui oppositum dicant) & non mortis naturalis; iuxta doctrinam aliquorum PP. & Sanctorum.

12 Sed aduertus hanc confirmationem dices ex doctissimo Sà, *verb. Legatum, nu. 45.* vbi ita habet: *Legatus Calix, intelligitur argenteus: si Planeta vero, Serica. Et num. 47. sic: in legatis facienda ampla interpretatio.* Sic Sà. Ergo non concludit probatio numer. antecedenti apposita, circa legationem fundi. Respondeo tamen; & ad primum, dictum de Calice legato, dico, quod probat intentum à me. Nam in hoc casu possidet vsus, Ecclesieque consuetudo; cum, communiter loquendo, argenteis Calicibus vtatur Ecclesia in Sacrificio Missæ. Cumque voluntas Testatoris, (sicut & lex) per consuetudinem recte interpretetur; sic dando

do argenteos Calices, iuxta consuetudinem, dati censentur iuxta Testatoris voluntatem, quæ possidet in qualitate legati. Et iddem dico de legata Planeta, quæ per communem usum serica esse debet. Ad id autem, quod *num. 47.* adducitur, scilicet, in legatis faciendam esse amplam interpretationem; dico, hoc esse verum, dum alio ex capite voluntas Testatoris, vel per consuetudinem, vel per legem, vel aliunde, non colligitur.

Vndè, sicut doctissimus Sa. ubi supra, *num. 44.* ait, quod, *legatis equis, vel bobus, dabuntur, vel debentur mediocres;* & per hoc non ampliatur legatum ad meliores, forte quia sic communis possidet usus; sic, quia in casu legationis fundi, quoad electionem minoris fundi, possidet Testatoris libertas per legem, possidebit etiã in nostro casu voluntas, quoad exclusionem mortalis culpæ; quia, cum omnis culpa, omneque peccatum sit contra naturam, & si ab aliqua liberari non possit, ob expressam in malum tendentiam, liberetur tamen ab imputatione maioris. Per quod patet ad replicam.

13 Confirmatur secundo alio ex simili eiusdem Iurisprudentiæ. Nam ex præsentatione, facta ab aliquo, pro portionibus, sibi pertinentibus, sicuti non acquiritur quasi possessio pro tot vocibus, (vt puta, pro tribus vocibus) ita nec pro illis datur manutentio; quia illa qualitas trium vocum debet probari; vt rectè sequitur Iulian. *in praxi iurisparr. p. 2. lib. 5. cap. 2. num. 15.* docet Postio *de manutentione, obseruat. 72. num. 28.* Ergo, sicut hic non dicitur manutentio in specie, nisi in eo, quod expresse contriterit, fueritque probatum; sic non dicetur, in nostro casu, manutentio culpam quasi specificè, nisi in eo, quod expresse fuerit admissum; non est autem expresse admissum aliquid mortale, vt tale, & formaliter loquendo: non erit ergo locus mortali delicto.

Vndè, quantum est ex natura rerum, prout ab intellectu in hoc casu propositarum, nec mortale, nec veniale sequitur expresse peccatum; cum hoc tamen stat, solam culpam venialem inferri ex prædicto consensu. Quod ex simili adducto sic apparet. Nam ex prædicta præsentatione solum datur manutentio, quæ, ad minus, requiritur ad saluandam possessionem; ergo ex prædicto consensu in re,

tantum vt malam cognitam, dabitur tantummodo malitia illa, quæ, ad minus, necessaria fuerit ad saluandam mali rationem: hæc autem est venialis, vt patet: ergo, &c.

14 Rursus, tandemque confirmatur hoc iddem ex eadem Iurisprudentia: nam probata cohabitatione, & generali communione bonorum, & possessione pro indiuiso, absque probatione corporum certitudinaliter cum suis finibus, & demonstrationibus, datur mandatum ad effectum, scilicet, eiusdem genericæ communionis, & possessionis pro indiuiso, licet non ad effectum percipiendi fructus pro aliqua rata, cum non possit esse locus perceptioni fructuum, nisi corpora bonorum, ex quibus percipi debent, sint certa; quia perceptio fructuum supponit certitudinem bonorum; iuxta Rotam, *diuers. decis. 58. num. 2. 4. & 5. decis. 59. num. 3 part. 2.* & eam sequutum, Postium ubi supra, *num. 21.* sed in nostro casu solum constat de consensu in malitiam, quasi pro indiuiso, & absque probatione grauitatis, vel lenitatis: ergo, sicut in adducto exemplo solum datur mandatum de de manutenda possessione, quæ necessaria erat ad saluandam probationem cohabitationis, & generalis communionis bonorum; sic in nostro casu dabitur solummodo effectus, vel ratio malitiæ, quæ ad saluandam rationem mali consensus, ad minus, fuerit necessaria: hæc autem est tantummodo venialis: ergo, &c. Ergo præfatus, de quo in informi solum venialiter deliquit: ergo per hoc præcisse à præcepto annuæ confessionis excusatus manebit. Sicque sentio salua, &c.

15 Sed inquires: an, qui sæpius in anno confessus est, & semper solum venialia peccata, quia mortale nullum patrauit; si (inquam) iste in diebus Iouis Sancti, & Paschatis de venialibus solum confessus est, & vt præcepto Ecclesiæ communicans satisfaceret, in vltima die anni in mortale incidit, teneatur illud ea die, cum possit, confiteri? Pro huius resolutione sit.

Corollarium vnicum, præcedentis casus appendix.

16 **V**T certum existimo, præfatum astringi illa die de mortali illo
con-

confiteri. Constat hoc. Nam iste talis non implevit præceptum confitendi per confessiones illas venialium tantum peccatorum: ergo, quia intra annum in mortale incidit peccatum, astringitur illud eo confiteri anno. Antecedens sic probatur: nemo implere potest præceptum aliquod, non apposita, vel non existente, datæ materia, supra quam ipsum cadat præceptum: atqui venialia peccata non cadunt sub confessionis præcepto (quidquid pauci absque firmo dixerint fundamento.) Ergo, quia intra annum in mortale incidit, supra quod præceptum cadit, tenetur illud eo anno confiteri: ergo, &c.

17 Ad positam rationem sic ex Nostris quidam, cuius moralia, & modo Theologico, opera, vt prælo mandentur, in via sunt, mihi ore tenus respondit; scilicet, peccatum veniale dupliciter posse considerari; primò, secundum se; & prout sic non cadere sub præcepto; secundò; prout aptum est, vt per illud, à me confessum, ego recipiam Sacramentum: & in hoc sensu, ait, cadere sub confessionis annuæ præcepto. Sic ille.

18 Contra tamen sic arguo: quodcumque veniale peccatum, de se est aptum, vt per illud, confessum à me, ego Sacramentum recipiam: atqui, vt sic consideratum, non teneor illud confiteri: ergo, vt sic consideratum, non cadit sub præcepto. Tunc sic; sed præfatus pater, admittit, primò; nullum præceptum impleri posse, nisi apponatur materia, sub illo cadens, quod certe verissimum est: secundò admittit peccata venialia, secundum se considerata, non cadere sub confessionis præcepto: ergo, cum omnia venialia, & illorum quodlibet, secundum se sint apta, vt, si à me confessa fuerint, per illorum confessionem ego Sacramentum recipiam, tenebitur etiam confiteri, talia peccata, prout sic considerata, non cadere sub præcepto; quia, prout sic considerata, nullus illa confiteri astringitur.

19 Sed respondit præfatus pater, præceptum esse de recipiendo Sacramento; cumque, confessis venialibus tantum peccatis, & absolutione posita, Sacramentum fiat, recipiaturque, iam ponitur præcepti materia, proindeque illius impletio præcepti.

20 Sed contra, primò: nam à quis

ex nunc confirmatus fuisset in gratia, & charitate, vt de facto in mortalia non rueret peccata, & simul etiam confirmatus fuisset in nitore gratiæ, vel feruore charitatis ad vitanda de facto venialia; iste talis non astringeretur ex tunc, nullum, nec mortale, nec veniale peccatum peccans, annis singulis confiteri: exgo ex tunc (hoc est; ex tempore talis confirmationis in gratia, & charitate, & in nitore gratiæ, & feruore charitatis) non illum comprehendit de annua confessione præceptum. Hucusque euidenter concluditur. Supponamus ergo, istum talem, in gratia, & charitate, in modo dicto, confirmatum, velle de, commissis à se, ante talem confirmationem, peccatis confiteri, & illa de facto factum fuisse. In hoc casu Sacramentum reciperet: sed in hoc casu præceptum, quia nullum supponitur, non impletur: ergo præceptum non est, de recipiendo Sacramento, sed de confitendis peccatis, nunquam vere confessis.

21 Minorem propositionem sic, à simili, probatur: si Pontifex Summus modo legem conderet, obligantem fideles omnes, præter duos, v. g. expressè à lege exclusos, vt diebus Sabbathi ieiunarent; & illi duo, peruenientes ad aetatem, in qua aliàs, si exclusi non forent, ieiunare tenerentur, voluntarie ieiunarent, non implerent præceptum, cum nullum respectu illorum supponatur; & ponerent nihilominus verum ieiunium, sicut & ille, in gratia confirmatus, verum recipit Sacramentum: si ergo illi duo, quia exclusi per Legislatorem à lege ieiunij, & si ieiunent, ieiunij legem non implent, sic ille, in gratia confirmatus, quia per talem confirmationem excusatus est à lapsu in peccata, quæ causa materialis sunt Sacramenti Pœnitentiæ, & si de præteritis, & iam sub nullo præcepto confessionis cadentibus, peccatis confiteatur, confessionis præceptum non implebit.

22 Nec valet dicere, illos duos, à ieiunij lege exemptos, nunquam sub lege extitisse ieiunij; illum verò in gratia confirmatum; quia ante confirmationem deliquit; sub confessionis præcepto tunc fuisse. Vnde illi ieiunantes ieiunium ponunt; quod nunquam respectu illorum sub præcepto cecidit; confirmatus verò in gratia confessionem apponit peccatorum, quæ aliquando sub confessionis fuerunt præcepto; quod sufficit ad

23 Sed non valet hoc. Primò: quia si modo Pontifex confessionis præceptum omnino auferret, & pro omnibus & aliquis præterita peccata, antea sub præcepto cadentia, & iam confessa, confiteretur iterum, certe præceptum, quia nullum, per illius ablationem, supponitur, non impletur: & nihilominus peccata confiteretur, aliquando confessionis præcepto subiecta: ergo, &c.

24 Secundo; si vsque modo esset lex aliqua obligans nos, vt corporaliter ingrederemur Ecclesiam aliquam, & talis lex postea cessaret, illam Legislatore ipso auferente; tunc si nos corporaliter talem ingrederemur Ecclesiam, poneretur vtique nostrorum corporum in Ecclesiam talem ingressus, sub lege antea cadens: atqui nullus dicet, talem ingressum, quia antea, ratione eiusdem corporis, sub lege cadentem, impletium esse præcepti: ergo, &c.

25 Tertio (& inductiuè) sic: ergo, sicut se habet cessatio legis per Principis voluntatem, ita se habet per carentiam materiam: ergo eo modo, quo cessat, dum per Principem auferitur, vel in omnibus, vel in vno; sic cessat, dum, vel in omnibus, vel in vno cessat ipsius legis materia, ad legem essentialiter non minus requisita: ergo, sicut, cessante per Legislatorem lege, licet repetatur id, quod antea sub lege fuit eadem, non impletur lex ipsa; sic, cessante eodem modo lege per defectum materiam, & si repetatur id, quod sub lege eadem antea fuit, nullatenus lex ipsa (quia de subiecto est non supponente) valet impleri.

26 Denique, quia nullum est in Ecclesia, nec Diuinum, nec Ecclesiasticum de confessione Sacramentali præceptum, nisi existentibus peccatis, vt patet: ergo, (vel præceptum confessionis sit pro singularis annis vnum, vel pro quolibet anno sit diuersum virtualiter, vel quomodolibet, præceptum) si hoc v.g. anno, quomodolibet computato, non peccavi peccatum, præcepto confessionis subiectum, vel pro hoc anno suspensum est omnino præceptum, si sit vnum; vel pro hoc anno, si distinctum sit præceptum, illo non astringor: ergo illo confiteri non cogor: ergo & si libera voluntate sufficientem ad Sacramentum apponam materiam, præceptum non adimpleo. Patet. Nam impletio præcepti, actualisque obligatio

eius, sunt veluti qualitates, passionis, vel quasi effectus, vel proprie effectus præcepti ipsius: atqui nullius rei nullæ sunt qualitates, passionis nullæ, nulli quasi effectus, vel proprie effectus, vt patet: quia ergo nullum in prædicto casu præceptum supponitur, nulla erit actualis eius obligatio, neque actualis ipsius impletio: Ergo, &c. Sicque vt certum existimo, salua, &c.

PROPONITVR CASVS secundus.

Quis, tempore, quo ad implendum annuæ confessionis præceptum (& non procedit hic casus de præcepto communionis) non habuit alium Confessorem, quocum posset confiteri, nisi Confessorem ex privilegio, veluti per Bullam, vel Iubilæum.

Quæsiuit postea, an peccaret non confitendo eo anno, quia reuera non fuit confessus?

CASVS RESOLVTIO.

1 **I**N hoc casu pro negatiua solutione probabilis stare videtur sententia, licet non sub expressis verbis hoc idem adstruens. Probo sic; nam probabilis est sententia, affirmans, habentem Bullam non teneri audire Sacrum tempore interdicti, licet possit: ergo probabile etiam erit, non teneri habentem Bullam, qua eligere possit alias idoneum, illi confiteri. Quod probabile videtur in sententia asserente, præceptum de annua confessione esse tantummodo Ecclesiasticum.

2 Dices, præceptum, vel legem, obligare potentes: atqui præfatus, de quo in infirmi, potuit confiteri: ergo obligatus fuit: ergo, non confitendo, peccauit mortaliter. Respondeo tamen, retorquendo argumentum: nam præceptum audiendi Sacrum potentes obligat: sed ille potest per Bullam audire Sacrum tempore interdicti, sicut & præfatus per Bullam, vel Iubilæum, confiteri: ergo etiam tenebitur Sacrum audire: sed huius

contrariam est probabile, & per Sanctissimum Inquisitionis Tribunal, ut tale, admissum, quod negari non potest: ergo & probabile erit, illum, de quo in presenti casu, non teneri tunc confiteri.

3 Dices iterum: ideo privilegiatus per Bullam non tenetur tempore interdicti Sacrum audire, quia tali tempore adest præceptum non audiendi; cum autem non sit præceptum non confitendi in nostro casu, ideo si aliquomodo potest, absolute tenebitur.

4 Sed contra; quia si verum est primum ex eo, quod supponatur præceptum non audiendi Sacrum, cui conformari potest privilegiatus per Bullam: ergo verum erit secundum, ex eo, quod etiam supponitur præceptum non confitendi illi Sacerdoti, si auferas privilegium. Unde, sicut absolute est præceptum audiendi Sacrum die festo, cum quo etiam fiat prohibitio non audiendi tempore interdicti, nisi per Bullam, vel privilegium; sic absolute est præceptum confitendi, cum quo tamen fiat prohibitio confitendi tali Sacerdoti, nisi per Bullam, vel iubilæum: ergo, sicut in primo casu privilegiatus per Bullam, ab obligatione audiendi Sacrum probabiliter excusatur, sic & ab obligatione excusabitur confitendi.

5 Dices tamen: sequitur, Sacerdotem itinerantem, & accedentem ad oppidum, die Dominica, vel festo, quando iam alij Sacerdotes prædicti oppidi celebraverunt, excusari ab audiendo Sacro; eo quod ipse liber est ab obligatione celebrandi, & ex alia parte caret copia celebrantis. Imò si plures cum eo pervenirent, etiam Sacerdotes, omnes ad invicem excusarentur, cum nullus celebrare teneatur; & aliàs præceptum non obliget sine copia celebrantis.

6 Respondetur tamen; (& prius quem dam audiui, sequellam prædictam in arguendo admittentem; quam ego tamen nullatenus admitto.) Tum, quia celebratio Missæ communi Ecclesiæ vsu accipitur, in Sacerdotibus, pro materia, præcepto audiendi Sacrum præcepta; sicut pro non Sacerdotibus, & pro non celebrantibus ipsius Missæ auditio.

Tum etiam; (& hæc est immediata ad sequellam solutio; in diversitate ra-

tionis fundata.) Nam in materia nostris casus, & in simili, quo eius solutio probatur, duplex supponitur præceptum; vnum generale, obligans ad confitendum, sicut & aliud ad audiendum Sacrum; & alterum speciale, obligans ad non confitendum non habenti iurisdictionem; sicut & alterum non audiendi Sacrum tempore interdicti. Quodcumque autem ex his præceptis sequatur privilegiatus, rationem sequitur, & iuxta illam operatur; quia iuxta præceptum, vel legem, quæ in ratione fundatur.

At verò in casu sequellæ nullum est præceptum tunc non celebrandi; & cum ex alia parte sit præceptum audiendi Sacrum, omnem tunc rationem pro contraria parte possibilem absorbens, nullatenus à celebrando excusatur; quia nulla tunc ad hoc relinquitur ratio. Sicut de illo, cui, antea incarcerato die festo audiendi Sacrum conceditur libertas. Diversam namque est privilegium, liberans à naturali impedimento, vel à labore aliquo per modum actus temporalis, vel particularis, omnino cessantis, à privilegio, liberante à prohibitione præcepti, vel legis, veluti perpetuæ, & remanentis.

7 Sed contra oppones: probabilis est, apud Dianam 4. part. tract. 4. Miscellan. resol. 10. pag. mihi, 148. aliquorum sententia, asserentium, nullam esse obligationem præveniendi mane totum Divinum Officium, licet vespere, vel meridie prævideatur impedimentum, à recitatione partis officij excusans: atqui probabilis hæc sententia in privilegio, concedente anticipationem recitationis dicti officij, fundatur, quo privilegio quis uti non astringitur, & tamen nullum est non recitandi præceptum: ergo, licet in casu Sacerdotis, imò & carceris, nullum sit non audiendi Missam præceptum, sicuti est tempore interdicti, adhuc ab obligatione Sacrum audiendi excusabitur. Sicut de cæco, aut de illo, qui legere non potest, quidam probabiliter dicunt, non teneri recitare horas, quas memoriter scit, licet possit. Sic Sotus; quem approbare videtur Sanchez tom. 2. consil. libr. 7. capit. 2. dub. 46. num. 3. & Diana 4. part. tract. 4. Miscellan. resol. 11. pag. 149.

8 Respondetur tamen, concedendo pro-

probabilem esse vtramque sententiam illam, ratione privilegij, non tamen solius privilegij, sed ratione etiam impedimenti, necessarij, vel naturalis, vel morbi, vel captivitatís, vel cæcitatís, &c. Quòd impedimentum æquivalet præcepto. Quando ergo dicitur: *Erramen nullum est non recitandi præceptum*: distinguo: æquivalenter, ratione effectus, negatur: formaliter, & propriè; transeat.

Iraque, cum obligatio recitandi, iuxta communem sententiam, annexa sit determinatis temporibus, pro diversitate horarum, & per privilegium possit præveni talis recitatio, consequenter dicendum est, neminem teneri ad præveniendum, licet prævideat impedimentum (necessarium intellige) futurum in tempore, quo; ex Ecclesiæ determinatione, alicuius horæ obligat recitatio. Quòd impedimentum, utpote necessarium, æquivalenter habet rationem legis, necessario obligantis; quia, sicut lex, prohibens auditionem Sacri tempore interdicti, necessario excusat, (sicut & lex non confitendi, nisi habent iurisdictionem) sic & prædictum impedimentum, utpote necessarium, necessario excusat. Undè & concurrat, (præter præceptum commune recitandi, & privilegium ad præveniendum) æquivalens non recitandi præceptum. Quòd, nec in casu sequellæ, de Sacerdote, perueniente ad locum, in quo, die festo, iam non est alius, præter ipsum, qui celebrare possit; nec in casu antea incarcerati, & die festo à carcere exclusi, contingit. Undè concludo, probabile esse, præfatum, de quo in informi, non peccasse, eo anno non confitendo. Salva, &c.

PROPONITVR CASVS tertius.

QUIS adultus, Baptismum suscipiens, in ipsamet Baptismi receptione, in adulterium, & furtum voluntariè confessit. Quæsit postea. An de illis peccatis confiteri teneretur?

*

CASVS RESOLVTIO.

1 AD præsentem casum facilissima est resolutio, iuxta varias Doctorum sententias; quarum vna affirmat, altera negat. Cum enim hoc iddem sit, ac inquirere; an peccata commissa in instanti Baptismi, ad Baptismum, vel ad Pœnitentiæ Sacramentum spectent; superflue penitur casus, cum quæstio apud Doctores omnes ventiletur. Et si singularia promitto (dicit aliquis) cur ad communia, & valde trita confugio? Sed fax sit mihi pro nunc quid sentiam, & propter quid sentiam, meam pro ferre sententiã; & vsque ad summum pro proprio captu, semper ab alijs edocto, tam casum resolvere, quàm quæstionem ventilare.

2 Igitur Eminentiſs. D. Cardin. Lugo sequutus vestigia, dico, præsentem casum, (sicut, & quæstionem) resolui posse, vel practicè, vel speculatiuè. Si practicè loquamur, dicendum iudico, omnia peccata, siue fictionis, siue non, (vt v. g. furti, adulterij, &c.) in ipso instanti Baptismi commissa (siue in sententia, asserente, Baptismum producere suum effectum in aliquo terminatio instanti, eo quòd tempus, & duratiōnem eius componat ex instantibus solis finitis, & immediatis; siue in sententia communi, affirmante, Baptismum non compleri, nec suum producere effectum in aliquo terminatio instanti, sed potius in tempore; quòd hæc sententia communis (Philosophorum, inquam) componit ex diuisibilibus partibus in infinitum) dicendum (inquam) iudico, omnia peccata in ipsa receptione Baptismi commissa, deberi, practicè loquendo, in confessione postea explicari.

Et non loquor de actu externo, qui non tam est peccatum, quàm peccati effectus, sicut de pollutione sequuta, in ebrietate, vel somno, præuisa, & prius volita. Ducor; quia, cum nemo possit scire, an peccaminosa voluntas in receptione Baptismi perseverauit post ipsum Baptismum susceptum, debent ea omnia secundum proprias, & specificas malitias, tam fictionis, quàm furti, & adulterij, postea in confessione declarari, sicut reliqua post Baptismum commissa peccata explicantur. Sic Emin. Cardin. Lu-

go tom. de poenit. disput. 16. sect. 1. numer. 2.

3 Si verò speculatiue loquamur, difficultas tane, grauis, & subtilis est disputatio. In qua (relictis pluribus Doctorum placitis, de quibus Suarez tom. 3. in 3. part. disput. 28. sect. 5. Vazquez tom. 2. disput. 159. & alij ex Recentioribus; de quibus nouiter, & satis acute, præfatus Dominus Cardinalis Lugo, *rotaila* sect. 1. à numer. 3.) Dico, peccata omnia, tam fictionis, quam alia moralia, in receptione Baptismi commissa, spectare necessario ad poenitentiae Sacramentum.

Ducor prius communibus, nec contemnendis rationibus, quas congerit citatus Dominus Cardinalis, & in sine rationem meam proponam. Igitur ducor; tum, quia peccata illa sunt peccata hominis Christiani: ergo hominis, intra Ecclesiae gremium existentis; proindeque sunt necessaria Sacramenti Poenitentiae materia. Antecedens probatur à simili tum; quia peccaminosa Religiosi contra Obedientiam, Castitatem, seu Paupertatem, voluntas, habita in ipsa professione cum aduertentia de prohibitione talis actus per votum Obedientiae, Castitatis, & Paupertatis, inducit ditinctam speciem malitiam, ratione statu Religiosi.

Tum etiam; quia peccaminosa similiter coniugis voluntas cum alio se commiscendi, in ipsa matrimonij efficientia habita, infert etiam adulterij speciem, ratione matrimonialis status, in matrimonij efficientia acquisiti. Tum etiam; quia, si Ioannes se in seruum Petro tradat, aut vendat, & simul, eodem momento, ab eius potestate, aut obedientia, voluntate se subtrahat, proculdubio contra seruitutis debitum, quòd tunc, ratione seruilis status, sibi imposuit, delinquit: ergo peccata quaecumque, in receptione Baptismi commissa, Ecclesiae clauibus pertinebunt, ratione status (vt sic loquar) Christianitatis, per Baptismi Sacramentum acquisiti.

4 Confirmatur hæc ratio: nam pro peccatis illis, & pro illorum quolibet, posset hic homo baptizatus ab Ecclesia excommunicari, & puniri, non solum iudirecte, ratione communicationis cum Ministro Ecclesiae (vt sup-

pono) baptizante, prohibitoque directe per Ecclesiam non dispositum baptizare, sed etiam directe: ergo, & c. Antecedens probatur: quia potest Ecclesia generalem sub centura condere legem in omnes indigne recipientes Baptismum. Cuius legis notitia supposita, si quis ad Baptismum suscipiendum indigne accederet, Ecclesiae lege ligaretur: signum ergo est, peccata illa Ecclesiae clauibus esse subiecta.

Antecedens probatur à simili, in casu Religiosi, coniugis, & serui, de quibus supra. Nam, si Ecclesia sacrilegia, adulteria, & peccata seruorum, contra seruitutis debitum commissa, reseruaret, comprehenderet vtrique sacrilegia, adulteria, & serui iniustitiam, etiam in ipsa professione Religiosi, in ipso matrimonij contractu, in ipsaque hominis in seruum traditione, commissa: ergo & lex, contra suscipientes indigne Baptismum lata, omnia, in illius susceptione commissa, comprehendit peccata. Antecedens est certum: Consequens autem sic probatur à paritate rationis: nam sicut Ecclesia nequit ad Baptismum obligari, sic neque ad matrimonium, Professionem, & (per se loquendo) neque ad traditionem alicuius in seruum.

Rursus: sicut lex hæc non comprehendit non Religiosos, nec, non coniugatos, nec tandem eos, qui in seruitutem non se tradunt; sic nec illa comprehendet non baptizatos: ergo, sicut Religionis voto se solemniter de facto astringentes; & ad matrimonij seruandam fidem obligantes, & tandem se de facto seruitutis debito subijcentes, omnesque in talium statuum receptione, contra eorum obligationem delinquentes, reseruatoria talium criminum lege comprehenduntur; sic de facto Baptismum suscipientes, & in ipsius indigna susceptione grauius delinquentes, Ecclesiastica illa lege comprehenduntur: spectant ergo peccata illa, tanquam materia necessaria, ad poenitentiae Sacramentum. Sic cum alijs, quos refert, Eminentiſſ. D. Cardinalis Lugo supra, numer. 1. sententiam mutando, probat, & defendit, satisque docte, à num. 23. usque ad finem.

5 Deinde confirmatur hoc totum à contrario sensu, in hunc modum: con-

stitutus iustitiæ exactor potest in eodem instanti efficaciter velle malefactoribus, morte dignis, mortem inferre, ob ius, & actionem, ei, eo instanti, collatam: ergo, & in eo instanti, vel tempore receptionis Baptismi delinquens, potest Ecclesiæ lege comprehendi. Iniustum enim est, commodum legis, iuxta illam operando, & non illius poenam, contra ipsam delinquendo legem, sentire; iuxta communiter receptam, æquissimamque Jurisperitorum maximam, & Regulam, *de Reg. iuris in 6.* in naturali lege fundatâ.

6 Conclusionem hanc, sic ab Authoribus, & præcipuè ab Eminen. Cardinali Lugo probatam, ampliusque ex Concilij Tridentini, Aurei Augustini, Angelicique Doctoris, autoritate infra probandam, varie varij, pro contraria sententia, impugnant Authores, affirmantes, omnia peccata, præter peccatum fictionis, in Baptismi receptione commissa, per Baptismum ipsum deleri. Quod iddem tenet Suarez, vere Doctor, vereque Magister, supra, *sect. 5. post tertiam conclusionem*; dicens, fictionis peccatum esse post Baptismum, quatenus prius characterem producit, commissum. Unde non est obex characteri, sed gratiæ. Cumque per characterem receptum dicatur quis baptizatus, & characteris receptionem sequatur in posteriori naturæ fictionis peccatum, iam est peccatum hominis baptizati: sic Suarez.

Quem impugnat in hoc Cardinalis Lugo, dicens, quod, licet character non petat dispositionem, non tamen est prior illa, cum non sit causa illius; unde simul compati possunt. Quidquid etiam dicat Vazquez *disp. 159. cap. 2. num. 19.* hoc alia via, sed insufficienti, descendens; quam etiam impugnat citatus Dominus Cardinalis Lugo supra, *num. 16. 17. & 18.* Unde alij absolute iddem de peccato fictionis existimant; de quorum numero sunt Pallud. & ipsum sequuntur, ante alios, Sylvester *verb. Baptismus 4. num. 11.* Idem tenet Ioannes de Cruce *in directorio conscientiæ, q. 4. de Baptismo*; & alij Salmantini Recentiores apud citatum Dñm Cardinalē, *n. 10.* pro quibus, & alijs

7 Arguitur primò aduersus dicta, ex Tridentino *ses. 14. cap. 2.* vbi expresse dicitur, Ecclesiam in neminem iudicium exercere, qui non prius in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus. Unde in-

fert: si aliquis ingrediatur Ecclesiam, & postea se crimine aliquo contaminauerit, hunc ante hoc confessionis tribunal reum comparere debere. Et *in fine capitis* concludit dicens, Sacramentū hoc necessarium esse lapsis post Baptismū. Quam doctrinā repetit *c. 5. in princip.* vbi dicitur, institutam esse à Domino confessionem, omnibus post Baptismum lapsis necessariam. Quod iddem definitum extat *Canon. 1.* scilicet, institutum esse hoc Sacramentū pro fidelibus reconciliandis, qui post Baptismum labuntur.

8 Ad hoc tamen respondetur primò, Concilium *illo cap. 5.* (dum dixit, omnia peccata mortalia, in quæ Christi fideles incidunt, esse necessariam huius Sacramenti materiā) expressisse, quod dixerat *cap. 5.* scilicet, Ecclesiam in neminem iudicium exercere, qui non prius in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus; quod verissimum est. Ex eo tamen nihil contra nos. Aliud namq; est, Baptismum debere precedere iudicium Sacramentale, Sacramentique punitionē; quod libenter concedimus. Aliud verò, Baptismum debere precedere peccatum; quod constanter negamus; cum de ipso peccato, licet simul cū Baptismo commissio, possit esse iudicium, subsequens in posteriori naturæ Baptismum, priorem ipso iudicio prioritate naturæ; cuius iudicij exercitium sequenti tempore exequendum est.

Itaque Christi Domini lex, obligans Christianos omnes mortalia peccata cōfiteri, comprehendit etiam peccata illa, quæ simul cum Baptismo committuntur. Et hæc lex supponit Baptismum saltem prioritate naturæ; quod sufficit, vt lex cadat supra baptizatos. Nam, si supponit Baptismum in priori naturæ susceptum: ergo & baptizatum. Supponit autem Baptismum ex eo, quod prius requiratur, saltem vt conditio, sine qua lex obligare nō potest. Et cum supponamus, peccatum simul cū Baptismo, perfecte recepto, commissum fuisse, nequit dici peccatū extra gremiū Ecclesiæ commissum; proindeque erit Ecclesiæ clauibus subiectū.

9 Et in hoc sensu intelligenda etiam veniunt verba illa capitis secundi, scilicet; *Si se postea crimine aliquo contaminauerint, ante hoc tribunal fisci voluit.* Quæ verba comparanda sunt cum illis antecedentibus, eodem in capite; videlicet: *Constat certe, Baptismi Ministerium iudicem esse non*

oportere, cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus. Quid enim mihi (inquit Apostolus) de his, qui foris sunt, iudicare? In quibus verbis ponderanda est particula, foris sunt; quæ iddem sonat, ac extra Ecclesiam; quodque iddem est, ac, ante Baptismum. Unde duo dicit Concilium. Primum est: peccata ante Baptismum commissa, non sunt per Ecclesiam iudicanda; quid enim mihi est, &c. Secundum verò est: peccata postea, id est, post commissa, ante hoc tribunal fisci voluit. Ex quibus sic arguo.

10 Et prius, tanquam certum, suppono, quòd à lurisperitis, imò & Theologis, communi consensu receptum est; scilicet, vnam scripturam non solum explicari per alteram partem eius, sed etià per aliàs, omnino ab ea separatas. Exemplum habes apud legem 1. ff. de reb. dub. vbi Ulpianus, ait, *Alteram partem alternatiue per alteram interpretari;* & in leg. verum, ff. de petit. heredit. leg. *Heredes palam, §. si quid, ff. de testament. leg. Vxoris, §. fin. ff. de legat. 3. & in cap. Secundo requiritis, 41. de appellat. vbi habetur, ea, quæ in principio, ad medium, & ad finem; illa verò, quæ in medio, ad finem, atque principium sepe referrit; hoc est, per media declarantur extrema, & per vnam extremum declaratur aliud. De quo Bart. in dicta leg. 1. de reb. dub. Alexander consil. 69. volum. 6. Decius consil. 15. & Fr. Hieron. Rodrig. in Compendio qq. Reg. Fratris Emman. Rodrig. resol. 90. de legib. num. 49. pag. mihi, 573. §. Quarta Regula; vbi, quæ sunt supposita, de verbo ad verbum adducit. De quibusque ego alibi in hac parte.*

11 Igitur (hoc supposito) argumentor sic: ergo (iuxta Tridentinum citatis in locis) quòd primum negat, totum eius exclusiue contrarium, (vt sic loquar) debet affirmare secundum: sed primum negat, peccata ante Baptismum esse ab Ecclesia iudicanda: ergo totum, quòd excludit, debet per secundum affirmari: atqui primum (id est, priora verba Concilij) excludit per negationem non solum peccata post Baptismum, sed etiam in Baptismo commissa, quia non sunt commissa ante Baptismum: ergo omnia hæc affirmat secundum, scilicet: *Si se postea crimine aliquo contaminauerint, ante hoc tribunal fisci voluit.*

12 Quia autem semper exemplis res

manifestior fit, positam rationem exemplis eleganter confirmat Sapientissimus Eminentiissimusque Dominus Cardinalis Lugo vbi supra, hoc modo: ante Solis occasum sunt tenebræ, postea verò non sunt: & tamen ly postea verum tenebræ non solum post Solis ortum, sed & in ipso ortu Solis: ergo, &c. Rursus: ante vsum rationis non peccat homo; postea verò peccat: cum tamen ly postea non solum tempus subsequens comprehendat, sed etiam ipsum primum insians rationis, in quo non conuersus ad Deum peccat. Sic nostro in casu: potius ergo Tridentinum nobis fauet, quàm contrarijs. Ex quo non recte aliqui dixerunt, Concilium solum explicuisse, quòd certum erat, scilicet, de peccatis, Baptismum subsequenter; non verò de commissis in ipso Baptismo. Hos Authores refert præfatus Dominus Cardinalis supra, numer. 12.

13 Vel secundò respondetur, Concilium loqui de illis, qui licitè, & digne Baptismum susceperunt, & postea in peccatum lapsi sunt; quòd ex contextu in dicto cap. 2. constat, in illis verbis: *Secus est de domesticis fidei, quos Christus Dominus, lauacro Baptismi, sui corporis membra semel effecit.* Quæ verba, iuxta communem Theologorum sententiam, cum Doctore Angelico 3. p. q. 8. art. 3. ad secundum, non intelliguntur simpliciter, & proprie de illis, qui indigne baptizantur. Hi enim non dicuntur proprie, & simpliciter membra Christi; sed imperfectè, dum sunt in peccato mortali; quòd expressit Doctor ipse Angelicus in 4. dist. 12. q. 2. art. 2. in secunda eius parte, in solutione ad 4. in fine. Et, iuxta has duas solutiones; explicanda sunt verba Tridentini in fine dictorum capitum, 2. & 5. & Canon. primi.

14 Argues secundò, ratione deducta ex Concilij, & Patribus, in hunc modum: per Baptismum applicatur pretium sanguinis Christi, ad soluendum, & extinguendum omne debitum: ergo nõ solum iam contractum, sed etiam præsens. Probatur Consequens: nam sanguis Christi effusus non solum extinxit debitum præcedentium peccatorum, sed & præsentium, quæ erant in effluentibus eius sanguinem: ergo, &c.

15 Respondetur, argumentum hoc multum probare. Probat enim, etiam per Baptismum deleri debitum peccato-

rum sequentium ad illum; quod falsum est. Sequitur tamen ex eo, quod pretiosus Christi Domini sanguis effusus sit in remedium omnium etiam, ipsius effusionem sequentium, peccatorum. Intellegendi sunt ergo Concilia, & PP. modo, supra explicato. Quod à priori ex eo rursus probatur; quod Baptismus neque per se, neque per accidens tribuere potest peccati, cum ipsius receptione commissi, remissionem. Non per se; quia per se, & ex sui institutione exigit carentiam obicis, & dispositionem in recipiente adulto. Neque per accidens; quia necesse foret, vt remissio illius peccati includeretur aliquomodo in effectu, quem Baptismus significat; eo quod solum id causet, quod significat; sicut Sacramenta, quæ significando cauant.

Quod verò illius peccati remissio nullatenus in Baptismi forma includatur, patet ex eo, quod verba illa significant absolutionem, & purgationem ab illis peccatis, ad quorum expiationem ponendam exigit pœnitentiam præcedentem, tanquam dispositionem. Sicut Sacramentalis absolutio dolorem exigit, & peccatoris pœnitentiam. Cum ergo absolutio non significet remissionem peccati, in instanti absolutionis commissi, eo quod nequeat ante absolutionem esse dolor de peccato, in ipso absolutionis instanti commissio: sic Baptismus non valet exigere ex se dolorem, & pœnitentiam præcedentem de peccato, in ipso Baptismi instanti commissio. Sic respondet Eminentiſs. Dominus Cardinalis Lugo vbi supra. Quam solutionem primo datam admitto. Non tamen rationem, qua probat, Baptismum, neque per se, neque per accidens, tribuere posse remissionem peccati, in sui receptione commissi; quod, & si verum, certumque existimem, vt infra etiam probabo; non tamen ductus ratione, qua à priori, id probat Eminentiſs. Dominus, cum ego existimem, posse in sententia D. Thomæ dari Sacramentum validum, licet informe, etiam cum peccato mortali; quod citatus Dominus Cardinalis non admittit.

Vnde, vtens ipse exemplo plenariæ Pontificis indulgentiæ, sic solutionem, à se datam, confirmat. Nam, sicut plenaria Pontificis indulgentia omnium peccatorum debitam pœnam remittit; sic Baptismus totius pœnæ pro antecedentibus

peccatis secum offert remissionem: sed plenaria Pontificis indulgentia omnium peccatorum, non comprehendit veniale peccatum, in instanti, quo indulgentia lucratur, forte commissum: ergo neque Baptismus comprehendit ea, quæ in eius susceptione committuntur, licet sint venialia. Eadem namque est de omnibus ratio. Vnde quando dicitur, cum, qui statim post Baptismum moritur, ad cœlos euolare; intelligitur, si neque post Baptismum in illa breui morula, neque in ipso Baptismi instanti, aliquod, licet veniale, commiserit peccatum.

16 Dices tamen: peccatum veniale, commissum in instanti Martyrij, per martyrium ipsum aufertur; aliàs contra mentem Ecclesiæ faceret, qui contrarium affirmaret. In Ecclesia namque, iniuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre: sed martyrium, quoad remissionem culpæ, & pœnæ Baptismo assimilatur: ergo & peccatum, in instanti Baptismi commissum, saltem veniale, per Baptismum ipsum aufertur; cumque eadem, iuxta notam sententiam, sit de mortalibus ratio, iddem de illis dicendum erit.

17 Respondetur tamen, negando suppositum; impossibile enim est, quod in instanti Martyrij peccatum aliquod, licet veniale, committi possit. Non enim fit Martyrium, cum aliquis ob fidem percutitur; sed cum pro fide animam complete exhalat, hoc est, cum pro fide, vel virtute aliqua, ab inimicis fidei, ex odio, mortem accipit. Itaque in ipso mortis instanti completur Martyrium; & illi completo annexum est privilegium remissionis totius culpæ, & pœnæ; cūque tunc homo non viuat, peccare non potest. Vnde quando homini pro Christo, eiusque fide, &c. læthale vulnus infligitur, non completur Martyrium, sed quasi incipit, complendum in morte; antequam si forte venialia aliqua committat, omnia in instanti mortis ipsius condonantur per Martyrium, in ipso mortis instanti completum. Sicque, iuxta Sacrosanctam Matrem Ecclesiam, verum tenet, iniuriam Martyri irrogare, qui orat pro Martyre.

18 Argues tandem, ex Augustino, de Baptismo, contra Donatistas, tom. 7. lib. 1. cap. 12. vbi adducens seruum illum Evangelicum, cui (Matth. 18.) omne debitum decem millium talentorum dimi-

misit Dominus: postea verò, cum ipse cōseruo suo mutnam nollet peccuniam dimittere, sed pro debito illum torqueret accēbitus, iratus iterū Dominus, propter antiqua debita illū in carcerem cōiecit, ait Aureus Africanus, significari illū, qui cum fictione recipit Baptismū. Sicut enim seruus ille, retento odio, id est, debito, adhuc à Domino remissionē totius debiti accepit; sic cum fictione ad Baptismum accedens, illaque retenta, remissionem à Deo recipit per Baptismum, totius debiti remissionem. Audi pulchra Anrei Augustini verba, loco citato: *Tempus ergo (inquit) quo accipitur indulgentia per Baptismum, tanquam tempus est reddende rationis, ut omnia debita, quae inuenta fuerint, dimittantur. Sic ille.*

Qui postea addit, actuale illius serui peccatum non impedisse, quo minus omnia debita, quae in illo erant instanti, Dominus ex se ei dimitteret. Nam ita ait: *Nec tamen quod nondum cōseruo dimiserat, impediuit Dominum eius, quo minus in illo tempore accipere de rationis dimitteret ei omnia, quae debebat: sed quid profuit, quando quidem in caput eius, propter odiorum perseverantiam, rursus omnia continuo replicata sunt. Sic Africanus. Qui, assimilans hanc Baptismi efficaciam, sic prosequitur: Sic non impeditur Baptismi gratia, quo minus omnia peccata dimittat, etiamsi odium fraternum in eius, cui dimittuntur, animo perseverat. Soluitur enim hesternus dies, & quidquid supra est, soluitur, etiam ipsa hora, momentumque ante Baptismum, & in Baptismo. Deinceps autem reus esse continuo incipit. Hanc Augustinus, quae contra nos clarissimè pugnare videntur.*

19 Respondetur tamen, Augustini verba procedere ex suppositione falsae doctrinae, quā aduersarijs, ad maiorem abundantiam, concedit; scilicet, quod, qui in statu peccati absque dispositione debita baptizatur, adhuc virtute Baptismi sanctificatur pro tunc, & à peccatis mūdatur; quae tamen statim redeant propter perseverantiam malae voluntatis. Sicut Euangelicus seruus, *Math. 18.* pro tunc remissionem totius debiti à Domino accepit, licet odium aduersus cōseruum non deposuisset. Protinus autem totus prior ille reatus redijt propter perseverantiam voluntatis. Supponebat enim, quod, si det. antea esset. a peccato, quod adhuc non retractauerat, vir-

tute tamē Baptismi, illo tēporis puncto; propter Sancti Spiritus assistentiā, lucemque, quā Sacramentum afferret, peccata recederent, & adeslet sanctitas, atque iustitia; postea verò haec recederet, & peccata redirent. Exemplum namque ponit in illo, qui à tenebris, per lucem, transit ad tenebras; quem quidem lux trāseuntem per fūdrit. Sic eo casu, post illud (inquit) temporis punctum redeunt peccata, tanquam redeunte obscuritate, quā lux in transitu excusserat.

Quibus positis, ex duplici constat capite, Aureum Augustinum non loqui de peccato commisso in instanti Baptismi, sed de antecedentibus. Tūm, quia, quod post condonationem redit, ante condonationem esse supponitur: sed si peccatū fieret in instanti Baptismi, ubi fit condonatio, condonationem nō antecederet: ergo post condonationem non rediret: atqui loquitur expresse de peccatis illis, seu debitis, quae post condonationem redeunt: ergo de illis, quae ante condonationem praecesserunt: non ergo de peccato, quod fit in instanti Baptismi.

Tūm etiā, quia impossibilis est, pro eodem instanti, debiti contractio, illiusque condonatio. (Et abstrahopro nunc, an possit remitti peccatū antequā fiat; quod adhuc cōmunis non admittit Theologorū sententia) unde & August. ait: *Si ei dimiserat, non ei debebat:* atqui in instanti Baptismi condonantur debita: ergo pro eodem instanti repugnat eorundem contractio debitorum. Quod clare demonstrat exēplum illius, qui à tenebris, per lucē, ad bras transit; qui, dum luce perfunditur, nequit tenebris obscurari. Per quod patet ad Africanum.

20 Iuxta quā explicationē intelligēdus venit Doct. Angelic. *q. 69. ar. 10. ad 2.* dū ait: *Ad secundū dicendū, quod fictio non remouetur per Baptismum, sed per poenitentiam subsequentem; quae remota, Baptismus auferit culpam, & reatum omnium peccatorum praecedentium Baptismo, & etiam simul existentium cum Baptismo.* Quae vltima verba non necessario intelligenda veniunt de peccatis commissis in vltimo instanti Baptismi; sed de illis, quae fiunt tempore illo, quo successiuē forma proferitur, vel aqua infunditur ante vltimum instans. Inter quae peccata, & fictionem, assignat differentiam in eo, quod fictio, cum sit voluntas indebite

fufcipiendi Baptifmum, neceffario debet aliquantulum (ad minus, poft inftans Baptifini) perfeuerare; poft quòd actualiter non perfeuerant alia peccata, complete facta ante vltimum inftans Baptifmi, cum quo non dicunt neceffariam connexionem; ficut fictionis peccatum.

21 Et, quòd non loquatur de peccato, in ipfo Baptifmi inftanti commiffo, conftat etiam ex eodem Angelico Doctore in 4. dift. 4. q. 3. art. 2. quaftion. 3. ad 2. vbi fic habet: *Ad fecundum dicendum, quòd Baptifmus, recedente fictione, habet illum effectum, quem prius habuiffet, fi fictio non fuiffet; & ideo peccata, præcedentia Baptifmum, remittit, & quoad culpam, & quoad pœnam: fed peccata fequentia remittuntur virtute contritionis, qua fictionem amouet, quantum ad culpam, fed non quantum ad pœnam totaliter.* Hæc Doctor Sanctus. Ex quibus apparet, primò, non loqui de peccato, commiffo in inftanti Baptifmi. Secundò; fi eius verba etiam peccatum, in tali inftanti commifsum, comprehendat, potius pro nobis ftare, quàm contra nos. Nam, cum folum præcedentia Baptifmum peccata per Baptifmum ipfum dicat remitti, excludit certe à remiffione per Baptifmum, quæ ipfum non præcedunt, peccata. Et cum non præcedant Baptifmum peccata, in ipfo inftanti Baptifmi commiffa, eorum remiffio non ad Baptifmum, fed ad pœnitentiam fpectare debet.

Vndè, quando ait, fequentia Baptifmum, peccata per pœnitentiam remitti, *ly fequentia*, iddem fonat, ac *poftea facta*; ita vt diuidat peccatorum remiffionem in duas partes, in quibus omnia debent contineri. Si ergo vnum diuifionis membrum, prout ad Baptifmum, fola præcedentia Baptifmum comprehendit peccata; certe membrum aliud diuifionis, ad pœnitentiam applicatum, cetera omnia, quæ non præcedunt Baptifmum, peccata comprehendere debet: atqui peccata in ipfo inftanti Baptifmi commiffa, Baptifmum non præcedunt: ergo, &c. Et fic fe habent, quæ ab Authoribus, circa præfentem cafum, & quaftionem, dicta funt. Ratio autem, quæ me mouet ad eandem fufiinendam fententiam, tam practicè, quàm fpeculatiue mihi veriffimam, ex nunc incipit, fic cõtra me prius replicando.

22 Sed dices, iddem argumentum, verfa vice, contra nos poiffe fieri, dicendo, membrum illud diuifionis; fcilicet: *Sed fequentia peccata, vel, poft Baptifmum facta*; comprehendere peccata fola, quæ funt poftea, & omnia alia excludere, quæ non funt poftea. Et cum peccatum, in inftanti Baptifmi commifsum, non fit poft Baptifmum commifsum, in illo alio diuifionis membro, fcilicet, *Præcedentia Baptifmum peccata; vel, ante Baptifmum facta*: includi debet; eo præcipuè, quia cum Baptifmi ius, & efficacia, fit antecedens, videtur, poffeffionem ftare pro Baptifmo, & non pœnitentia. Sicut, quando votum eft certum, & de impletione eius dubitatur, ftat pro antecedenti voto poffeffio; quidquid aliqui dixerint.

23 Fateor, replicam fatis effe accuratam, non modicamque difficultatem habere. Refpondeo tamen, non recte fieri argumentum vice verfa; nec pro Baptifmo ftare poffeffionem. Ducorque auctoritate Conciliorum, & PP. qui, dum explicant, & declarant peccata, per Baptifmum remittenda, femper de antecedentibus illum loquuntur peccatis; & cum in dubio de his, quæ ad vnum quodque pertinent Sacramento, ad Catholicam fit Ecclefiam recurrendum, quæ per Concilia loquitur, & Patres; fi de præcedentibus Baptifmum peccatis tantum loquuntur, circa præcedentia folum Baptifmum peccata ftabit pro Baptifmo poffeffio.

24 Sed dices iterum: etiam Concilia, & Patres, dum de remota pœnitentiæ Sacramenti loquuntur materia, de peccatis, poft Baptifmum commiffis, fermo cinantur: cum ergo æqualis fit pro vtroque Sacramento Ecclefie auctoritas, æqualis erit pro vtroque poffeffio.

25 Respondetur primò, concedendo Antecedens, & negando Confequens cum fupposito. Supponit namque, quòd peccata, in ipfo inftanti Baptifmi commiffa, aliquomodo ad Baptifmum pertineant, & quòd de illis pro Baptifmo aliquomodo fit poffeffio. Ratio eft; quia cum Baptifmi Sacramentum prius fit, vt pote fons, origo, noftreque falutis veluti generatio, ad quòd reliqua fequuntur Ecclefie Sacramenta; in afignandis his, quæ vnicuique competunt Sacramento, prius ab illis, quæ Baptifmo cõpetunt, incipiendum eft, & non ab his, quæ

quæ Sacramento Pœnitentiæ, aliisque conveniunt. Cumque in assignatione peccatorum, quorum remissio Baptismo competit, de solis, præcedentibus ipsum, peccatis sermo fiat, pro solis præcedentibus stat eius possessio. Unde non est locus argumentationi vice versa; quia est, pervertere ordinem inter Baptismum, & alia Sacramenta, à Christo Domino instituta, quòd sufficit, ut non valeat, vice versa, argumentari.

26 Respondetur secundò, maiorem, magisque extensam, quoad hoc, stare pro Pœnitentiæ Sacramento Ecclesiæ auctoritatem, quæ in ipso fictionis peccato elucet; licet in ipsa receptione Baptismi compleatur. Cum enim fictionis peccatum nequeat, nisi per pœnitentiam auferri, ut communiter receptum est; & ex D. Thoma supra probavi; si, quoad hoc peccatum, stat pro Sacramento Pœnitentiæ possessio, stabit etiam pro alijs, in ipso instanti Baptismi commissis.

Rursus; cum omnia Sacramenta in salutem fidelium sint instituta, ut patet; possessio stabit pro illis in ordine ad ipsorum fidelium salutem: cum ergo magis, (imò omnino certa) maneat fidelium salus, confitendo postea peccata, etiam in instanti Baptismi commissis, magis videtur stare possessio (imò & absolutè) pro pœnitentiæ Sacramento, quàm pro Baptismo. Indubijs enim tutior pars est eligenda. Et per hoc patet ad replicam.

27 Ex his ergo, tam ad casum, quàm ad quæstionem, sic pro parte Sacramenti Pœnitentiæ rationem efformo: illi Sacramento, ex his duobus, scilicet, Baptismo, & Pœnitentiæ, spectabunt, pro materia, peccata, in instanti Baptismi commissis, pro quo steterit ius ad similia peccata remittenda: atqui pro Pœnitentiæ Sacramento stat omne ius: ergo ad illud debent, tanquam materia, talia pertinere peccata. Maior cum Consequentiâ parent; & Minorem probò. Certissimum est, pro illo stare ius omne, pro quo steterit possessio: atqui pro solo Pœnitentiæ Sacramento stat in prædicto casu possessio: ergo & omne ius. Minorem probò; nam cætera parent.

Evidens est, Sacramenta omnia ad fidelium instituta fuisse salutem: sed unusquisque fidelium ius habet ad salutem suam: ergo & ad id, per quòd ipse in salutem assecratur: ergo id, per quòd ip-

forum fidelium assecratur salus, simili possessione gaudebit: ergo Sacramentum, quòd, quoad præsens, securam reddiderit fidelium salutem, possidebit utriusque: ergo & ius habebit. Tunc sic; sed evidens est, securam manere fidelium salutem, per se, & directè, metaphisiceque loquendo, si peccata, in instanti Baptismi commissis, pœnitentiæ subiciantur Sacramento: hoc ergo Sacramentum de talibus peccatis, tanquam de ipsius remota materia, possessionem habebit: ergo & ius, quòd in omnium sententiâ, tam in negatio dubio, quàm in positivo, tribuit possessio. Si ergo ad illud Sacramentum talia spectare debent peccata, pro quo & ius, actioque steterit; si pro Pœnitentiæ Sacramento stat, ad illud sane pertinent peccata, in instanti Baptismi commissis. Ergo, &c.

28 Sed rem hanc Iurisperitorum stylo utens, illisque inserviens, sic, & clarius, demonstrò. Et fingamus (amicè Lector) quòd inter Baptismum ex una parte, & Pœnitentiæ Sacramentum ex altera, lis sit, atque contētio, qua, quodlibet istorum Sacramentorum intendat sibi, pro materia, adiudicare peccata, in instanti receptionis Baptismi patrata; & quòd unumquodque, pro se allegando rationes, ius hoc sibi competere procurat. Igitur

29 Baptismi Sacramentum sic pro se allegat: Regula iuris est 54. scilicet: *Qui prior est tempore, potior est iure*: sed ego prior sum tempore: ergo potior sum iure. Ergo peccata, quæ, qui me recipit, committit in ipsa mei receptione, ad me pertinent. Sic allegat Baptismus, fundatus in prædicta iuris Regula, alias desumpta ex leg. *Qui Balneum in princip. ex leg. Potior in princip. ff. qui pottiores in pignore habeantur, leg. Si fundum, C. eod. tit. leg. Distractis cum seq. C. de pignoribus*. Quòd plurimis exornatum Authoribus reperies apud meum Barbosam, *Collect. in ius Canonic. tom. 4. pagin. 370. col. 2. in fine.*

30 Ad hoc tamen sic respondet Pœnitentiæ Sacramentum. Primò, Regulam illam non tenere nisi, quando, qui prior est tempore, ratione prioritatis, seu existentie fundat ius ad rem. Quòd certe fallit in institutione maioratus, solos viros vocantis. Quo casu, licet prior femina nascatur, nec est potior iure, nec

ius

habet aliquod, cum sit subiectum non supponens; siquidem est iuris ad maioratum incapax. Undè, & si Baptismus prior sit tempore, vel existentia, in hac tamen prioritate non fundatur ius, nisi ad peccata, ante ipsam Baptismum commissa.

31 Sed replicat Baptismi Sacramentum hoc modo: Regula est; (& est 56. Sexti Decretal.) scilicet *in pari delicto, vel causa, potior est conditio possideris*. Quæ Regula, quatenus de delicto agit, desumpta est ex *leg. Cum par. delictum, ff. hoc rit.* Et quatenus de causa loquitur, ortum habet ex *leg. In pari causa, ff. eod. tit. de quo Sanchez tom. 1. Decalogi, lib. 1. cap. 10. num. 10. ad finem; & citatus Barbosa pag. 374. col. 1. citata. Reg. Et in tract. Axiomat. Iuris vsufreq. Axiom. 182. num. 5.* Si ergo in pari causa (sic pro te arguit Baptismi Sacramentum) potior est conditio possidentis: ergo melior est conditio mea, siquidem in possessione sum remittendi peccata, cum quorum remissione, quatenus est ex me, coniunctum est peccatum illud, in ipsa mei receptione patratum. Ergo ad me spectat peccatum illud remittere.

32 Sed contra hoc insurgit Pœnitentiæ Sacramentum. Et primo dicit, Sacramentum Baptismi non habere possessionem, quam Regula illa expolit. Nam Regula possessionem exigit in pari delicto, vel causa, ut ex ipsius Regulæ tenore constat. Cumque respectu illius peccati, in ipsa receptione Baptismi patrati, nulla sit, pro Baptismo ipso, circa remissionem talis peccati, possessio certa, ut patet; siquidem de possessione facti constare non potest, nisi diuinitus; & aliàs, circa eandem causam, scilicet; an peccatum illud ad Baptismum, an ad me (ait Pœnitentiæ Sacramentum) spectet, & pertineat, semper mota fuerit lis, & contentio, in probabilitate opinionum consistens, liquido constat, ex parte Baptismi, attentis prædictis, nullatenus stare possessionem; sicque hucusque à Baptismo allegata, illi nullatenus suffragari. Ergo ad alia recurrendum est.

33 Sic ergo pro me (ait Pœnitentiæ Sacramentum) allego; primò, Regulam undecimam *de Reg. iur. Sexti Decretal.* desumpta ex *leg. fauorabiliores, ff. hoc rit. & ex §. Retinenda, Instit. de interdicit.* cum alijs citatis *Glos. 1. de quo Sanchez*

lib. 1. Decalog. tom. 1. cap. 9. num. 51. Alciar. de presumpt. Regula 3. præf. 44. Hip. polit. in l. Vnius; §. in ea, à numer. 6. ff. de quest. & consil. 51. numer. 41. & Barbosa Collect. in lib. 5. Sexti Decretal. pagin. 340. col. 2. in medio; remittens se ad tract. Axiomat. vsufrequent. Axiom. 204. num. 1. sic autem se habet Regula: Cum sunt partium iura obscura, Reo fauendum est potius, quam Actori.

34 Ex qua sic, illam declarando, Pœnitentiæ Sacramentum pro se allegat, arguitque Baptismus, & ego contendimus circa ius, & actionem remittendi prædictum peccatum, in ipsa Baptismi receptione commissum; & hoc in fauorem Rei, & peccatoris, illud peccantis: ergo, in ferenda sententia, illa eligenda est pars, quæ Reo potius faueat, quam unicuique nostrum. Patet Consequens hoc, primò, (in partem scilicet) ex *Regula 49. eiusdem Sexti Decretal.* scilicet: *In pœnis benignior est interpretatio facienda, iuxta leg. Factum cuique, §. in pœnalib. hoc tit. leg. Pœn. ff. de pœnis; cap. Pœnæ, de pœnit. dist. 1. & cap. ex literis, de constitutio. De qua Barbosa cum alijs supra pag. 364. col. 2. in fine.*

35 Secundò; pater absolute ex illa vtriusque iuris Doctorum, Theologorumque maxima; scilicet: *Indubijs tutior pars est eligenda. Tertiò tandem; ex Regula 30. Sexti Decretal. In obscuris minimum est sequendum; quæ desumitur ex leg. semper in obscuris; & ex leg. semper stipulationibus, ff. hoc rit. de quo cum pluribus citatis Glos. ibi, & Barbosa supra, pag. 352. & remissuè, tract. Axiomat. Iuris vsufrequent. Axiomate 165. numer. 2.* Ergo ex prima Regula eligenda est pars, quæ Reo minus noceat, & illi magis faueat; nam, cum partium iura sunt obscura, Reo fauendum est potius, quam Actori. Ergo, ex secunda maxima tutior peccatori pars est eligenda; nam indubijs tutior pars est eligenda. Ergo ex tertia Regula, minimum, in hac obscura lite, damnium, vel minimus rigor, eligi debet.

36 Tunc sic: sed hæc omnia verificantur, si pro me (ait Pœnitentiæ Sacramentum) feratur sententia: ergo pro me stat ad possessionem ius, actioque. Probo sic: ego Sacramentum sum, à Christo in animarum salutem, sicut cetera Sacramenta, & præcipuè Baptismus, institu-

tum. Ergo omnes Nos animarum salutem incumbere debemus: ergo Sacramentum, quod certam reddiderit animarum salutem, præualere debet: igitur ego (ait Pœnitentiæ Sacramentum) contra Baptismum debeo præualere. Patet hoc: nã, si fauore Baptismi sententia feratur; & peccans in ipsius Baptismi receptione, peccatum illud postea non confiteatur, probabiliter tantum talis peccati inducitur venia: si verò illud confiteatur, omni ex parte aufertur ambiguitas; & certa talis peccati apponitur remissio: ergo sic iudicandum est: pro me ergo statius certum, certa que actio, quia per me, in tali euentu, salus animæ omnino redditur certa.

Cum ergo Sacramenta instituta sint ad salutem animæ, omnia illam procurare debent. Etenim quòd omnes tangit, debet ab omnibus approbari: iuxta Regulam 29. de Reg. iur. in Sexto, desumptam ex leg. 1. & ult. C. de auctorit. præst. & ex per fundum 11. ff. de seruit. rustic. præd. Cumque salus animarum ad omnia Sacramenta, non solum in communi, sed pro vnoquoque, vel pro singulis, spectet; omnia & singula tangit fidelium animarum salus; proindeque ab omnibus, & singulis debet approbari. Dato ergo, quòd Baptismus probabilem habeat actionem ad prædictum peccatum remittendum, debet tunc cedere actione probabili, vt per me (ait Pœnitentiæ Sacramentum) talis peccans certò (quòd ita erit, si de illo confiteatur peccato) salutem consequatur. Ad me ergo pertinet, tanquam materia, peccatum, in receptione Baptismi simul commissum.

Corollarium vnicum, præcedentis casus appendix.

QVAESITVM fuit à me, quid in sequentibus casibus sentirem?

PROPONITVR PRIMVS casus.

37 **G**ENTILIS quidam adulta in ætate à Deo illuminatus, ardentissime desiderabat baptizari. Aderant & Catholici, qui eum baptizare poterant; sed non erat aqua. Orantibus

Catholicis, enixeque à Deo aquam petentibus, reuelauit illis Deus, præfatum adultum perfectissimo flaminis Baptismo esse iam baptizatum; & intra horam, amoris vehementia moriturum. Erat ibi Eucharistiæ Sacramentum.

SECUNDVS CASVS, primo similis.

QUIDAM etiam Gentilis, amore etiã Baptismi ductus, Martyrio se se obrulit. Martyr obiit. Postea Deus illum ad vitam reuocauit. Statim amore languens, statim à multis Catholicis, qui aderant, moriturus iudicabatur. Non erat similiter aqua, qua baptizari posset; sed erat Eucharistia.

Quæritur, an, vtroque in casu, potuerit præfatus, Baptismi flaminis, & sanguinis baptizatus, & iustificatus, Sacramentum recipere Eucharistiã?

VTRIVSQUE CASVS verissima resolutio.

38 **R**ESPONDI negatiue. Tùm, quia solum Sacramentum Baptismi est ianua omnium aliorum Sacramentorum. Tùm etiam, quia, inter Sacramenta nouæ legis, vnum debet necessàrio assignari, tanquam aliorum ianua: atqui nec Martyrium, nec perfecta contritio, perfectusvè Dei amor, possunt esse ianua: ergo, &c. Probatvr Minor: nam, licet Martyrium, perfecta que contritio, seu Dei, super omnia, dilectio, sint Baptismus, non tamen sunt Sacramentum; ergo neutrum potest tanquam ianua deservire. Probatvr Consequens simul cum Antecedenti: nam omne Sacramentum, & est Sacræ rei signum sensibile, & rebus constat, tanquam materia, verbis autem, tanquam forma: atqui Martyrium non constat verbis, vt forma; quòd manifestum est; & aliàs, perfecta contritio, seu Dei super omnia dilectio, nec est sensibilis, nec verbis constat, vt etiam patet: ergo neutrum illorum potest esse Sacramentum: ergo neque ianua ad alia Sacramenta: ergo præfatus, de quo in vtroque casu, nullatenus valet Eucharistiã suscipere.

39 Sed contra hanc veritatem arguitur.

tur primò; sicque arguitur. Licet Baptismus aquæ ianua sit omnium Sacramentorum, est tamen ianua secundum duplicem, quem habet, effectum. Primus effectus est separatio, diuisaque Christianæ fidei à Gentilitate. Et hoc per impressum sit characterem, à Baptismo fluminis datum. Secundus effectus Baptismi est gratia prima regenerationis, & iannualis, (vt sic loquar) per quam, & originale peccatum, & actuale omne, ante susceptionem Baptismi fluminis commissum, contractumque deletur. Quibus positis; sic contra veritatem arguit falsitas.

40 Primus effectus (scilicet character Baptismi) fons est, (effectiue dico) & ianua ad omnes aliorum Sacramentorum, quæ characterem imprimunt, characteres: secundus effectus (scilicet, prima gratia baptismalis) fons est, (effectiue etiam dico) & ianua ad omnes aliàs, quas alia Sacramenta conferunt, gratias: atqui, posito primo (character scilicet baptismali) effectum, in aliquo subiecto, aptum redditur tale subiectum (si sit vir) ad recipienda Sacramenta Ordinis, & Confirmationis, quæ characterem imprimunt: ergo, posito secundo effectum (videlicet iannuali gratia, originalis maculæ remissiva, &c.) in subiecto aliquo, aptum erit ad omnia, illa recipienda Sacramenta, quæ gratiam tantum conferunt. Atqui in prædictis casibus ponitur iannualis gratia, originalis, & actualis omnis, modo dicto, remissiva peccati: ergo præfatus, de quo in prædictis casibus, aptus erat illa recipere Sacramenta, quæ solam gratiam conferunt: ergo aptus erat Eucharistiam recipere. Si falsitas.

41 Contra quam, si primò dicamus, Christum Dominum asseruisse: *Nisi quis venatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei.* Etiam (opponit illa) Christus Dominus dixit: *Nisi manducaueritis carnem, &c. non habebitis vitam in vobis.* Quòd si secundo dicatur, hæc secunda Christi Domini verba cum susceptione in voto posse saluari, dum non sit possibilis Eucharistiæ susceptio. Etiam (ait falsitas; & in hoc, non vt falsitas) prima Domini Iesu verba cum Baptismo in voto saluantur, vt patet, quando non est possibilis fluminis Baptismi susceptio.

Ergo (prosequitur falsitas) præfatus, modo dicto baptizatus, quia baptismali characterem caret, non poterit aliorum Sacramentorum characteres recipere. Ergo, quia baptismali gratia potitur, aptus est, vt Sacramenta matrimonij, Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis recipiat.

42 Quòd si iterum, & secundo contra falsitatem sic (& ab inconuenienti) opponamus: ergo etiam poterit præfatus ordinari; & Confirmationis Sacramentum recipere; quòd (licet absurdum etiam) probatur. Nam in sententia, asserente, Subdiaconatum, & Diaconatum characterem imprimere; si quis per saltum Sacerdotij munus acciperet, characterem acciperet: atqui character hic supponit characteres Subdiaconatus, & Diaconatus: ergo licet Confirmationis, Ordinisve characteres, characterem supponant baptismalem, poterit nihilominus præfatus, de quo in prædictis casibus ordinari, &c. quòd falsum est. Respondet falsitas dicendo, (& in hoc verum) quòd, & si character Sacerdotij muneris supponat Subdiaconatus, & Diaconatus characteres, non illos supponit, vt primum fontem, primamque, effectiue, ianuam; vt patet. Deinde; quia characteres Ordinis solum extensiuè distinguuntur.

43 Quòd si tertio contra falsitatem sic illatiue dicamus. Ergo talis modo dicto baptizatus poterit Pœnitentiæ Sacramentum recipere. Respondebit illa, negando suppositum. Supponitur namque, tunc adesse materiam respectu Sacramenti Pœnitentiæ; quòd falsum est. Quia nec sunt peccata, nec vquam talia fuerunt, quæ Sacramento Pœnitentiæ conuenire possent; vt patet: proindeque nec potest esse dolor de peccatis ad Pœnitentiæ Sacramentum spectantibus.

44 Sed iam contra falsitatem, eiusque delirium, ab inconuenienti prædicto, sic insurgo: ergo, si præfatus, de quo in casibus prædictis, post susceptum Baptismum fluminis, vel sanguinis, peccaret mortaliter, posset ad Sacramentum Pœnitentiæ recurrere; quòd nec vllus sanæ mentis diceret, nec adhuc apparenter verum tenet. Sequella apparet; quippè, si quia baptismalem

lem gratiam, iam acceperit, potest Sacramenta, quæ solam conferunt gratiam accipere; ecce Pœnitentiæ Sacramentum solam gratiam, & non characterem, confert, & nihilominus non potest illud recipere in tali casu: ergo nec alia Sacramenta; ergo nec Eucharistiam; cum nō sit maior ratio vnius quàm aliorum, quæ solam conferunt gratiã. Quod autem non possit tunc confiteri, nec Pœnitentiæ Sacramentum recipere; patet. Quia omnia peccata, ante Baptismum aquæ, in re susceptum, commissa, nullatenus ad Pœnitentiæ Sacramentum, sed ad Baptismum pertinent. Ergo nihil probat falsitas.

45 Secundò insurgit falsitas sic. Nam Gentilis in gentilitate existens, & adultus, peccat, iuxta probabilem sententiã, non communicando semel in Paschate; vel saltem aliquoties in vita; vel deniq; in mortis articulo; eo quod communicandi præceptum Diuinum præceptum est; sed hoc est, quia tenetur se dispendere, vt Eucharistiam recipere valeat; & dispositio hæc est gratiæ status: ergo non videbitur à ratione alienum, quod præfatus, per Baptismum flaminis, vel sanguinis iustificatus, Eucharistiam valeat suscipere. Si enim ideo, in prædicta sententiã, peccat non communicando, quia tenetur se baptizare, vt sic, in gratia existens, licite valeat Eucharistiam sumere, cuius sumptio sub Diuino cadit præcepto, proindeque statim Eucharistiam suscipere in prædicta sententiã obligatur; ecce, per Baptismum flaminis, in gratia Dei est, & amore. Ergo si deficiat aqua, & adsit Eucharistia, illam recipere valebit.

46 Sed ad argumentum hoc, ex prædicta, & valde probabili, sententiã deductum, concedo obligationem se baptizandi, vt Eucharistiæ sumendæ Diuinum adimpleat præceptum: & concedo etiam, toties peccare, quoties, cum possit se baptizare, hoc relinquit. Obligatio tamen se baptizandi, vt Eucharistiam valeat suscipere, de susceptione Baptismi in re intelligitur, vt patet; quia Baptismus in re susceptus fons est, & ianua aliorum Sacramentorum. Vnde licet in prædictis casibus præfatus in gratia existat, non ideo Eucharistiam suscipere valet; quæ licentia non tantum exigit gratiæ statum, sed statum gratiæ,

per Baptismum, in re susceptum. Nec in prædicto casu currit illi communicandi præceptum, eo quod impossibilis est ei, defectu aquæ, Baptismi susceptio; sicut non curreret præceptum tale, si, existente aqua, deficeret, qui baptizaret. Vnde si tota vis argumenti fundatur in eo, quod communicandi præceptum, quia Diuinum, obligat illum ad communicandum, attendi debet, obligationem hanc non currere, quando impossibilis est Baptismi, in re, susceptio; sed quando illa possibilis est. Per quod patet manifeste ad argumentum solutio.

47 Sed dices obiter: talis, in gentilitate existens, peccat, non communicando, quia tenetur se baptizare, & per Baptismum, se aptum reddere, (& hoc iuxta probabilem mihi sententiã,) quia communicandi præceptum præceptum Diuinum est: atqui confessionis annuæ præceptum (& hoc ego probabiliter etiam admitto) præceptum Diuinum est: ergo etiam singulis annis peccabit non confitendo; quia tenetur similiter se baptizare, vt ad suscipiendum Pœnitentiæ Sacramentum aptus reddatur; quod ego non admitto.

48 Prima facie videbitur alicui argumentum hoc conuincere; cum, circa Sacramenta Eucharistiæ, & Pœnitentiæ, æqualis sit Diuini præcepti obligatio. Sed ego dico, apparens esse tantummodo argumentum. Iraque concedo, susceptionem vtriusque Sacramenti sub obligatione Diuini cadere præcepti. Concedo etiam, Gentilem præfatum peccare quotannis non communicando; & nego, peccare quotannis non confitendo. Ratio est; quia ideo talis peccat non communicando, quia tenetur Baptismum suscipere, & quia, illo semel rite, & rectè suscepto, ponitur quicquid requiritur, vt Eucharistiam accipere possit. Cumque, suscepto semel rite, & rectè, Baptismo, non ponatur, quod ex parte materiæ requiritur ad Pœnitentiæ Sacramentum, vt patet; quia, posito Baptismo, nullum adest peccatum: sic nulla tunc est obligatio confitendi; quia aliàs esset obligatio peccandi; quod dici nō potest. Patet ergo ad argumentum, obiter factum, solutio vera. Ad intentum ergo.

49 Sic tercio arguit contra positam veritatem falsitas. Cathecumena, quæ fidem tenet, & in gratia constituta esse

esse potest, valet cum fideli, & iam baptizato, viro matrimonium contrahere; ergo & recipere Sacramentum, absque Baptismo, in re suscepto. Probatur Antecedens: nam Archidiaconus in *cap. Non oportet num. 4. 28. q. 1.* & Bellamera, quos refert Thomas Sanchez, *lib. 7. de matrim. disp. 71. num. 2.* primum admittunt. Et confirmatur ex Concilio Chalcedonensi *cap. 14.* vbi permittitur contractus fidelis cum in fideli, spondente, se fidem recepturum. Ergo, &c.

50 Respondeo tamen sententiam Archidiaconi, & Bellameræ esse falsam, vt probat textus *cap. Cane 28. q. 1.* ibi: *Si Christiana sit, non est satis, nisi ambo initiati sitis Sacramento baptismatis*, vbi Glos. verb. *Si Christiana*, explicat, *id est catechizata*. De quo Sanchez supra cum triginta & septem Authoribus, quos iam omnes Moderni, tam Theologi, quam Canonistæ, Summistæque sequuntur. Ad confirmationem autem, ex Concilio Chalcedonensi desumptam, communiter respondetur, ibi esse sermonem de sponsalibus; quæ sponsalia, tali apposita conditione, valida sunt. Sic cum Soto Sanctius vbi supra, *num. 4.*

51 Sed replicat falsitas sic: probabilissima est sententia, apud Sanctum cum alijs vbi supra *numer. 10.* affirmans, posse ex Pontificis dispensatione contrahi matrimonij Sacramentum inter fidem, & infidelem. Nam cum Pontifex possit, iusta stante causa, licite in omni Ecclesiastico iure dispensare, quo solo iure attento matrimonium inter tales irritum est, vt ait Sanchez *num. 7.* (Imò, & si sine causa dispenset Pontifex dispensatio tenet) iam, posita tali Pontificia dispensatione, vterque contrahens, tam fidelis, quam infidelis, matrimonij recipere Sacramentum: ergo, sicut infidelis potest in hoc casu matrimonij recipere Sacramentum, sic in prædictis casibus poterit præfatus, per Martyrij, vel flaminis Baptismum, in gratia existens, Sacram accipere Eucharistiam.

52 Sed ad argumentum hoc facilissima est, iuxta omnium Doctorum consensus, solutio. Admissa ergo prædicta sententia, dico, quòd communior est opinio, affirmans in tali casu contractum matrimonij nullo modo esse Sacramentum. Sic Angles, Henriquez, Sanchez, Vazquez, Ægidius, Reginal-

dus, Gutiertez, Petrus de Ledesma, Basilius, Hurtado Mondex. Becanus, Cornejo, Ochagauija, quos refert, sequiturque Noster Leander *tom. 2. in 1. edit. pag. 320. quest. 5.* Et licet Sorus, Catharinus, Echius, & Bonacina, quos ibi refert citatus Leander, dicant, tale matrimonium esse Sacramentum, solum est ex parte fidelis, non tamen ex parte infidelis, respectu cuius tale matrimonium solum in ratione contractus persistit.

53 Et licet Adrianus in *4. quest. 1. de matrim. 9. Ad rationes, fol. mihi 390.* & Guillelmus Estius in *4. dist. 26. 9. 6.* & alij apud ipsum, vt notat Noster Leander supra *quest. 4.* dixerint, matrimonium infidelium esse Sacramentum. Non obstat. Primo, quia prædicta sententia profecto falsa est, vt pote, quia absque probabili fundamento, contra omnium Catholicorum procedit consensum. Secundo; quia, dato, quòd aliquomodo esset Sacramentum, hoc improprie est. In præsentem autem loquimur de Sacramentis nouæ legis. Per quòd patet ad argumentum.

54 Sed dices tandem: per Baptismum, in re susceptum, est quis Ecclesiæ Catholicæ incorporatus non solù quoad Deum, & in foro conscientiæ, &, vt sic, à gentilitate diuisus; sed etiam in foro exteriori: ergo per incorporationem Ecclesiæ Catholicæ quoad Deum, & in foro conscientiæ, potitur baptizatus omnibus illis rebus, quæ ad conscientiam spectant, & per incorporationem in foro exteriori, fruatur omnibus illis, quæ exterius communia sunt omnibus fidelibus, seruatis seruandis. Tunc sic; sed baptizatus Baptismo flaminis, vel Martyrij, modo dicto, est incorporatus iam Ecclesiæ quoad Deum, & quoad conscientiæ forum: ergo poterit illis frui rebus, quæ ad conscientiæ suæ profectum conducunt. Atqui Sacram Eucharistiam suscipere conducit ad animæ profectum: ergo, &c.

55 Et confirmatur: nam pro Martyre præfato, (si de Martyrio Catholicæ constaret Ecclesiæ) posset Ecclesia ipsa, & festum instituere, & Missam in ipsius honorem celebrare: ergo potiretur Ecclesiæ fauoribus: atqui indignus est fauoribus Ecclesiæ ille, qui ipsi Ecclesiæ incorporatus non est: ergo

prædicto modo baptizatus aliquomodo est Christi Ecclesiæ incorporatus: poterit ergo illi, saltem vt fauor, Sacra Eucharistia ministrari.

36 Argumentum hoc nihil probat. Et primò; Angeli Beati non sunt intra gremium Ecclesiæ; & nihilominus de illis Ecclesia Catholica festa celebrat, &c. Secundò; etiam Sancti veteris testamenti honorantur ab hac Ecclesia Christi, cū tamen nunquam illi fuerint incorporati, proprie loquendo. Denique; quia communicare; Eucharistiamque suscipere, non solum ad forum interiore, & conscientiæ, sed & ad exteriorē spectat; vt patet. Cumque Catholica Ecclesia decreuerit, quod non, nisi baptizatis Baptismo fluminis, cætera conferantur Sacramenta, à Christo Domino instituta; quod semper, ex primæua sui institutione obseruatum est; ideo huic traditioni necessario standum est.

Vndè, & si dispositio interior ad suscipiendam Eucharistiam sit status gratiæ, & amicitia cum Deo; at dispositio, veluti exterior, (vt ita loquar) est realis, & per diuisam realem (scilicet Baptismum, in re susceptum) exterior segregatio à Gentilitate; qua segregatione nō posita, non ponitur quidquid ad suscipiendam requiritur Eucharistiam. Quod, quia clarum est, alijs non indiget fundamentis, & similibus comprobari. Stat ergo firma veritas contra falsitatis apparentia fundamenta, veraque deliria. Non ergo potest præfato, Baptismo fluminis, vel Martyrij, baptizato, modo dicto, Sacra Eucharistia ministrari.

PROPONITVR CASVS quartus.

QVIS confessus est peccatum dubiū, dando aliàs materiam certam, vel necessariam, vt peccatum mortale; vel liberam, vt veniale. Post acceptam absolutionem certus factus fuit de commissione talis peccati mortalis, in dubio antea confessi.

Quærit modo: an illud, vt certum, fateri teneatur?

PRÆSTANDÆ RESOLUTIONIS ad præsentem casum difficultas.

1 LICET præfens casus non ita celebris sit, ac præcedens; licet paucissimi illum tetigerint, vt infra videbimus; tamen propter Doctorum auctoritatem, se prima facie probabiliter in terminis implicantium, difficilissima redditur eius resolutio. Cum enim communis sit Authorum consensus, illum, qui decies, plus, minusvè, peccasse confitetur, nō teneri postea, si de duodecim peccatis certò sibi constet, illa duo in alia confessione, vt certa, manifestare: & communis item sit eorum sententia, peccatum mortale, vt dubiū confessum, si post absolutionem, vt certum occurrat, cadere sub obligatione confessionis illius, vt certi: vel hoc vltimum falsum est dicendum; vel illud primum falsitate non caret.

Cum enim vtrobique confessio sit de peccato dubio, eadem vtrobique præstanda est solutio. Non ergo stat, peccatum; vt dubium confessum, (si, post absolutionem directam, quàm iavtroque casu suppono, vt certum in memoriam redeat) sub obligatione illud iterum, vt certum, manifestandi, cadere; & illa duo peccata, in dubio confessa ab eo, qui decies, plus, minusvè, peccasse confiteretur, si ei vt certa redeant in memoriam, non cadere sub tali obligatione. Se ergo in terminis implicent eorundem, & communis, DD. consensus; cum circa iddem obiectum, invariata dubij ratione, inter se pugnet affirmatiua, & negatiua solutio.

In hoc ergo rationum, Doctorumque conflictu, quid iuris? Si enim admittitur ille casus, à communi fere sententia admissus; quando, scilicet, quis decies, plus minusvè, peccasse confitetur; contra communem etiam Doctorum consensum est, negare secundum; & præsentem casum. Si autem hic admittatur noster casus, quia primus admittitur, detrimentum etiam patitur communis eorundem Doctorum sententia. Quid ergo dicendum sit, inuestigatur.

2 Sed antequam respondeam, vt certa ab incertis separètur, suppono primo cū communi Theologorum sententia, certum de peccato mortali, à se commissio, du-

dubium tamen negativè, an illud fuerit confessus, teneri illud confiteri; quia tenetur amicitiam cum Deo procurare, & quantum de se est, adipisci. Dixi, *negativè*: quia certum de peccato mortali, & positivè dubium, idest, probabiliter, de illius confessione, etiam ad illud confitendam obligat Agidius Coninch, *disp. 7. dub. 8. num. 68.* & alij apud Dianam *p. 2. tract. 4. resolut. 107.* sed, Eminen. Dominus Cardin. Lugo de *pœnitent. disput. 16. sect. 2. §. 3. numer. 59.* oppositum, affirmat, esse dicendum. Quia, sicut, sequendo opinionem probabilem satisficit alijs præceptis, sic & huic satisfieri potest.

Nec obstat (ait Dominus Cardinalis) quòd sic dicas: qui debet centum, non liberatur ab obligatione totali nisi per certam centum solutionem; ergo iddem in dicto probabilitatis casu dicendum est. Nam responder ille, quòd si debeat illa centum ex liberali promissione, liber maneat probabili solutione illorum. Si verò ex oneroso contractu illa debeat, concedit tunc, non liberari à certa solutione; quia non servatur æqualitas, ex intentione contrahentium perita. Cumque Dei intentio maior non sit in hoc confessionis præcepto, quàm in alijs, si in alijs valet impletionis probabilitas, etiam in hoc. Sic Dominus Cardinalis. Ego quid de hoc sentiam, post, apponendis infra, quasdam, contra præcedens, & sequens suppositum, obiectiones, dicam. Undè.

3 Suppono secundò, contra aliquos, quos probabiliter, sed male, viderur sequi Layman *tom. 1. Theolog. moralis lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. num. 37.* (& si in fine dicat, se nihil velle in hoc puncto discernere) & quos speculativè probabiliter (non rectè etiam) refert Ioannes Præpositus *q. 5. de integritate confessionis dub. 3. num. 117.* Suppono (inquam) dubium de peccato commisso, vel si certum de illo, dubium tamen, an sit mortale, vel veniale, teneri illud, iuxta communem DD. sententiam, confiteri; quòd etiam fatetur Agidius de illo, qui dubius est, an peccatum, certò commissum, sit veniale, vel mortale; licet neget de dubitante, an commiserit, vel non. In quo non consequenter loquitur, vt rectè adnotavit Dominus Cardinalis Lugo supra *sect. 2. §. 3. numer. 61.*

Et ratio est; quia, cum sit præceptum procurandi positivè pacem, & Divinam amicitiam, quæ esse non potest cum dubio de peccato, quomodolibet ex dictis explicetur; sic semper illa dubia quomodolibet peccata fateri tenetur. Præceptum enim est certum. Quòd, licet explicate non explicent Concilia, non tamen negant. Imò Tridentin. *sess. 14. cap. 5.* ait, ea peccata mortalia esse confitenda, quorum homo meminit; per quòd verbum solum videntur exclusiva peccata oblita, non verò dubia; vt patet.

4 Sed aduersus suppositionem istam multiplice potest obiectione insurgi. Sic autem primo obijcitur: dubius de lege non tenetur, iuxta probabilem sententiam, legi, (& loquor de lege positiva, & Ecclesiastica) sed potest dubium deponere practice, contrarium sequendo; ergo dubius de peccato mortali non tenebitur illud confiteri. Consequens probatur: ille est dubius de lege, qui vel dubitat de forma legis; vel de materia; vel de honestate finis; vel denique de potestate Legislatoris. Omnia enim quatuor hæc ita ad legem comparantur, vt, si vera fuerint omnia, teneat lex; si verò ex illis aliquod falsum fuerit, nulla sit & lex ipsa: ergo, sicut per certitudinem de non forma legis, vel de non honestate finis ipsius legis, vel de non iurisdictione legem ferentis, vel de non subiectione materiæ ipsi Legislatori, clare, & certè constat, nullam esse legem; sic per dubium de quolibet prædictorum, constabit etiam, dubiam esse legem: ergo dubitans de materia legis, dubius erit & de ipsa lege. Atqui materia (& si remota, quòd sufficit) legis, annuam præcipiens confessionem, sunt peccata mortalia: ergo de his dubitans, de lege dubitabit: sed dubius de lege legi non tenetur, iuxta dicta: ergo nullus tenebitur dubia quomodolibet peccata confiteri.

5 Quòd si respondeas, aliud esse dubitare de lege an sit posita; aliud vero, dubitare de iustitia legis, ratione materiæ, formæ, causæ finalis, vel efficientis, supposita certo ipsa lege. Nam in primo casu non possidet lex; in secundo autem stat pro certa lege possessio. Cumque certa supponatur lex, annuam præcipiens confessionem, stat pro ea

possessio, vt quis obligetur etiam dubia peccata confiteri. Si (inquam) hoc dicas.

6 Contra secundò obijcitur: nam in dubio, an sit duodecima hora noctis, & quis commedat, permanente dubio, non est priuatus libertate communicandi die sequenti, iuxta sententiam Sanchez Abulensis in *fellectis, disp. 42.* quòd etiam tenet Layman, teste Diana *tract. de Sacramentis, resol. 29.* ergo dubius de peccato mortali gaudebit libertate non confitendi illud.

7 Si autem dicas, esse disparem rationem; eo quòd in exemplo adducto, possideat voluntatis libertas, vt antecedens ad præceptum; quòd non currit nisi sit certum; & certum non sit, nisi certa sit duodecima noctis hora, de qua dubitatur. Contra, obijcitur tertio: nam, sicut certum est, præceptum adesse de naturali ieiunio, à media nocte, vsque ad communionem inclusiue, ita certum est, adesse præceptum confitendi mortalia à principio anni, quomodolibet computati, vsque ad eius finem exclusiue, quomodolibet aliàs talis finis intelligatur; vel, scilicet, phisice, & naturaliter, vel Ecclesiastice, vel moraliter; (vt omnes sententias comprehendam) atqui (non obstante certitudine hac de existentia vtriusque legis, vel præcepti, quasi in actu signato, vel abstractiue) quia lex de non communicando illo, qui naturali non gaudet ieiunio, certò non contrahitur, vt in actu exercito obliget, nisi certa sit noctis duodecima hora, excusatur quis à tali lege propter dubium de media nocte: ergo, quia lex, seu præceptum semel in anno confitendi, obligat quasi in actu signato, & abstractiue (vt sic loquar) & quasi ad exercitium contrahitur per appositionem peccati mortalis; non erit ipsa lex certa in actu exercito, nisi per mortale peccatum certò patratum: ergo sicut mediæ noctis certitudo requiritur, vt lex de non communicando non ieiunio astringat, & in exercitio currat; sic lethalis culpæ requisita erit certitudo, vt de illa confitenda lex astringat: ergo pariformiter currunt: si ergo Abulensis sententia probabilitate non caret, probabile etiam erit, excusari, quem à confitendis dubijs peccatis.

8 Quòd si iterum dicas, certitudinem temporis ad legem ferendam, aut re-

cedenter ad illam simpliciter comparari, & requiri. Hoc videtur voluntarie esse dictum; cum, sicut à certitudine mediæ noctis incipit, quasi contractiue, & in actu exercito, lex de non communicando non ieiunio; sic à certitudine amissionis gratiæ per peccatum mortale, incipiat quasi contractiue, & in actu exercito, confitendi mortalia præceptum. Vnde & doctissimus Sa, *verb. votum, num. mihi, 3.* sic habet: *In dubio, an voueris, non teneris voto: itidemque dicendum, si dubites, an, cum vouisti, compos esses rationis, vel an sis obligatus. Et verb. dubium, numer. 2.* sic ait: *Ad votum, aut præceptum non teneris, dum pro vtraque parte equaliter dubitas. Et verb. Eucharistia, num. 13.* loquens de dispositione interna ad Eucharistiam, sic habet: *Non dicitur autem cum conscientia peccati accedere, qui dubitat quidem, sed non putat.* Sic ille. Ergo saltem vt probabile potest admitti, peccata dubia non esse de necessitate confitenda. Quòd tamen admittendum non est. Vnde vt ad omnia obiecta adæquate respondeam.

9 Suppono, iuxta communem DD. sententiam, ex præcepto Diuino teneri quem procurare amicitiam, & pacem cum Deo, & hoc certè moraliter, vt ad Eucharistiæ Sacramentū accedat. Deinde suppono, rectè, imò facilius, procurari pacem, & amicitiam cum Deo per Sacramentum Poenitentiae; per quòd, iuxta meliorem, magisque receptam sententiam, impletur præceptum diligendi Deum; ex quo prouenit, præceptum annuæ confessionis (licet directè, & per se sit humanum) supponere tamè Diuinum præceptum, vel de procuranda amicitia cum Deo, vel de ipso Deo diligendo. Quapropter non pauci dixerunt, præceptum annuæ confessionis, vel esse Diuinum, per præceptum Ecclesiæ declaratum; vel Diuinum inuoluere præceptū, vel tandem illud supponere.

Denique suppono, Authores, qui dicunt, dubium de lege non teneri legi, admittere annum Diuinum præceptum, de procuranda pace cum Deo; vt apud ipsos videri potest. Ob quòd nihilatenus admittunt, dubium de peccatis non teneri illa confiteri. Nam quidam sustinet, dubium de lege humana, ipsi obseruandæ non teneri; & nihilominus docent, peccata dubia esse de necessitate confitenda. Quòd esse non potest, nisi ratione

Diabli præcepti. Vndè saltem hoc omnino tenet respectu illorum, qui communicandi sunt; qui, cum teneantur esse moraliter certi de Dei amicitia, saltem probabiliter; (vt sic saluetur doctissimi Sæsententia, supra rellata *num. 8. prope finem*; quem iudico loqui de dubitatione positiva; vt sic, ad minus, verum sit, peccata dubia debere de necessitate confiteri;) respectu illorum nullus relinquatur locus quoad peccata dubia.

Respectu autem illorum, qui ad communionem non astringuntur, bene tamè ad confessionem, dico, hos Authores admittere, vel præceptum consistendi esse Diuinum, vel non admittere, dubium de lege, consequenter saltem, legi non teneri. Quòd si aliud dicunt, consequenter non loquuntur; cum ex vna parte dicat, dubium de lege, non teneri legi; & ex alia affirmant, dubium de peccato teneri illud confiteri.

Nec sententiæ, vt probabiles admitte tendè sunt, quando contradictionem involuunt; vt inuoluit dicere, quòd dubius de lege humana non teneatur legi; & dicere, quòd dubius de peccato, teneatur illud confiteri, affirmando alias, legem de annua confessione esse humanam. Nisi sic intelligantur; quòd dubitans de lege, solum appellet supra efficientiam legis; ita vt sit dubitatio, an sit lex obligans ad annuam confessionem. Quòd distinctum quid est, à dubio, an materia legis cadat de facto sub lege. Quia in primò antecedit libertas; in secundo autem lex ipsa. Quòd si adhuc in secundo casu dicant, non teneri legi; non inde licet inferre, illos asserere, peccata dubia non esse de necessitate cõstenda, cum expresse oppositum dicant; & non sit licitum opiniones coniungere ad inferendam rem, in omnium sententiã reprobata.

Quòd, tanquam communiter (iuxta varias DD. sententias) recepto; dico: Illet, attento præcepto mere Ecclesiastico, aliquantulum probent positæ obiectiones, si tamen Diuinum attendatur, aliquo modo ex dictis declaratum, nihil habent probabilitatis. Ratio est, quia materia Diuini præcepti est certa moraliter procuratio pacis, & amicitie cum Deo; atqui, stante dubio de peccato mortali, nequit locum habere certitudo moralis de amicitia, & pace cum Deo; vt

patet: tenetur ergo talia dubia peccata quis confiteri, si copiam habeat Confessoris; vel, si non; de illis conteri, si aliqua communicandi necessitas urgeat. Et per hoc patet ad omnes supra positas obiectiones solutio. Qua posita:

10 Dico nunc, quòd num. 2. promisi, circa sententiam Domini Cardinalis Lugo; asserentis, sufficere probabilitatem de non peccato, vt quis à præcepto confessionis excusetur. Igitur dico, dupliciter stare posse probabilitatem; primò, vt sit probabilitas circa causam peccati, hoc est, circa non consentum voluntatis; vel (vt proprius loquar) circa non efficientiam ipsius mali consensus, seu peccati. Et in hoc sensu iudico, teneri quem confiteri, etiam stante tali probabili iudicio, vel positivo dubio. Ratio est; quia si materia prædicti Diuini præcepti est moralis certitudo amicitie, & pacis cum Deo, hæc sane non compatitur cum solo probabili iudicio talis amicitie; vt constat. Vndè quoad hoc verissimam existimo sententiam Agidij Coninch, supra citato numer. 2. rellatam.

Aliter potest probabilitas de non peccato considerari; scilicet per ordinem ad obiectum; ita vt probabilis sit sententia aliqua, affirmans, tale obiectum non esse peccaminosum grauiter; vel quòd probabile fiat de hoc iudicium. Et in hoc casu verissimum iudico, quòd ait Emin. Dominus Cardinalis Lugo, vbi supra. Ratio est; quia supposita probabili sententia, vel iudicio probabili, quòd aliqua res non sit peccatum, vel non sit mortale; si voluntas tendat in illam rem, prout cadit sub iudicio probabili, vel probabili sententia, dictante, talem rem nihil habere malitie, nullum certè committitur peccatum. Quia cum voluntas tunc tendat in rem, prout propositam per iudicium, si iudicium illam proponit vt bonam saltem in sententia probabili, vel probabiliter; nequit tendentia voluntatis esse mala; quia non nisi in rē, vt bonam propositam in tali sententia tendit. Si verò dictet iudicium, vel probabilitas, rem esse malam, sed non mortalem, erit tendentia, vel voluntatis cõsensus malus, sed non mortiferus. Quibus sic positis ad resolutionem præsentis casus accedamus.

PRIMACASVS resolutio.

II **D**VPLICITER potest ad præsentem casum præitari solutio: stando, scilicet, in rigore Scholastico, seu metaphisice; vel in latitudine morali. Moraliter igitur loquendo, dicendum est, optime stare posse, illum, qui decies, plus, minusvè, peccasse confitetur, excusari à confessione duorum peccatorum, sibi certò postea constantium, & manere obligatum ad confessionem certi peccati, in dubio antea confessi, posita aliàs in utroque casu certa materia. Vndè in sensu morali, vel moraliter loquendo, & prout ad praxim, tenetur præfatus, de quo in informi, tale peccatum, antea in dubio confessum, & post absolutionem certò in memoriam rediens, vt certum confiteri.

12 Ducor ex eo, quòd, qui confitetur, se decies, plus, minusvè, peccasse, nò confiteatur peccatum aliquod, vt dubium, sed vt certum moraliter; quòd sufficit vt à duorum repetenda confessione excusetur. Itaque octo peccata, vt phisice certa, manifestat, cum dicit, se decies, plus, minusvè, peccasse; siquidem, ultra decem, pro *plus*, duo tantum; & infra decem, pro *minus*, alia duo, iuxta communem sententiam intelliguntur. Excipe probabilem Hurtado Mondexarensis sententiam, ly *plus, minusvè*, ad tria, vel quatuor extendentis; de qua, & de alijs, Dominus Cardinalis Lugo, supra, *disp. 16. sect. 2. fol. 322. §. 5.*

Octo igitur phisice certa manifestat peccata, & alia moraliter certa confitetur disiunctivè. Cumque integra peccatorum confessio moraliter certa sufficiat, vt absque vllò in posterum onere pœnitens absoluat; sic in præsentem casu, in quo (vt dixi) peccata, per *plus, minusvè* intellecta, vt moraliter certa disiunctivè explicantur. Verum namque est, aut in particula *plus*, aut in particula *minus*, aut in particula *decies* claudere integram phisice peccatorum confessionem, per easdem particulas in numero moraliter certò explicatam. Et cum quis præcepto de integranda confessione verè, & absolutè satisfaciatur, si peccatorum numerum certò moraliter explicet, a-

risfacit etiam in dicto casu, quò peccatorum numerum certò moraliter per additionem *pluris, vel minus*, ad decies, disiunctivè sumpti, confitetur. Quòd à simili, & communiter recepto, sic probò.

13 Nam meretrix, vel similis alius, dicens, se in talibus, vel talibus speciebus, fuisse ad omnia paratum per spatium vnius anni *plus minusvè*, si aliter numerum peccatorum explicare non valet; à nullo postea constringitur Confessore, si de quindecim, vel viginti, diebus, ultra annum postea recordetur; ergo, quia sentiunt communiter Confessores, talem pœnitentem peccata sua morali certitudine explicasse: ergo sicut in hoc casu, *plus, minusvè*, respectu temporis, peccatorum numerum explicantis, certam moraliter peccatorum confessionem efficiunt, sic etiam in illo de decem, plus, minusvè, confessis peccatis, ly, *plus, minusvè*, respectu peccatorum immediate appositum, certam moraliter faciet de integritate numerica confessionem. Proindeque, licet verum sit, communiter loquendo, seu secundum communem sententiam, teneri quempiam peccatum, vt dubium confessum, illud, vt certum occurrens, postea confiteri; non tamen quando illa duo occurrant; (vel plura, iuxta varias DD. sententias) quia, licet phisice certa occurrant, iam vt certa moraliter sunt confessa, vt dixi; & aliquantulum etiam ex eo constat, quòd cum alijs eiusdem speciei peccatis in certo moraliter numero sint confessa.

14 Quòd iterum à simili, in eodem casu, recepto communiter, sic probò: nam qui decies, plus, minusve, peccasse confitetur, eadem certitudine confitetur octo tantum, decem, aut duodecim; sed, si postea sibi certò constet, fuisse decem tantum peccata, non tenetur duo, supra octo, iterum confiteri: ergo nec tenetur supra decem, alia duo, in memoriam certò phisice venientia, iterum confitendo reperere. Minor est cum omni DD. usu recepta; vt autem Confessio sit evidens, Maiorem evidenter sic probò.

Nam qui dicit, se decies, plus, minusvè, peccasse; per ly *plus* supra decem, duo ad minus dicit. Rursus; eodem modo, eademque affirmatione, disiunctivè loquendo, per ly *minusvè* alia duo dicit infra decem; vel (vt clarius loquar) de decem

cem aufert duo; ita ut solum octo, phisice certâ, remaneant: ergo æquali certitudine confitetur octo tantum, vel decem tantum, vel duodecim: sicut ergo, quando postea certus est, quod solum fuerint octo, vel quod tantum fuerint decem, non tenetur, vel octo tantum fuisse, asseuerare, vel solum decem certa phisice commisisse, confiteri, cum antea non fuisset phisice certum, solum fuisse decem, ut per *ly, minus vè*, euidenter apparet: ergo nec tenebitur duo, supra decem, certò occurrentia post, peccata, iterum confiteri: ergo non pariformiter currunt cum interrogato casu, quæ pro similibus, exempla, adducuntur. Stat ergo optinè, moraliter loquendo, teneri, iuxta communem sententiam, illum, de quo in informi tale, ut dubium confessum, peccatum, certò post in memoriam veniēs, iterum confiteri. Et hæc est, quoad praxim tenenda, & ad casum prima solutio.

Sed dices: probabilis est sententia, quæ affirmat, in dubio, etiam facti, de homicidio, vel de acceleratione eius, (intellige, voluntarie, in utroque euentu) neminem censendum esse irregularem; de quo dubio agit, *caput Ad audientiam, de homicidio. cap. Significasti, et secundo ad finem, & cap. penult. de homicidio*; ut, cum probabiliori tenet sententia P. Sanchez *tom. 1. Sum. lib. 1. cap. 10. numer. 4. 2. per totum*: ergo nec in nostro casu tenebitur tale dubium peccatum confiteri: ergo à fortiori non tenebitur illud, iam, ut dubium, confessum, quando certò memoriæ occurrit, iterum manifestare.

Antecedens tenuit Innocentius *dict. cap. Ad audientiam, in fine*; & Henriquez *lib. 14. de irregularitate, cap. 3. num. 3. & 4. & cap. 4. num. 3. & cap. 15. num. 3.* Et probabile dicunt Suarius, *tom. 5. in 3. p. disp. 40. sect. 6. num. 10.* & Sallas *1. 2. q. 21. tract. 8. disp. unica, sect. 6. num. 70.* & alijs, rellatis, aliquid probabilitatis habere, docet Rebbellus *p. 2. lib. 1. q. 3. sect. 2. num. 13.* Sicque tenent Medina *lib. 1. Sum. cap. 11. §. 11. in fine*; & expressis verbis. Doctorissimus Sâ, *verb. Irregularitas; in Summ. antiqua, num. mihi, 3. in fine*: ergo Consequens erit etiam probabile.

Respondetur tamen, fatendo, esse probabile in hoc casu, non esse quem irregularem censendum. Negatur tamen ablo-

lute, non teneri confiteri peccata dubia; siue ut dubia confessa, siue non. Ratio est, quàm supra titigimus: scilicet; quia in dubio de peccato, possidet præceptum de procuranda certò amicitia cum Deo, contra dubium de peccato nunquam confessio. Quòd si iam, ut dubium sit confessum, & postea in memoriam certò redit; tunc urget præceptum confitendi peccata, prout sunt in conscientia. Et licet peccatum illud in existimatione dubium erat, reuera tamen in se existerat; & prout sic tenetur quis illud confiteri, de quo infra. In casu autem irregularitatis nullum possidet præceptum, ut patet. Et dato casu, quod possideret, adhuc in pœnalibus, aliàs restringendis, benigna adhibenda est interpretatio. Per quòd patet ad replicam.

SECUNDA CASVS resolutio.

15 **S**ed placet iam, stando in rigore Scholastico, prædicto casui solutionem præbere. Et antequam, quid sentiam, in medium proferam, libet, quid alij (& si pauci) dicant, enarrare. Igitur, dicunt quidam, infra citandi, probabile fore, tale peccatum, semel in dubio confessum, non esse iterum, (& si ut certum occurrat) de necessitate confitendum. Pro qua sententia videtur dicendum, æqualem probabilitatem habere hoc, ac habet, illa duo peccata, per *ly plus, minus vè* explicata, non esse (& si postea certò occurrant) de necessitate confitenda. Ducor, pro hac sententia, ratione sequenti.

Nam, si vera est (ut verum tenet) communis sententia affirmans, illa duo peccata, sub dubio (ut infra ostendam) in illa confessione inclusa, *Peccavi*, scilicet, *decies, plus, minus vè*: non cadere sub obligatione iterum, (& si certò postea occurrant) confitendi. Si (inquam) communis hæc sententia in principijs fundatur intrinsecis, ut iudico, æqualem probabilitatem habere videretur propositus casus in negatiua eius resolutione. Quòd verò utroque in casu adsit de aliquo dubia confessio, ex eo constat; quia idem est, explicando dubium, dicere, se esse in dubio, an tale commiserit delictum; ac, implicando dubium, asserere, se nescire,

an duo minus, vel amplius fuerint peccata: iddem ergo de utroque est iudicium faciendum.

Antecedens probatur: nam, sicut peccatum illud dubium, in affirmatiua, vel negatiua clauditur veritate; sic duo minus, vel magis, in eisdem particulis disiunctiue includuntur: sicut ergo indifferentia illa dubium non tollit, sic nec dubij auferet rationem indifferentia pluris, vel minus. Cum enim neutro in casu aliqua supra dubium, vel illud vincens, probabilis ratio assignetur metaphisica, nullum apparet fundamentum, vt, quod de vno affirmatur, negetur de alio.

16 Dices, magnum assignari fundamentum in communi DD. consensu; cui opponi temerarium videtur. Negatur tamen hoc; nam temerarium illud est, quod contra communem militat sententiam, nulloque stabili principio niti indicatur: atqui, quod (stando in rigore Scholastico) resolutum est, eodem, ac communis sententia, fundamento fundatur: non ergo temeritatis notam incurrit. Imò, si firmo, licet diuerso, fundaretur principio, temerarium non esset, ex eo, quod Doctorum aciem oppugnet; præsertim si duos, vel tres, pro se patronos haberet.

Dico, præsertim duos: quia Angelici est Doctoris sententia, posse quempiam in his, quæ ad mores pertinent, sui Magistri sequi sententiam. Ad minus ergo duos pro hac resolutione iam refero Aucthores. Sic enim Reuerend. Pater Nicolaus Riccardus, Sacri Palatii Magister; quem ita priuatim sibi respondisse affirmat Eminen. Dominus Cardinalis Lugo, vbi supra, *disp. 16. sect. 4. §. 4. fol. 322. num. 92.* vbi etiam, alios iddem iudicasse, affirmat, dicens in fine numeri, se nolle in hoc puncto aliquid deffinire, sed securiorem partem consulere. In quibus vltimis verbis, quia comparatiue loquitur, securam etiam, implicitè, dicit positam resolutionem. Et ita ego sentio speculatiue loquendo.

17 Sed aduersus hanc vltimam præsentis casus resolutionem prout ad speculationem attinet, sic argues: ergo, si necessarium non est, talia peccata, vt dubia confessa, certoque postea occurrentia iterum, vt certa, confiteri, nec erit etiam necessarium, quod peccata certa, vt noua confiteantur; sed sufficet illa

cum alijs, iam præteritis, & condonatis, confiteri, vt in generali confessione. Probatum Consequens: quia, si non obest, maiorem pro certò, quam pro peccato dubio, poenitentiam fore imponendam; nec obitabit etiam, maiorem esse poenitentiam imponendam pro nouo peccato, quam pro præterito, iam condonato, cum utroque in casu aequaliter talia confessa sint peccata: ergo, &c.

18 Poterat primo responderi, sequellam prædictam expresse admittere Bonacinam, Homobonũ, & alios, quos refert, sequiturque Diana *p. 2. tract. 4. resol. 62. & 3. p. tract. 3. de conscientia dubia, resol. 65.* & ante illos Thomam Sanctium *lib. 1. Decalogi, cap. 10. num. 71.* & Suariũ *disp. 22. sect. 9.* Qui loquuntur in casu, quo confiteatur peccatum præteritum; in quo casu dicunt, non teneri poenitentem explicare, se iam illud fuisse confessum. Quod etiam admittit Coninch *disp. 17. dub. 8. num. 69.*

Quod iddem est, ac peccatum præsens simul cum præteritis confiteri; vt absolute docet Eminen. Cardinalis Lugo cum citatis Authoribus *disp. 16. sect. 2. §. 1. num. 47.* sic probans *num. 49.* Nam peccatum non est materia confessionis, prout est habituale, prout vè habet habitualem maculam perseverantem; cum non se accuset poenitens de his; sed solum de actu præterito, & de actuali peccato, quod fuit. Et cum, secundum rationem istam, scilicet, *Peccati præteriti, seu, quod fuit,* nulla detur differentia inter iam per præcedentem confessionem ablatum, & nunquam ablatum; sequitur, posse nunquam ablatum cum iam ablatum confiteri; nisi Confessor de temporis interroget circumstantia, vt contra Sanctium Abbulensem alibi dixi. Hoc (inquam) poterat primo responderi.

19 Sed sententiam hanc (licet propter DD. auctoritatem speculatiue loquendo foret probabilis) in praxi iudico (& loquor de moribus illam recipientium) esse petram scandali, multorumque ruinam. Vndè quoad hoc placet censura Turriani *in opusc. Theolog. centur. Theolog. 4. dub. 7.* vbi ait, in praxi esse bonis moribus perniciosam. Et licet rationes, quas affert, hoc non probent; probatur tamen ex eo, quod, qui sic frequenter confitentur, remedium emendationis effugere volunt; quod ex erubescencia noui pec-

tati plusquam casu eueniret. Quot enim excusarentur peccata ab illis, qui sic cōfitentur, si hæc euasio, illos non nouiter peccatores demonstrans, non adesset? Quod de alijs, sic similiter singularibus, & ad mores pertinentibus, sententijs dico.

Vndè, licet à principio intrinseco probabilis foret, nõ deberet, saltem sic, distinctè, & cum expressio titulo (vt faciunt Bonacina, & Diana ad forum deduci; sed caute, vt fecit Caiet. suo in loco; licet nullus ipsorum illum referat. Multa namque (ait Apostolus) mihi licent, sed non omnia expediunt; propter inconuenientia. Plures enim sunt quæstiones, in quibus absque proximorum ruinæ periculo possunt Doctores, & Magistri efficaciam rationum, ingenij acumen, profunditatis, claritatisque doctes ostendere.

20 Sed dices, probabilem esse Sanctij Abbulensis *in sellectis* sententiam, (de qua in suis resolutionibus meminit Diana. Et ego alibi dicam) asserentis, opinionem, Ipeculatiue probabilem, esse etiam probabilem practicè: ergo, si prædicta sententia est speculatiue probabilis, eandem in praxi probabilitatē habebit. Respondetur tamen, concedendo totum, quando eo modo, quo speculatiue est probabilis, practicatur. Sed hoc opus, hic labor est. In speculatione namque nullum sequitur ex assignatis incōueniens, quæ cum practica semper coniunguntur, si casum excipias, de quo alibi.

21 Imò, salua prædictorum DD. patè, (& non omnes ita clare loquuntur, vt existimant Bonacina, & Diana, quod apud ipsos videri potèst) existimo, prædictam sententiam esse à principio intrinseco improbabilem. Quod, respondendo simul ad replicam, num. 17. propositam, sic probò: nam certum est, (& hoc admittit Cardinalis Lugo vbi supra, §. 4.) me teneri tunc confiteri peccata Confessori, prout in conscientia nota tunc existunt: sed cōfitendo quis peccata, nunquam confessa, cum peccatis præteritæ vitæ, iam semel confessis, & condonatis, non confitetur illa noua, vt in conscientia sunt, & esse debent Confessori nota: ergo, &c.

Probatur Minor: nam illa noua peccata, cum præteritis simul confessa, eo-

dem modo, ac præterita sunt confessa, confitentur: sed præterita confitentur, vt iam condonata: ergo, vt sic etiam, confitentur de nouo facta: sed vt sic non sunt in conscientia, vt patet; quia condonata non sunt per confessionem: non ergo confitentur, vt in conscientia sunt. Cum ergo teneamur semel peccata omnia, vt in conscientia sunt, confiteri, (quod admittens Eminent. Dominus Cardinalis Lugo, nescio, quomodo que supra asserit, saluet in totum) tenemur illa, non signando commissionis tempus, (quod libenter concedo, & in quo nitratur Eminent. Dominus Cardinalis) non ita commiscere cum præteritis, vt tam pœnitentis confessio, quam Confessoris iudicium, sint confessio, & iudicium de peccatis prout in conscientia non existunt. Cumque peccata dubia, & vt talia confessa, fuerint iam, vt in conscientia tunc existebant, Ecclesiæ clauibus subiecta, & absolute absoluta, seu condonata, quid mirum quod ad nihil aliud de nouo pœnitens teneatur, si in postulatam iam sententiam abierunt?

Stat ergo quoad propositam replicam satis clara solutio. Imò, & quoad negandum, non teneri quem iterum peccata, vt dubia confessa, certò in memoriam venientia, confiteri. Nam reuera non erant dubia, licet in existimatione ita se haberent: ergo tenetur quis illa iterum cōfiteri. Ergo, à fortiori, tenebitur quis peccata præsentia, id est, non iam per Sacramentum condonata, vt præsentia confiteri, saltem negatiue; hoc est, non ita illa cum præteritæ vitæ, iam condonatis, peccatis, confiteri, vt iam condonata iudicentur: ergo, &c.

PROPONITVR CASVS quintus.

QVIDAM, in mortali existens, Confessor, plures successiue pœnitentes in confessione audiuit, illisque absolutionis formam aplicuit. Ex pœnitentibus tamen, quos absoluit, quidam cōfessus est, se ter cum soluta, successiue rem habuisse. Dubitauit Confessor, an iste pœnitens vnum tantum commisisset fornicationis peccatum, sicut ipse, in probabili sententia, pluribus successiue

Penitentiae Sacramentum administrans, quamvis in mortali existeret, solum unum commiserit peccatum?

Quaerit postea; an in utroque casu unicum tantum debeat esse peccatum; vel in utroque plura; vel aliqua sit differentia inter hos casus, ita ut in primo sit probabile, unicum tantum esse peccatum, & non in secundo?

Occasione huius casus, cuius resolutio infra constabit, opere pretium duxi, hic, & si breuiter, pertractare celebrem illam quaestionem, scilicet.

QVAESTIO VNICA.

Vnde sumenda sit unitas, vel distinctio numerica peccatorum?

PROPONITVR PRIMA conclusio.

I QVOTIES voluntatis actus malus non retractatur, quomolibet perseueret, unicum tantum est peccatum, usque dum consumetur. Unde, vel debet opere consumari, vel contrario actu retractari. Quibus deficientibus unicum tantum (ut dixi) peccatum est. Et est ratio: quia vel proximè, vel remotè, omnia ea, in quibus quis occupatur, ad patrandum peccatum exterius, vel ratione sui, vel ratione alterius, (scilicet vitae ad eum finem conseruandæ) saltem implicite ordinantur; licet secundum se sint disparata. Et licet conclusio hæc magnas patiatur difficultates, largam disputationem postulantes; prout tamen ad præsens attinet institutum, illam tribus alijs conclusionibus, pluribusque illationibus, iuxta varias DD. sententias, comprobabo. Igitur.

PRONITVR SECUNDA conclusio.

2 QVOTIES plura eiusdem significæ rationis obiecta unico attinguntur actu, siue in interiori, siue in

exteriori, unicum tantum patrat delictum ex obiecto; quidquid de illius sit circumstantijs. Hæc etiam conclusio, difficilis sane, sequentibus illationibus non leuiter comprobatur, & explicatur. Sit ergo.

PRIMA ILLATIO.

3 **I**NTERO primò, quoad unitatem malitiæ in actu interiori; desiderium coeundi cum pluribus femineis eiusdem rationis, unicum tantum peccatum esse. Sic sentire tenetur Diana tom. 1. de circumst. aggrav. resol. 29. dum probabilem dicit sententiam, asserentem, non teneri quem explicare numerum personarum, quas eadem læsit iniuria; quòd magis est, ut infra dicemus ex ipso Diana. Et verum supponit Suarez, & probabiliter Vazq. loquens de voluntate occidendi plures. Quòd etiam cum Megala affirmant Eminentiss. Lugo disp. 16. sect. 14. num. 887. & sect. 3. eiusdem disputationis, numer. 135. Sic etiam Diana s. p. tract. 9. de excommunicatione, pag. 242. resol. 60. infra iterum referendus.

4 Vnde ignoro penitus, quomodo Fagundez lib. 6. in Decalog. cap. 7. num. 6. pag. 48. tom. 2. admittens, esse eiusdem speciei peccatum coniugis, adulterantis, siue cum coniugata, siue cum soluta, dicat esse duo peccata, nulla pro contrario rellata sententia, cum fere omnes referre soleat; quam, ut probabilem à principio saltem extrinseco, negare non potest. Cum enim probet suam sententiam ex eo, quòd qui plures eiusdem rationis homines siue in vita, siue in fama, honorevè lædit per vnam actionem, multiplex numero peccatum committat; quòd alij satis probabiliter negant, ut infra dicemus; sic ignoro, quomodo primum sic certò desinat, ut nullam probabilitati contrariæ sententiæ locum relinquat? Hæc de unitate malitiæ pro actu interiori. Pro exteriori autè, quoad peccata linguæ. Sit.

SECUNDA ILLATIO.

5 **I**NTERO secundò; loquentem turpia coram pluribus, mouentibus se

se per hoc ad morales delectationes, &c. (excipe, si respectu alicuius tenebatur ex iustitia talia nō loqui, vel ex pietate, vel alio speciali titulo) non teneri explicare numerum personarum. Sic, cōtra Castrū Pallaum, & Dianam, tenet probabilius Emmin. Lugo supra *sect. 4. §. 3.* Nec tantus Pater, Doctorque Diana consequenter loqui videtur. Nam *tom. 1. vbi supra*, probabiliter admittit, non esse necessarium explicare numerum personarum, quas eadem quis læsit iniuria, & hic *p. 2. tract. 4. resol. 214.* ait, vt certum, teneri quem explicare numerum personarum, coram quibus loquutus est turpia.

6 Nec similiter debuit tantus Magister, vt quid exploratum, statuere, teneri etiam explicare qualitatem, & conditionem personarum. Licet enim sic sentiat Sánchez, Bonac. Filliuc. Layman, & alij; aliqui tamen oppositum censent; vt videre est apud Cardinalem Lugo supra *sect. 4. §. 3. n. 165. cum sequentibus*. Immo tunc solum contrahitur malitia scandali quando difficilimum est circūstantibus resistere tentationibus, vt ait P. Sallas *1. 2.* & cum eo citatus Emmin. Cardinalis Lugo. Et hoc, casu, quo directe non vellet ruinam illorum. Quod alij requirūt, vt refert citatus Dominus Cardinalis Lugo; de quo alibi.

TERTIA ILLATIO.

7 **I**NFERO tertio illum, qui ter, aut sæpius appellauit aliquem furē, non committere nisi vnicum peccatum. Sicut qui ter, aut pluries eandem rem in testamento legauit, *leg. Codicillo*, semel tantum legasse videtur; vt docent Nauar. & Henriq. & Vazquez. Iddem etiam dicendum de eo, qui alicquem furē, Hæreticum, & patriæ proditorem successiue appellauit. Hic namque satisfacit, si in confessione dicat, se illum in honore lesisse. Quia, sicut bona fortunæ læduntur per vnā furti speciem; sic & bonum honoris, eiusdem scilicet speciei, læditur per plures illas contumelias; vt optime Molina *tom. 5. de iustitia, tract. 4. disp. 19. num. 3.* & ipsum sequuntur cum alijs Cardinalis Lugo *disp. 16. sect. 5. §. 3. pag. 352. n. 265.* iddem dicentes de detractioe, & iudicio temerario. Iddemque dicendū est à fortiori de istis peccatis in causa. Immo blasphemias, periuriū, & infidelitates, in brevitate dicta, & antea præuisa, non im-

putari ad culpam in exteriori, tenent cū Maiori *in 4. Vazq. 1. 2. disp. 127. c. 3. nu. 11.* & Særus *Clau. Reg. lib. 2. c. 9. num. 42.* Sicut nec contumelias erga hominem; quod vltimum sequitur etiam Sanchez *in Sum. fol. 142. nu. 44.* illos referens. Vide Vazq. & Azoriū, quos etiam refert Säch. *fol. 143. nu. 46.* asserentes, esse tantummodo quosdā peccati effectus; qui si simul proferantur, ad vnitatem numericā reducuntur.

QUARTA ILLATIO.

8 **I**NFERO quarto illū, qui eodē impetu, & calore iracundiæ vno actu plures blasphemias erga vnū Sanctū profert, vnicū tantū ob tēporis, impetusq; vnitatem, peccatū cōmittere. Sic Simanchas, Cepola, Alciatus, Couat. Boerius, Hippolytus, & eos sequuntur Fagundez *tom. 1. in Decalog. lib. 2. c. 7. n. 24.* Quod iddē sequitur Doctif. Card. Lugo supra *sect. 14. nu. 161.* iddē dicens cū alijs, de pluribus iuramentis, eo modo prolatis; iddemq; affirmās de detractioibus, licet tēporis successione crescant, continuatis; nisi trāseant ad contumelias, ob aduentū illius, cui detrahebatur. Tūc enim diuersæ sunt speciei. Sic *num. 559.* Videatur etiam per doctus Pater Diana vbi supra, & pluribus suatum resolutionum locis.

QUINTA ILLATIO.

9 **I**NFERO quinto, iactantē se de pluribus peccatis, licet specie diuersis (& non loquor de iactantia dexteritatis, vel modi, quo illa fuerunt cōmissa, quia non est mortalis) vnū tantū cōmittere peccatum; sufficereq; si dicat: *Gloriarus sum de peccato mortali.* Sic Nauar. Castro Palao, & Diana *2. p. tract. 4. resol. 161.* quos probabiliter refert Emmin. Card. Lugo; supra *nu. 268.* Si verò in peccatis illis simul complaceat; tunc tenetur illorū speciem declarare, iuxta citatū Card. Lug. & alios cōmuniter, *nu. 267.* si verò delectetur, & sit materia veneræ; omnes delectationeseiusdem sunt speciei; vt dicūt Vazq. & alij. Quod probabile iudico.

Excipe tamen iactantiā in detrimentū graue Dei, vel personę creatę. Tunc enim ratione iniustitiæ, specialisq; iniuriæ, esset circumstantia explicanda. Immo iddē dicendum esse de consilio ad peccatum, ac dicitur de iactantia, affirmant quidam apud Medin. quem refert Emmin. Lugo

supra *num. 275*. Oppositum tamen cum communi sententia dicendum est. Videatur citatus Card. Lugo. Et hæc de vnitare peccatorum linguæ; vt ad peccatorum in facto, & opere deueniamus vnitatem. Pro quo fit.

SEXTA ILLATIO.

10 **I**NFERO sexto: coniugatum, rem cum alia coniugata habentem (& iddem est de desiderio) vnum tantum committere adulterium. Sic Doctis. Sa *verbo confessio, num. 30*. quem videtur sequi Domin. Card. Lugo, *disp. 16. sect. 3. num. 135. cum antecedentibus*: & est contra omnes. Fateor singularem esse illationem istam. Quia tamen susceptam semel stabili fundamento prouinciam dedecet recusare; illam sequentibus illationibus comprobabo. Sit igitur.

SEPTIMA ILLATIO.

11 **I**NFERO septimo, in confirmationem præcedentis illationis; occidētem plures eiusdem rationis homines vnico actu; vel lectu, vnica tantum peccare peccatum. Sic à me consulti, plures tenent Salmanticenses Magistri, & ex Nostris non pauci, in hac materia (sax sit mihi sic loqui) omni exceptione maiores. Sic etiam Eminentiſſ. Cardin. Lugo *disp. 16. sect. 14. num. 887*. remittens se ad sectionem 3. *num. 135*. vbi, post ventilatā, & satis accurte, conclusionem istam, ait, contra Vazq. inconsequenter loquentē, hoc sibi videri probabilius. Sic etiam probabiliter Suarez *de censuris disp. 5. sect. 3. num. 8*. quem sequitur Diana *5. p. tract. de excommunicatione. pag. 242. resol. 59*. referens Cornejo *de censuris in genere, disp. 9. dub. vltim. q. 4*. hoc absolutè affirmantē in occisione duorum Clericorum; vt infra videbimus. Ergo iddem in casu præcedentis illationis dicendum est.

OCTAVA ILLATIO.

12 **I**NFERO octauo, probando sextā illationem à simili, furantem res plurium vnico actu, vnica solum patrare delictum; si res sint eiusdem rationis moralis; hoc est; vel sæculares, & Ecclēsticæ. Licet enim plures commit-

tat iste talis iniustitias, pluresque damnificet; vna tamen solum est moralis malitia. Sic, sequutus Vazquium, ait Emin. Cardin. Lugo, supra *numer. 136. cum sequenti*.

NONA ILLATIO.

13 **I**NFERO nono, in confirmationē etiam sextę illationis, & à fortiori; ministrantem, scilicet, Eucharistiæ Sacramentum pluribus in mortali, vnum tantum committere mortale. (Et omitto sententiam, afferentem, esse solum veniale.) Sic sentiunt Syluius, Cabrera, Vazq. Petrus de Reyna, Ioan. de la Cruz, Ledesma, Nugnus, & alij, quos probabiliter sequitur Diana, & refert, *tract. de celebratione Missar. resol. 23*. Ergo probabilis remanet sexta, vbi supra, illatio; quam rursus sequenti illatione comprobo.

DECIMA ILLATIO.

14 **I**NFERO decimo eum, qui in mortali audit confessiones plurium, etiam successiuè, vnica solummodo patrare peccatum. (Qui enim dixerunt Sacramentum Pœnitentiæ in mortali ministrantem non peccare mortaliter, iam tollerari non possunt; quia eorum sententia per expurgatorium Anno 1640. fuit prohibita) sic Rodriguez, quem sequitur Fagundez *in 5. Ecclesia præcepta præc. 2. lib. 3. cap. 5. num. 9*. & probabiliter refert Diana *3. p. tract. 4. de Sacramentis, resol. 67. §. in resolut. 43*. Quod etiam probabiliter dicit Domin. Card. Lugo supra *num. 135*. Iddemque ait Rodriguez de ministrante pluribus Eucharistiam, eo quod pro vno reputetur actu in genere moris. Si ergo, vbi plura sunt subiecta, & plura formaliter, & realiter Sacramenta distincta, successiuè etiam facta, adhuc (quia eiusdem rationis) locum habet vnitatis moralis, cur in casu adulterij, & in omnibus supra dictis locum non habebit? Rursus, si in alijs etiam in materia iustitiæ exemplis (ne ad Sacrum confugiant, infra referendi, Dominus Cardinalis Lugo, Diana, & Cornejo) locū tenet, ob moralē vnitatē, hac ætate probabilitas; cur in casu adulterij iddem dicendū non est: cum vtrobi que eadē sit ratio, vt (non obstantibus aliorum euasionibus) ex dicendis con-

stabit ergo, &c. Omnes illationes, huc usque positas, præter sextam, sequitur nouiter N. Leander p. 1. tract. de circumst. quem vide à quæst. 9. vsque ad 28.

15 Sed dices primo: ergo si quis, etiam successiuè, plures eiusdè rationis homines occidat, vnicū solum cōmittet homicidium. Immo si sint Clerici, vnā solummodo excommunicationem incurret. Quod, vsque adhuc, nullus excogitauit: vt ait Diana 5. p. tract. 9. de excommunicatione pag. 242. resol. 60. cum Bonac. Alterio, & Cornejo, Probatur tamen, nam successiōnis ratio non obest, vt in exemplis illatis de administratione Eucharistiæ, & Pœnitentiæ Sacramentorū, multis, & valde doctis, placet.

16 Rursus, quod peccatum sit contra iustitiam, & ad alterum, sintque plura damnificata obiecta, vt, sequutus Cornejo, ait Diana immediatè citatus, non etiam obest. Quia etiam quando simul occiduntur etiam peccatum est ad alterum, & contra iustitiam, suntque plura obiecta damnificata, seu plura nocumenta, atque passiōnes, vt Dianæ verbis supra resol. 59. vtar; & nihilominus, ipse cum Suariorio, & Cornejo vbi supra, fatetur, esse vnū tantummodo peccatum, vnāque tantū incurri ex cōmunicationem, si occisi, sint Clerici, quod nouiter fatetur probabile N. Leander 10. 1. de sacra. tract. 5. disp. 8. §. 3. q. 22. ergo nullo ex capite obest.

17 Afferere namque, peccatum contra iustitiam multiplicari multiplicatis obiectis damnificatis successiuè, & non simul, vt asserit Cornejo, & ipsum sequutus Diana eadem 5. p. resol. 50. vbi supra, voluntarium est. Sic enim aduersus eos argumentor: ergo, quod peccatū sit contra iustitiam, & ad alterum, non habet, posita simultate, plura constituere delicta: ergo non habet hoc ex se, & formaliter: ergo solum habet hoc, ratione successiōnis. Cur ergo in Sacramentis Eucharistiæ, & Pœnitentiæ, pluribus successiuè etiam administratis, à Ministro, in mortali existente, ratio ipsa successiōnis non multiplicat delicta formaliter loquēdo, & ipsamet successiōnis ratio in pluribus hominibus successiuè, per modum etiā vnus, occisis, multiplicabit homicidia, vel sacrilegia cum cēsuris, si Clerici sint? Ergo voluntariè dictum est.

18 Ego in hac re, salua semper commu-

ni DD. pace, concedo totum, ob rationē, in qua illatiua replica fundatur. Quæ enim à principio morali, metaphisicè probabiliter fundato, recto sequuntur tramite; & si propter nouitatem in ad inuentione aliquantulū dissonent, non sunt ideo à metaphisica veritate excludenda. Vndè, vel prædicti AA. primum non admittant; vel secundum non negent (quid quid de inconsequentiā, vel consequentiā sit) ego totum concedo.

19 Sed dices secundo: ergo, si quis plures congressus cum eadem habeat fornicatiōnis successiuè, vnicū tantum cōmittet peccatum. Probatum satis apparet Consequēs; cum sicut in administratione Eucharistiæ pluribus, ratione vnus conuiuij, & in administratione Sacramenti Pœnitentiæ pluribus successiuè, ratione vnus veluti iudicij vnū dicitur tantūmodo peccatum; sic in hoc casu, ratione vnus delectationis, vnū solum possit dici fornicationis peccatum.

20 Et confirmatur ex doctrina P. Mag. Cornejo, qui apud Dianam 5. p. vbi supra resol. 60. ait, esse diuersam rationē inter peccata contra iustitiam, & ea, quæ contra iustitiā non sunt. Quæ enim cōtra iustitiam sunt, cū sint ad alterū, (si plura sint altera (vt sic loquar) seu plures sint termini, ad quos, vt in continuata occisione plurium, successiuè facta) nō obest continuatio ex parte operantis, ad hoc vt non sint plura peccata, quot sunt homines (idest termini) occisi. Secus (inquit) in alijs peccatis, quæ solum respiciunt operantem; vt in continuata commestione carniū, ouorum, lacticiniorum, &c. die Quadragesimæ. Hæc enim adunari rectè possunt per ipsam cōtinuatam ex parte operantis actionem: ergo, quia fornicatio (quæ nullam habet contra iustitiam circumstantiam) non sit peccatum ad alterum, vt patet, per continuationem poterit, etiam materialiter multiplex, formaliter adunari.

21 Replica istam proposui pluribus, & valde doctis; ob cuius efficaciam, mihi tantummodo apparentem, negarunt, supra positas, illationes, prius ab ipsis, vt probabiles, concessas. Verum est, quod Emin. P. Lugo vbi supra, responderet, dicēdo; quod, cum sint actiones ita diuersæ, vt vna cū alia non faciat vnū; hinc prouenit, esse diuersa peccata; sicut esset, si cū tribus fœminis eiusdem rationis, tres suc-

cessiue a ceteris haberet: vel tres successiue homines occideret, vt ipse cum communi ait *num. 558.*

Cum tamen sibi obijciat casum Sacerdotis Confessoris, audientis plures successiue, dicensque, vnum tantum committere peccatum; sic respondet: quod in hoc casu adunantur aliquomodo illæ actiones, ratione vnus offensus, scilicet Dei, cui in ipsorum successiua administratione Sacramentorum fit iniuria. Non enim in ipsis Sacramentis est ius, sed in Deo, & Christo, cuius sunt Sacramenta. At, cum in casu occisionis trium successiue, & per modum vnus ex parte intendenti, vnicuique fiat iniuria, tot erunt peccata (inquit doctissimus, Eminētissimusque Cardinalis) quot sunt homines occisi. Sic ipse. Quod ad idem tendit, ac solutio, quam ex Cornejo, & Diana retuli; vbi supra *num. 17.* vnde, quia, illa non obstante, contrarium dixi; sic & modo contrarium teneo.

22 Præterquam quod, dato quoad hoc verum teneret, tamē mihi certissimè videtur non satisfacere ad casum concubituū cum tribus successiue, per modum vnus delectationis, & multo minus, ad casum trium concubituū cum eadem femina successiue, etiam per modum vnus delectationis. Et ducor ex ipsius Eminētissimi Cardinalis Lugo principijs: ait enim in casu Confessoris; quod, quia idē est Deus, in his omnibus iniuriatus, & offensus, aliqua detur ratio, & fundamentum, tales actus adunandi. Ergo, quia in casu concubituū (quādo simplices sunt fornicationes) cum tribus feminis successiue, vel cum vna, per modum vnus delectationis, idem sit, & solus, Deus offensus, & iniuriatus, vt patet; vnum tantummodo erit peccatum; quod (licet ex ipsius Domini Cardinalis Lugo, Cornejo, & Dianæ, videatur sequi principijs) communis, & rectè, derelictatur sententia.

23 Retinendo ergo, quæ supra posita sunt, illationes, respondeo pro communi sententia, negando sequellam, ob rationis disparitatem. Quæ sic se habet. Nam indiuiduatio, differentiæ vè numerica malitiæ, nō solum sumitur ex tēporis diuersitate, & ex diuersitate actionū; (si aliis aliquomodo non adunentur absque repugnantia) sed etiam ex multiplicatione subiectorum, & obiectorum. V. lē, licet in absolvente plures successiue; & in

administrante similiter pluribus Eucharistiā, vnū tantum committatur peccatū (vt in valde probabili negari nequit sententia) hoc tamen est, & quia vnica tantum actio reputatur, ratione vnus mensæ, & conuiuij in Eucharistiā; & ratione vnus veluti iudicij in administratione penitentia, quæ, quia ad iudiciū pertinet liberū, rectè valet ad moralem vnitatē, voluntatis intentione, reduci, ceteris non obstantibus. In posita autem illatione nequeunt actiones illæ ad vnitatem moralē ex solo beneplacito voluntatis reduci; & hoc quia ex inordinatis pendent concupiscētiæ motibus, qui nec quoad exercitiū absolute, nec quoad specificationem moralem, ex suppositione, quod velit voluntas, ab illa dependent.

24 Sed, quia solutio hæc eandē adhuc videtur pati difficultatē. Respondeo secundū; quod, cū obiecta sint plura, quorum vnū quodque, in vnā cōplete influēs malitiā, diuersā necessario requirit actionem, diuerso tēpore fieri postulantē; & nec vnū ad aliud possit vnquā coniunctiua vnitatis ordinē habere; nulla hinc apparet ratio, ob quā ad numericā reducatur prædicti concubitus vnitatē. In absolute autē, licet sint plures poenitentes, successiue absoluti: quia tamen valent omnes simul aliquo casu, etiā licitè, absolute; & in administrante Eucharistiā, omnes, (quia saltē possunt duo, vel tres) possunt vnica actione, medio aliquo instrumento comunicari; (sicut & in casu trine hominū successiue occisionis possunt etiā omnes vnico icū vita priuari.) Hinc (inquā) prouenit, quod possint huiusmodi facta ad numericā reduci vnitatē; quia licet successio illa differentiā arguere videatur, moraliter tamen non tollit vnitatē, ratione aptitudinis obiectorū (stante voluntatis, per modū vnus, intentione) possibiliū eodem tempore, per eandēq; actionē denominari. Cumq; in replica apposita nulla sit ex parte triū, vel duorū, concubituū capacitas ad simul fieri, vt patet; hinc etiam prouenit, non adesse in voluntate potentiam eos, successiue necessario factos, adunandi.

25 Vnitas ergo numerica in prædictis, & alijs similibus, illationibus, non ex intentione solū adunandi actiones illas descendit; sed ex intentione, & ex passiva aptitudine subiectorū, ad vnitatē actionis, pro eodē tēpore, desumēda est. Cū ergo in

in illationibus, à nobis positis, sic possint omnia illa obiecta, vel subiecta ad iddē tempus, per vnā reduci actionem, quod in replica posita est moraliter, & phisice impossibile, hinc (vt dixi) prouenit, dari vnitatem numericam in illationibus, supra positis, non verò in replica in contrarium adducta; quidquid de extrinseca eius sit probabilitate; pro qua Emin. Lugo supra *sect. 14. num. 557.* refert Archangelum, & Zanardum, infra ex Diana referendum, & aliquos tacitis nominibus refert Joann. Baptista Poseuinus *de Officio Curati, cap. 15. fol. 603. immediate ante numerum 55.* de quibus ego, mentionem faciam 2. part. de singularibus sententijs, pro omni fere morali Theologia, lit. F. illat. 1.

26 Nec obstat, si dicas, illum, qui per noctē cum Amasia dormiuit, satisfacere si dicat: *feci, quòd potui*; & non esse opus, quòd dicat; *per tot vices eam agnouit*; dum modo non habuerit interruptionē mentis, vel operis, vt singulariter dixit Zanardus, teste Diana 3. p. *tract. 4. de Sacram. resol. 67. §. in resol. 39.* Non (inquam) obstat: tum, quia hoc eadem, qua dicitur, facilitate, negare possumus. Tūm etiam, quia, in partē, iam ibi aliquantulum explicat cōcubitum; qui internario, quaternario, vel in semel, iterumq; amplius, plus, minusvè, moraliter clauditur, attentā præsertim pœnitentis cōplexione. Fateor tamen, solutionē hanc vltimam, non conecti cum verbis illis Zanardi, scilicet, *dummodo non habuerit interruptionem mentis, vel operis*: ob quòd (quidquid de hac, sicut & de citatis à Poseuino, sit sententia) absolute illam nego. Per quòd paret ad replicam.

27 Sed dices iterum contra sententiā Sà, in sexta illatione positam; cum Granados, quē refert N. Leander, infra citandus: dices (inquam) in casu adulterantis dari duplicem speciem incompletam, quando vterque est coniugatus. Respondeo, hoc voluntarie dictum esse videri; cum iddem in omnibus, supra positis illationibus dici possit. Deindē, quomodolibet dicatur, eandem patitur difficultates, quas vincunt positiæ, & valde probabiles, illationes; vt cōsiderati patebit.

28 Nec tandē obstat, quòd alij dicūt, & non stabili fundamento; esse, scilicet, in tali casu duplicem malitiam, specie completa distinctam, vnā contra iusti-

tiam, ratione contractus matrimonij; alterā contra fidelitatem. Non (inquā) valet: tū; quia quòd obligatio fidē seruādi proueniat ex matrimonio, & hoc ex mutua promissione, ex iustitia obligante; non infert duplicē malitiā, specie cōpleta distinctā. Nam fidelitas, ex simplici promissione resultans, se habet quasi forma, vel (melius) obiectū, fidelitatis obligationē inducēs: in contractu autem matrimonij fidelitas se habet veluti materia, supra quā iustitiæ cadit obligatio.

29 Tūm etiam; quia, licet plures essent species, & ratione matrimonij, & ratione fidelitatis, eadem currit ratio, siue alter tantum sit coniugatus; siue ambo. Cumque, quando vterque simul est cōiugatus, per modum vnus assumantur in iustitiæ, seu infidelitates; iddem erit dicendum, quando vterq; est coniugatus, ac quando vnus tantum.

30 Et confirmatur: nam aliās sequeretur, quòd, quando vnus tantū ex concubentibus est vxoratus, non satisfaciat, dicēdo, se adulterium commississe, sed teneretur rursus dicere, se coniugatū esse; quòd communi Confessorum, Doctorūque vsu nō postulatur. Et, licet, hac via, probabiliter defendatur communis illa sententia, quā sic ex nostris defendit Noster Leander *tom. 1. de Sacramentis*, probabilis tamen, ad minus, stat pro nostra sententia sequella proposita contra illos, in communi vsu fundata. Quæ vt, à fortiori, magis confirmetur. Sit.

VNDECIMA ILLATIO.

31 **I**NFERVRVndecimo, ludere prohibum, ludentemque successe siuē per noctem, vel diem, cum quinq; ex intentione, vnicum tantum committere peccatum; quia, licet in genere entis sint plures actus; vnus tamen est in genere moris, vt rectē, cum Azorio, tenet Abulensis *in selectis, disp. 6. num. 1.* quos nouit, & probabiliter sequitur Diana 4. p. *tract. 4. Miscellan. pag. 168. resol. 45.* hoc probans, cum Rodrig. & Fagundez, quos ibi refert, exemplo Confessoris, in mortali excipiente plures, etiam successe siuē, confessiones. Quòd iddem iam dixerat ipse Diana 3. p. *tract.*

4. *resol. 67.* Ergo,

&c.

ULTIMA ILLATIO.

32. **D**ENIQUE inferunt quidam Neoterici tempore Ledesma, quos ipse refert. 1. p. *Summa, de Sacramento Penitentiae cap. 1. pag. mihi 253. col. 2. in fine, cum pag. sequenti, col. 1. in principio*; inferunt (inquam) illum, qui pluribus in vicibus, & in qualibet mortaliter peccando, centum aureos furatus est, satisfacere, in confessione dicendo, se mille aureos fuisse furatum; quia eadem sit iniustitia, siue simul, siue successiue, & sigillatim, ab vno; diuersis etiam temporibus, furentur. Quod mihi durum, imò & non verum, nec probabile, videtur; ex eo, quod vnum furtum, adhuc respectu eiusdem quantitatis, non habeat eandem, neque extrinsece, neque intrinsece malitiam, ac habent plura. Vnde ablata intentione, tam formali, quam virtuali, quæ talia (iuxta dicta, & dicenda) furta coniungat; vt verum existimo, esse plura peccata; & vt talia esse confitenda; quod iddem sentit citatus Ledesma.

PROPONITVR TERTIA conclusio.

33. **Q**UOTIES voluntas verè, & propriè retractatur, id est, per actum contritionis perfectæ, quæ secum affert ex pacto gratiam, peccatorum remissionem; tunc, in omnium sententia, discontinuantur peccata. Quod, quia clarum est, probatione non indiget. Idem dicendum; quando voluntas ita se retractat, vt neque actualiter, neque virtualiter, vilo modo peccatum continuetur. Quod etiam apud omnes receptum est.

PROPONITVR VLTIMA conclusio.

34. **S**I inter partes materiæ peccati sit coniunctio, & voluntas pro breuissimo retractetur spatio, & iterum ad vomitum redeat: tunc probabile existimo, (& non loquor de perfecta, per contritionis actum, retractatione) tam in actu externo, quam interno non

tinuari peccatum. Exemplis fiet clara conclusio præsens. Primum sit: si quis in die Veneris carnes comedat, & post sumpta aliqua carnis cibaria, proponat, voluntatem retractando modo dicto, amplius de carnis cibarijs non comedere; statimque, antequam è mensa surgat, aliud sibi offeratur serculum carnis; & illud comedat.

35. Secundum exemplum sit. Percussit quis grauius aliquem iniuste ligno, vel ferro, & post tres percussiones, v.g. voluntatem similiter retractauit; statimque, quia percussum adhuc proteruum, aspexit, iterum illum percussit. Tertium sit exemplum: quis alienum retinens, retractando voluntatem vt supra, restituere proposuit, & statim ad retinendi rediit voluntatem.

36. Vltimum exemplum sit: quis Sacerdos celebrans, sumpta comunione in Missa, proposuit, aliam non sumere hostiam, etiam non ieiunus; & à Ministro monitus, vt particulam, in patena fumeret existentem, illam proritus sumpsit. In his, inquam, omnibus, ob partium materialem coniunctionem, vnica tantum dicitur moralis actio, proindeque in casu commestionis carniæ, in casu percussionum, & in casu iniustæ retentionis, vnicum tantum est peccatum. Vnde satisfacit talis, si dicat, se aliquem percussisse; se non restituisse; & se (quoad exemplum carnis, iuxta Eminentiss. Lugum, & Lesium) semel carnes die Veneris manducasse. Sic ipse Domin. Cardinal. Lugo *sect. 14. num. 551. Layman, Villalobos, & Diana p. 1. tract. de ieiunio, resol. 32.* Et ratio est; quia continuatio illa, ratione temporis, vel loci, vel vtriusque simul, sufficit, vt retractatio locum non habeat, ac proinde idem continetur peccatum.

37. Et confirmatur: nam reus, qui ante torturam negauit delictum, si in torura positus illud, ob applicatos vehementer funes, fateatur, & in continenti, post extractos funes, iterum neget, semper negare censetur secundum vtriusque iuris DD. & Theologos: eo quod idem duret iudicialis actus torturæ: ergo, &c.

38. Immo addunt Lesius *lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 11.* & Layman *lib. 4. tract. 8. cap. 1. num. 6.* quod, si quis in die ieiunij è mensa surrexit animo non redeundi,

di, & forte prandium adhuc daret, pos-
sit, mutata intentione, ad conuiuas re-
dire, à quibus recesserat. Sic, referens
etiam Villalobos; notat Diana, vbi su-
pra. Quod iddem asseruit Filliucius su-
pra, si transacto quadrante horæ, vel
paulo magis conuiuium instauraretur.
Quod antea docuerat Molphesius, teste
Diana vbi supra, §. *sed plus addit Filliu-
cius*. Quibus consonat Portel, *additione
ad dubia Regularia, verbo ieiunium, nu. 10.*
asserens (teste ipso Diana, supra §. *Notan-
dum*) spatium mediæ horæ, non esse mag-
nam interruptionem, vt non possit quis
ad cenam redire, si, quod manducauit,
non esset ad sustentationem sufficiens.
Quia hæc omnia censentur moraliter
continuata. Et hæc; de prædicto casu, &
quæstione, satis sint, dicta.

PROPONITVR CASVS

sexus.

PETRVS, v. g. intendens occidere vnum
ex septem Clericis, existentibus in
Ecclesia, Ioannem scilicet, occidit Fran-
ciscum similiter Clericum, quem appo-
sita debita diligentia Ioannem existima-
uit.

Queritur, an possit ad Ordines promo-
ueri absque vlla dispensatione, & an Ec-
clesia poluta remanserit?

Occasionè sententiæ Fagundez, de
qua statim, præsentem casum, claritatis
gratia, hic apponere volui. Igitur Fagu-
dez sic ait: si, intendendo vnum in Ecce-
lesia occidere Clericum; alterum ibi oc-
cidas, percutiasvè grauitèr, quem ibi
nec occidere, nec percutere intendebas,
nullum externum comitis sacrilegium;
nullamque in foro conscientiæ pœnam
incurris. Sic Fagundez, cum Suario, imò
& communi sententiâ, infra referendus,
num. 17.

CASVS RESOLVTIO.

Dico primò, in foro exteriori Pe-
trum non posse ad Ordines pro-
moueri; & quia in tali foro excommu-
nicatus censèbitur; & quia, secundum
communem existimationem, reputabitur
irregularis; proindeque absolutio-

ne, & dispensatione indigere (cuius
autem sit dispensare dixi tractatu de
matrimonio) & tandem reconci-
liandam esse Ecclesiam. Sed quia Pe-
trus à loco, vbi factum contigit, in lon-
ginqua secessit, ibi per multos annos
commoratus, vt à me interrogatus, res-
pondit.

2 Dico secundo, posse ibi absque vl-
la dispensatione, seu abtolutione ad Or-
dines promoueri. Ducor ex eo, quod in
foro conscientiæ nullam incurrerit ex-
communicationem; nec irregularita-
tem, proindeque nec ex facto suo, (si
alijs de eius voluntate constaret) Ecce-
lesia fuit polluta. Ergo, &c. Antecedens
sic probò: nam Petrus, intendens Ioan-
nem Clericum; aliàs inimicum suum, in
Ecclesia occidere, occidit Franciscum,
licet Clericum, Clericalique habitu in-
dutum; quem ibi nullatenus intendebat
occidere; nec de facto occideret, si ex
ignorantia concomitante (quia debi-
tam apposuit diligentiam) Ioannem non
reputaret; ergo nullum externum com-
missit peccatum.

Probatür Consequens, (& meo vi-
deri, satis efficaciter) nam nulla externa
actio est peccaminosa, quin à libera sit
imperata voluntate, vel volita: atqui
pulsus precessit liber actus, à quo ortum
haberet externa Francisci occissio, vt
patet; cum solum intenderet, & velet
Petrus occidere inimicum suum, Ioan-
nem scilicet, aliàs Clericum; quem non
occidit: externa ergo Francisci occissio
peccaminosa non fuit: nullum ergo ex-
ternum homicidij peccatum Petrus pec-
cauit: tunc sic; sed (supposita, inquam,
debita diligentia) nulla excommunica-
tio; nullaque irregularitas ex delicto
(qualis tantum esset ista, si factum con-
tingeret voluntarium, iuxta probabilio-
rem sententiâ DD. Societatis Iesu) in-
curritur ob internum tantummodo pec-
catum; vt patet; sicut nec violatur Ec-
clesia, seu poluitur, nisi externum appo-
natur sacrilegium, quale hic non fuit; vt
probatum est; ergo potest præfatus ad
Ordines promoueri.

3 Declaratur hoc amplius, difficul-
tatem aliquantulum augendo, hoc mo-
do; nam si Ioannem Clericum ibi, (idest
in Ecclesia) occidere tunc exoptans,
alium non cognitum; sed Franciscum
ex ignorantia concomitante repura-
tum,

tum, occidisti, quem etiam ibi occideres, si cognosceres; nec Ecclesiam violas, quia nullius externi sacrilegij, in rei veritate, culpa innodaris; nec consequenter irregularitatis, aut excommunicationis poenam incurris: ergo iddem à fortiori de præfato Petro dicendum est. Probatur assumptum ex eo, quia non occidisti, quem tunc intendebas; nec, quem occidisti, tunc occidere intentasti, ob inuincibilem, quæ laborabas, ignorantiam: & cum nec per solam occidendi Ioannem, v. g. (si vere Ioannes non sit ex vi talis intentionis occisus) voluntatem; nec per solam externam alterius Clerici, Francisci scilicet, licet alias inimici, occisionem, (si illum, (quem alias cognitum occidere intendisses,) ex ignorantia alium reputatum, tunc occidere non intendisti) externum fiat peccatum; nec poenas etiam, tali peccato, si fieret, impositas, incurris; sed solius duplicis mentalis sacrilegij reus eris; ex mala scilicet intentione Clericum occidendi, & ob depravatam occidendi in Ecclesia voluntatem. Quidquid de hoc ultimo aliqui dicant.

4 Sed, maioris claritatis gratia, sic aduersus positam arguo solutionem. Petrus, de quo in informi, intendens occidere Franciscum, seu Ioannem, Clericum, nec Clericalis status, aut habitus, nec loci sacri ignorantia laborauit; sed alias vere in Ecclesia hominem, Clericum cognitum, occidit: vere ergo duplicis externi sacrilegij reus erit; proindeque ad Ordines absque dispensatione, seu absolutione, non poterit promoveri.

5 Respondetur tamen, dicendo Petrum, de quo in informi, non intendisse occidere Ioannem Clericum, quia Clericus esset, aut (vt clarius loquar) ex odio in Clericalem statum; sed intendebat occidere Ioannem inimicum suum, licet alias Clericum, Clericalique habitu indutum. Vnde obiectum eius voluntatis non fuit Clericus, vt sic; aut quicumque Clericus; sed talis, v. g. Ioannes; quem certè tunc ignorauit. Ob quod effectus, cum tali ignorantia sequutus, non fuit effectus illius depravatæ voluntatis, postulantis Ioannis occisionem; vnde voluntarius non fuit; quod ad peccatum requiritur. Cōcedo ergo, Petrum, de quo in informi, intendentem occi-

dere Ioannem, non laborasse ignorantia Clericalis status, vt sic; ex hoc tamen nõ sequitur, externum commississe sacrilegium; eo quod non intendebat iniuriam inferre Clericali statui, licet alias Clericus esset Ioannes, quem, vt inimicum, occidere intentabat: vnde scientia illa Clericalis status vt sic, peraccidens, & nimis materialiter se habet. Quod patet exemplis.

6 Tum, quia volens contrahere cum Maria, v. g. filia primogenita Petri, erroreque cum secundogenita Petri filia contrahens, nullatenus matrimonium contrahit; ergo volens occidere Petrum Clericum, & inuincibili errore occidens Ioannem similiter Clericum, nullatenus externam contrahet homicidij malitiã. Probatur Consequens: (nam Antecedens est certissimum) ideo matrimonium nõ contrahit in illo casu, quia, ratione ignorantia, qua respectu talis filia, secundogenita, laborabat, inuoluntarius illi fuit talis contractus; (vel saltem non voluntarius, casu, quo ignorantia esset concomitans, vt infra dicam) ergo etiam occisio, de facto contingens erit illi inuoluntaria, ratione ignorantia, quæ respectu talis, de facto occisi, hominis laborauit.

Probatur Consequens, nam, sicut volens contrahere cum primogenita Petri voluit implicite cum muliere contrahere; sic volens occidere Petrum, implicite voluit hominem occidere; ergo sicut implicita volitio feminae non sufficit ad reddendum voluntarium, & validum matrimonium, de facto contractum; sic implicita natura humanae, etiã cognita, volitio non sufficiet ad contrahendam obiectiua occisionis, de facto contingens, malitiam. Rursus: ergo, sicut matrimonium illud, de facto contingens, nullum est, quia inuoluntarium, posita non solum cognitione feminae, sed etiam cognitione filiae Petri, si tamen talem filiam, idest, primogenitam ignorauit; sic inuoluntaria erit occisio, de facto contingens, licet, & rationem hominis, correspondentem rationi feminae, & rationem Clericatus, respondentem rationi filiae Petri, agnouisset, impliciteque voluisset. Patet Consequens à paritate rationis: ergo & conclusio, à nobis supra posita, & probata.

7 Tum etiam, quia, si iudex reum, ad mor-

mortem damnatum, iubeat à publico suspendi officiali; officialis verò intelligens, se reum suspendere, suspendat innocentem, illi errore traditum; in casu hoc, non ignoravit suspēdens, hominem esse, quem suspendebat. Quia tamen obiectum illius non erat homo, vt sic, aut quicumque homo, sed talis, (videlicet reus per sententiam ad mortem damnatus,) ideo occisio illa illi inuoluntaria fuit.

8 Tūm etiam, quia, si quis intendens bonem, aut equum suum occidere, aliū ex ignorantia occideret, non esset illi talis occisio voluntaria, licet aliās, esse equum, aut bonem cognosceret: sic ergo, licet Clericum esse cognoscat, quia hoc tamen vt sic non intendebat, sed talem (v.g. Ioannem) & hunc ignorabat; hinc est, quòd hic & nunc fuit illi talis occisio non voluntaria saltem; proinde quæ externum sacrilegium non commisit. Et cum Ecclesia (licet vt talis cognita) non poluatur per homicidium, priuata autoritate factum, quòd non sit peccatum; sic nec reus erit sacrilegij ratione loci sacri, neque (vt dixi) supra appositas pœnas incurret.

9 Nec obstat, si dicas diuersam esse rationem in nostro casu, ab ea, quæ in adductis extat exemplis: siquidem in exemplis adductis, non adest prohibitio aliqua, ob quàm operans det operam rei illicitæ, in nostro autem casu adest præceptum naturale, prohibens homicidiū, &c. Non (inquam) obstat: tūm, quia, sicut occidens Petrum, ignorato Clericatu, non est sacrilegus, sic agnoscens Mariam, ignorato coniugio, non est adulter; & tamen in vtroque casu dat operam rei illicitæ: ergo stat optime, dare operam rei illicitæ, & non esse reum illius, quòd ignorat. Quòd contra Castrū, & Couarr. communis docet sententia. Iuxta quàm dico, quòd, vt aliquid, in se ignoratum, & in causa præuisum, ad culpam imputetur, necessarium est, quòd det operans operam rei illicitæ, aliās prohibita, ne sequatur illud: vt aduertit Doctis. Sanctius: de quo à sequenti numero.

10 Sed contra istam immediatam ex Sanctij doctrina solutionem dices: tam pollutio, quàm homicidium sunt peccata contra naturam in specie, vel etiam in indiuiduo: sed præuidens in ebrietate

(cui tanquam rei illicitæ operam dat) sequituram pollutionem, non peccat mortaliter: ergo præuidens in ebrietate (cui, vt rei illicitæ, dat operam) sequiturum homicidium, non peccabit mortaliter: sed hoc est contra omnes DD. ergo, & in primò casu mortaliter peccat.

11 Respondetur, concessa Maiori, distinguendo Minorem: Sed præuidens in ebrietate, &c. sequituram pollutionem, non peccat mortaliter; distingo: præuidens in ebrietate, vt in causa per se, futuram pollutionem, non peccat mortaliter, nego suppositum: vt in causa per accidens; concedo Minorem: ergo: nego Consequentiam. Cuius ratio est, quòd ebrietas nullo modo sit causa per se pollutionis; bene tamen homicidij. Quòd ex eo constat; quia, cum pollutio determinatam habeat causam (scilicet voluntariam spirituum vitalium commotionem) solum est prohibita propter appositionem suæ causæ. Cum verò homicidium non prohibeatur ratione causæ, sed ratione damni sequuti, vel sequuturi; hinc est, quòd, ex quocumque illud sequatur præuisum imputatur ad culpam. Non enim habet, homicidium determinatam causam, illatiam, malamque ratione sui ipsius, sed ratione damni sequuturi. Vndè quæcumque apponatur, malitiam finis participat; sicque prohibetur homicidium, vt prohibeatur etiam, nullam apponi, ex qua sequatur, causam, quæcumque sit. Quia cum non sit maior ratio de hac, quàm de illa, quæcumque positam sibi, vt causam per se, adiudicat ratione damni. Per quòd patet ad replicam.

12 Ex his apparet ratio, quare pollutio nullatenus possit procurari: scilicet, quia cum causa eius sit commotio spirituum vitalium, &c. & hæc semper cum delectatione fiat, & libidine (quòd non contingit in abscissione manus ad totius conseruationem; vt optime Fagundes cum alijs, infra referendus) semper adest periculum in illam incidendi, vel directe, vel interpretatiue: vt contra quosdam dicam tract. de opinione probabili lit. L. v. luxuria. Ex quo non placet communis illa DD. solutio; scilicet, ideo licere abscindere brachium ad conseruationem indiuidui, nullatenus verò ad ipsius conseruationem procurare pollutionem, quia (dicunt) membra corporis sunt destinata ad conseruationem

nemi indiuidui tantum, directe, & per se; semen verò primò, & per se, ad conseruationem, & propagationem speciei. Nō (inquam) placet: tūm quia, altero contingente petente debitum, non obligatur alius cum notabili detrimento (nedum cum propriæ vitæ periculo) vt rectè post Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 24. num. 2. & disp. 17. num. 16.* docet Fagundez *in Decalog. lib. 6. cap. 3. pagin. 24. à numer. 47. & cap. 9. num. 33. pag. 61.* Tūm etiam, quia magis accedit ad conseruationem speciei, & generationē fetus, non dū animatus, quam semen; & tamen potest procurari expulsio fetus, non animati ob vitam matris, vt late probat Sanchez supra, *disp. 20. num. 9.* & ipsum sequutus Fagundez supra *cap. 9. num. 33. & lib. 5. in Decalogum tom. 1.* Tūm tandem, quia sic fetus est pars ventris, sicut semen pars est ipsius indiuidui, ergo, &c. sic satis docte Fagundez supra *lib. 6. cap. 9. num. 32. & 33.*

13 Sed ad intentum rediens, adhuc dices: qui ex sua actione videt sequenturum homicidium, si sequatur, reus est homicidij: sed in casu posito videt Petrus sequenturum homicidium: ergo reus est homicidij sequuti; proindeque excommunicationis pœnam, aliasque incurrit.

14 Respondetur tamen, distinguendo Maiorem: *Qui ex sua actione videt, sequenturum homicidium, si sequatur, reus est homicidij*: distingo: reus est homicidij, quia vult illud, quod sequi præuideret, concedo Maiorem: si non velit, nego Maiorem. Et ad Minorem similiter distingo: *Sed in casu posito videt Petrus sequenturum homicidium*; distingo: quod vult, & existimat sequendum; nego Minorem: quod non vult, neque sequendum putat: nego suppositum: quia quod vult, sequi homicidium, nullatenus videt, si quidem illius ignorantia laborat: & per hoc fit satis ad replicam. Vera ergo manet posita resolutio.

15 Quod si dicas, indirecte esse voluntariam talem occisionem. Contra est: primò, quia tunc aliquis indirecte vult aliquid, quando ex aliquo, prius volito, operique mandato, illud sequitur aliquomodo præuisum, vel quod præuidere tenebatur: sed in nostro casu nō est aliquid externum, prius volitum, & executioni mandatum, ex quo sequa-

tur talis occisio, indirecte nullatenus præuisa, vel quàm præuidere teneatur, vt patet: ergo, &c.

16 Tūm etiam, quia non habet locum obligatio præuidendi damnum sequenturum in casu, quo quis damnum ipsum expresse vult. Sed in casu posito sic se habent res: ergo, &c. Tūm tandem, quia ex occisione alicuius hominis, non sequitur ex natura rei alterius occisio, neque indirecte, nisi quando ex coniunctione amborum adest præuisum periculum, vel præuidendi obligatio, ne alter occidatur. Quod etiam posito in casu locum non tenet; vt patet, ex posita iam prudenti humana diligentia in ipsa (ex parte rei, vt suppono) natura fundata: ergo, &c. per quod patet ad replicam.

17 Quàm probat etiam, tenetque expresse Fagundez *in quinque Ecclesie precepta, precepto secundo, lib. 4. cap. 4. numer. 15.* referens Suarium *tom. 5. de censuris, disp. 22. sect. 1. à num. 54.* cum cōmuni sententia, ex qua iddem sequitur dicendum.

18 Probo etiam positam resolutionem ex iure Ciuili, quod licet directè, & immediatè non respiciat bonum animæ, neque eius mores, mediatè tamen, quatenus in naturali iure fundatur, illos respicit; proindeque eius autoritas non est contemnenda. Probo igitur ex *lege Item apud Labeonem 15. §. interdum 45. ff. de iniurijs*, ibi: *Interdum iniuria seruo facta ad Dominum redundat, interdum non; nam si pro libero se gerentem, aut eum cum alterius potius, quàm meum, existimat quis, non scissurus eum, si meum scisseret, non posse eum, quasi mihi iniuriam fecerit, sic conueniri, Melascribit.* Quod item probat textus *in lege eum qui, §. at cum aliquis, ff. de iniurijs.* Ergo iddem in nostro casu dicendum erit.

19 Nec obstat textus *in lege, eum qui 18. §. si iniuria, ff. de iniurijs*; quæ sic se habet: *Si iniuria mihi fuit ab eo, cui sum ignotus, aut si quis putet, me Lucium Titum esse, cum sum Caius Seius, præualet quòd principale est, iniuriam mihi facere vele; nam certus ego sum, licet ille putet me alium esse, quàm sum; & ideo iniuriam habeo.*

20 Non (inquam) obstat; tūm, quia textus interpretatur, primò de illo, qui alicui vult iniuriam facere, non quatenus talis est, sed vt quidam est indifinitè; ad quod per accidens se habet, quod Luciam

cum Titium existimet, cum sit Caius; quia unicuique indefinite inferret iniuriam: quod probare videtur omissio illius exceptionis, contentæ in prædicta lege *Item apud Labeonem*, ibi: *non scessurus eum, si meum sciret*: quæ verba, quia in hac lege *Eū, qui*, ommittuntur; ideo dicendum existimo, rationem disparitatis esse, quàm assignavi.

21 Tum etiam addi potest, retenta data solutione, pro illius explicatione tenor verborum istius legis, *Eum, qui*, ibi: *Nam certus ego sum, licet ille potest me alium esse, quàm sum*: quæ verba indicare videntur, iniuriantem non moueri ad inferendam iniuriam, ex personæ qualitate, vel nomine; sed indefinite ex occasione ibi oblata.

22 Et hoc modo venit intelligendus textus in dicta lege *Eum, qui* 18. §. *final*, ff. *de iniurijs*, ibi: *Quod si scisset filium familiaris esse, tamen si nescisset, cuius filius esset; dicerem, inquit, patrem suo nomine iniuriarum agere posse: nec minus virum, si ille nuptam esse sciret; nam qui hæc ignorat, cuiuscumque patri, cuiuscumque marito, per filium, per uxorem vult facere iniuriam*. Ex quibus vltimus verbis apparet solutio ad eandem legem, *Eum, qui*, in §. *iniuria*, applicata, ut patet; ergo, &c. Poterit ergo præfatus, de quo in infirmi, absque dispensatione, vllavè absolutione, ad Ordines promoueri.

23 Sed dices iterum: ex dictis sequitur non peccare peccato externo adulterij illum, qui, volens adulterare cum Maria v.g. excludendo omnes alias feminas coniugatas, & ingressus domum eius, inueniensque ibi plures coniugatas, cognouit aliam sibi vltimam Mariam, omnibus ad id diligentijs prudenter adhibitis. Sequella probatur à simili, ob rationis identitatem; quæ tamen nimis dura videtur.

24 Fateor, adeo efficacem esse prædictam replicam, quod, si posita admittatur ad casum resolutio, etiam replica debeat admitti. Cumque posita resolutio, iuxta communissimam sententiam, negari non possit, consequenter, & replica admitti debet. Quapropter concedo illam ob rationis paritatem, quæ vtro bique æqualiter reperitur.

Dices tamen: ergo nec peccat peccato simplicis fornicationis; quod sane durum videtur. Respondetur primò negan-

do sequellam; quia dispar est ratio, quæ sic se habet: nam ad minus actus ille non potest à libidinis extrahi ratione; eo quod in exteriori sequis polluat, & voluntarie, contra speciale præceptum se non polluendi. Qui enim vult, rem habere cum Maria, licet aliàs excludat feminas; & habet voluntatem adulterandi contra speciale præceptum, & se polluendi contra aliud distinctum; & certè independens ab eo, quod cum hac, vel illa sit femina.

25 Dices: etiam ille, qui vult occidere Petrum Clericum, habet intentionem faciendi sacrilegium in Petro Clerico, contra speciale præceptum; & voluntatem faciendi homicidium contra distinctum etiam non occidendi præceptum.

26 Respondetur tamen, immunditiam solummodo desiderare, ut culpabilis sit, aduertentiam intellectus cum qua libet voluntate illam procurandi, & habendi, licet aliàs non ordinetur, ut medium ad fornicationem, vel adulterium; projectionem verò sagittæ, vel alterius instrumenti, non esse ideo malam, quia eum aduertentia, & voluntate fiat; sed ulterius requiritur, quod ad finem prohibitum, & volitum, tanquam medium eligatur; cum autem projectio illa sagittæ sit tantummodo volita in ordine ad occidendum Petrum Clericum, non occisum, nõ potuit habere in exteriori malitiam finis; siquidem finis intentus non fuit opere consequutus; & per hoc, non est illa projectio sagittæ exterius peccaminosa; quia non coniuncta voluntarie cum fine intento, & aliàs secundum se nõ prohibita; & cum pollutio cum aduertentia habita, & procurata, sit secundum se prohibita, quia mala; ideo externi peccati malitiam induit. Et cum aliàs sit, quantum est ex se, per accidens coniuncta cū debito sexu, per accidens amittit rationem peccati contra naturam; induitque, quod minus est, & tanquam speciem infimam, simplicis fornicationis malitiam tam ex interpretatiua voluntate se pollutentis, quàm ex facto ipso, in debito sexu per accidens contingente, & ex suppositione illius, per se constituyente, ad minus, simplicis fornicationis peccatum.

27 Ex his à fortiori sequitur non rectè dixisse *Cast.* & *Conar.* quos refert *Vazq. disp.*

disp. 101. cap. 1. num. 3. in fine; scilicet, accedente, in cum peccato ad mulierem, non suam peccare peccato in castus, si illa sit cō sanguinea, etiam ignorata: idē dicentes, quoties quis dat operam rei illicitæ. Quod si det operam rei licitæ; dicunt esse alterius speciei, ab illa, quæ esset, si scienter fieret: qualem tamen, non dicit Couar. sed Castro ait, esse peccatum omissionis debitæ diligentia.

28 Sed contra hæc omnia dices: projectio illa sagittæ, prout hic, & nunc, est libera, ergo est bona, vel mala; non bona; vt patet: ergo mala. Tunc sic: sed est projectio sagittæ coniuncta cum hominis occisione: ergo reuera homicidium perpetratur: proindeque sacrilegium: ac tandem excommunicatio, irregularitasque incurritur, Ecclesiaq; violatur. Respondetur tamen, distinguendo Antecedens: projectio illa sagittæ, prout hic, & nunc, est libera: distingo: est libera, prout ab affectu finis intenti procedit: concedo Antecedens: prout de facto cum talis Clerici occisione cōiungitur: nego Antecedens: ergo est mala: distingo similiter: est mala affectu in ratione finis intenti: concedo Consequens: ratione effectus sequenti: nego Consequens. Per quod patet ad reliqua.

29 Et si dicas: sufficit quod sit exterius libera, ad hoc, vt si effectus sequitur, sit aliàs malus, sit voluntarius. Respondetur negando Antecedens: & ratio euiciens assignatur in eo, qui dum venatur sagittam libere proicit in obiectum existimatum feram, cum sit homo; quo in casu libera, vt patet, est projectio sagittæ, & nullatenus mala, licet occisus sit homo. Quod si tandem dicas; talem hominem non fuisse præuisum, nullaque præcessisse, præuidendi hominem, obligationem: fateor. Ex hoc tamen nil contra nos: & in primis optimè stat actionem fuisse liberam, non vero effectum sequutum ad culpam imputari. Dico ergo, quod sicut ibi, quia non præuisus fuit homo, nec obligatio illum præuidendi præcessit, nullatenus imputatur effectus. Sic quia nostro in casu, non præuisus fuit, quem intentabat, nec obligatio præcessit illum præuidendi, vt suppono, nullatenus sequutum homicidium formaliter est tale, nec ad culpam exteriorem imputatur.

30 Vel secundò respondetur conce-

dendo, projectionem illam sagittæ esse malam exterius; non tamen habuisse effectum; cum ad illum, qui de facto conrigit, non ordinaretur. Ex quo sequitur, non debere quem illam confiteri; vt probabiliter plures dicunt. Constatque ex eo, quod, si quis venenum alicui tribueret, & nullum danum illi inferret (& si per accidens) solum teneretur fateri, se voluisse illum occidere. Quia, quando actio, de se aliàs non mala, vt medium assumitur de facto, & cum fine non coniungitur, non cadit sub obligatione confitendi. Quia solum tenetur quis confiteri peccatum, vel eius consumationem: atqui peccatum satisfatur dicendo, se voluisse occidere; quam voluntatem nō consumauit: ergo, si à consumatione excusatur, vt patet in nostra sententia; satisfacit, dicendo solum, se occidere voluisse. Sic similiter si occidere volens Petrum, illum tantum percussit, & non læthaliter, fateri tenetur, & voluntatem occidendi, & percussione de facto factam; quæ, licet mala fuerit exterius malitia homicidij, quia tamen per accidens non fuit sequutum; non tenetur fateri se per illam percussione intentasse Petrum occidere. Sic ergo similiter in nostro casu

31 Sed dices: sequitur peccantem in hoc casu non contrahere affinitatem vsque ad secundum gradum, cum consanguineis illius, quam pro Maria cognouit; quod videtur absurdum. Sequella probatur; nam reuera noluit, quam de facto cognouit, cognoscere; ergo actus respectu illius fuit inuoluntarius; proindeque à talis impedimenti incurssione liber. Respondetur tamen, impedimentum affinitatis oriri ex natura rei ex ipso concubitu.

32 Sed dices: ergo licet hanc affinitatem contrahat, non tamen sub ratione impedimenti matrimonium dirimentis; probatur Consequens; nam hoc impedimentum, prout ad illicitam copulam comparatum, de iure est tantummodo humano, expresse postulante illicitam copulam; atqui nequit esse illicita, quæ voluntaria non fuit; non fuit autem voluntaria, prout in illa scemina exercita; non debet ergo impedimenti dirimentis poena, vel quasi poena puniri.

33 Respondetur, verum esse, impedimentum hoc extensum esse ab Ecclesia vsque ad secundum tantummodo

gradum per illicitam copulã: quando ergo dicit illa non fuit voluntaria: distingo: formaliter, & explicitè, concedo: contingentè, & implicitè, nego: quòd sufficit, vt impedimentum contrahat; aliàs fortiretur commodum ratione delicti, contra regulam iuris in 6.

34 Sed aduersus hæc omnia dices: ergo idem dicendum est in casu, quo Franciscus occisus, existimatus Petrus, esset aliàs inimicus; & licet hunc conditionalem actum tuæ haberet occisor: te etiã occidere, si ibi te esse agnoscerem.

35 Mihi videtur idem dicendum esse ob, supra positam, rationem; nam externa actio nequit ad culpam imputari, nisi in virtute actus interioris; sed de facto nullus est interior actus, ex quo externa illa actio ortum habeat; ergo, &c. Probatum Minor; & in primis nõ est actus formalis, vt suppono; sed neque est interpretatiuus, neque implicitus; nã illa conditionalis voluntas non tendit ad extra, nisi supposita cognitione; quæ, quia hic, & nunc, posita sufficienti diligentia, non concurrit, non concurrit etiã voluntarium in externa actione; & ob hæc etiã rationem non datur interpretatiua voluntas, quæ etiã a cognitione, quæ hic non supponitur, necessario dependet.

36 Sed dices: probabilis est multorum sententia, apud Suarium *tom. 5. de censuris, disp. 44. sect. 3. de consentiente in homicidium, fol. 721. col. 1. num. 32.* asserentium, per ratihabitionem homicidij, facti ab alio, nomine meo, incurri irregularitatem; sed in nostro casu intendens Petrum inimicum occidere, & de facto occidens Franciscum, aliàs inimicum, & quem etiã occideret, si cognosceret, Petrum tamen reputatum, complacet, immò ratam habet Francisci occisionem: ergo irregularitatem incurrit: non ergo dicendum est, ab homicidij externa malitia excusari.

Respondetur tamen primò, in exemplo adducto oppositam sententiam esse probabiliorem inter Theologos; quam tenent Suarez *num. 24.* cum Glossa *cap. Si quis viduam dist. 50. & cap. Si quis viuente 31. q. 1.* Couarr. Villadiego, Tabiena, Armilla, Angelus, Hostienses, Archidiaconus, & alij.

Secundò responderetur, disparem esse rationem: nam ibi est quæstio de ratificante homicidium Petri, v. g. nomine

meo factum ab alio; quòd hic non contingit; & cum alias non sit a me factum, nequit a me ratum haberi.

37 Sed contra primam solutionem dices: si ratificem occisionem Clerici, ab alio factam nomine meo, excommunicationem; iuxta omnium sententiam, incurro; non ergo est recurtus ad alicuius sententiæ probabilitatem.

Respondetur tamen, sub distinctione, scilicet, me non incurrere talem excommunicationem, ex eo, quòd ratihabitiõ prædictã mandato comparatur, quasi metaphisicè, seu ex natura rei; licet incurram talem excommunicationem ex expressio iuris decreto, sine quo pœnæ nullatenus sunt multiplicandæ, vel augendæ; vt rectè cum alijs Suarez, & communiter Theologi in materia de censuris. Ad easum autem ratiificationis de occisione Clerici, ab alio nomine meo facta, expressum est ius, a Bonifacio descendens in 6. *decretalium lib. 5. cap. cum quis 23.* vbi ita habetur: *Cum quis absque tuo mandato manus iniecit in Clericum tuo nomine violentas, si hoc ratum habueris, excommunicationem, latam à Canone, incontinentè incurris: cum ratihabitiõ retrahatur, & mandato debeat comparari: si vero iniecit eadem tuo nomine non sit facta: tunc, licet peccet ratam habendo eandem, non tamen propter hoc excommunicationis vinculo innodaris; cum quis ratum habere nequeat, quòd eius nomine non est gestum.* Hactenus Bonifacius-Papa. Quæ nostro in casu non habent locum, vt patet.

38 In illo itaque casu voluit Ecclesia talem ratiificationem (externam intellige, & respectu alterius, tuo nomine occidentis) excommunicationis pœna punire; quòd idem similiter facit Ecclesia in *cap. Felicis 5.* vt habetur *lib. 5. Sexti decretalium;* vbi pœnæ, latæ contra percussores Cardinalium, expresse extenduntur, per illa verba: *vel factum ratum habuerit.* De quo Suarius vbi supra.

39 Ex quibus infero, in prædictis casibus, in contrariũ adductis, solam excommunicationem incurri; & non irregularitatem, &c. quia sola illa in citatis iuribus exprimitur: & pœnæ non sint addendæ præter expressas. Vide Suarium *num. 25.* Stat ergo, Petrum, de quo in informi, nullam incurrisse excommunicationem, nec ir-

regularitatem, nec Ecclesiam violasse in foro conscientiae, proindeque posse ad Ordines promoveri. Salua semper communi pace DD.

PROPONITUR VLTIMUS CASUS.

QUIDAM incidit in omnia peccata contra naturam, iudicansque probabilem esse sententiam Accutissimi, Doctissimi Domini Caietani, affirmantis, talia peccata specie non differre, & aliunde circumstantias, etiam notabiliter aggravantes, non esse de necessitate confitendas, accusabat se in confessione aliquoties sic: *Accuso me de quatuor, vel quinque voluntariis pollutionibus*; aliquoties autem ita dicens: *Accuso me de quinque, vel sex peccatis contra naturam*. Post aliquod temporis spatium conscientia sua scrupulis agitata, quaesivit à me, an praedictis modis confitendi posset esse securus? Respondi illi tunc negatiue. Qui (& si assensum prae-buit solutioni meae) postulauit enixe, ut, perpenis vtraque ex parte rationibus, extrinsecus eatum resolverem. Sic promisi, sic feci; & tunc rursus efficio. Ad hoc tamen quaestionem, à pluribus agitam Doctoribus, hic apponere, fax sit mihi; postquam apparebit & casus praesentis resolutio. Sit igitur.

QVAESTIO VNICA.

An peccata contra naturam eiusdem sit speciei?

IN hac re negare non audeo, probabilem esse sententiam Emmin. Caietani. (Et non loquor de circumstantiis coniugij, incæstus, nec de periculo, superstitionis in coitu cum dæmone; nã huiusmodi circumstantiæ, sicut & circumstantia vori Castitatis, & aliæ necessario (vt patet) confitendæ sunt.) Ad rem igitur sic tenet Canus ex Cai. 2. 2. q. 154. ar. 11. apud Vazq. quod probabile aicit Fillic. tom. 2. tract. 30. c. 8. pag. 399. nu. 131. vbi hanc probat sententiã, pro eaque refert Armillam verb. *Luxuria* nu. 5. & ibi, Tabienam n. 6. Atensem lib. 2. tit. 40. & alios. Probabile etiam illam aicit Diana

2. p. tract. 4. de Sacram. resol. 1. 9. in fine, referens Fillicium supra in c. 7. & alios tractatis nominibus. Rursus Fagundez tom. 1. in Decalog lib. 6. c. 9. videtur concedere, quod huiusmodi peccata, ita sint circumstantiæ aggravantes, quod tamen sint necessario explicandæ.

2. Probaturque: nam peccatum contra naturam, per se, & ex se, illud tantum est, quod ita in ipsius naturæ detrimentum cedit, quod propagationem eius (ablata delectatione) impedit; ergo, quod hoc fiat cum bestia peccatum, cum homine, cum foemina, vel cum dæmone (ablata superstitionis circumstantiã, specie distincta) differentia est accidentalitantummodo. Rursus: ergo, quod sicut quis, se polluens, in sola pollutione, & se solo in ea delectatur, sicut & in praedictis, non addit, nec minuit aliud, specie diuersum peccatum; ac per consequens omnia hæc eiusdem sunt speciei. Sic se habet hæc singularis sententia, contra communem de qua postea.

3. Quia tamen explicatum ab AA. non video quomodo hæc contra naturam peccata, confitenda sint in hac (& si probabili) singulari sententia: Aduersus eam sic, claritatis gratia, & explanationis, argumtor: ergo satisfaciet quis dicendo: se habuisse pollutionem voluntariam, quæ est peccatum, contra naturam, licet alias peccasset peccato sodomia, vel bestialitatis.

CASVS RESOLVTIO.

4. **S**EO respondeo, negando sequellã; quia, meo videri, expresse pugnat cum Tridentini decreto, decernente, non solum actus internos; sed etiam externos, seu consummarios, esse necessario fatendos. Respondeo igitur, negando sequellam. Et ratio est: nam, licet specienõ distinguantur pollutio voluntaria, & sodomia, &c. se tamen habent, sicut mediũ ad finẽ, & sicut finis executio, vel peccati consummatio. Cumque executio peccati (& si eiusdem speciei cum intentione) debeat, iuxta fidem, in confessione fateri; hinc prouenit, non satis esse pro omnibus his dicere, se voluntarie fuisse pollutũ.

5. Quod sic explico: nam quando pollutio sola voluntarie habetur, tunc in ipsa, tanquã in fine, vel essentialiter cum fine cõiuncta, scilicet delectatione, & libidinis, sistit delectatio ipsa, exterius cõsumata.

ra. Quando verò assumitur pollutio ad delectandum sequem in actu sodomitico, bestiali, &c. tunc pollutio ipsa assumitur vt medium, ordinatum ad captandam delectationem ex coniuncto socio, tanquã finem exequentum, proindeque ad consummationem actus pertinentem, vt patet. Ob quòd dico, non sufficere, si dicat quis, se fuisse polum.

6 Siverò inquiras: quomodo fateri debeant huiusmodi peccata, iam dico; sufficere, si dicat: peccavi contra naturam cù socio, vel sine illo: nam in *ly sine socio*. saluatur pollutio cù consummatione actus seu delectationis. Et in *ly cum socio*: salatur, & omnis alia consummatio, in qua assumitur pollutio tanquam medium, ordinatum ad captandam delectationem, & libidinem, etiam ex cõiunctione socij (qualiscumque sit) pertinentis tunc, veluti finis, ad talis actus consummationem.

7 Et si dicas; ergo tenebitur socij qualitatem declarare; hoc est, an fuerit homo, foemina, (& excipio rationem consanguinitatis, Affinitatis, voti, coniugij, &c. vt supra) bestia, vel dæmon (excepta etiam circumstantia superstitionis, vel irreligiositatis.) Respondetur negando Cõsequens: nam qualitas socij, nisi noua superaddatur specie distincta circumstãtia; nihil facit ad rem. Quòd à simili sic probò ex probabili sententia, infra referèda, asserente, frangentem præceptum ieiunij comedendo carnes, satisfacere, si dicat, se fregisse ieiunium; ex eo, quòd obligatio ieiunij, sic petat à carnibus abstinere, sicut vnicam petit commestione, à carnibus abstinendo; ergo sicut frangitur duplici commestione, sic & vnica carnis manducatione.

8 Fateor tamen, quòd, si iterum discontinuare carnes comedat, iterum peccet, si aliàs dies ille erat prohibitus in ordine ad carnibus vescendum Ecclesiæ præcepto; tunc enim, cum præceptum sit negatiuum, obligansque pro semper, peccabit toties, quoties illis vescatur. Quòd iddem dicendum de voto non cõmedendi carnes.

9 Dixi: Si dies ieiunij esset ex præcepto Ecclesiæ: nam si esset votum ieiunandi in die, aliàs ab Ecclesiæ in ordine ad carnes non prohibito; tunc in prima carnis commestione ita fregit ieiunium, vt rursus eo die, illas comedendo, non amplius peccet, iuxta probabilem, de qua iam supra,

sententiam. Sicut, posita duplici commestione cibi, die ieiunij non prohibiti, ita frangit ieiunium, iuxta fere omnium sententiam, vt, si rursus eisdem cibus vescatur, amplius non peccet, eo quòd sit præceptum affirmatiuum, obligans semper, non tamen pro semper. Vel si sit negatiuum, supponat tamen collectiue, & non distributiue; vt suo loco, iam dixi. Ergo, ad intentum; sicut, in citata sententia, qualitas cibi non est necessario explicanda, sic nec qualitas socij nostro in casu erit necessario fatenda.

10 Quòd si iterum arguas sic, ex citata sententia: obligatio ieiunij sic prohibet duplicem commestione, sicut & vnam carnis, &, hoc non obstante, quia fractio talis obligationis æque in vna carnis commestione, ac in duplici cibi, non prohibiti, saluatur, sufficit dicere, se fregisse ieiunium; ergo, si fractio obligationis non committendi peccatum contra naturam, æque tam in voluntaria pollutione, se solo habita, ac in habita cum socio saluatur, satisfaciet etiam dicendo, se contra naturam exterius deliquisse.

11 Respondetur tamen, negando Cõsequens; ex eo, quòd in adducto similiter vnica carnis commestio, quam duplex cibi, non prohibiti, æqualiter explicent, & adæquate, consummatum peccatum contra præceptum ieiunij. Nam hæc non sunt media ad consummationem, sed consummatio ipsa peccati fractionis ieiunij, & aliàs de se non sunt intrinsece mala, sed mala, quia prohibita; cum verò pollutio voluntaria, & intrinsece mala, extra Sacramentum, sit medium ad actus consummationem, quando cum socio habetur, inde fit, quòd in adducto simili satis sit dicere: *fregi ieiunium*, in nostro verò casu dicere non sufficiat: *pollutus fui voluntariè*: sed addendum est: *cum socio*: vel, *sine socio*: vt actus consummatio explicetur, iuxta dicta.

12 Dices tandem: consummatio peccati contra naturam, vel diuiditur in *ly cum socio*, & *sine illo*, tanquam genus in species, vel tanquã subiectum in accidentia; non primum, quia non differunt specie; ergo secundum. Tunc sic: sed differentiæ accidentales non sunt de necessitate confitendæ, vt patet; ergo, &c. Respondetur tamẽ, vtramq; diuisionem reperiri in nostro casu. Quòd sic explico: nã con-

summatio peccati contra naturam, secundum rationē specificam malitiæ, diuiditur accidentaliter in consummationē cū socio, & sine illo; estque talis diuisio, diuisio subiecti in accidentia; hoc est, in accidentales malitias contra naturā; sicque nulla est necessitas illas explicandi, vt replica concludit. Rursus tamen consummatio peccati contra naturam diuiditur tanquam genus consummationis, in species consummationis talis, & talis, id est cum socio, & sine illo; quæ consummationes, & si in ratione vnius specificæ malitiæ essentialiter conueniant, & solū accidentaliter distinguantur, in ratione tamen cōsummationis essentialiter distinguuntur, vt patet; nā vnaquæq; plura habet indiuidua, determinatā, & cōpletam speciem consummationis constituentia.

14 Cum autem consummatio peccati, non præcipiatur fateri, iuxta Tridentinam, ratione distinctæ in specie malitiæ, ab actu intentionis, (quā non habet) sed ratione cōsummationis; hinc prouenit, quod vbi diuersa est consummatio formaliter, vt diuersa, sit explicanda; est autē diuersa formaliter negatiuē, quando pro nefario cōcubitu ponitur sola pollutio, quæ tunc negat concubitū, proindeque eius consummationem, vt, patet; vel quando pro cōcubitu negando, dicitur solū peccatū contra naturam, quod, quia indifferens est ad duplicem consummationem, licet, ad minus, implicite dicat pollutionem se solū, non tamē explicat pollutionē cū socio; ac proinde in hoc mentitur.

15 Immo, & in illo, quod, ad minus, implicite dicit; scilicet *pollutus fui, vel peccauit exterius contra naturam*, etiam mentitur contra Tridentinum, si aliās fuit cū socio; nam, cum tunc pollutio se habeat, vt medium ad consummationem, iuxta dicta; certē in veritate deficit, apponendo pollutionem tanquam finem, cum sit medium; quæ, vt mediū, plusquā specie distinguitur, à fine cōsequuto, proindeq; à cōsummatione; per quod patet ad replicā. Sed de hoc, tract. sequenti cōcl. 6. à n. 30.

Proponuntur, quæ ex prædicta sententia sequi videntur, illationes.

16 EX dictis pro hac sententia videtur inferri primò, actum sodomiticum cum Cognata, Consanguinea,

vel Affine habitū vltra secundū gradum, non addere circumstantiam incæstus, necessario explicandam; sic Lublino. *rom. 2. verb. Sodomia, nu. 5.* & Azor, male citatus à Diana tract. 4. de Sacram. 2. p. resol. 101. & bene à Doctif. Card. Lugo disp. 16. sect. 6. pag. 365. nu. 344. Et ratio est. Nam lege naturæ non prohibetur inter tales coniugium. Et quamvis ius positiuū illud prohibeat; at loquitur de solis ordinarijs cōgressibus. Sic etiam in parte Bonac. vbi supra; vbi hoc idem expresse affirmat de Cognatis, & Affinibus vltra secundum gradum in linea tantum transversali.

17 Immo, si ratio, supra posita, vera est (vt cerē probabiliter verū tenet) videtur secūdo inferri, idem esse dicendū de actu sodomitico, habito cū Cognato, tam in linea recta, quā transversali, & cū Affine, extra primum gradum. Nam probabilior est sententia, affirmans, solum in primò gradu contanguitatis, tã in linea recta, quàm transversali, esse prohibitum matrimonium iure naturæ; vt re dicit Sanch. lib. 7. de matr. disp. 31. n. 19. & disp. 52. nu. 12. Immo, etiam actum sodomiticū, habitum cum quacumque Affine, etiam in primò gradu, non addere circumstantiam incæstus, dicendum videtur: eo quod Affinitas in nullo gradu, etiam lineæ rectæ, irritet matrimonium iure naturæ; vt ait Sanch. supra disp. 66. nu. 7. Sic, indifferenter loquens, sentire videtur Emin. Cardin. Lugo, de Cognatione, & Affinitate extra primum gradum, dum hoc implicite probabile dicit, num. 350.

18 Sed neutrum ex his illatum admitto, nec probabile iudico. Nam sicut ius naturale prohibens, cum Contangueis in gradu aliquo commisceri, respicit reuerentiam, proprio debitam sanguini, sic & ius humanum eandem intentat reuerentiam, contrariamque irreuerentiam vetat: atqui irreuerenter acceditur ad proprium sanguinē, quomodolibet propriū; quocūq; ex prædictis modis accedatur: ergo incæstuose semper acceditur, si semel proprius supponatur sanguis. Quod ex infra scriptis dicendis magis cōstabit.

19 Nec me latet, quod ait Sanch. *verb. Luxuria, numer. 5.* his verbis: *Sodomia est, cum dno eiusdem sexus commiscetur, etiam foemina cum foemina; vel cum foemina vir præpostere. Quidam verò putant, variari specie, si fiat cum Cognato, aut Affine, aut habente votum castitatis,* aut

aut cum coniugato, aut cum virgine, aut vir cum femina; quæ duo extrema non facile admiserim. Hæc Sâ: quæ, prout dictis aduersantur, non admitto.

20 Sicut nec, quòd ait Chapeauille de casibus reservatis, tit. de incestu, cap. 14. pag. 384. per hæc verba: *Vnde sequitur; neque per nefariam seminationem contra naturam committi propriè incestum. Et sol. sequenti in principio*, sic habet: *incestus, propriè sumptus, est species luxuria, ab alijs distincta.* Hæc Chapeauille: ex quibus sequi videtur, sodomiticum concubitum cum quacumque Consanguinea, vel Affine, non esse propriè incestum, neque specie distinctum à peccato contra naturam; licet ipse peccata contra naturam specie distinguat cap. 15. pag. 396. iuxta D. Thomam cum communi sententia.

21 Dices: ergo neque concubitus sodomiticus, habitus cū coniugata, induet adulterij, seu iniustitiæ rationem. Probat Consequens: nam aliquorum Neotericorum, tempore Sâctij, sententia tenet, tactus cum coniugata, nullumque luxuriosam cōiugis actum, in quo non sit seminis effusio, non esse circumstantiã, necessario confitendam; nec consequenter in speciẽ transire adulterij; sic refert Sanchez lib. 9. de debito coniugali, disp. 46. nn. 18. Ergo in hac sententia videtur dicendum, neque concubitum sodomiticum soluti cum coniugata, aliàs non seminante, adulterij circumstantiam includere: neque si vir coniugatus, se non pollens, patiatur contra naturam accessum soluti. Probant illi sententiam suam ex eo, quòd cōiuges ratione matrimonij minime obligentur nisi ad seminis redditiõẽ

22 Respondetur tamen, negando totũ; nam sententiam præfatam falsam iudico cum communi sententia, apud Sanch. supra, & lib. 10. de diuortio, disp. 4. toto nu. 3. vbi rectè probat, violari fidem inter coniuges per diuisionem carnis in aliam, vel in allam; cõtra illud Genes. 2. *Et erunt duo in carne vna*; & consequenter ait contra alios, quos ibi lib. 10. supra num. 2. refert, quemcumque concubitum cum coniugata, &c. sufficere ad diuortium.

23 Ego verò, quòd illa sententia falsa sit, sic, meo videri euidenter, probò; à de structione oppositi fundamenti. Nã licet maritus (attende quæso prudens Lector) nõ habeat ius ad vxoris corpus indebito modo, habet tamẽ ius ad totũ corpus simpliciter loquendo. Quòd à simili probò;

etenim nemo ius (de iure inquam, & licitè) habet ad res suas prodigaliter consumendas; sed debito modo, & prudenter; & tamen quocumque modo illis, absque Domini voluntate, quis vtatur, iniustus est vsus, maxime si sit in aliquo, quo rationabiliter Dominus sit inuitus; (quòd idem de honore, & fama dicendũ est) ergo iniustus erit vsus corporis vxoratis, licet eo modo habitus, quo maritus nequit etiam illo vti; cū magnopere sit rationabiliter inuitus; vt patet. Ergo sustineri nequit sententia illa; ac profunde nequit quòd ex illa inferabatur. Ac tandem peccans contra naturam cū coniugata tenebitur (sicut & peccans sodomitice cum persona, Deo dicata per votum, ob eandẽ in substantia rationem) circumstantiam coniugij, sicut & sacrilegij, declarare, etiam in hac singulari Caietani sententia, quàm improbare non audeo.

24 Fateor tamen, sodomiticum concubitum cum quacumque ex prædictis, nõ esse sufficientem ad impediendum matrimonium. Nam ad hoc requiritur seminatio in vase debito. Immo, neque pœnas, incestuosas impositas à iure, incurret; vt rectè Filliuc. tom. 2. tract. 30. c. 5. q. 10. n. 106. &, ipsũ sequutus, Lubino 2. p. verb. *Incestus, nu. 11.* Quòd idem, quoad tales pœnas, probabiliter videtur dicendam de tali concubitu cum coniugata, in ordine ad diuortium; de quo Sanch. supra; qui cum communi oppositum tenet, & quam ego verissimam existimo.

25 Aduerte tamen, teneri quem in talibus concubitibus explicare, an fuerit patiens, vel agens; nisi in vtroque euentu se polluat. Nam, si se polluit, non sat est dicere: *Sodomitice peccavi*; cum possit esse patiens, qui se nõ polluat, & agens, polluens se: vt rectè Emin. Lugo supra sect. 5. §. 1. n. 243. pag. 348. vbi refert Fornariũ, & alios ex Diana p. 5. asserentes, non esse necessariũ dicere, se esse patientem, vel agẽtem; quòd etiã tenuit Alphonsus de Leone, probabiliter rellatus à Dian. 2. p. tract. 4. de sacram. resol. 159. teste citato Eminenti. Lugo, quem sequor.

*Proponitur communis sententia,
Et, quæ in illa sunt digna notari,
declarantur, iuxta varia Doctorum placita.*

26 **H**Is ergo de singulari (& si probabili) hac sententia positus; fateor
Pp 3 lon.

lōge probabiliorē esse contrariam, & cōmuniem; quæ apud omnes fere AA. videri potest. In ea tamen stando, aduertendum est; quod si concubitus fiat cum dæmone; inquirendum est, an in forma bruti, hominis, vel fœminæ. Ex quo dici solet; *incubo cū dæmone, vel succubo cū dæmone*. Si ergo fiat cum illo in forma bruti, vel fœminæ, ultra bestialitatis circumstantiam, habet superstitionis malitiam, quatenus includit societatem cum dæmone; quæ circumstantia est, in omnium sententia, explicanda; & si Trullench *lib. 6. Decalogi cap. 1. dub. 8. §. 3.* tenere videatur, nullam aliam, ultra bestialitatē, dari circumstantiam; vt refert N. Leander *1. p. de Sacramentis, pag. 275. q. 30.*

27 Si vero sit cum illo in forma hominis, & peccans sit fœmina, ultra prædictas circumstantias, habet speciem aliquam fornicationis, quatenus recipitur humanum semen; quod tunc, ab aliquo homine acceptum, dæmon ministrare solet. Habet (inquam) fornicationis speciem aliquam; quatenus ex tali semine fetus generari potest; vt bene Cai. *2. 2. q. 15. art. 11. quem sequitur Sā verb. Luxuria, num. 6.* Tenet etiam Chapeauille *cap. 15. versic. ad hanc speciem;* & sequitur Bonac. ergo explicandum est; an peccatum contra naturam sit molities, seu voluntaria feminis effusio; an sit sodomia; an sit cum bestia, an verò cum homine.

28 Rursus, explicari debet, an sint hæc peccata cum homine; vel fœmina, cum coniugata, vel sponsa de futuro iuxta probabilem sententiam, cum Religiosa, vel Deo dicata; cum Cognata, vel Affine; aut, iuxta probabilem sententiam, cum filii confessionis. Nota tamē, quod quoad explicandum hominem, vel fœminam, contrarium tenuit Cælestinus, vt refert Diana *5. p. tract. 4. Miscellan. resol. 56. quæro primò.* Quod non placet.

29 Nota deinde, iuxta communem hanc sententiam, non esse explicandum; an sodomia habita fuerit cum Cognata, cognatione legali, aut spiritali; quia nulla extat specialis lex, hos congressus sodomiticos specialiter prohibens, præter naturalem legem, aut etiam positiuam, generaliter prohibentem nefarium peccatum. Ita Azor *3. p. lib. 3. cap. 8. 18. q. 4. & cap. 20. ad finem;* Bonac. citatus, & alij;

30 Rursus nota cum Sanctio *lib. 9. disp. 17. num. 4.* Bonacin. & alijs, contra Nauarrum, & alios; coniugem, incipientem actum præpostere cum vxore sua, peccare mortaliter, licet illum perficiat, in vase naturali seminando. Rationes vide apud citatos AA.

31 Deinde aduerte, non esse propriè sodomiam, congressum viri cum femina. Cuius ratio est; quia tunc, licet vas debitum non seruetur, seruetur tamen debitus sexus. In sodomia autem propria peccatur, & contra sexum, & contra debitum instrumentū; vt contra Menoch. alios referentem, tenent Cai. Azor. Bonac. & alij.

32 Ex quo obiter videtur inferri, reservationem sodomix (vt pote odiosam) restringendam esse ad solam propriam, illam scilicet, qua & contra sexum, & contra debitum delinquitur instrumentum; proindeque non comprehēdi in tali generaliter lata, reservatione illam, quæ a virò cum femina (muliere scilicet) haberetur. Idemque, quoad alias pœnas, discendum videri. Sed hoc nullatenus admitto.

33 Si verò, & contra instrumentum, & contra debitum sexum fieri contingat, aduerte tunc debere esse consummatum tale crimen, vt pœnis subiectum sit. Ex quo infero, pœnam depositionis, impositam ab Ecclesia contra Clericos, hoc antonomaslice scelus nefandum committentes, iuxta *cap. Clerici, de excessibus Prelatorum;* (& omitto pœnam ignis, qua sodomitici puniuntur *lib. 9. c. Theodosiani, tit. 7.*) & priuationem ab omni priuilegio Clericali, ab omni Beneficio, & Ecclesiastica dignitate, à Pio V. impositam, in *Extravagante*, apud Nauarrum *cap. 27. num. 249.* non comprehendere illos, nisi peccatum sit consummatum; vt bene, post Nauarrum supra, & alios, aduertunt Bonac. & antea Suarez *de censuris, disp. 31. sect. 4. num. 21.* Cuius ratio est: nam lex, puniens delictū, illius consummationem requirit, nisi oppositum explicet. Quod, quia hoc loco non facit, & aliundè lex est pœnalis. restringenda est.

34 Posita tamen delicti consummatione sodomitici, aduerte, quod, vt Clericus prædictas pœnas incurrat, non sufficiat bis, aut ter ipsum in tale labi peccatum. Nam prædictæ leges sancitæ sunt contra Clericos, sodomiam exercentes;

in iure autem illi dicuntur exercentes, qui aliquid frequenti usu, & quasi ex consuetudine faciunt; vt, præter citatos AA. aduertit etiam Azor supra cap. 19. Cumque standum sit verbis legis secundum interpretationem iuris, etiam si Legislator extra legem dicat, se aliter intellexisse; vt post, & ante alios ait Doctissim. Sa, verb. lex num. mihi 25. sic prædictæ leges veniunt interpretandæ. Sed hoc etiam non admitto.

35 Posita ergo etiam talis delicti consuetudine, usuque frequenti, adhuc non tenetur Clericus ad has pœnas ante iudicis sententiam, secundum Bonacinam, vbi supra. Immo Henriq. apud Auilam 2. p. de censuris, disp. 4. conclus. 2. asserit, hanc Bullam non esse vtu receptam in foro conscientiæ. Et licet Suarius, Azor, & alij dicant, Clericum sodomitam occultum esse irregularem; oppositum tamen probabilius iudico, vt cum Navarro, & Rodrig. tenet citatus Bonacin. quem, in prædictis, noniter sequitur Hieronym. Rodriguez in Compendio qq. Reg. resol. 48. num. 21. Retuli supra num. 32. Ioiam propriam sodomiam, masculi scilicet, cum masculo, esse reservatam; nam licet idem aliqui, apud Gambarruptam de casibus reservatis, de masculo cum femina affirmant; alij tamen negant.

36 Sed dato, quod, secundum omnes DD. vterque sodomiticus concubitus sit reservatus. Dicit aliquis sic: ergo reservatum non erit peccatum bestialitatis; quidquid

dicant Rodrig. 2. p. c. 220. & Quaranta, verb. Sodomia. Ratio esse potest; nam bestialitas non est proprie sodomia; quæ, licet requirat diuersitatem sexus, & instrumenti, postulare tamen videtur identitatem naturæ; scilicet humanæ. Deinde, quia lex pœnalis restringenda potius est, quam amplianda, præsertim extra verborum proprietatem.

37 Sed hoc nullatenus admittendum; quod & probat usus, & ratio dicitur. Nam, si sodomitici concubitus reservatio tenet, & ex reservantis intentione, & ex reservationis ipsius tenore verborum, ad separandum homines ab alieno, extraneoque naturæ congressu, contra propagationem naturæ militante, quis non videt, magis extraneum esse bestialitatis congressum, eo quod diuersissima ad illum assumatur natura? Ergo, sicut, prohibitis lacticiis in die Veneris, prohibita manet caro, eo quod diei Veneris magis opponatur; sic prohibito, reservatoque, sodomitico congressu, inter personas eiusdem naturæ, quæ minus inter se distant, reservatus etiam erit talis peccaminosus congressus, habitus cum bestia, quàm, quoad propagationem naturæ, magis abhorret humana. Ergo, & c. Et hæc, (vt huic tracta-

tui finem imponamus) circa propositum casum obiter dicta, sufficientiant.

*



TRACTATUS

ULTIMVS DE MONITORIIS,

SEV DE OBLIGATIONE

DENVTIANDI;

PRAESENS tractatus, sicut & difficilis, ita omnibus valdè est necessarius; Deo tamen auxiliâte, illum comprehensione, & breuitate, quæ omnibus congruant (scilicet, quæ imperitis, vt sciant, satis erunt, & Doctis, vt experiantur, fastidium non generent, nec afferant tædium) aliquibus persoluiam conclusionibus; quâsdam, claritatis gratia, tam in specie, quàm genere, vt Canonitarum vtar stylo, vel (si Theologorum) in specie, & indiuiduo, illationes, quæ ad contrahendum principia communia, tam euidentia, quàm probabilia, in omni materia parabunt viam, facturus. Sit igitur:

QVÆSTIO VNICA.

Qui nam denunciare teneantur?

I SUPPONO, monitorium verba præceptiua continere. Item, sufficienter esse promulgatum, & acceptatum; si sit perpetuum: iuxta illud: *leges statuuntur, cum promulgantur; firmanur autem, cum moribus ventium recipiuntur.* Vnde omitto sententiam Sâ, *verb. Lex, num. mihi 18.* vbi ait habet: *Nulla fere lex, præcipiens denunciare delinquentes, est recepta, nisi in casu heresis;* ita Sâ; quem pro nunc omitto; eo quod illam sic absolute prolatam, nullatenus admitto. Deinde abstraho pro nunc de iudicis intentione obligandi sub veniali, quando materia est grauis; aut sub mortali, quando leuis. Quibus omisis.

Quod præsens quæstio inquit, est; quas nam condiciones habere debeat Monitorium, vt ad denunciandum obliget? Circa quàm.

PROPONITVR PRIMA conclusio, & certa.

2 OMNES illi, qui sub iurisdictione Iudicis, Monitorium, edictum, vel legem ferentis, non sunt, à denunciandi obligatione sunt exempti. Ratio est: quia actus coactiuæ iurisdictionis nequit in non subditum exerceri. Vt tamè posita conclusio, eiusque ratio, dilinctius, clarisque appareant; illa ad particulares materias contrahere congruum erit. Quod & supra feci *tract. de matrim. casu ultimo.* Per sequentes igitur, in diuersis materijs, illationes, iuxta varias DD. sententias, & conclusionem, & rationem eius exemplifico sic. Igitur.

PROPONITVR PRIMA illatio.

3 INFERT primò Genuensis *in præx. Neapolit. cap. 1. num. 18. & cap. 2. num. 7.* Ciuem Mediolanensem, qui, nondum elapso termino, in Monitorio concesso, se transfert ad aliam Diocesim, intentione ibi manendi maiori anni parte, vel ibi perpetuo habitandi, non incurrere excommunicationem, Mediolani latam contra non reuelantes. Et ratio est; quia huiusmodi transitu à iurisdictione Iudicis, talem censuram ferentis, intra tempus aptum exemptus fuit.

4 Quod probatur à simili: nam obligatus audire Sacrum, vel ieiunare in hoc loco v.g. si intra tempus, quo obligationem potest, & tenetur implere, se in aliū transferat locum, vbi talis non viget obligatio, excusatur ergo. Deinde Sacerdos Græcus, ad alia se transferens regna per maiorem anni partem, etiam absque ani-

animo permanendi, potest in alio, si velit, consecrare, & Sacerdos Latinus est contra; ut, alijs relictis, docet Sanchez de *matrimon. lib. 3. disp. 18. num. 20.* atqui hæc probabilia sunt ex eo, quod, qui alijs ratione legis, voti, aut statuti localis erant affecti, & subditi, per transitum ad alia loca, vel regna subiectionem effugerunt: ergo probabile etiam erit, quod Genuensis ubi supra docet de Mediolanensi Ciuitate, ad aliam se transferente Diocesim intra terminum, ad denuntiandum sub obligatione concessum, quoad effectum excusandi se à tali onere.

5 Probo sic: parificando prædicta similia cum Genuensis illatione: nam, sicut ratione voti, vel statuti, &c. tenetur existens in tali loco se iunare, & Sacrum audire, & similiter Sacerdos Græcus, Græcia existens, in fermentato consecrare; sic & Ciuis Mediolanensis, Mediolani permanens, denuntiare, & reuelare; quod planum est: atqui in prædictis exemplis per transitum ad alia loca, vel Regna, vel Prouincias, à prædictis oneribus excusantur probabiliter, quod similiter negari non potest: ergo, & per transitum Ciuis Mediolanensis ad aliam Diocesim, intra tempus aptum, excusabitur ipse ab onere denuntiandi. Nam sicut iurisdictio, in prædictis exemplis, terminis clauditur localibus; sic & Mediolanensis Diocesis iurisdictio: ergo probabilis esse debet Genuensis sententia.

PROPONITVR SECVNDA ILLATIO.

6 SECVNDO inferri videtur ex posita conclusione, Oratores, seu Legatos Principum, Matriti v.g. existentes, committentesque delictum, cui imposita sit censura, alicui pænæ à Cardinali Toletano, imò & à Synodo Diocesani, a talibus pænæ esse immunes. Ratio est eadem, ac posita in prædicta conclusione; scilicet, quia & à iurisditione coactiua Eminentissimi Domini Cardinalis, & etiam Synodi talis Diocesis excepti sunt; imò & ab eorum legibus, seu edictis. Probatur hoc; supponendo, Aduenas non subijci legibus loci, iuxta Paludanum, Palatium, Syluestr. vtrumque Medinam, Ledesnam, Azorium, Rodrig. Bonacin.

Sayrum, Layman, & Thomam Sanctium *lib. 3. de matrim. disp. 18. num. 6. & lib. 1. in Decalog. cap. 12. nu. 38.* ubi plures alios refert pro hac sententia Authores; cui etiam ex Modernis patrocinantur, & alij. Vnde probabilissima est sententia hæc; qua posita, sic probo positam rationem.

7 Præfati Oratores, & Legati, habent se tanquam Aduenas, nec in Regia Curia domicilium contrahunt, & si per multum temporis in ea permaneant, & resideant: ergo à prædictis pænæ exempti sunt. Antecedens probatur: ad contrahendum domicilium postulat, contrahentem fieri partem communitatis; nam domicilium, quod secum trahit subiectionem ad caput, affert etiam communicationem cum reliquis membris in eodem ciuili corpore: atqui præfati Oratores nullatenus fiunt (dum in officio resident Oratorum) pars illius communitatis, apud quam resident: ergo nullatenus domicilium contrahunt: ergo sicut Aduenæ sunt: ergo, &c.

Probatur Minor. Tùm; quia præfati semper degunt in Curia, nomine alterius communitatis, ipsius caput representantes: ergo, formaliter loquendo, extra communitatem sunt, apud quam resident. Nemo enim, proprie loquendo, sustinere, & representare duplicem valet, distinctamque, communitatem. Tùm etiam; quia nequeunt esse pars communitatis, nisi ciuili corporis membra fiant: non possunt autem fieri membra, nisi in ciuili corpore ita compagentur, ut aliqua de possessione capitis fiant, teneanturque sequi motum, & influxum illius, quod sane Oratoribus non competit: nullatenus ergo prædictæ communitatis membra sunt: ergo nullatenus domicilium acquirunt.

Explico hoc: leges pro communitate feruntur immediatè, & ratione communitatis ad singulos, tanquam ad ipsius communitatis partes, descendunt; iuxta *leg. iura, 2. ff. de legib. & cap. Duæ sunt, 19. q. 2.* Ob quod lex est quidem influxus capitis in membra politici corporis, quò ad boni communis terminum mouetur. Ergo, sicut influxus capitis non extenditur ultra membra corporis, sic nec lex ultra ciuili corporis membra: atqui prædicti Oratores, & Legati, in Curia Regia existentes, non sunt membra corporis po-

politici; cum nec Rex Noster sit ipsorum caput, nec illi, sicut ceteri, aliquid de possessione ipsius fiant, nec motum, & influxum eius sequi teneantur, cum pro alio capite, & communitate, quorum vires gerunt, procurent semper: ergo.

8 Nec obstat si dicas, illos heri partes communitatis spiritualis, licet non Ciuilis. Non (Inquam) obstat. Primo, quia spiritualis communitas particularis Diocesis in Ciuili fundatur communitate; (est namque eorum communitas, qui de tali loco sunt in ordine ad spiritualia; spiritualesque communitates, suas habent à locis distinctiones.) Atqui ideo Aduerſæ non sunt de communitate spirituali, quia de Ciuili non fiunt: ergo.

9 Secundò; ita coniunguntur munera cõmunitatis Ciuilis, & ipiritualis, vt, qui vnus communitatis munera ex debito obit, alterius etiam munera procurat: atqui præfati Oratores, tenentur sui Regis, aut Principis, Reipublicæ vè, per se loquendo, munera obire, & nullatenus procurant, nec tenentur pro Regia Curia procurare: ergo nec pro speciali spirituali communitate.

10 Tertio; quia præfati Oratores, & Legati nihil nec dicunt (prout ad commune bonum tendit) nec tractant, nisi nomine Principis, quem in his omnibus (vt Oratores sunt) solum, & semper repræsentant. Vnde qui eos aut lædunt, aut honorant, honorare, lædere vè Principem censentur: atqui ipsorum Princeps iurisdictioni Episcopi, vel Synodi illius loci, non subditur, in quo eius legatus residet: ergo neque legatus. Ergo, &c.

11 Quarto denique; quia repræsentatio personæ Principis, in præfatis Oratoribus, & legatis, non relinquit locum, vt ipsius Emmi. Cardinalis Toletanæ Diocesis, & etiam Synodi subiciantur coactiua iurisdictioni. Constat hoc; nam talis repræsentatio efficit in Oratoribus, quòd fruantur Principis priuilegijs, & quòd, tanquam quid accessorium, sequantur naturam principalis: subrogatus enim in locum Principis, non valentis per se ipsum accedere ad tractandum cū alio Principe, subrogatur etiam in easdem immunitates, priuilegiaque, Principis; cum communi iure decretum sit, quòd subrogatus in locum alterius gaudeat eisdem priuilegijs, quibus fru. ut ille, in cuius locum subrogatus est leg.

Decernimus, C. de aqueductu, lib. 11. vbi Bar. & l. Comperimus, C. de prox. Sacror. Scrii. lib. 12. & l. Maior, §. penult. ff. de procur. vbi Bald. & tradit Tiraquel. de iure primogen. §. 40. num. 43. & 110. ergo sicut Princeps nec communitatis spiritualis, nec politicæ, Regiæq; Matritensis Curia caput, nec membrum est; sic nec eius Orator, aut Legatus.

Quare solum iuri communi prædicti Oratores subiecti erunt. Bene verum est, quòd, si ex non obseruantia in Oratoribus, respectu legum specialium Curia, vel Diocesis, sequeretur damnum communitati, tenerentur tunc, ratione iuris naturalis, tales leges obseruare, sequique directiuam illarum vim.

Hæc illatio etiam vim, eodem modo, habet quoad Legatos, Nuntios, seu Residentes, quos Ciuitates subiectæ mittunt ad Principem. Nam in illis etiam eadem militat ratio, proindeque idem debet esse ius. Sic Pasqualigus *tom. decis. variar. decisione 310. & vltima*; quòd probabile est; dum non obstat vius, consuetudovè in contrarium.

PROPONITVR TERTIA illatio.

12 **T**ERTIO inferri videtur, Dominos Inquisitores posse eligere sibi simplicem Sacerdotem, aliàs idoneū, (hoc est, non excommunicatum, neque aliter priuatum) in Confessorē. Eo quòd non videantur comprehensū in cap. *Ne pro dilatione*, quòd petit, vt Sacerdos sit idoneus, Ordinarij approbationem. Probatur: quia si Prælati iurisdictionem ordinariam habentes, hoc de sibi subditis possunt efficere; & DD. Inquisitorum iurisdictione ordinaria est, idem de illis dicendum videtur. Sed examinemus hoc amplius. Igitur.

13 Pasqualigus, infra referendus, ait, DD. Inquisitores hoc priuilegio nō gaudere. Quia neq; tanquam Prælati, neque tanquam Superiores possunt illud participare; eo quòd non procedant autoritate propria, sed Apostolica. Vnde, licet delegentur ad causas fidei, proindeque videatur ipsorum iurisdictione esse ordinaria, iuxta *l. 1. verb. cum urbem, ff. de officio Præfecti*; & licet etiam à numerandi sint inter De-

legatos Sedis Apostolicæ, eiusque officiales, vt cum Emeyrico, & Peña tenet Noster Leander 1. p. disp. 13. q. 51. ad effectum, vt denuntiandi non sint Inquisitori Generali, quamvis confessione poenitentès sollicitent. Hoc tamen solum valet de delegatione simplici, & non de restricta ad authoritatem delegantis; illa scilicet, in qua declaratur, quod delegatus procedat authoritate delegantis.

Et licet etiam habeant iurisdictionem cum officio; non tamen ratione officij, & dignitatis; vnde ipsorum officium est officium exercitij, non dignitatis; quod, vt iurisdicção ordinaria sit, requiritur: ex cap. Ne aliqui, cap. Vt officium, cap. Vt commissis, de hereticis in 6.

Et licet Molina tom. 6. de iustit. disput. 28. num. 1. & 4. dicat, authoritatem, & iurisdictionem DD. Inquisitorum esse mixtam ex delegata, & Ordinaria, quod (teste Pasqualigo infra) videtur tentire Barbosa. Hoc tamen, (inquit Pasqualigo) solum conuincit, ad asserendum, de legationem esse ordinariam; non vero iurisdictionem. Hæc enim postulat; vt quis cum illa procedat authoritate propria. Sic Pasqualigo, infra (vt dixi) referendus.

14 Mihi nullum est inconueniens; contrarium affirmare, cum simus in materia (& si grauissima) fauorabili. Et primo adsit Doctor Molina, dicens, iurisdictionem DD. Inquisitorum esse mixtam ex delegata, & ordinaria. Vnde hoc, probabile, & valde, iudico. Tum; quia etiam Vicarij Generales Episcoporum delegata procedunt authoritate; & non proprio titulo, sed alieno; & nihilominus possunt, iuxta ipsum Marquinum; & alios; contra Suarium; & D. Cardinalem Lugo, tali priuilegio frui.

15 Tum etiam; quia idem Marquinus tales Vicarios constituit Prelatos per communicationem, ad effectum fruendi dicto priuilegio; ex eo quod communicent in eadem iurisdictione cum Episcopis; ergo, quia Domini Inquisitores in eadem Apostolica iurisdictione communicant, censendi erunt Prælati, ideoque ad effectum similiter tali fruendi priuilegio. Hucusque dicta satis docte tractat Pasqualigo; & decis. 85. vsque ad 117. Negans Aduocatis, Consultoribus, decis. 115. Et reliquis, habentibus titulos honorificos Ecclesiasticos; absque autho-

ritate; & iurisdictione; decis. 116. vsque ad prædicti priuilegij cap. Ne pro delatione.

16 Fateor, his, quæ dicta sunt, solutionem posse præstari. Vt tamen illa probabilitatem relinquat; probò deinde intentum. Nam Doctissimus Henriquez lib. 13. cap. 24. num. 2. in medio ita habet: Inquisitores Sancti Officij, tanquam delegati Sedis Apostolicæ, habent ordinariam potestatem in causa fidei, & in alijs, suo officio commissis per Pontificem. Sic ille, pro hoc referens in margine littera O. Nazarrum, Simanch. & Francum, contra Archidiaconum. Iddem docet Henricus lib. 3. cap. 7. num. 3. Nam ita habet in textu, littera O. Nam secularis, delegatus à Principe ad vniuersalitatem causarum, habet iurisdictionem ordinariam cum vi coactiua in utroque foro. Similiter, qui eandem habet ex priuilegio, in perpetuum concessa, ratione dignitatis, aut officij; vt quidam Abbates seculares exempti. Sic ille.

17 Qui statim subdit. Patres, qui Sanctum Inquisitionis Officium exercent, cum sint delegati à Principe, sic sunt iudices in utroque foro; & possent communi consensu, ex graui causa, committere alteri confessario absolutionem in foro conscientie; nisi instructione, & Supremi iudicis mandato prohibeantur; quæ prohibitio est iuri consentanea. Sic ille.

18 Qui in margine lit. S. sic habet: Hinc quidam aiunt, vnum Inquirentem (quia est ordinarius, præsertim dum visitat solus) posse, audita confessione, absolvere ab heresi, facta abiuratione: aut committere ex causa alteri Confessario circa personam longe distantem, & impeditam; vt Monialem. Pro quo multos citat Simanchas. Ergo ordinariam habent iurisdictionem; ergo, &c.

PROPONITVR QVARTATA ILLATIO.

19 INFERTVR quartò; Reum in causa sanguinis non teneri fateri delictum, etiam semiplene probatum, quacumque lege humana; censuravè; aut poena apposta. Ratio est eadem; ac prædictæ conclusionis. Nam, vel iudex non habet iurisdictionem in hoc casu ad interrogandum, vt docet Sanchez Abulensis in selectis, disp. 43. num. 32. vel, si habet ad interrogandum, non tamen ad auferendum ius, quod Reus habet ad ne-

gandum; vt satis probabiliter tenent Salcedo, Lefius, Nauarra, Villalobos, & Rodriguez, quos citat citatus Abbulensis, pro se referens Turrianum de *instr. d. sp. 50. dub. 2. num. 5.* & Aragonium 2. 2. q. 69. art. 2. §. mihi ex his, *propè finem.* Vnde quoad hoc Reus non cadit iudicis iurisdictione iudicis, sic interrogantis; in quo consuetudo posita, & communiter recepta, conclusio.

20 Imò iddem dicendum videtur de Reo, semiplene conuincto, etiam quando agitur de poena temporali, & corporali; secundum Doctissimum Syluestrum *verb. Confessio non Sacramentalis, q. 1.* & Panormitanum *in cap. de confessis, col. penult.* quando ad partis instantiam fieret interrogatio, (ait Panormitanus) secus quoad iudex ex officio procederet. Quæ distinctio impertinens videtur. De quo citatus Abbulensis.

21 Imò iddem etiam dicendum videtur de Reo, plene conuincto, si occidendus non sit, nisi ipse delictum, iam plene probatum, confiteatur; vt bene aduertit Abbulensis *supra num. 33.* (forte enim talis consuetudo aliquibus in Prouincijs obseruabitur.) Et ratio est; quia, cum Reus non amittat strictissimum vitæ suæ conseruandæ ius, ex semiplena, vel plena probatione; sic ratione talis iuris naturalis eximitur quoad hoc, & in sensu prædicto à iurisdictione iudicis interrogantis.

PROPONITVR QUINTA illatio.

22 **I**NTERO quinto, Cruciferarios Commendatores, & Clericos omnes, etiam primæ tonsuræ, posse absque Bulla Cruzeata, in tota hac nostra Hispania, Sacrum audire, & diuinis interesse tempore interdicti, ratione privilegij, quod habent; teste Fagandez *supra. præcep. 1. lib. 2. cap. 3. num. 4.* Ratione cuius eximuntur à iurisdictione, quoad hoc, iudicis, seu Ordinarij, interdictum apponentis.

23 Sed an isti, sicut & habentes Bullam, teneantur diebus festis, & Dominicis audire Sacrum, sub iudice est, vt dixi *supra tract. de poenitentia*; vbi probabile existimo, prædictos non teneri. Tum, quia

nemo obligatur privilegio, sibi concessio; alioquin non iam gratia, sed onus esset; & libera facultas in obligationem verteretur. Tum etiam; quia, quæ in gratiam, & fauorem alicuius conceduntur, non debent in illius damnum retorqueri; iuxta Reg. *Quod ob gratiam, de Reg. iur. in 6.*

24 Sed dices: Regiam habens facultatem ad quos institucendos Maioratus, nequit vnum solum, sed duos instituire teneri; vt docet Gregor. Lopez l. 32. tit. 9. partit. 6. probans *ex l. 1. ff. de optine legata*; & doctrina Bartoli ibi; qui ait, habentem facultatem ad eligendos duos, non posse vnum solum eligere. Probat etiam ex eo, quod in eo, quod duo instituantur Maioratus, cernitur filiorum fauor; sicut in concessione Bullæ animæ fauor intenditur; ergo, &c.

25 Responderet primò, esse disparem rationem. Nam talis Regia facultas est in filiorum fauorem, qui nulla alia via pro filiorum libito compensari valet. Bullæ autem privilegium, & si in animæ fauorem, fideliumque solatium, talis tamen conditionis est, vt, si privilegiatus illo non utatur, non ideo bonum animæ precipuum, & quo anima Deo viuit, amittat, id est gratiam; sicut in replica adducta amittent filij bona corporalis vitæ.

Et quævis talibus filijs sufficiens ad viuendum ex legitimis suis, vel aliunde, remaneat sustentatio, qua absolutè viuere possent: vnde solum diuitiarum augmentum amittent, sicut & augmentum meriti deperdent non audientes Sacrum diebus festiuis, si Bullam habeant.

26 Dico ad hoc, primò, quod illius meriti augmentum possunt non audientes Sacrum alia via pro libito compensare; quod, quoad augmentum diuitiarum, non est pro libito in filiorum potestate, vt patet. Secundo, quia habentes Bullam possunt, pro libito, tale meriti augmentum amittere. Cumque de facto libere non audientes Sacrum, illud velint amittere, & volenti, & consentienti nulla fiat iniuria; ideo, & si Bulla privilegij, fauorque sit respectu animæ, potest tamen illa illud renuntiare. Filij autem, in Maioratus institucendi, nolunt iure, & commodo suo cedere; & si illo cedant, deobligatur pater, vt patet.

27 Vnde, quia illi cedere non præsumuntur, sed potius è contra, ideo non tenet simile, & si probabilis sit sententia.

cia; ſicut & aliã eiusdem Authoris; vbi ſupra, *verb. No valdrã, verſic. an autem vigore; & l. 2. tit. 15. partit. 2. verb. Deſſe Eljo, & Elja; in fine;* vbi ait; eam, quia Rege facultatem habet ad conſtituendum maioratum in vno ſuorum filiorum, poſſe inſtituere duos, aut plures in varijs filijs. Quod probat *ex l. Vnum, ex familia, §. ſi duos, ff. de leg. 2. & ex l. 1. in princip. & §. quamvis, ff. de lib. aſſig. & alijs, quæ videre eſt apud Molinam tom. 3. de maioratibus, tract. 2. diſp. 591. num. 1.*

28 Respondetur ſecundo, negando Antecedens; vt negant Molina *de primogen. cap. 4. num. 56.* & Molina Thologus; vbi ſupra, *num. 10.* contrarium ſentientes; ſcilicet, poſſe Patrem prohibito vnum ſolum inſtituere maioratum. An verò (vt his finem imponamus) qui habet Regiam facultatem inſtituendi vnum maioratum, poſſit, eo inſtituto ex tertio, & quinto, alium inſtituere? Vide apud citatum Molinam *dict. tom. 3. & diſp. num. 9.* ergo nihil replica conuincit.

**PROPONITVR SEXTA
illatio.**

29 **I**NFERITVR ſexto, poſſe Religioſos tempore interdicti admittere ad Diuina officia, ibique ſepelire omnes ſeruitores, & familiares Conuentus, continuos commenſales; & quoscumque alios viuentes ſtipendijs Monasterij & eorum familiam vtriuſque ſexus; quandiu manſerint in ſeruitio Monasterij. Quod Benedictus XIII. conceſſit Patribus Sancti Hieronymi Hyſp. & haberetur in compendio illorum, *verb. Interdictum, §. 1.* vt teſtatur Portel, *verb. Licita Regularibus in Interdicto, fol. 93. num. 71. per totum.* Quæ magna conceſſio eſt.

30 Imo Martinus V. conceſſit Fratribus Sancti Hieronymi, vt, tempore interdicti, poſſint ſepelire quoscumque ſæculares, apud illos ſepulturam eligentes. Quæ etiam magna eſt conceſſio, alterius requiſiti mentionem non faciens. Quam ſe vidiffe in *lib. priuilegiorum Congregationis Sancti Ioannis Euangel. in Luſitania, fol. 39. pag. 1. in fine.* teſtatur

Portel vbi ſupra, *num. 70.* Poſſunt (inquam) hæc fieri, quia à rigore Interdicti, & a iurisdictione Iudicis, illud apponentis, per priuilegium, præſati famuli, &c. exempti ſunt.

**PROPONITVR SEPTIMA
illatio.**

31 **I**NFERITVR ſeptimo, excommunicationem latam ab Epifcopo, vt aliquid fiat, vel e contra, non comprehendere famulos Regularium, dum ſunt in ſeruitio Fratrum. Quia ſecundum Henriquez *lib. 7. de indulg. cap. 25. num. 7. lit. L.* & Porteliam *verb. Famuli, ſeu Familiares,* non poſſunt excommunicari ab Epifcopo; vt dicitur in *Minorum compendio, verb. Famuli, §. 11.* proindeque à iurisdictione Epifcopi exempti ſunt. Quæ eſt ratio prædictæ conſiſionis, in dictis, & dicendis, verificatæ, & verificandæ.

**PROPONITVR VLTIMA
illatio.**

32 **I**NFERITVR vltimo, poſſe Religioſos Ordinari tribus diebus Dominicis, vel feſtis continuis, vel interpollatis, non ſeruatis interſitijs à Concilio Tridentino. Quia, quoad hoc, ab eius rigore eximuntur ob priuilegium, conceſſum à Clemente VIII. Patribus Congregationis Sancti Ioannis Euangeliftæ, in Luſitania; *anno 1596. 23. Nonembris;* quod ſe, in illorum viſiſſe Compendio, affirmat Portel, *verb. Ordines Sacri, num. 4.*

33 Imò, adde ex Fagundez in *quinque Eccleſiæ præcepta, præcep. 1. lib. 1. cap. 2. num. 12. cum ſequenti,* per dies feſtos intelligi illos, qui dicuntur feſti per ordinem ad Officium duplex. Quia in iure (inquit ipſe *num. 13. propè finem*) nomine dierum feſtorum veniunt dies duplices, & forè etiam ſemiduplices; quamvis feriati à laboribus non ſint. Sic ille; referens priuilegium ſuæ Societati conceſſum; ſicque ego.

34 Sed dices contra ſuprapoſitam
Qq conſiſionem

conclusionem: Religiosi tenentur ad ieiunia imposita ab Episcopo: & tamen non sunt illius subditi: ergo bene potest exerceri iurisdictionis actus in non subditum. Respondetur tamen cum Suario, *tom. de legibus, lib. 4. cap. 20. num. 9. & 10.* non teneri Religiosos ad ieiunia imposita ab Episcopo, nisi fortè ratione scandali; & nisi in usu, & consuetudine illa acceptauerint Regularès. Citat Palud. & Antonium. Et tenet etiam Portel *verb. Festi dies, num. 2.* referens Emmanuelem Rodrig. *in addition. ad Summã, tom. 4. c. 110. num. 4.* ubi (& si dicat teneri) loquitur tamen, de consuetudine, non verò ratione Episcopalis præcepti, à quo exempti sunt. Et hæc de hac prima conclusione, satis sunt.

PROPONITVR SECVNDA conclusio.

QUIA autem iurisdictionis potest etiam ob defectum materiæ deficere, sit secunda conclusio, ab omnibus etiam recepta. Quoties materia præcepta sub potestate monitorium, editum, vel legem ferentis non cadit, non est denuntiandi obligatio.

PROPONITVR PRIMA illatio.

EX hac eidenti conclusione inferitur primò, censuram latam contra scientes alicuius peccatum (excipio damnùm commune, & alia, de quibus statim) ut illud deregant, illis non comprehendere, usque dum fraternam adhibeant correctionem, ex Diuino præcepto, iuxta communem fere omnium sententiam, obligantem; ratione cuius, cum delinquentem corrigere teneamur usque ter, non est sub Ecclesiæ iurisdictione talis delicti manifestatio trina mentione non præmissa, vel formaliter, vel æquiualeter.

Excipio primò Hæresis crimen, & alia ad Sanctissimum Inquisitionis Tribunal spectantia; excipiuntur etiam omnia alia delicta, quæ contra commune militant bonum; de quibus passim Authores. Et tandem excipio præclaræ Societatis .e.

su institutum; de quo infra conclusione 6.

PROPONITVR SECVNDA illatio.

INFERITVR secundo, secundum Vincentium Vinyals *in Apolog. pro necessariã Parrochor. residentia, numer. 47.* teste Pasqualigo *supra decis. 473. numer. 1.* Excommunicationem; latam contra Parrochos excedentes per absentiam tempus bimestre in materia graui, illos non ligare, si ultra tempus à Tridentino concessum, non resideant per decem, vel quindecim dies; secus si per viginti, aut triginta dies absint. Quia existimar, absentiam quindecim dierum ultra tempus concessum, esse paruum materiam, proindeque sub graui lege, vel censura non comprehendi, ac proinde nec sub iurisdictione Legislatoris quoad hunc finem. Quod, (licet contrarium sentiam cum Pasqualigo *num. 4.*) improbare non audeo.

4 Pasqualigus autem *num. 5.* ait, excessum unius, vel duorum, vel etiam trium dierum supra tempus concessum tam Episcopis, quam Parrochis, in ordine ad absentiam, non esse excessum; eo quòd tempus concessum debeat moraliter computari, qua ratione habitus, qui per tres, vel duos menses, ad non residendum concessos, cum excessu trium dierum abest, per solum concessum tempus abesse censetur. Quòd etiam libenter admitto, quia parum pro nihilo reputatur. Sed non omittam inconsequeniam Pasqualigi hoc loco, quam sic demonstrabo.

5 Igitur non consequenter loquitur *dicta decis. 473.* dum ait, non esse locum paruitati materiæ in tempore trium pro Episcopis, & duorum mensium pro Parrochis, concessio à Tridentino in ordine ad non residendum per se ipsos; cum tamen *decis. 338.* affirmet, & non bene dari paruitatem materiæ in computando die in ordine ad ieiunium naturale, ut quis possit absque læthali culpa Euchari stiam sumere. Nam *nu. 14. & vltimo prædictæ decis.* (ubi sic habet: *Dubitari tamen potest, quantum temporis in tali casu possit haberi pro minimo?*) Resp. debere etiam locum tantum, quantum detrahi potest a sub-

à subsequenti die, ita tamen, vt adhuc dies censeatur moraliter integer. Alioquin si non cēseretur integer, neq; etiam censeri posset, quod esset seruatum ieiunium pro illa die. Hoc autem non debet esse aliqua integra hora, quia cum quælibet hora sit pars integralis diei, si una deficiat, non erit dies integer. Sic ille. Ex quo videtur asserere, dimidiam horam, imò & aliquid amplius, vnius integri diei, consumptam in comedendo non impedire sub mortali Eucharistiæ sumpcionem tali die; quod ego non admitto. Er est improbable omnino.

6 Eo tamen admissio, inconsequenter loquitur, dum paruitatem denegat materiæ in tempore, vltra tres, vel duos menses, concessio Episcopis, & Parochis quoad absentiam. Er in primis, vltra prædictum tempus à Tridentino cōcessum, absentia decem, vel quindecim dierum non est mortalis, iuxta Vincentium Vynials, quem ibi refert *num. 1.* Deinde, ratio, quam adducit *num. 4.* non cōvincit, nec inconsequentiam Authoris tollit. Licet enim tempus absentia, à Tridentino concessum, sit per modum indulgentia, tempus autem ad ieiunium naturale in ordine ad Eucharistiā sit per modum præcepti. Non obeit. Nam, & si tempus, per indulgentiam concessum, arguat cōcessionem fuisse respectu omnis temporis, cōcedi possibilis: hoc non satisfacit, quod sequenti ratione demonstro.

7 Tam iuste mandatur id, quod per præceptum Ecclesiæ præcipitur, ac indulgetur id, quod per Ecclesiasticam gratiam, & concessionem indultum est: atqui, in præcipiendo naturali ieiunio ante communionem nihil clauditur, posita inceptio diei, quod, quoad impletionem præceptam, non sit iustum, & quod, ommissum, siue in magna, siue in parua, quantitate (quia diuisibile est) non sit illicitum: ergo in indulgentia absentia, vel trium, vel duorum mensium, nihil includitur, quod iustissimè non sit indultum; & nihil negatur, quod, contra indulgentiam operatum, non sit iniustum, vel leuiter, si in parua quantitate, vel grauiter si in magna, cum etiam diuisibile sit.

8 Rursus: ergo sicut in indulta absentia per tres, vel duos menses, datur paruitas materiæ, ita vt, qui, intendens fructu tali indulto in totum, & illo per quinque

solum dies vsus fuerit, maneat illi indulgentia in posterum eo anno integra; sic in non concessio ampliori, reliquoq; totius anni, præter tres, vel duos menses, tēpore adest obligatio, contra quam, vel pro paruo tempore, vel pro magno, abens iniuste operabitur: ergo qui absuerit, vltra concessam indulgentiam, pro paruo tempore, venialiter peccabit ratione paruitatis materiæ; quia aliàs diuisibilis est materia: & qui pro multo absuerit tempore, mortaliter delinquet; non sumpta grauitate, vel leuitate materiæ in ordine ad tempus indultum, sed per ordinem ad reliquum totius anni tempus, per exceptionem declaratiuè præceptū quoad residendum, & assistentium.

9 Confirmatur, simulque probatur totum hoc efficaci exemplo: sicut assistentia in Episcopis, & Parochis, est præcepta iure naturali, & Diuino positiuo, & absentia negatiuo, ita non accipere rem alienam inuito Domino est iure naturali, & Diuino præceptum: ergo, sicut (cōcedente Domino mihi, v.g. quod de pecunijs suis cētum acciperem aureos, vel ex gratificatione, vel ex equitate, vel ex charitate ob extremam, vel grauem necessitatem, donatos, vel (vt melius loquar) promissos, & cōcessos) si ego, vltra cētum acceptos, aliquid graue, vel leue acciperem, læthaliter, vel venialiter delinquerem; sic (concedente Ecclesia Episcopis, vel Parochis tempus trium, vel duorum mēsum ad absentiam licitam) Episcopus, vel Parochus, qui vltra indultum tempus aliquid amplius, vel graue, vel leue, temporis absens consumeret, vel grauiter, vel leuiter delinqueret.

10 Rursus: ergo, sicut paruus excessus peccuniæ, supra centum aureos ablatæ, veniale constitueret peccatū ratione paruitatis materiæ, & grauis excessus, graue; (non comparatione facta formaliter ad centum concessos aureos, sed solum illariuè, & per exceptionem, exclusionemvè; sed cōparatione facta formaliter ad reliquam peccuniam non cōcessam, & iure naturali, & Diuino vsurpata inuito Dño prohibita) sic paruus excessus dierū, vltra menses concessos (& non loquor de excessu trium solummodo dierum, quem moraliter non transgredi prædictos menses, affirmat ipse Pasqualis supra *decis. 473. numer. 5.*) venialem culpam constituet, sicut & grauis

grauem, ratione parum, vel magnam materiam, non comparatam formaliter ad tempus concessum (cum solum illatiuè, & per exceptionem comparatur) sed ad reliquum anni, præter tres, vel duos menses concessos, tempus, iure naturali, & Diuino, in ordine ad assistendum, præceptum. Ergo non consequenter procedit in hoc perdoctus Zacharias Pasqualigus; licet in multis magna sit veneratione dignus, qui noua, & vetera de sui, satis accuti, ingenij thesauro nouiter prouelit.

11. Alia etiam non omitam inconsequentiam eiusdem Authoris *decif. 4. 54* referre. Ait namque, sibi, & ab extrinseco, & ab intrinseco probabilem esse sententiam Medinae, Ludouici Lopez, Ioannis de Cruce, & Henriquez, quos refert *num. 4.* asserentium, omissionem recitationis Diuini Officij per decem dies, siue interpolatos, siue continuos, in anno, non obligari ad restitutionem. Quam *num. 5.* approbat ipse Pasqualigus ratione paruitatis materiam; quia (inquit) decem dies nec adhuc ad trigessimam partem anni pertingunt; quæ proportio, immò etiam maior pars, solet haberi pro parua materia: vt in audientia Missa: in exercendis operibus seruilibus in die festo: in recitando Diuino Officio: & in alijs huiusmodi. Hucusque Pasqualigus.

12. In quibus, licet expresse inconsequentia non appareat, elucet tamen in his, quæ contra se opponit *num. 6.* vbi sic habet: *E contra: si seruus absque vllò impedimento, & absque tacita, vel expressa licentia Domini cessaret seruire per decem dies in anno, censeretur notabiliter violare seruitutem debitam: & dignus esset, qui reijceretur à seruitio: quod multo magis videtur habere locum in eo, qui tenetur ratione Beneficij recitare Officium; quia in hoc insumitur modica pars diei cum magna utilitate, quando Beneficium est pingue. Vnde neque ipse in hoc aliquid decerno.* Sic Pasqualigus.

13. In cuius vltimis verbis inconsequentia claret. Si enim probabile est primum, teste ipso, cur vel non admittit secundum, vel disparitatis non assignat rationem? Et certè nullus esset defectus in non apponenda contra se replica prædicta, cum tamen sit incongruum illam appositam non soluere, nihilque decernere; & non per obliuionem, cum expresse dicat, se in eo nihil decernere. Per

quod, vel datur intelligi, primum non esse probabile, in quo se expresse contradicit: vel secundum esse probabile, cum tamen, meo videri, nullum probabilitatis, saltem intrinsecæ, habeat fundamentum. Nisi dicamus, ipsum sequutum fuisse suum Doctissimum Dianam *p. 2. resol. 12. resol. 34.* (vt ipse refert) vbi etiam in appoſita Medinae, & aliorum sententia nihil (teste ipso) decernit.

14. Sed in gratiam Pasqualigi, quem in multis accuratum valde existimo, sic ad replicam respondeo. Concedo igitur, teneri talem famulum restituere salariam, correspondens decem illis diebus, vel totidem alijs extra annum (si Dominus velit) se sustentando, inseruire. Et nego, iddem esse dicendum de præfato Beneficiario, per totidem illos dies non recitante.

Pro ratione autem disparitatis, quæ sequitur, pro nunc assignatur differentia. Etenim cum Beneficiarius Deo inseruiat, famulus verò homini, homo autem temporalibus bonis non solum indigeat, sed, vt in plurimum, circa illa danda sit auarus, quòd totum à Deo est relegandum, hinc prouenit, non tam strictam, quoad hoc, esse habendam rationem, loquendò de Deo, & de Spouſa sua Ecclesia, quæ in omnibus Diuinam exercet clementiam, & largitatem, ac respectu hominis ob prædictam rationem.

15. Confirmo hoc ex alio simili: etenim communis Doctorum tenet sententia, votum, matrimoniumque non plena libertate facta; sed cum extrinseco metu, etiam leui, non esse valida; cum tamen contractus, inter homines factos cum aliquo metu ex parte alicuius, valident aliquo iure non pauci Authores. Cuius discriminis ratio, prout ad votum spectat, ea communiter solet assignari; quòd, cum Deus nostris non indigeat bonis, non vult illa acceptare, nisi plenissima libertate donentur; cuius contrarium de hominibus firmatur. Ergo non tam rigide procedit Deus, ac homo: ergo id, quòd respectu hominis est grauis materia, si auferatur, non ideo esse debet grauis respectu

Dei.

PROPONITVR TERTIA illatio, & si falla.

16 **I**NFERRI videtur tertio, & ex sententia Strouerdorf de iustit. & iure, q. 64. art. 7. conclus. 5. vt refert Pasqualigus supra decis. 442. num. 1. Inferri (inquam) videtur; non incurrere excommunicationem; nec irregularitatem illum, qui Clericum, sibi dicentem *Mentiris* cum sit vir honoratus, interficit, & occidit. Cui sententiæ videtur fauere Andreas Alciatus, vt refert idem Pasqualigus; dicens, illum (scilicet Andræam) mutasse sententiam. Hoc (inquam) inferri videtur. Nam si mors, ob instantem deffensionem priuate illata, nec sub præcepto, nec sub censura aliqua, satis probabiliter, comprehenditur, non comprehendetur etiam prædicta occisio; & mors illata ei, qui honorato viro dicit: *Mentiris*. Siquidem, in prædicta sententia, licita ob deffensionem indicatur. Vnde verificabitur posita secunda conclusio, & certa; scilicet, quòd quando materia præcepta, vel prohibita non continetur sub potestate censuram ferentis, non incurratur ipsa censura.

17 Sed sententia hæc, non sententia, nec opinio, sed delirium profecto est; proindeque nec ex principio certo, (ne dum probabili) potest inferri. Ratio autem ea optima est, qua ex Azorio, & Diana, ducitur citatus Pasqualigus, num. 4. cum seqq. Etenim per hoc; quòd vulneret, aut occidat, & si de accepta viciscatur iniuria, illam tamen non repellit; cum non impediat, quin inferatur; atqui deffensio essentialiter consistit in impedienda iniuria, vel damno, aliàs inferendo; & propter solam deffensionem, licita in hoc casu potest esse alterius occisio: ergo peccat, occidendo. Minor, cum Consequentia, patet.

18 Et probatur Maior: nam homicidium in dicto casu, cum sit indiacroso genere, non ostendit, occidentem non esse illum, qui per iniuriam talem; (scilicet *Mentiris*) pronuntiat: ergo nõ est impeditiuum talis iniuriæ; ac proinde nec deffensio. Antecedens probatur

à simili, & contrario sensu: nam, sic se habet, iniurias contra verberantem proferre, ac homicidium iniurianti per verbum, *Mentiris* illatum: atqui iniuriæ, contra verberantem illatæ, non impediunt, quin verberaretur; proindeque non est deffensio: ergo nec homicidium, dicenti *Mentiris* illatum, impedit, nec facit; quòd occidens mendax non sit: proindeque non est deffensio, sed peccatum.

Etenim nec iniuriæ contra verberantem; à verberato dictæ; auferunt verberum molestiam, damnum, & infamiam; nec mors; dicenti *Mentiris* illata, ætimationem mendosi occidentis excludit. Vt sic verum sit, quòd nec verbales iniuriæ iniusta facta diuersi generis naturaliter excludunt, impediunt: nec iniusta facta, contumeliosis verbis, ne damnum, & infamiam naturaliter inferant, sunt obstaculum.

19 Sed dices: quòdlibet damnum de se est impedibile, & ab eo quis se valet deffendere: atqui in prædicto casu nihil congruentius inueniri potest, quàm illatio mortis in illum, qui, te esse mendosum, testatur iniuste: ergo. Respondeatur negando Minorem; imò & suppositum; cum illatio mortis in prædicto casu nullam congruentiam habeat ad impediendam mendacitatis iniuriam. Medium igitur congruum ad illam in dicto casu impediendam est, propulsatio subita prædictæ iniuriæ per alia verba, denotantia illum, qui dicit *Mentiris*, vel ebrium esse; vel stultum, menteque captum; vel verum non dicere.

20 Qui enim in iniuria, per verbum *Mentiris* illata, protinus mentiri ostenditur, nulla ei contra iniuriam fides adhibetur: atqui si de iniuriante per verbum *mentiris* innocens iniuriatus statim dicat; *tu ractas masti crapulam; vel, stultus, aut mente captus es: aut, veram non dicis, nec in ore tuo vnquam inuenta est veritas*; proculdubio mendosum reddit iniuriantis dictum: ergo iniuriam impedit. Nam, cum in dicto casu, iniuriato sit respondente, vterque mendosus in verbis ostendatur; & aliàs ex parte vnius debeat esse veritas; ad sitque maius fundamentum circumstantibus, vt veritatem exiltiment dicere iniuriatum innocentem, quàm contumeliosum.

aggressorum; hinc est, satis prædictam iniuriam impediri.

21 Imo, licet solum æqualis sit iniuriæ, & iniuriantis autoritas, adhuc impedita maneret iniuria, vel ad minus, quasi in aere, & in abstracto. Cum enim ratio in abstracto, (vel tanquam genus, & species, vel quali genus, & quasi species) per differentias contrahi debeat, & mendacitatis iniuria non habeat in iniuriante, & iniuriato specialem autoritatis (vt gratis suppono) differentiam, in nullo illorum contrahi potest; sicque suspensa erit; & sic sufficientissimè impedita. Quia, cum alia ex parte non possint amborum dicta, contradictorie opposita, esse simul vera; & nulla (vt suppono) specialis sit ratio, quæ pro veritate dicti, vni potius, quàm alteri, suffragetur; euidentis est, apud nullum ex circumstantiis posse manere æstimationem de veritate dicti vnius præ alio, nec existimationem de falsitate dicti vnius similiter, præ alio. Per quod patet ad replicam, & de falsitate satis conuincitur Strouersdorf sententia.

22 Sed dices iterum; Pro Strouersdorf sententia stat expressè Nauarra, Bonac. Ioan de Escobar, & Baldeus, apud citatū Pasqualigum *decis. 441. n. 1.* quatenus dicunt, ad propultandam iniuriam licere occidere contumelia afficientem: ergo non est improbabilis prædicta sententia.

23 Sed ego cum reliquis Authoribus existimo, etiam sententiam Nauarræ, & aliorum (casu, quod ipsorum sit sententia) nullam habere probabilitatem. Immo eos ab hac censura excludo, quatenus (teste Pasqualigo, immediate citato) quidam solum loquuntur de iniuria, quæ consistit in facto; vt cum quis inuadit vel fuste, vel alapa: quidam vero, quatenus addunt: *quando alia ratione iniuriæ vitari non possunt.* Cumque (vt supra vidimus) verbosæ iniuriæ per contraria verba vitari possint, sic non fauent prædicti Authores delirio Strouersdorf, si tamen faueant, eadem sunt digni censura, propter superius dicta.

Nam iniuriosa verba solam extrinsecam existimationem lædunt, & honorem, quatenus ponunt in publico iniuriantis conceptum, qui destruit honorem, & æstimationem, & indicat vitium aliquod oppositum excellentiæ, ob quod est debitus honor. Quia tamen hæc de-

structio fit per sola verba; verbaque non magis possint destruere, quàm conseruare; ideo si verbis, destructiuis honoris, verba eiusdem honoris conseruatiua opponantur, non erit opus propulsatione alia; cum non magis stantum sit, in formando conceptu, verbis illius, qui iniuria afficit, quàm illius, qui honorem suum defendit. Imo, pro hoc, tanquam pro iniuriato innocente, fauorabilis debet esse conceptus; videatur Doctus Pasqualigus, vbi supra; qui hoc etiam ex iuris prudentiæ Authoribus recte, secundum Duellietiam comprobat leges, *nn. 6.* Et hæc de hac illatione.

PROPONITVR QVARTa illatio.

24 **Q**uarto videtur inferri, quod, si lata sit excommunicatio contra communicantes, post sumptum cibum, nō incurrat illam, qui, post sumptam terram, vel ob delectationem, vel ob medicinam, v. g. ob minuendum colorem, communicat. Constat hoc: quia terra nullo modo est cibus: atqui prohibitio est de non sumenda Eucharistia, sumpto cibo: ergo. Sic, contra Ioannem de Cruce, cui videretur consentire Diana, & de quo dubitat D. Card. Lugo, tener Pasqualigus supra *decis. 340.* quod mihi probatur. Sicut, & aliud, circa idem, Authoris dictum *decis. 351.* scilicet; quod nō comprehendatur sub lege, prohibere Eucharistiæ sumptionem, post sumptum cibum, ille, qui certus est, quod comederit, dubius tamen, an post mediam noctem, vel antea. Quod sic, & rectè sane, probat.

Nam in tali casu concurrat ius certum, quasi antecedenter, quod quis habet, quacumque die, Eucharistiam sumendi, cum iure arcendi ab Eucharistia, quod Ecclesia, ratione comestionis, post mediam habet noctem, vel cum debito abstinendi, ob eandem rationem, ab Eucharistia; cumque hoc Ecclesiæ ius sit dubium, præualeat certè ius certum, quod vnusquisque habet ad Eucharistiam recipiendam. Sic Pasqualigus.

25 Sed dices: implicat circa idem adesse certum ius cum contrario iure dubio. Etenim certitudo non solum dubium contrarium, sed etiam contrarium pro-

probabile ius euerit, vt patet: ergo, admissio semel, pro Ecclesie præcepto, dubio iure, non potest pro contraria parte ius certum adesse.

26 Fateor, contra rationem Pasqualigi, replicam appositam maximam habere efficaciam; sed hoc est tantum prima facie. Vndè respondeo, & in gratiam illius, & quia ego, qui replicam appono, contrarium probabile sentio. Respondeo igitur, Antecedens esse verum, quando certitudo & dubium desumenda essent à principio intrinseco, circa eandem rem: tunc verò, quando quasi ab extrinseco, & ex dispositione iuris desumenda esset certitudo. Nam, cum rectè comparantur, circa iddem, contraria dubia; si ad hoc accedat pro vna parte possessio, pro illa ex dispositione iuris stat ius certum. Etenim indubijs melior est conditio possidentis; & hoc satis probabiliter etiam extra materiam iustitiæ. Cumque ius, quòd ad Eucharistiam recipiendam vnusquisque dispositus habet, antecedit ius Ecclesie prohibitium, ratione eius melior est conditio; quia, secundum ius, qui prior est tempore, (idest possessione) potior est iure.

27 Sed dices iterum: certus de voto, & dubius, an ante septennium sit emissum, tenetur illo: ergo certus de commestione, dubiusque, an post mediam noctem, abstinere ab Eucharistia tenebitur.

Sed respondeo, negando Antecedens, cum supposito; si certitudo voti intelligatur de formali ratione voti, prout est, inferturque obligationem Religionis. In hoc enim sensu non est certus de emissione voti, qui dubitat, an ante, an verò post septennium, sit emissum. Ratio est; quia validitas voti est de essentia voti obligantis: atqui non est certa validitas, si certum non sit, votum post septennium fuisse emissum: ergo non est quis in hoc sensu formali certus de voto. Aliud est, quòd sit certus de emissione voti materialiter, & non prout obligatoriam est. Vndè ego absolute probabile existimo, in prædicto casu possidere libertatem, proindeque votum esse nullum.

28 Deinde probatur illatio prædicta: nam sola commestio non impedit communionem, sed commestio post mediam noctem: ergo certitudo commestionis, non facit ad impediendam communi-

nem, nisi quatenus coniungitur cum eadem die, in qua Eucharistiam sumere quis intendit: ergo, sicut, quando certum est tempus, seu dies, in qua quis communicaturus est, & commestio dubia, ad communicandum non obest; sic, quando certa est commestio, tempus autem dubium, non obstat: ergo & certæ commestionis cum certò tempore postulatur coniunctio, vt impedimentum communicandi valeat inferri; cum nec certum sine commestione tempus, nec certa sine qualitate temporis commestio, impedimentum possint inferre: ergo vtriusque eadem est ratio, proindeque iddem ius.

29 Nec obstat, quòd in tali casu (ait Pasqualigus num. 8.) accedens ad Eucharistiam se exponeret periculo accedendi non ieiunus, atque adeo peccandi. Præceptum enim solum prohibet, quòd quis non ieiunus accedat: non autem, quòd dubitans, an sit ieiunus, non accedat: Vndè, cum quisque habeat ius accedendi, eo ipso, quod sibi non constat, soluisse ieiunium, potest uti iure suo. Nec vllò periculo peccandi se exponit: quia etiam, si non esset ieiunus non peccaret; quia accedit bona fide; & cum solutio ieiunii non sit certa, non habet à quo impediatur; cum sola certa solutio ieiunii possit impedire. Hæc Pasqualigus de verbo ad verbum. Sic & ego.

PROPONITVR QUINTA illatio.

30 INFERTVR quintò, quòd, si referretur aborsus opere sequuto, & antequam sequatur, percutiens, vel dans illi causam, confiteatur de hoc peccato cuilibet Confessori, nò teneatur postea, sequuto abortu, iterum confiteri. Quia, cum iam non sit peccatum, nec referuatum erit. Impossibilis est enim referuatio peccati sine peccato: atqui non est peccatum posita confessione: ergo nec referuatio. Sic Azor tom. 1. lib. 2. cap. 7. in fine, vocans dubiam, & incertam oppositam sententiam Sori, & Sanctij lib. 9. de debito coniugali, disp. 45. num. 29. sic etiam tenet Henriquez lib. 5. de penitent. cap. 5. num. 5. ad marginem, lit. Z. ibi: Si tamen causam homicidij, &c. & Bagundez, alios referens, præcept. 2. lib. 8. cap. 7. nu. 18.

PROPOSITIO SEXTA illatio.

32 **I**Nsertur sexto, nō esse denūtiādos eos, qui, in ordine ad contrahendum; dispensati fuerunt in publica honestate, etiam in primō gradu, siue ex sponsalibus, siue ex matrimonio rato, non consummato, proueniente; stante solum pro probatione, quōd scēmina nō fuerit coniuncta viro, iuramento mulieris, cum septima manu propinquorū; quantumvis de consummatione matrimonij p̄sumptiones allegentur. Claritatis tamen gratia, reduco p̄sentem illationem ad casum, olim à me interrogatum:

PROPOSITIO CASVS.

33 **F**RANCISCVS cum Maria matrimonio contraxit; cum quā matrimonium consummare non valuit, ob illius impotentiam. Mortuus est Franciscus. Cupiens autem Maria Fratri Francisci nubere, petijt, dispensari in solā publica honestate. Concessa fuit à Romano Pontifice facultas dispensandi Ordinario comissa, cum clausula tamen: *Si ipsi constiterit per probationes legitimas, quōd Mariā non fuerit coniuncta carnaliter cum mortuo Francisco.* In huius clausulæ probationem contentus fuit Ordinarius iuramento Mariæ, cum septima manu propinquorū, sicquē; dispensatione p̄stita à p̄fato Ordinario, contraxit Maria cum Fratre Francisci. Contra factum istud in faciem restitit quidam, dicens, p̄dictos contrahentes esse denūtiādos, eo quod cum impedimento affinitatis, ex voluntaria cohabitatione p̄sumpto secundum iura, matrimonium celebrauerint. Sic se habuit casus.

CASVS RESOLVTIO.

34 **I**N p̄senti casu, p̄fatos contrahentes non esse denūtiādos respondi, ob defectum materiæ (id est impedimenti affinitatis) ad obligationem denūtiandi requisitā; proinde

que sub iurisdictione excommunicantis iudicis, non cadentis. Siquidem nullum adfuit in p̄dicto casu affinitatis impedimentum. Sufficiens enim non ad fuisse probatur iuramento Mariæ cū septima manu propinquorū, vel, ipsorum defectu, vicinorum. De quō iam supra tract. de matrim. Et liceat mihi aliqua, quia grauis est materia, in partem repetere. Igitur:

35 Probauit tunc resolutionem p̄dictam ex cap. *Laudabilem*, & cap. *fin. de Frigidis*, &c. vbi deciditur, probationem p̄dictam sufficientem esse, & legitimam; vt possit dispensatio in p̄dicta publica honestate executioni mandari, ad effectum, vt p̄fati licite, & valide contrahant. Quæ resolutio satis conformis est sententiæ Hostiensis, Innocentij; Anchar. Abba. P̄positi, Neni, Brunelis; & Sanctij lib. 7. de matrim. disp. 108. num. 5. scilicet, posse p̄sumptionem ex cohabitatione per aliam fortiolem euacuari; quōd & in casu p̄senti contingit.

36 Probo sic: nām tota in contrarium p̄sumptio in voluntaria, per aliquod tempus, cohabitatione, & concubitu coniugum fundatur; iuxta cap. *Si quis accepit*, 33. q. 1. de quō Mascareus verb. *Copula*, num. 11. Cepolla *Consil. Cuius* 3. 4. & 5. & Decius *consil. 277. num. 4. in fin.* & iuxta cap. 12. de *frigidis*, vbi Innocent. *in fine.* P̄positus num. 8. Glossa in *dictum cap. Si quis accepit* 33. q. 1. & Thomas Sanchez lib. 7. de *matrim. disput. 109. num. 3.* Ex quibus, si vxor infra duos menses voluntarie cohabitans non reclamet, p̄sumitur, matrimonium fuisse consummatum. Et tandem ex cap. *Litteris*, de *presumpt.* & cap. *Præterea*, de *testib.* vbi Glossa, verb. *Conscios.* Ex quibus deducitur perfecta copula ex coniugum concubitu: atqui p̄sumptio hæc, ex omnibus his textibus deducta, sufficientissimè diluitur, euacuaturque; per scēminæ solius iuramentum, quando vir non adest; & per septimæ propinquorū, vel bonæ famæ vicinorum, manus iuramentum: ergo, &c.

37 Probatur Minor: nām septima propinquorū manus explicat, & declarat, cohabitationem p̄dictam cum tali-

talibus fuisse circumstantijs, vt non tantum carnalis copulæ præsumptionem dederit, sed, quod sine copula esset cohabitatio, conceptum etiam generauerit: ergo contraria de copula, ratione cohabitationis, præsumptio euacuatur omnino. Antecedens probatur: nam omnis præsumptio per testes sufficientes euacuatur: atqui septima propinquorum manus sufficientes sunt testes secundum ius: ergo per septimam manum satis diluitur præsumptio. Atqui, ablata præsumptione, si femina iurasset, se copulam non habuisse, illi adhibenda est fides, quia remaneret iam, ac si non cohabitasset: ergo, si septimam manum sic efficit euacuari copulæ præsumptionem ex cohabitatione ipsa, ac si ipsa non præcessisset cohabitatio, satis probatur, solum publicæ honestatis adfuisse impedimentum: ergo, &c.

38 Probauit secundo; nam, transacto cohabitationis triennio, si vterque coniux iuramento impotentiam testetur, cum septima propinquorum manu, vel, (si desint propinqui) vicinorum bonæ famæ, ita omnis destruitur, euacuaturque, potentia ad copulam præsumptio, vt, seruatis seruandis, matrimonium possit dissolui; iuxta *cap. fraternitatis*, & *cap. fin. de frigidis*, &c. de quo Abbas, dicto *cap. fin. num. 2.* Neuis. *num. 3.* Goffredus, Anton. Monald. Turrecrem. Rosella, Syluester, Nauarrus, Vgolius, Mascard. & alij. Quibus, ex Thologis accedunt D. Angelicus in *4. dist. 34. in fine ex positionis littera*; Scotus, Palud. Supplem. Gabriel. Sotus, D. Antonin. Sanchez *lib. 7. de matr. disp. 108. num. 7.* & alij, quos refert, infra citandus, perdoctus Pasqualigus. Ergo à fortiori, in nostro casu, prædicta sufficiet probatio, siquidem nec agitur de dissoluendo matrimonio, cum iam solutum sit, nec iuramentum vnus coniugis est in alterius præiudicium, quia mortuus supponitur, & de vno tantum est sermo. Ergo, &c.

Sic olim respondi, & sic fere in totum resolutionem istam inueni modo, apud Doctissimū Pasqualigū *tom. variar. decis. decis. 436. per totam*, vbi satis egregie, & prædictos explicat rextus, & refert Authores. Ergo, ad Intentum, sufficiens fuit de non affinitate probatio: ergo omnino, ad effectum, vt præfati contraherent, valida fuit Pontificia dispensatio:

ergo nulla adfuit tales denuntiandi obligatio, quia nulla fuit impedimenti ratio, & materia, sub iurisdictione cadens iudicis, censuram ferentis, contra non denuntiantes eos, qui cum dirimenti impedimento matrimonium contraxerunt. Ergo, &c.

PROPOSITIO SEPTIMA maillatio.

39 **I**NERVNT Septimo Alex. Alensis, Summa angelica, cum supplemento, Palud. & olim Doctor Angelicus, iuxta Fagúndez *3. p. Ecclesia, lib. 2. cap. 3.* (quod mihi nō persuadeo.) Hugo, P. Tarantasia, quos refert Henriquez *lib. 8. de Euchar. cap. 14. num. 4.* & Fagúndez, oppositum cum communi sententia asserentes; Inerunt, (inquam) non posse Sacerdotem quantamcumque materiam, versus magnitudinem, vouerit, consecrare; nec licitè (quod verum est) nec valide, quod non admitto. Hoc tamen inerunt ex eo, quod prædicta in tanta quantitate materia non sit sub potestate Sacerdotis; cum Christus Dominus illis, vltra rationabilem materiam, potestatem non dederit. Quod tamen verum non tenet; vt communis testatur sententia; à qua, absque probabili ratione recedendum in nullo est euentu.

40 Sed, quia materia est in duplici differentia, scilicet, vna indiuidua, seu indiuisibilis, vel phisice, vel moraliter; alia diuisibilis: nota, materiam indiuisibilem non posse cessare in partem, quin cesset in totum, nisi pars pro nihilo reputetur: materiam autem diuisibilem posse in parte cessare, & in alia parte remanere. Vnde, si debeam centum aureos, non ex eo cessabit materia, restituendi obligationi subiecta, quod solum habeam quinquaginta aureos, quos restituere possim. Censura ergo lata contra non restituentes, vt restituant, comprehendet etiam illum, qui quinquaginta habens, ex centum, quos debet, aureos, illos non restituerit. Quò posito, pro materia indiuisibili. Sit

..*

PROPONITVR OCTA. PROPONITVR VNDE-
ua illatio. cima illatio.

41 **I**NFERTVR OCTAVO, obligatum etiam sub censura ad horas matutinas, si impotēs sit recitare lectiones, excusari à recitatione Psalmorum, & si illos mente retineat. Ratio est, quia in solis Psalmis non stat hora matutina; ad quam, tanquam ad indiuiduam materiam tenebatur. Sic vterque Sanchez, infra referendus; ex quibus Abbulensis, idem dicendum existimat infernali Officio; quod ab aliquibus non improbat.

PROPONITVR NONA
illatio.

42 **I**NFERTVR NONO, obligatum, etiam sub censura, ducere Mariam in uxorem, ob solam promissionem con sensus, nihil loco talis consensus teneri efficere, seu præstare, si paratus sit illam ducere, etiam quando parentes tantum reuertent tale matrimonium. (Quamvis in hoc casu Sylu. Nauaricus, & Henriquez existiment, teneri illam dotare.) Ratio est; quia consensus in matrimonium est omnino indiuisibilis: ergo liberatus a præstando illo, cum illum præstare velit, & quem solum promisit, ad nil aliud tenebitur: liberatur autem nolentibus parentibus, vt probabiliter dicitur: ergo, &c.

PROPONITVR DECIMA
illatio.

43 **D**ECIMO inferitur, obligatum determinato die ieiunare in pane, & aqua, si ita nequeat, non teneri modo Ecclesie consueto; vt satis probabiliter Thomas Sanchez *lib. 1. sum. esp. 19. num. 5.* quem sequitur alter Sanchez, scilicet, Abbulensis, supra, *disp. 15. num. 3.* Cum quò dico, quòd, si possit tale ieiunium implere sumendo parum vini, & modicum quid obsonij, tunc ad illud teneretur; cum per modicam illam quantitatem non auferatur natura ieiunij in pane, & aqua; immodicum pro nihilo reputatur.

44 **V**NDECIMO inferitur, idem esse dicendum de vouente, vel quomodolibet obligato, recitare Rosarium B. V. Mariæ, secundum predictos Authores. Quòd ego limitarem, excipiendo obligationem, impositam à Confessore, qui non tam Rosarij rationem formalem, quam laborem in eo respicit recitando.

PROPONITVR DVODE-
cima illatio.

45 **D**VODECIMO inferitur, idem esse dicendum de vouente recitare septem Psalmos Pœnitentiales. Sic Thomas Sanchez, & ego cum illo, contra Sanctium Abbulensem. Quare si solum duos recitare potest, vel tres, ad nullos tenebitur, ob materiæ indiuiduationem; nisi tot possit, vt omnes censeantur; & quòd, parum, remanet, pro nihilo reputetur.

46 Sed dices: ergo obligatus confiteri, ab hac obligatione liberabitur, si omnia, quæ habet, peccata confiteri non valeat. Respondetur facile, negando Consequens: nam, licet confessio Sacramentalis in ratione integræ confessionis indiuisibilis esse debeat, ratio tamen integræ confessionis stat dupliciter, vel, scilicet, materialiter, & phisice, vel formaliter. Prout igitur est integra formaliter, indiuisibilis esse debet; non vero prout materialiter est integra. Nam peccata oblita non faciunt, quòd Sacramentalis confessio, non sit formaliter integra, nec, prout sic, non indiuisibilis. Stat ergo ratio indiuisibilis, & formaliter integræ confessionis in confitendis omnibus illis peccatis, quorum quis post sufficiens examen recordatur, & quæ confiteri valet, nulla excusante iusta causa ad illa non confitenda; vt dicitur, iuxta varias, in materia de poenitentia, DD. sententias, ad quos me remitto. Per quod patet ad

replicam,

&c.

**PROPONITVR VLTIMA
illatio.**

47 **I**NFERO tandem, felicitis recollectionis Urbani VIII. Breue, circa expulsionem Regularium, Observandum esse, prout ultimo declaratum à S. Congregatione Concilij, S. D. N. approbante. Vnde, quod, supra, *tract. i. casu ultim. num. 14. & 15.* sustinui, vt probabile; (scilicet; prædictum Breue non comprehendere, pro materia, modo expulsionis iuxta Regulam) modo non sustineo; eo quod in Reuerendis, non minusque docto, Diana p. 11. *tract. 2. Miscellan. resol. 13. in 1. editione, facta hoc anno 1655.* vidi modo Dominorum Cardinalium, S. D. N. approbante, declarationem, quam omnino sequendam, iudico; non obstantibus à me supra dictis, nec alijs, quæ in contrarium prædicti Breuis affirmat Bruno *de privileg. Regular. p. 1. tract. 4. cap. 6. propos. 9.* vt refert præfatus Diana.

Refero igitur quasi ad litteram, quæ apud citatum P. Dianam continentur, Responsa DD. Cardinalium, ad petitionem Procuratoris Generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercedè, Redemptionis Captiuorum; ex quibus constabit, quid præfatus Procurator Generalis intendere.

Igitur Die 21. Iunii (sic habet Doctus Diana) 1653. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium, Concilij Tridentini Interpretum, omnibus mature perpensis; Ad primum (scilicet à dicto Procuratore Generali legatū) respondit, Regulares delinquentes, vt incorrigibiles, eijci non posse à Religione, anno carcerationis non dum expleto.

Ad secundum respondit, non sufficere annum carcerationis interpolate expletum, sed requiri spatium vnus anni continuum, & integrum. Ad tertium respondit, Generalem Ordinis non posse delegare facultatem eijciendi à Religione, Prouincialibus per eorum Prouincias, seu Comissarijs, vel Vicarijs Generalibus.

Ad quartum, (inhærendo declarationi, alias factæ Die 9. Augusti 1625. à S. M. Urbano VIII. approbatæ) respondit, sex Patres eligi posse in vnaqua-

que Prouincia, seu Regno. Ad quintum respondit, (Et erat interrogatio præfati Generalis Procuratoris, quid faciendum esset, si in Capitulo Generali sex Patres electi non fuissent?) respondit (inquam) recurrendum esse ad Sacram Congregationem in singulis casibus.

Ad sextum, processus esse conficiendos iuxta stilum, & Constitutiones Religionis; & illorum transumptum authenticum esse transmittendum ad singulos sex Patres electos, qui per litteras possunt votum dare.

Ad septimum, sententiam eiectionis à Religione fieri debere saltem de voto maioris partis sex Patrum electorum. Petrus Aloysius Cardinalis Carrassa Præfectus loco ✕ sigilli; Franciscus Paulutius S. C. C. Secretarius. Sic Diana vbi supra.

Vt autem in promptu sit illius Breuis declaratio prima: Sic refert Diana. Die 9. Augusti 1625. S. Congr. Concilij, S. D. N. approbante, declarauit, sex Patres in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus eligendos, de quorum consilio, & assensu Generalis potest Regulares incorrigibiles à Religione eijcere, in vnaquaq; Prouincia eligi posse, eisdemque, sic electos, si Generalis tam longe abfuerit, vt vnà conuenire non possit, debere ad eundem transmittere summarium processus, vnà cum eorum voto, & iuxta illud Generalis possit ad sententiam expulsionis procedere. Interea tamen (hoc est, (sic ego intelligo) à die publicationis prædictæ declarationis, vsque ad primum sequens Generale Capitulum, vel Congregationem, qua antea nõ erant nominati, nec electi præfati sex Patres) Interea (igitur) tamen, vsque ad primum Generale Capitulum, vel Congregationem, proxime celebrandam, Sanctitas sua annuit, vt eiectio (seruata in reliquis forma decreti, hac de re editi) fieri possit à Generali, iridem cum consilio, & assensu sex Patrum, quos idemmet Generalis in qualibet Prouincia, infra quatuor menses, eligerit. Dat. Romæ in hoc, &c. Sic Diana.

Ergo prædictæ declarationi standum est, quidquid dicat Bruno; etiã casu, quò certo constaret de aliquo sic peruerse disposito, vt, quacumque poenitentia im-

imposita, etiam executioni mandata, non propterea emmendando; vel constaret de illius ineptitudine ad agendum poenitentiam, & ad carceris poenam sustinendam, & aliunde perseverantia ipsius in delictis, Ordini, in quò Professionem emisit, non mediocriter noceret. Quò casu (non rectè) ait Bruno, (testè Diana supra) posse Prælatum absque monitione prædicta illum eijcere; ac proinde non observare ea, quæ in duobus prædictis decretis ante ejectionem observanda mandantur, inter quæ, vnum est, quòd incorrigibilis per annum, in carcere, in ieiunio, & poenitentia prius manserit. Sed non rectè.

Nec rationes, quibus hoc probare intendit Bruno, aliquid probant. Si enim in prædictis contenta decretis pro forma ponuntur, & scandalum, peccataque incorrigibilis carcere vitari possunt, ne alii inficiantur, vt patet; nil profecto probat, Alias, cessantibus, modo dicto, omnibus inconuenientibus, quæ in matrimonio, absque Parrocho, & testibus celebrato, Tridentinum vitare intendit, sic sine Parrocho, & testibus contrahi posset. Quòd falsum est, vt supra dixi tract. de matrim. Modo etiam vidi Epistolam à Patre Fr. Ioanne de Sancto Bonaventura, Nostri Ordinis in Romana Curia, Procuratore Generali, ad R. P. N. Fr. Gasparem de Iesu, eiusdem Ordinis Generalem, missam; quæ, in substantia, cõstinebat, ad eò difficilem, arduamque esse prædicti Decreti mutationem, vltra ipsius declarationem prædictam, vt, ex hunc, omnes supplicæ perpetuo sint tradendæ silentio.

Et certe, in re tanti ponderis, & quæ nec secreto vilo elaudi potest, (cum experientia doceat, hoc, non solum defecto, sed etiam de iure veluti, ad forum contentiosum esse deductum) ad quid interpretationes, expositionesque deferre vire valent? Dicam; ex illis, in factis sequutis, resultare posse, reliquos subditos allegaturos fortè, Prælatum sic, vt ait Bruno, procedentem, esse priuatum officio suo. Ex quo, quæ, & quam plurima sequantur, inconuenientia, & si enarrare dedecet, facile quis intelligere valet. Ergo tali decreto, talibus DD. Cardinaliù declarationibus. S. D. N. approbante, explicato, omnino ita. dum est. Sicque iudico;

PROPONITVR TERTIA conclusio.

QUARTA ergo Principis monitorium respectu materiæ, illi subiectæ, communiter editum est; sic tertia, & certissima conclusio. Nullus tenetur sub mortali denuntiare, quando res, denuntiarum præcepta, parua materiæ limites non excedit.

PROPONITVR PRIMA illatio.

2 EX HAC Conclusionem inferunt quidam primò, & indistinctè, neminem teneri sub lethali denuntiare illum, qui, & si multa commisit crimina furti, quæ simul sumpta materiã grauem constituunt, in singulis tamen solù venialiter deliquit. Probant primò, quia excommunicatio posita est ob furtum; quòd tamen nunquam fuit graue; proindeque nec excommunicationi subiectum.

Probant secundo, quia, & si ob iniustam retentionem posita fuisset excommunicatio, adhuc non teneretur quis furantem denuntiare sub mortali. Quia, licet delinquens grauem retineat materiã, vel eiusdem Domini, vel eiusdem Republicæ, hoc solum est materialiter, & non formaliter; siquidem materiã illam grauem retentam, non sub mortali, sed solum sub veniali restituere tenetur; nisi actus redeat in naturam suæ formæ; idest, nisi furans, tot, & tam continuò paruas accipiat quantitates ab vno Domino, vt magnam videatur accipere voluisse.

3 Ego non audeo conscientie tantum laxare habenas. Vndè hoc non probo; dicendumque iudico, eum, qui tam grauem retinet quantitatem, & si paruis acquisitam (& loquor de maxima quantitate prudentis arbitrio) videri alienis velle diuitijs ditescere, siue ab vno, in eius detrimentum, siue à pluribus, in detrimentum Republicæ, ablati. Quòd certè mortale est; quidquid in contrarium methaphisica ratione possit allegari.

4 Dixi tamen supra ex dictis Authoribus;

ribus quod excommunicatio posita fuit ob furto, quod bonorum fuit mortale, quod explicatione indiget. Quare dico quod non fallit grave ad mortale constituendum, & potest tamen insufficientis esse ad incurrendas censuras. Licet enim Sorbusasserat, id sufficere ad incurrendam excommunicationem, quod satis est mortale constituere; fallitur tamen. Nam, secundum Felin. Sorum, & alios apud Valerium *verb. Aluenera, num. 65.* requiritur quantitas excedens valorem duorum, vel trium ducatorum. Et secundum alios, ibi à Valero relatos, longe maior desideratur. Inter hos tamen placet sententia Bonacinae, afferentis, illam requiri, & sufficere quantitatem, quæ à legitimo Superiore fuerit taxata; quæ eum non semper, imò fere nunquã, sit infima, lathale constituens; sic, &c. ita Bonacina *de elargit. Aluenerum, disp. 3. punct. 5. num. 6.*

5. Nota tamen, quodd, si excommunicatione imposita sit, ut restituantur, seu solvantur ea, quæ debentur, & inter hæc aliqua debeantur ex vi solius simplicis promissionis, non rectè deducatur excommunicationem ligare; si res promissa excedat, etiam per duplum, quantitatem ad mortale in furto sufficientem. Nam, licet Doctissim. Navarrus, quem refert Sanchez *lib. 1. de sponsal. disp. 5. num. 24.* dicat, illam esse sufficientem in promissione ad mortale quantitatem, quæ sufficiens est in furto ad mortale constituendum; ipse tamen Doctissim. Pat. Sanchez citato loco credit, quadruplo maiorem materiam exigi in promissione, quam in furto, ut illa obliget ad mortale.

Tum, quia non adeo constat, simplicem promissionem obligare ad mortale; cum hoc neget Cai. & post ipsum alij, ut refert idem Sanchez supra *num. 18. propè finem.* Tum etiam, quia esto obligaret; obligatio tamen solvendi promissa multo minor est; perfidia enim in promissione non auferit rem alienam, cuius alter sit Dominus, sicut furtum. Tum etiam, quia multo grauius conuerantur homines de re, furto abiata, quàm de fide violata; grauiorque poena furto correspondet.

Tum etiam; quia communis DD. sententia tradit, maiorem quantita-

tem desiderari, in furtum uxoris, apud filiorum sit mortale, quàm ut furtum extranei. Quia rationi dissonat, ut Pater familias, ita in vitis sit; ad ægre ferat furta uxoris, & filiorum, ac extraneorum; simili ratione, æquitas minime patitur; ut quisquam eo rigore exigat nummos, sibi ex benevolentia, & liberalitate promissos, ac si ex mera prorsus iustitia; ut ratione emptio- nis, debiti essent; ergo &c. Unde, tandem, *cap. Ex parte de censibus,* habetur, liberaliter oblata, benigne exigenda esse. Sic Sanchez; sicque & ego.

Quare, si quantitas octo regalium requiritur (ut nouiter testatur Hurrado Mondexarenis, *tom. de iust. & iure*) ad mortale in furto; dicendum est, quantitatem quadraginta argenteorum desiderari in promissione; ut illius fractio sit mortalis, iuxta prædictam sententiam; & sic, iuxta dicta, excommunicationem latam contra non soluentes, etiam promissionis titulo, debita, ampliorem exigere, ut liget, quantitatem; ac est promissa quantitas ad mortale ex vi promissionis sufficiens. Et hoc modo de alijs sententijs circa furta filiorum, & Religiosorum cum proportionem loquendum est. Sed ad intentum rediens.

PROPONITVR SECVN- da illatio.

6. INFERTVR secundo, illum, qui ex obliuione vnam Ecclesiam omittit visitandam, vel vnicam diem ieiunij ex his, quos postulat Iubilæus, ut consequatur, illum nihilominus com- parate, ob materiæ paruitatem. Sic apud Accunham *cap. 4. dubit. 6. numer. 11. fol. 66.* tenet Rodriguez in *Summa*, duos alios referens Authores. Tenet etiam Vega, citans Fr. Iames Rebullosa, qui in *thesauro Ecclesie, discursu 10.* allegat legem, *Cum Hæres, §. Sthicus, ff. de statu liber. legem final. C. de condition. incertis,* disponentem, seruum liberum, relictum ea conditione, ut certi temporis spatio seruisset, manere nihilominus liberum, & si partem ali-

Re quam,

quam, inseruendam tamen absque culpa, reliquisset. Quæ sententia satis pia est.

Quia tamen in materia paritate fundatur, videtur non procedere metaphisice, & iuxta principia moralia. Etenim si parua est materia vnam Ecclesiam visitandam omittere, vnumque ieiunij diem, ad Iubilæum Iucianæ, non ieiunare ex obliuione, iddem dicendam videtur, licet aduertenter ea disiunctiue omittat. Nam nec bona fides facit, nec mala aufert materiam leuem, vt patet.

Nihilominus tamen iudico, prædictos Authores iuxta moralia principia procedere. Etenim in prædicto casu, non est habenda materia leuis ratio respectu materiae grauis secundum se, & ibi sistendo; sed respectu voluntatis concedentis Iubilæum; respectu cuius, & si visitatio Ecclesiarum, diesque ieiunij assignati, tanquam forma assignentur, proindeque derelictio vnus diei ieiunandi, vnusvè Ecclesiæ visitandæ, non sint secundum se parua materia, est tamen vnus diei ieiunandi derelictio materia parua respectu voluntatis concedentis Iubilæum, quando per obliuionem, & bona fide locum habuit.

Et ratio esse potest. Quia ob incurabilitatem non ieiunantis, &c. præsumitur in concedente Iubilæum voluntas, vt, non obstante obliuione, illum lucretur. Quod certè deseruire valebit de facto ad absolutionem peccatorum, aliàs reseruatorum, & ad similem commutationem, vel dispensationem in votis, iuramentis, &c. & in hoc sensu non parum suffragatur *lex fin. c. de condi. incertis*, vbi supra.

PROPONITVR TERTIA illatio:

7 **I**NFERVR tertio, non peccare Prælatum, ex iusta causa, vna, vel altera vice disponentem, vel dispensantem in officio vnus diei, nouum aliud introducendo. Ex eo quod, cum solum consuetudinem introducere (vt alibi dixi) prohibeatur per ius, vna, vel

altera vice, hoc efficere, parua firma. Sic Doctissimi Suarez *tom. 2. de Re. lig. lib. 4. de horis Canonis*, referens alios, absolute loquentes, sed non sunt admittendi. Alias possem illationes, & celebres sane, hic apponere, quas, quia in prædictis, & sequentibus continentur, consulto omitto.

PROPONITVR QUARTA conclusio.

1 **P**OSITA ergo materia graui, sit quarta conclusio: omnes illi, quos Iudex nullatenus obligare intenderit, ab obligatione denuntiandi exempti sunt. Et est certa conclusio. Quia tamen non semper Iudex ex officio procedit, sed aliquoties, ad partis petitionem, præceptum, aut censuram apponit; idem, quod de Iudice, non intendente obligare dixi, de parte etiam, ad propriam causam præceptum, aut censuram petere, dicendum est. Quare quos etiam pars non intenderit obligare, vel quos ab obligatione absoluerit, ab obligatione erunt exempti. Hoc etiam planissimum est. Ex quo.

PROPONITVR PRIMA illatio.

2 **I**NFERO primo, excommunicationem laram ad partis petitionem, vt illi restituant centum, v.g. aureos, quos ab eo, quinque simul, & æqualiter concurrentes, iniuste abstulerunt, non comprehendere illum, qui ex illis quinque furantibus, per partem ipsam de portione sua fuerit absolutus. Sic communiter à Doctoribus hoc statuitur; quod tamen explicatione dignum est. Et casus procedit, quando omnes æqualiter, vt principales concurrunt, dicendū est, quod si ex quinque illis, subordinatè concurrentibus, condonet pars ipsa secundo; condonati manet tertius, quartus, & quintus; si tertio: duo sequentes; & si quarto; vltimus etiam liber manet. Et tandem si principali, & primo condonet; omnes

liberantur. Ratio est; quia cum sequentes ad primum, ratione primi teneantur, (& idem est de sequentibus ad secundum, tertium, & quartum) absoluto primo, omnes, in eo intellecti, absoluti manent.

3. Procedit etiam casus non in sententia Cas. asserentis, quemlibet istorum solum ad partem cum proportione teneri, & neminem in solidum esse astrictum; sed in contraria, & communi procedit sententia, dicente, quemlibet etiam in solidum, non restituentibus alijs portiones suas, teneri. Quo posito.

4. Dico, quod si venia, vni à parte laesa facta fuit absolute, & simpliciter; iuxta plurium sententiam omnes condonati remanent. Licet Pater Vazquez contrarium sentiat, scilicet, reliquos teneri ad totum etiam in solidum. Fundamentum Pat. Vazquez esse potest, quod per gratiam vni libere factam à Domino rei, non fauetur alijs; siquidem vel in illis aliqua non concurrat circumstantia, quæ in vno illo: vel, si concurrat, non adfuit voluntas in parte laesa condonandi cæteris, sicut & vni. Cum enim omnes per se loquendo venia sint indigni, ad solam condonantis voluntatem attendi debet, quæ cum vnum tantum excipiat, ille solus exemptus erit. Et cæteri nullam conquerendi habent rationem, sicut illam non habuerunt operarij, qui pondus diei, & æstus portauerunt, cum viderunt, Patrem Familias iddem salarium præstitisse illis, qui hora nona ad culturam vineæ aduenerunt. Nam illis dictum est. *Non ne ex denario conuenistis mecum?*

Ratio autem pro communi sententia cavidetur, quod, cum prædicti fures non sint tanquam causa, & effectus, inter se subordinati; & inter eos æque militet restituendi obligatio, non est maior ratio, quare liberato vno, cæteri astringantur, quàm liberentur. Et cum Dominus rei ablata possit illam indemnem de iure facere, nullo condonato, vel liberato, aut absoluto, videtur per absolutionem vni factam à se, cæteros, vbi eadem est ratio, liberare, & ab obligatione absoluere. Deinde, quia si reliqui, præter illum, qui absolendus est, portiones suas restituant, videretur iniu-

stum, quod Dominus rei condonet illi, & maneat reliqui obligati ad dandam portionem, quàm ille erat præstirurus, si cum alijs conuenisset. Unde vtraque hæc sententia probabilis est.

5. Si verò à Domino facta fuit venia vni de portione sua. Dico, quod reliqui solum manent obligati, vnusquisque in solidum, nolentibus alijs, restituere totum, dempta portione illa, quàm Dominus illi vni condonauit. Cuius ratio est; quia condonata illa portione, solum debet in principale computari quod remanet: ergo ad hoc tantum cæteri possunt in solidum obligari.

Paret hoc: nam si Dominus rei nemini condonaret, & vnus, alijs restituere nolentibus, pretium rei in totum Domino solueret, remanerent cæteri illi, soluenti in totum, portiones suas contribuere, vt manifestum est: ergo cæteri, præter condonatum, ius habent, ne à Domino rei, supra id, quod est iustum, grauentur: atqui reuera Dominus aliquid, data vni absolutione, condonauit: ergo iniuste illud exigit, si à non condonatis totum velit accipere. Non enim facienda est gratia cum tertij præiudicio. Et certè, si gratia illa vni non fieret, & cæteri totum restituerent, remaneret ille vnus obligatus portionem suam pro rata inter illos diuidere: ergo, &c.

PROPOSITVR SECVNDA illatio.

6. **I**NFERVNT secundò, Maior; & Abbulensis, quos videtur sequi Paludanus, vt refert Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præcepto 4. lib. 1. cap. 8. num. 4.* Inferunt (inquam) adolescentes, & pueros, ante vigesimum primum annum ætatis suæ, (licet non teneantur regulariter loquendo ad omnia Ecclesiæ ieiunia) teneri tamen ad aliqua prudentis arbitrio; v.g. ad tres, vel quatuor dies in Hebdomada, in Quadragesima. Dicuntque, non posse in hoc certam assignari regulam, nisi quòd, quâto quis fuerit robustior, & anno vigesimo primè proximior, tanto ad plura ieiunia, ex vi præ-

cepti, & Ecclesie, intendenti obligare, prudentis arbitrio teneatur, qui potest.

7 Sed non rectè præfati Doctores. Nam, si prudentis arbitrio discernenda est Ecclesie intentio, & ieiunantium mensurandæ sunt vires; ecce prudentior est communis Ecclesie consuetudo, quã videmus excusare ab omni ieiunio pueros ante vigesimum primum annum inclusivè. Cui consuetudini, vt optinè legum interpretationi, standum est. Quod si aliqui ante prædictam ætatem soleant dimidium Quadragesimæ ieiunare; hoc non, nec ex vi præcepti, nec ex vi consuetudinis, ad mortale obligantis, vt patet, sed ex parentum consilio, & doctrina descendit. Quare præfati omnino excusantur.

8 Sicut (& est doctrina Fagundez præcepto 4. lib. 1. cap. 8. num. 15.) excusantur etiam à ieiunio omnes, qui laborant; quales sunt Agricola, & Artifices, Fabri, & Ferrarij, siue Lignarij, siue cæmentarij: Agrorum Cultores, & ceteri huiusmodi operarij, & Artifices. Quod idem dicendum existimat de Sartoribus, & Sutoribus; quia Artifices sunt; & ab omnibus ferme Doctoribus Artifices excimuntur; vt tenet etiam Llamas. Et hoc quamvis ad se, suamque familiam alendam; vel filias, filiosque dotandos laborent. Imò addit Fagundez, posse Artifices, Sartores, & Sutores communiter excusari à ieiunio ratione necessitatis, & paupertatis: *Qui enim* (inquit ille) *similem viuendi eligunt modum, communiter pauperes sunt. Neque enim hic tam stricte necessitas capienda est; vt extremam solum comprehendat.*

Excusantur igitur probabiliter à ieiunio Sculptores; Figuli; Argentarij, Aurifices; Sutores; Sartores; Tentores; Pelliones; Fulones; Lanarij; Pistoris; & furnariam artem exercentes; & qui panes coquunt. Omnes enim isti generali artificum nomine comprehenduntur. Et omnes Artifices excusat Sa, *verb. Ieiunium, num. 9.* & Ledesma, præsertim Sartores, & Barbitorsores. Excusantur autem omnes ij, siue quia Eugenius III. per privilegium, illis concessum, non vult eos lege ieiunij comprehendere: siue, quia (vt rectè etiam Nauarrus, quem Fagundez refert citatus) Eugenius III.

non tam privilegium Artificibus concessit, quam iuris interpretationem, & declarationem dedit. Sic Fagundez.

9 Ex quo, obiter etiam, licebit nobis inferre, nullo modo peccare conductores Operariorum; (Cauatorum scilicet) Agrorum, Messorum, &c. conducentes eos eo pacto, vt eo die non ieiuent. Tùm; quia isti ad ieiunium non tenentur; potest ergo in pactum deduci, pluries in die abique vilo peccato commedere, quantum est ex le. Tùm etiam; quia, ad auferendam pacti indecentiam, minus laborant ieiunando, quam non ieiunando: ne ergo conductores præiudicium patiantur, potest in pactum deducere, ne ieiuent. Tùm denique, quia non peccat Conductor, si operarij mercedem minuat, ex eo, quod operarij, ieiunium seruans, minus solito laborat. Vt bene Cai. 2. 2. *quæst. 147. art. 4. verb. In eodem artic.* quia non debet maiorem promittere, aut soluere mercedem, quam Operarij mereatur: ergo etiam non peccabit Conductor, deducendo in pactum, & conditionem, ne ieiuent, vt patet. Sic etiam Fagundez supra, num. 16.

10 Pro cuius complemento nota primò, non peccare mortaliter, non ieiunando, illum, qui assuetus diebus ferialibus, propter laborem, non ieiunare, non ieiunat die festo. Quia cum sit parum assuefactus ieiunio, affligitur maxime, si ad ieiunium cogatur. Tùm etiam, quia viribus indiget ad sequentis diei laborem, & labore præcedentis admodum fessus, debilitatusque manet. Sic Azor tom. 1. lib. 7. cap. 27. *quæst. 8. fol. 677. col. 1.* quod probabile dicit Fagundez vbi supra; & Medina prudentis arbitrio desiniendum relinquit.

11 Nota secundo, agrorum; cui causa excusationis à ieiunio, etiam in Quadragesima, est euidenter, & certo dubia, excusari à ieiunio solius Confessarij, aut Medici consilio; imò & cuiusvis boni viri. Quia, licet ipsi tunc non soluant, dispensentvè (quod potest facere Prælati) declarant tamen, præceptum non vrgere. Sic idem Azor cap. 28. *aliàs 29.* & Fagundez supra cap. 9. num. 3. Sed circa hanc ieiunij materiam

in his, quæ hic obiter sunt dicta, in alijsque, ad illam spectantibus, vide Notitium Leandrum 3. part. tractat. de ieiunio; cui in omnibus subscribo. Et ne videar ab instituto discedere.

PROPONITVR VLTIMA illatio.

12 **I**NFERTVR tandem, Nouitium morientem quouis probationis tempore, si tempore mortis donet capaci Monasterio, valide donare. Ratio est; quia hoc Concilij Tridentini intentioni non præiudicat. Solum enim intendit Conciliam, ne ita donet Notitius, vt, propter factam donationem, ad perseuerantiam cogatur. Huicque in hac conclusione dicta, verum tenent ex eo, quod sub intentione Legislatoris minimè comprehendantur. Quapropter etiam à censura, si fortè sit apposta, liberi manent; & consequenter excusantur alijs, eos sic operari videntes, & scientes, à denuntiando eos, si fortè etiam denuntiandi quoad hoc adsit obligatio.

PROPONITVR QVINTA conclusio.

1 **S**ED quia intentione Legislatoris potest monitorium moderari; sit quinta conclusio. Si monitorium tempus præscribat ad finiendam obligationem denuntiandi, qui intra assignatum non denuntiavit tempus; & si peccasset, censuraque ligatus fuisset, non tenetur, eo elapso termino, denuntiare; vt, multis relatis, tenet Bonacina supra, §. 9. num. 10.

2 Dixi: *Ad finiendam obligationem denuntiandi*: quia si ad eam sollicitandam terminus apponatur, non cessat obligatio, cessante, vel finito termi-

no assignato. Sic rectè, cum alijs, tenet Bonacina supra; Suarius *disput. 20. sect. 2. num. 14. & sect. 3.* Filiucius, & alijs. Vnde qui termino præfixo non reuelauit, ligatur excommunicatione, semperque sub eadem denuntiare tenetur. Quod si iusta de causa non reuelauit intra terminum, tenetur, ea sublata, sub excommunicatione denuntiare; nisi censura sit lata tantum contra contumaces præteritos, qui intra terminum, iam lapsum non denuntiarunt; vt bene Suar. Rodrig. & alijs.

3 Vnde non probo, quod ait Armilla *verb. Excommunicatio, numer. 34.* vbi absolute videtur asserere, eum, qui in quocumque termino præfixo, iusta de causa non denuntiavit, non teneri eo transacto. Ex quo toto cœlo errarunt, qui antiquis temporibus dixerunt, excommunicationem à Dominis Inquisitoribus latam, vt denuntientur sollicitantes, transactis octo diebus, non obligare; eo quod singulis annis tale promulgetur edictum. Hos (ni fallor) refert Henriquez. Et de hac falsitate moneo, ne indocti errent in re; Catholice Fidei tam perniciose. Errant namque ab vtero.

4 Tum; quia contrarium tenet communis Scholasticorum, vtriusque que iuris DD. assensus, omniumque fidelium vsus. Tum etiam; quia, vel sic promulgatur tale edictum, vt à fidelium memoria talis obligatio nunquam deficiat, præsertim in tempore, quò fideles ad poenitentiam accedunt Sacramentum, quale est Quadragesima. Vel, vt non amplius denuntiatio differatur. Tum tandem; quia, quod terminus præfixus, sit ad finiendam, vel non finiendam obligationem, pendet ex promulgantis edictum, illudque facientis, voluntate; quam non esse ad finiendam obligationem, sed ad non differendam, testarunt mihi plures Domini Inquisitores; dum super hoc plusquam semel fui ab illis consultus, hæque pro veritate reddidi rationes, & alias, quas breuitatis causa omitto.

5 Sed addit etiam Bonacina, eum, qui intra præfixum terminum non denuntiavit, toties excommunicationem incurrere, quoties non denuntiavit commode potens. Cuius contrariū est dicē-

dum, cum Nauarro, Lazario, & alijs, hoc communiter supponentibus. Et pro nunc ratio esse potest; quod non multiplicandæ sint pœnæ, nisi vel perius, vel ab homine, expresse multiplicentur.

PROPONITVR PRIMA dilatatio, & si falsò illata.

6 **E**X principio, in prædicta conclusionem contento, circa terminum, ad finiendam obligationem præfixum; deductum (& si falsò) viderur dictum, Turrecrem. cap. Presbyter, 91. q. 5. & ibi Cardinalis num. 5. (teste Suariorum tom. 2. de Religione, lib. 4. cap. 27. num. 6. lit. D.) audentium affirmare, eum, qui omisit recitare Matutinum vsque ad prandium, non teneri illud recitare, sed iam peccasse mortaliter. Quod iddem de alijs Horis cum proportione, (quando vniuersa est dilatio) affirmant. Ducuntur namque ex eo; quod in meridie finiatur tempus aptum ad Matutinum recitandum. Ad quod forte occasionem sumserunt ex Angelico Præceptore quolibet 3. q. 29. dicente: *Indecens, & incongruum est, dicere Serò: Iam lucis orto sydere.*

7 Falsam tamen reputat cum communi sententia illationem hanc citatus Suarius, & certè improbabilis est. Aliàs, qui licite non recitauit Matutinum vsque ad meridiem, excusaretur postea ab illo recitando. Quod ita falsum, sicut amplissimum. Licet enim indecens sit in causa (vt rectè ait Doctor Angelicus) recitare post meridiem; non inde sequitur, liberari ab obligatione recitandi. Quia non contra substantiam cessantis præcepti, sed solum contra illius circumstantias delinquitur.

8 Sed dices ex Doctissimo Sà in Sum. antiqua, verbo *Horæ Canonice* num. 1. vbi ita habet: (& loquitur de his, qui non tenentur recitare Diuinum Officium;) *Nec qui urgente negotio est impeditus; huic enim sufficit recitare Horas temporis non impediti.* Sic ille: ergo non est falsum, quod, qui licite non recitauit Matutinum vsque ad meridiem, excusatur postea ab illo recitando. Et cum hoc pro

inconuenienti ex prædicta deducatur conclusione; sicut in sententia Sà non est improbabile, nec erit etiam improbabile dictum Turrecrem. & Cardinalis.

9 Fateor, replicam esse fortissimam. Vnde dico primò, Sapientissimum Magistrum Suarium, cuius est prædicta ab inconuenienti ratio, si viueret, dicturum fortè, sententiam Sà improbabilem esse, vt sic certò Turrecremata, & Cardinalis sententiæ falsitatem deduceret. Dico secundò; (& pro insigni Magistro Suario, cuius opera non minus deuotionem, quàm admirandam redolent scientiam.) Igitur dico secundò, improbabilem esse sententiam Turrecremata, & Cardinalis; & me non audere improbare sententiam Sà. Quod, & si prima facie difficile appareat, re tamen bene inspecta, assignabilis est differentia certa, absque eo, quod terminus, ad recitandum Matutinum præfixus vsque ad meridiem, non sit ad finiendam obligationem.

10 Nam primò possumus dicere, quod, quia iniustum est, ex iniquitate commodum reportare, iniustum etiam est, quod, qui malitiose distulit Matutinum recitare vsque ad meridiem, à labore illud in posterum recitandi excusetur; & si ob dilationem peccaret mortaliter, quod negamus. In casu autem sententiæ Sà, nulla est culpa in dilatione; & sic interpretari possumus Ecclesiæ voluntatem, nolentis extra tempus, designatum ad licitè recitandum, obligare. Nam si Ecclesia, in eâ sententia, præcipit sub mortali, vt, absque iusta causa excusetur, ante meridiem reciteretur Matutinum, implicite velle videtur in posterum à tali obligatione recitandi liberare. Et cum tempus vnius diei, in sententia Sà, sit partibile, in ordine ad Horas Canonicas recitandas, dicendum videtur in eius sententia, velle Ecclesiam ab onere recitandi Matutinum post meridiem excusare illum, qui urgente occupatus negotio illud distulit; nolle autem illum excusare, qui negligentia illud omisit tali tempore recitare; ne sic ex iniquitate sua, (quæ in sententia Sà adhuc non est mortalis) commodum, subeundi in recitando, laboris reportet.

11 Secundò dico, (quod etiam alij

affirmant Doctores) peccare mortaliter illum, qui absque iusta causa omittit vsque ad meridiem Matutinas Laudes recitare, & non ob id, ab obligatione in posterum liberant recitandi: ergo signum est, quod peccare, non recitando ante meridiem, non arguit; tempus, præfixum ad recitandum Matutinum, non esse ad finiendam obligationem, sed ad licitè non differendam.

12 Vnde à priori ratio falsitatis sententiæ Turrecrematæ, & Cardinalis, hæc est; quod nullatenus sit præfixus terminus ad finiendam obligationem. Nam contrarium nullatenus probat peccatum. Et certe, qui teneretur in meridie centum restituere, peccaret non restituendo, & tamen ab obligatione liber in posterum non maneret. Quare aliunde debet ratio assignari; quam, quia non assignant præfati Doctores, nec vllum est ad eam assignandam fundamentum, cū ex libera Ecclesiæ pendeat voluntate, nobis, per communem fidelium timoratorum vsus, in contrarium manifestata, nullatenus probandi sunt; sicque sentio.

PROPONITVR SECUNDA illatio.

13 **S**ECUNDO infero ego, posse quempiam recitare Horas Matutinas sequentis diei ab hora 4. imo & 3. post meridiem. Quia tempus aptum ad recitandum Matutinum, licet ex Ecclesiæ præcepto sit solum naturalis dies, ex consuetudine tamen est etiam illud, quod superest ab hora tertia vsque ad mediam noctem. Vnde etiam hoc tempus clauditur in præfixo termino ad recitandum Matutinum; non ex vi iuris, sed consuetudinis ratione, quæ legis vim obtinet. Quæ Doctrina conformis est Præceptori Angelico quodlib. 5. art. 28. Vbi sic respondet; *posse dici de sero*; per particulam autem *de sero* ait, esse tempus, quod proximè sequitur post dictas Vesperas, & Completorium. *Quia; quantum ad Diuinum Officiam & solemnitatum celebritatem dies incipit à Vesperis.* Hæc Doctor Angelicus.

14 Vnde hanc sententiam, quantum ab hora 4. tenet Suarius, supra num. 14. *Portel. in dub. Reg. verb. Hora Canonica,*

num. 9. & alij. Cumque etiam per consuetudinem hora secunda post meridiem pertineat iam, in ordine ad Officium Diuinum, ad sequentem diem, idem dico ab hora 3. imo, & à 2. post meridiem, siue sint dicta, Vesperum, & Completorium, siue non. Sic alios, etiam Modernos, & satis doctos, referens, tenet Noster Leander p. 2. pag. 99. q. 23. vbi, ex Trullench, refert quendam, dicentem, idem esse dicendum, præsertim in Quadragesima, post meridiem antecedentis diei. Sed hoc vltimum ego non admitto; subscriboque in hoc, aliisque, ad hoc spectantibus, Sapientissimo Nostro Leandro, vbi supra; & q. 22. cum 24.

PROPONITVR SEXTA conclusio.

1 **S**ED, dato, quod monitorium, lex, vel edictum, ad finiendam obligationem tempus non præscribat, stando tamen in eius verborum rigore, sit sexta conclusio, & certa: omnes illi, qui in verbis monitorij non comprehenduntur, ab obligatione denuntiandi sunt liberi. Iuxta hanc conclusionem.

PROPONITVR PRIMA illatio.

2 **I**NFERO primò, excommunicationem latam, vt denuntientur non communicantes in Pascha, aut in tempore, ad id destinato, non comprehendere eos, qui intentione implendi præceptum, apud Mendicantes communicarunt, etiam repugnantibus Parochis. Ratio est; quia præceptum comunicandi non tollit priuilegium, quod Mendicantes habent; vt bene Beja, Rodrig. & Sorbus in *comp. priuileg.* quos refert, sequiturque Fagundez supra *præcepto 3. lib. 1. cap. 5. num. 13.* Vnde prædicti nullatenus comprehenduntur in verbis edicti. Quia, licet per præceptum tenerentur communicare in propria Parrochia, per priuilegiū tamen ab hac obligatione (scilicet comunicandi in propria Parrochia) exempti sunt; censuraque cadit supra non implentes præceptum, per priuilegium moderatum.

3. Infero secundò, censuram latam, vt denuntientur periuri in Iudicio in processibus, & actis, non comprehendere eos, qui (& si coram Iudice falsum iurant) iuramentum tamen est extra acta, & processus; illos tamen comprehendere, si, lata contra periuros, coram Iudice, censura, ipsi in actis se periurent. Ratio est: nam omnis per iurus in actis, est etiam coram Iudice periurus; non tamen è contra. Undè requiritur, quòd iuramentum sit in actibus, & processibus. Sunt autem acta, processus, seu gesta Curia illa, quæ non valent, nisi testium adminiculo fulciantur, & per personam publicam scribantur, processenturque, vt habetur, *leg. vltima, ff. de re iudic. leg. Actorum verba, leg. Paulus, C. de fide instrum. & cap. Cum à nobis, de testio*. Ex quo.

PROPONITVR TERTIA illatio, secundæ germana.

4. SVB Infero tertio, edictum, vt denuntientur periuri in actis, non comprehendere eos, qui se periurant in actis, inualidis tamen defectu alicuius solemnitatis requisitæ. Quòd à simili probò ex doctrina Fagundez supra *præcep. 2. lib. 8. cap. 7. num. 4.* asserentis, si periurium factum in actis reseruetur, non manere reseruatam, si acta sint nulla. Sicut non est reseruatam factum solum coram Iudice. Ratio est; nam acta nulla nullum reddunt testimonium; & perinde sunt, ac si nunquam tale daretur testimonium, vel acta fierent. Vt bene Menochius *lib. 2. de præsumpt. præsumptione 48. numer. 7.* Vantius *de nullitate sententia, num. 2.* Robertus Maranta *de ordine Iudiciario, dist. 16. fol. 218. num. 3.* quos ibi refert Fagundez. Ex quo.

PROPONITVR QUARTA illatio, circa iddem.

5. SVB infero quarto, si periurium, in actis factum reseruetur, restringendam esse reseruationem ad periurium, factum in actis proprie, & in rigore actis. Pro cuius explicatione nota, tria esse actorum genera: quædam

sunt ordinatiua; vt est libelli oblatio post factam citationem, ad ordinandum, & processandū Iudicium. Alia sunt decisiva, & quæ inseruiunt ad decisionem causæ; vt cum, incepta iam lite, editur instrumentum ad perpetuam rei memoriam, propter periculum, ne testes obsecuritatem emoriantur, vel, mirato loco, longissime transferantur; vt prædicta similibus testium lis postea decidatur. Et hæc acta coincidunt cum actis ordinatiuis Iudicij; quæ sunt proprie acta. Alia tandem sunt indagatiua, ad indagandam scilicet veritatem; suntque absque partis citatione, nemineque contradicente. Vt cum editur instrumentum ad constandam de nobilitate, ac familia alicuius; & hæc sunt improprie acta.

6. Quare reseruatio periurij, facti in actis, restringenda est, vt pote odiosa, ràm Parrochis, quàm Parrochianis, ad periurium, factum in actis proprijs, & in rigore. Dixi, esse odiosum Parrochis, & Parrochianis: illis quidem, quia eis suam restringit iurisdictionem; his verò, quia eis difficiliorem reddit Sacramenti usum. Cumque omnis lata censura, vt delinquentes denuntientur, vel periuri in actis, vel alij, semper cum odiosa coniungatur reseruatione, similiter non comprehenduntur periuri in actis improprie, sub obligatione, vt denuntientur.

PROPONITVR QUINTA illatio.

7. INFERTVR quintò ex doctrina Sylu. *verb. Decime, à num. 10.* Hostiens. & aliorum, quos ibi refert, censuram latam, vt denuntientur non soluentes Decimas quascumque, comprehendere illos, qui illas non soluerunt de omni lucro, ab homine quomodolibet acquisito. Quia ad has etiam soluendas astringuntur *ex cap. Ex transmissa, de Decimis;* ibi: *De omnibus, quæ licite potest homo acquirere, Decimas erogare tenetur, & ex cap. Non est eod. tit. ibi; De omnibus bonis, de negotiatione, de ipsa etiam militia, & venatione.* Quàm etiam sententiam videntur tenere, qui dicunt, de omni lucro Castrensi, quasi Castren-

Castrensi, aduentitio, & profectio, deberi de iure Decimam; vt tenent Rebuffus, & Andreas Hispanus; probabileque dicit Fagundez *præcep. 5. lib. 1. cap. 2. num. 5.*

8 Excipit tamen Glossa in cap. *Pastoralis, de Decimis; verb. Quasi de lucro*, successione filij Patri in hæreditatem. Eo quod tunc non censetur aliquid acquirere, sed, quod suum erat, incipere possidere. Quod alij, quos sequitur Fagundez supra, *num. 6.* cum Glossa in cap. *Decima, 16. q. 1.* extendunt etiam ad omnes hæredes, ab intestato succedentes; quia etiam necessario sunt hæredes. Qua ratione, non tam lucratiuo acquirunt titulo, quam suum sibi, iure debitum, incipiunt possidere.

9 Alij tandem, quos, cum Rebuffo, sequitur Suarius *tom. 1. de Relig. lib. 1. de Diuino cultu, cap. 31. num. 7.* iuxta Glossam dicto cap. *Pastoralis*, dicunt, solis mobilibus bonis, donatione, testamento, legato, aut successione acquisitis, deberi Decimas, non vero de immobilibus, quæ non veniunt nomine frugum, aut fructuum, intelligenda. Tum tandem; quia sequeretur, breui ad Ecclesiam bona omnia pertinere.

10 Melius tamen affirmant Val. Albericus, Syluester, Innocentius, & Panormitanus, quos refert Fagundez *num. 8.* de nullo ex prædictis bonis Decimas ex iure deberi. Quia nullum est expressum ius, ad hoc obligans. Et non sunt augenda onera sine iure cogente. Quod etiam probabile dicunt Suarius, & Fagundez citati. Attendenda tamen est consuetudo.

11 Deinde dicunt quidam, deberi Decimas ex rebus, propria hominis actione acquisitis, & si illicitæ; vt ex meretricatu, Histriionatu, occisione, & alijs turpiter acquisitis. Sic Angelicus Doctor, Sylu. Suariusque, quos refert, sequiturque Fagundez *præcep. 5. lib. 1. cap. 2. num. 17.* Hoc tamen de iure est tantum. Quare non debet Ecclesia eas accipere, ne, accipiendo, publica videatur approbare peccata.

12 Nota tamen, quòd, licet, ex lucris, hominis actione consequentis, debeantur Decimæ, semper tamen deducendæ sunt expensæ; non quæ per se, & necessario fierent ablato ministerio, vel actione lucratiua; vt, cum Suario cita

to; inquit, & merito, Fagundez *num. 20.* sed illæ, quæ intuitu, & ratione ipsius ministerij, seu lucratiuæ actionis fiunt.

13 Neque obstat cap. *Non est, de Decimis*; vbi ita dicitur: *Præcipimus quatenus antequam deducatis vllas de bonis prædictis expensas; Decimas cum integritate solvatis.* Non (inquam) obstat. Tum; quia hoc ius antiquum reuocatum est per cap. *Pastoralis de Decimis.* Etenim, (vt ait Platina, quem sequitur refertque Fagundez *num. 19.*) cap. *Non est, est ex Cælestino III. qui fuit ante Innocentium III. ex quo dimanauit cap. Pastoralis.*

14 Tum etiam; quia licet de vtrisque Decimis, (prædialibus, scilicet, & personalibus) loqui videatur; nihilominus, ex necessitate materiæ restringendum est ad prædiales, ne sequatur absurdum contra aliam legem, & ius declaratum in dicto cap. *Pastoralis, de Decimis.* Hæc obiter hic adnotauit, moncoque, in his attendendam esse consuetudinem, quæ, & si nõ præualere possit contra Decimarum substantiam, præualet tamen contra quotam, & in ordine ad materias, ex quibus Decimæ aliæ sunt de iure soluendæ. In his tamen omnibus, & alijs ad hanc spectantibus materiã, libenter amplector quæ Amantissimus meus Leander tradidit, & satis docte, *3. tract. de Decimis.*

PROFONITVR SEXTA illatio.

15 **I**N FERO sexto, Regulares sub obedientiæ præcepto, & maledictione aeterna esse prohibitos detrahere ad populum Ecclesiæ Prælati, in sermonibus. Secundò, retrahere laicos à frequentia, seu accessu suarum Ecclesiarum. Tertiò, indiscretas ad populum pronuntiare indulgentias. Ratio est; quia in verbis *Clementina primæ de priuilegijs* eos comprehendit Clemens V.

Notandum tamen obiter, circa primum, quòd, nomine *Ecclesiæ Prælatorum*, intelligendi veniunt Regulares Ordinarij secundum Portel. *verb. Prædicatores, num. 3.* sequutum Azorium *2. rom. lib. 3. cap. 25.* Sed de hoc multum dubitat Hieronymus Rodrig. infra referendus *resol. 112. num. 6.* Quia Prælati Regulares non sunt proprie Prælati Ecclesiarum.
Cir-

Circa quod aduertet etiam, Lateranense Concilium sub Leone X. comprehendere Prædicatores etiam sæculares; vt supra aduertit Hieronym. Rodriguez. 16 Deinde, nomine illo *Detrahant* non solum significatur, expresse de hoc Præfato detrahere, sed etiam, (secundum eundem Portel.) sic detrahere, vt circumstantes intelligant, pro tali Præfato id fuisse dictum.

17 Circa tertium verò, de *indiscretis indulgentijs*, nota, per hoc intelligi tantum illas, quæ nunquam fuerunt concessæ. Tùm etiam illas, quæ sunt reuocata. Et tandem, quæ sunt dubiæ, & probari nequeunt literis authenticis, & indubitabili traditione.

18 Subijciuntur autem prædicti, contra aliquod ex dictis facientes, pœnis grauioribus, quæ per statutum suæ Religionis solent imponi; & hoc spatio temporis bimestri.

19 Et, licet delinquentes in detrahendo, per Leonem X. in Lateranensi Concilio, ipso facto excommunicationem, ipsi reseruatam, incurrerent. Attamen hæc censura (vt bene Nauarrus in *sum. cap. 27. num. 145.*) recepta non fuit.

20 Nota tamen, Prædicatorem Regularem, finita prædicatione, posse populo concedere 140. dies indulgentiæ; vt constat *ex compendio D. Hieronym. in Hispania, verb. Prædicator, §. 1. & 2.* Neque existimo (vt rectè citatus Portel. *num. 9.*) hanc indulgentiam esse reuocata; quia non est concessa Fratribus, sed Sæcularibus.

21 Sed maior est, quoad hoc, Minoribus, & Prædicatoribus, (ac proinde omnibus alijs, qui in eorum communicant priuilegijs) à Greg. IX. & alijs octo Pontificibus (de quibus *in compendio Minorum*) concessa facultas. Etenim possunt in suis domibus prædicantes, quocumque anni tempore, concedere suis auditoribus decem, & octo annos, ac 322. dies, indulgentiæ. Si verò extra suas prædicent domos, possunt ultra 18. annos, 222. tantum dies indulgentiæ concedere.

22 Si verò sit in tempore Quadragesimæ, in suisque prædicent domibus, concedere possunt 56. annos, & 524. dies. Huiusmodi tamen concessio concedi debent nomine suæ Sanctitatis.

Alias Collector priuilegiarum ait, non illas lucrari fideles. Sic inuenies apud Hieronymum Rodrig. *in compendio 99. Regul. resolut. 77. num. 58. & resol. 112. num. 20.*

PROPOSITIO SEPTIMA illatio.

23 **I**NERVNT septimò Gloss. cap. *Mos, dist. 1. & Archidiacon. 12. dist. cap. Illud*; excommunicationem, latam, vt denuntientur assueti facere vsuarios contractus, obligare ad denuntiandos illos, qui semel, & iterum deliquerunt. Ducuntur citati Authores ex eo, quod existiment, ex duabus vicibus dici quem facere consuetudinem in delictis; & quod bino actu probetur consuetudo, & hominis vitium.

24 Aliter philosophatur Iacobus Butrius, dicens, binum actum non dici frequentem, ac proinde nec assiduum; *cap. Cum oporteat, extra, de accusatione.* Quia, quod bis accidit, contemnunt Legislatores; vt, citato textu, refert *Graffius lib. 1. cap. 27. num. 4.* referens Bartolum, asserentem, raro fieri, quod semel, aut bis fit.

25 Existimant alij, dictam excommunicationem non ligare, nec ad denuntiandum obligare, nisi eos, quos aliquis scit decies deliquisse. Eo quod existiment, decies factum requiri, vt delinquentes consuetudinem inducant; sicut decem oues gregem constituunt.

26 Ex his sententijs non eligo primam, quia nimis rigidam; nec tertiam quia nimis laxam; sed mediam, quæ ductus censeo, requiri ad minus quinque lapsus in tali crimine, vt labens denuntiationi sit subiectus.

27 Ducor morali ratione, quæ sic habet. Pœnarum impositio restringenda est: ergo non est æquum ex duobus criminibus inducere consuetudinem ad incurrendas pœnas. Deinde, satis prudenter iudicatur, (præsertim in crimine vsurario) quem esse in illo patrando assuetum, si quinquies in ipso (præcipue non cum maximo interuallo) delinquat. Etenim specialiter potest ad hoc contrahi vitium, illud *Poetæ crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.*

Vndè & qualitas huius criminis maiorem

lorē in illud cōmittēte propōsionē excitat; & quinaris lapsus in ipso adeo ratio nē deuiāstare videtur, quasi per lōgissimā foret deuiāstata, euerfaq; sūditus, cōsuetudinē. Quare, & si in bonis actibus, innocentiam quasi ouium imitantibus, decem ad consuetudinem requirantur, sicut ad gregem decem oues; at tamen in malis actibus (quia ad malum propensiores sumus; & præsertim talis qualitatis, sicut & luxurię, non magna interpollatione factis; & qui porcorum gregem symbolizare, non extra rationem, valent) videtur mihi, sufficere ad consuetudinem quinque, sicut ad gregem Porcorum quinque sufficiunt; de quō Sā in sum. antiqua, verb. Grex. ergo, &c. Sed de hoc dixi supra, tract. de leg. vbi, de consuetudine.

28 Sed dices: ergo edictum latum contra assuetos luxuriare, comprehendet eos, qui quinquies lapsi fuerint: ergo in sententia Caramuelis stare potest decimus quintus actus carnalis quin per eos quis assuefactus luxuriare dicatur. Probat hoc Consequens. Nam Caramuel, quem nouiter refert etiam Diana part. 11. tract. 1. Miscellan. resol. 2. ait, cum alio Sacre Theologię Doctore, illum, qui successiue, & vno impetu ter, vel amplius cum foemina congressum habet, vnicum tantum committere peccatum. Pro quō citat Zanardum, licet non rectē. Cum ergo contingere possit, quōd quis in qualibet occasione, ex quatuor, quinque habeat cum foemina congressus, si qualibet occasio vnicum tantum infert actum malum, atque peccatum, iam, patris quindecim luxuriosis actibus in triplici occasione, non dicitur luxurię assuefactus.

De hoc iam supra dictum est, tract. de poenit. casu 5. à n. 19. Præterquãquōd; dico modo, sententiam Caramuelis, quatenus de pluribus homicidijs loquitur, successiue in eadem rixa patris, mihi probari; quatenus verò de concubiti- bus, etiam successiue habitis in occasione eadem, mihi falsissimam esse.

Et primò Diana vbi supra, §. Nec obstant exempla, adducta à Caramuele, &c. respondet ex Suario, & Constantino, quōd, quoties actio versatur circa terminum indefinitum, ac incertum, & non moraliter interruptum tempore aliquo, vnicum tantum sit peccatum; sicut in

periurijs, & blasphemijs; quoties verò actio versatur circa terminum definitum, & limitatum, qualis est concubitus, & homicidium, tunc, multiplicata actione, multiplicantur peccata.

Sed contra hoc sic arguo: si ex sola intentione operantis, & plures actiones vnire volentis, desumenda est vnitas peccatorum; sequitur, quod, sicut in blasphemijs, periurijs, Sacramentisque administratis, successiue, vniuntur plura in vno, sic & in fornicationibus, homicidijsque vniuntur, si successiue in eadem occasione, & propter eandem fiant rationem: Quod (vt dixi) de homicidijs in eadem rixa, successiue patris, probabile iudico; non verò de concubiti- bus. Licet enim concupiscentia ex operantis voluptate ad tres, v. g. concubitus, & ira; odiumque rixantis ad tres etiam occidendos homines inimicos, ordinetur; dispar tamen est ratio in casu concubitiuum, ac in casu occisionum trium hominum.

Et si aliquantulum tenere videatur Dianę solutio, dum, §. Quod quidem non procedit in fornicante, probare contendit, hoc non procedere in concubitiuis, ex eo, quod natura ipsa per se, & ex se, in sui lassitudine, viribus destituta remanear ad actum alium, nisi nouis incitamentis denuò adiuuetur, reboreturque, (vt ait Diana) quod signum est, actionem ad concubitum vnum ordinatam, habere terminum definitum, & limitatum, in quō terminatur, completurque actio ipsa; quōd idem dicit de homicidijs. At, reuera, non satisfacit.

Ratio est; quia, licet congressu vno, natura ipsa (ipius vtor verbis) viribus destituta remaneat, &c. At; qui tres ex opat in eadem rixa inimicos occidere, non satiatur eius odium, neque ira, vno occisso; idem ergo debet admittere in talibus homicidijs, ac in periurijs, blasphemijs, Sacramentisque successiue in mortali administratis.

Vndē ego iterum in homicidijs, quōd supra dixi, probabile admitto, si successiue in eadem rixa fiant, vnicum tantum esse peccatum; non verò in concubiti- bus ob rationem supra assignatam, tract. de poenit. casu 5. à num. 19. ad quem locum me remitto.

Ad illationem autem ex Caramuelis sententia, primo dico, illam, quoad

conubiūum voluntatem, non esse probabilem. Secundo dico, edictum, vel Monitorium editum contra aliueros luxuriare; cum ego teneam, sufficere quinque lapsus, & loquamur de pœnis, quæ restringendæ sunt, existimo, quod, si ter, vel quater quis dormiat cum Amasia, licet pluries quacumque vice congreuiatur, non per hoc aliuetus, quoad incurrendas pœnas edicti, dicatur, &c.

PROPONITVR SEXTA illatio.

29 **I**NFERIVR sexto, ex sententia Rodriguez tom. 3. quæst. 2. art. 1. Excommunicationem, latam, vt denuntientur Regulares, qui, absque Parrochi licentia, aliquos matrimonio iungunt, non obligare ad denuntiandos eos, qui, & si aliquos absque Parrochi licentia matrimonio iungant, illud tamen cum nuptiali benedictione non solemnizant. Probatvr: nam non maiorem vim habet hæc censura, ac habent excommunicatio, & suspensio talibus Regularibus impositæ, si absque Parrochi licentia aliquos matrimonio iungant: atqui, in sententia Rodriguez loco citato, prædictas excommunicationis, & suspensionis pœnas non incurrunt, si matrimonium benedictione nuptiali non solemnizant: ergo neque denuntiandi sunt.

Minor est probabilis: Consequentia legitima: Maiorem probō. Quia, posita excommunicatione, vt denuntientur, denuntiandi erunt, si contra præceptum, à iure impositum, eiusque pœnas delinquant. (Hoc enim supponit excommunicatio imposita vt denuntientur) ergo talis excommunicatio, vt obliget, supponit, vt pote accessoria, delictum contra iuris, per tales pœnas prohibentis, mandatum: atqui excusantur Regulares ab illis in probabili Rodriguez sententia, non adhibita solemnī nuptiali benedictione: ergo, &c. Sed hoc quoad obligationem denuntiandi non admitto. Immo, sic absolutè prolaturum, falsum existimo. De quo alibi.

PROPONITVR VLTIMA illatio.

30 **I**NFERIVR tandem, peccatum, in mere internum, etiam si per re-

uelationem constaret, nullatenus esse materiam monitorij, seu edicti, quia nullatenus in verbis eius comprehenditur, cum Monitorium, edictum, vel, circa sola exteriora versetur peccata. Vnde dici solet: *Ecclesia non indicat de oculis.*
31 Sed dices: præceptum Confessionis est humanum: & nihilominus ad interiora se extendit peccata: ergo etiam Monitorium comprehendere valet peccatum mere internum, si de illo, per reuelationem constaret.

Primo solet responderi dicendo, Ecclesiam etiam internos actus posse præcipere indirecte. Vnde quando recitationem Diuini Officij præcipit directe, indirecte præcipit, attentionem necessario petitam à recitatione Officij. Quia Sancta Sancte tractanda sunt. Et iuxta hunc modum, si Ecclesia præcipit Confessionem peccatorum; præceptum eius directe tendit ad peccata externa, indirecte autem, quatenus Confessio debet esse integra, etiam extenditur ad interna.

32 Secundo solet responderi, dicendo, præceptum Confessionis esse de iure Diuino; quod, saltem aliquoties (in vita scilicet, & in morte) negari, non potest, & satis probabiliter idem dicitur de annua Confessione. Quod si, quoad hoc, oppositum probabile sit, vt probabile iudico. Respondetur, integritatem Confessionis esse ab ipso Sacramento Diuino iure petitam. Cumque ius Diuinum etiam internos comprehendat actus, interna etiam comprehendit peccata. Quare omnino certum est, teneri quem interiora etiam confiteri peccata.

33 Sed dices iterum: malitia in actu exteriori, & interiori eadem est: ergo, licet actus interior opere compleatur externo, sufficet in Confessione solum internum actum confiteri. V.g. dicendo: *Desideravi septies mulierem coniugatam, vel solutam. &c.*

34 Confirmatur hoc: nam ideo circumstantiæ, etiam notabiliter, aggrauantes non sunt, in probabilissima sententia, de necessitate consistendæ, quia non diuersificant specie malitiam actus, licet augeant aliquantulum; sed actus exterior non solum non diuersificat malitiam actus interioris, sed est eadem sine augmento: ergo sufficet actus interiores tantum confiteri.

35 Respondeo, distinguendo Maiorem; scilicet: *Ideo circumstantiæ, &c. non sunt de necessitate, &c. quia non diversificant malitiam.* Distingo: quia non diversificant malitiam, quæ iam complete confessæ est: concedo Maiorem: quæ tantum incomplete confessæ est: nego suppositum. Nam circumstantiæ aggravantes, in actu exteriori iam confessæ, supponunt completam malitiã confessam; vt patet.

36 Itaque malitia actus exterioris est complementum malitiæ eiusdem speciei in actu interiori. Vnde non intelligitur tota malitia actus peccaminosi, (& loquor de actibus, qui exterius consumantur, & sic compleri exposcunt) confessæ, si inconfessus reliquatur exterior actus. Patet hoc ex eo, quod impossibile sit, confiteri actum exteriorem, & in eo nõ involui malitiam actus interioris. Et stat bene, declarare malitiam actus interioris, opere non exerciti, quin ibi malitia exterioris actus (quia nullus supponitur) inueniatur. Itaque malitia exterioris actus includit, vel est etiam malitia interioris; non è contra.

37 Exemplum sit in publica honestate, & Affinitate, sequuta ex licita copula. Vbi, informare de impedimento Affinitatis ex copula licita, est etiã informare de impedimento publicæ honestatis cum eadem, & in eadem persona; cum tamen evidens sit, quod informare solum de publica honestate, non sit informare de talis Affinitatis impedimẽto.

Deindè dico, Concilium Trident. præcipere, non solum malitiam, sed & consummationem eius confiteri. De quo supra *tract. de pœnit. casu ultimo à num. 12.*

38 Sed vltèrius dices: Tactus ad copulam subsequuti, sunt ipsius malitiæ complementum; vt aliqui probabiliter dicunt Authores, excusantes per hoc pœnitentes à confessione illorum: ergo, quod malitia actus exterioris complementum sit peccati, non erit, per hoc, necessario explicanda.

39 Respondent quidam primò, dicendo, quod tactus, ad copulam subsequuti, sint veluti appendix actus, iam consummati. Et quamvis, iuxta communem, probabiliorẽque, sententiam debeant explicari, quia ad alterum congressum; quasi ex natura sua, ordinentur; quia tamen probabilis est opposita; in ea sit satis oppositæ replicæ, dicendo,

prædictos tactus esse quodam veluti appendix (sic prædicti loquuntur DD.) congressus, immediarè antecedentis.

40 Respondent secundò Alij, dicentes, tactus, ad copulam subsequutos, non esse propriè, & strictè, complementum malitiæ, vt est copula ipsa respectu malitiæ in actu interiori; sed esse propriè complementum, vel libidinis, vel nimix sensualitatis. Quod ex eo deducunt, quod plures etiam absque antecedentibus tactibus ad copulam accedant, & alij, finito congressu, recedant statim. Relinquo aliam aliorum Authorum solutionem, quia verbis exprimitur sensualis amoris:

41 Ego tertiam à priori, & meo videri planissimam, præbeo (retenta probabiliter prædicta sententiã) solutionem. Dico ergo, tactus, oscula, amplexusque, ad copulam subsequuta, non esse complementum essentialẽ, (vt sic loquar) actus veneri, sed extensiuè, & accidentaliter. Constat hoc: quia desiderium actus veneri, non exigit ex se, & ex natura sua, vt ipsius cõplementum, quod subsequatur tactus, &c. ad ipsũ congressũ.

Paret hoc: etenim coeundi desiderium, secundum propriam, omnimodamque sui rationem, absolute perficitur solo sequuto coitu, in eoque secundum omnia completur: ergo quidquid amplius fuerit superadditum, non vt essentialẽ complementum interni consensus debet computari, sed tantum, vt accidentale tantummodo complementũ; ergo, vel hoc accidentale complementum (tactus scilicet, &c. ad copulam subsequuti) ex nimia sensualitate procedat, vel ex copulantis descendat voluptate, vel aliundè trahat originem, nullo modo participat essentialis complementi rationem; quia nullo modo ab interno coeundi desiderio, secundum se, exigitur, nec postulatur.

Ergo absque confessione huius accidentalis cõplementi, (scilicet tactus, oscula, & amplexus) confessæ copula, fateatur penitens adæquate malitiã. Nihil ergo valet supra posita replica, adhuc in probabili illa sententiã nitens. Et cum ipsius Authores nullatenus admittant posse in confessione inconfessum relinquere actum exteriorem, qui consummatio est malitiæ, liquido constat, prædictam replicam nullatenus esse admittendam,

dam, & quia autoritate caret, & quia nullo probabili nititur fundamento. Quod certissimum iudico.

PROPONITVR SEPTIMA conclusio.

1 **S**ED dato, quod in Monitorijs verbis quis comprehendatur, adhuc potest alia occurrere via, illum à denuntiandi obligatione liberans. Pro qua fit septima conclusio. Nullus tenetur denuntiare, vt accusator, id, quod probare non posse prudenter iudicat. Exceptis excipiendis, de quibus infra.

PROPONITVR PRIMA illatio.

2 **E**X hoc dicit aliquis, (& si somno oppressus) non teneri sollicitatam in confessione (& si non confisisset) sollicitatam denuntiare. Probabit sic: nam secundum probabilem sententiam (quàm etiam tenuit Noster Eugenius, vir sane doctissimus, *tract. de pœnitent. disp. de sigillo confessionis*) Domini Inquisitores adhibent fidem potius Confessori neganti, quàm foeminae accusanti. Ex quo sic arguet: vbi testibus, vel accusatori, vt testi, fides non est adhibenda, nihil probandum præsumitur: sed in prædicta sententia potius Confessori neganti, quàm denuntianti, & accusanti foeminae adhibenda est fides: ergo prudenter præsumitur, indicaturque, nihil probari posse: cessat autem denuntiandi obligatio, vbi prudens est iudicium de re non probanda: ergo, &c.

3 Quod si dicas, Dominos Inquisitores solere expectare secundam denuntiationem ad dandam fidem, & sententiam: fatebitur. Ex hoc tamen (dicit) solum sequitur, illam, quæ semel denuntiavit aliquem, teneri eundem, secundo labentem, lapsamque denuntiare; quod parum refert videtur. Quia, cum liberetur à denuntiandi obligatione illa foemina, quæ nunquam denuntiavit, nec alium habet testem singularem, vel cõrestem, nunquam erit casus, supponens primam denuntiationem, vt, secundo adueniente lapsu, fidem denuntianti foeminae Domini Inquisitores adhibeant.

4 Ad hoc etiam delirium viderur conducere Deciani, Ioann. Andrææ, & aliorum (apud Bonacinam supra fol. 331 col. 1. in medio) sententia, asserentium, neminem teneri occultum denuntiare crimen. Sed hæc sententia falsissima est; sicut & alia eiusdem Deciani, & aliorum somnatio; videlicet, neminem teneri denuntiare, nisi habeat testem contestem, vel singularem. Nam licet pluribus in casibus teneant duo ista dicta; quatenus tamè absolute loquuntur, prædictumque, & alios, Sanctissimo Inquisitionis Tribunali spectantes, comprehendunt casus, à veritate prorsus aliena sunt.

5 Vnde ad rationes, & replicas suprapositas, quæ nullum pro se cum fundamento habent Authorem, dicendum est cum Bonacina, communique sententia, quod à Regula illa, seu posita conclusione, excipitur prædictus casus; sicut & omnes alij, qui, simul cum casu hæresis, etiam occultæ exterioris, Sanctissimo Inquisitionis Tribunali competunt indicandi. Et certè, falsum est, Dominos Inquisitores non adhibere fidem prædictæ foeminae denuntianti, præsertim si sit honesta, & bonæ viræ. Nam aliud est, prudenter expectare, vt assolent; aliud fidem non præstare. Primum concedimus non secundum.

6 Nec prædicta Deciani, & aliorum dicta locum habere possunt quoad Sanctissimum Patrum Societatis Iesu institutum. Ob quod, quasi interlocutoriè, & incidenter sequentem propono quæstionem, ex ea deducturus, positam supra, conclusionem locum non habere respectu Sanctissimi Societatis Iesu instituti.

Sit igitur.

✽



QVAESTIO VNICA.

An de omni re, de qua potest esse lex, seu praeceptum, statutum uè, possit esse votum, si res sit moraliter possibilis, & alias melioris boni secundum se non impeditiua.

QVAESTIONEM hanc seligo disputandam non rãtum propter se, quantum propter ea, quæ legitimè ex illa possunt deduci. Pro explicatione tamen tituli aduerto primò, non rectè inferri, ex eo quòd de aliqua re possit dari praeceptum, posse etiam dari votum. Nã de obseruatione decem praeceptorũ Decalogi, etiam collectiue, datur praeceptũ naturale, & Diuinum; cum tamen votum de simili obseruatione, in probabiliori sententia, sit nullam; eo quòd sit moraliter impossibile sine specialissimo auxilio omnia collectiue vitare peccata mortalia: votum autem, cum sit instar legis humanæ factum, rem possibilem moraliter exposcit. Quòd in praecepto naturali, & Diuino non exigitur; cum solum sit contentum physica possibilitate.

Exemplum est apud omnes clarum, retenta sententia asserente, peccatum veniale esse contra legem: cum tamen nullum sit votum de nunquam peccando venialiter; eo quòd hoc impossibile sit moraliter saltem; non verò physice; ad quòd solum attendit praeceptum naturale; eo quòd respiciat naturam secundum se cum sua intrinseca libertate, quæ rectè saluatur cum physica possibilitate.

2 Aduerto secundò, optimè esse posse praeceptum secundum se de minori bono, non tamen votum; quòd saltem patet in praecepto, seu sententia Iudicis condemnantis aliquem ad ducendam, Mariam, v.g. in vxorem; de quo tamen votum non habet vires, cum sit maioris boni impeditiuum.

3 Ex hoc deduco, id, quòd moraliter est impossibile, nec posse esse materiam praecepti, vel legis humanæ, nec etiã voti; quòd ad instar humanæ legis factum censetur. Vndè, sicut nullum foret praeceptum de ieiunãdo pro tota vita in mo-

dico panis, & aquæ; sic nullum foret votum; quia est moraliter impossibile, & si melius bonum sit. Sicut melius bonum est martyrium, & nihilominus votum de offerendo se illi immediatè, est nullum; (de quo iam supra) quia de re moraliter impossibili. Quibus positis:

PROPONITVR CONCLUSIO.

4 **D**E omni eo, quòd potest esse materia humani praecepti, potest, secundum se, dari votum, si non sit maioris boni impeditiuum, secundum se. Hãc conclusionem indico certam. Ratio est; quia in voto, factò de tali re, verificatur omnino voti definitio: scilicet: *Deliberata promissio Deo facta de re meliori.*

5 Ex hoc ergo certò principio, euidenter (meo videri) sequitur, validum esse votum, seu statutum in insigni Societate Iesu, renuntiandi, vel actioni, vel privilegio, quòd vnusquisq; habet delinquēs vt corrigatur fraterne per illum, qui eũ in delicti patracione deprehendit. Illatũ hoc hac vnica sic probò ratione.

6 De omni re, de qua potest esse praeceptum humanum, potest similiter dari votum, si alias res sit melius bonum, seu nõ melioris boni impeditiua: sed de omni re, cuius cognitio priuatiue ad Sanctissimum Inquisitionis Tribunal competit, datur de factò praeceptum, & iustissimũ, vt delinquens denuntietur, quin corrigatur prius: ergo de renuntianda actione, vel privilegio, quòd, quisque habet, vt ante denuntiationem corrigatur, optimè valet dari votum: ergo simile statutum, & Religiosissimum, optimè sub voto cadere valet. Maior est certa: Minorem nullus negare audebit: ergo legitima est Consequentia.

7 Explicatur hoc amplius. Vel Sanctissimum Inquisitionis Tribunal attendit in iustissimis suis decretis, ad opinionem asserentem, verba Christi Domini: *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum vsque ter, inter te, & ipsum solum:* esse de consilio: vel ad communem, firmantẽ, esse de praecepto: quòdcumq; dicatur, nõ obstat: ergo, &c. Probatur Minor: nam siue consilium sit, siue praeceptum Christi Dñi, illud sic saluat, explicatque Sanctissimũ Inquisitionis Tribunal, vt nullus contradicere, nec impugnare audeat: ergo, &c.

Deindè : iurisdicō DD. Inquisitorum à Supremo Ecclesiæ descendit Pastore, & non ignorante Christi Domini præceptum : si ergo Caput Ecclesiæ, in quo Christi splendet potestas, actionem tollit à delinquentibus, ita vt favorem per tale Christi præceptum, concessam illis auferat, velint, nollint; & hoc humana lege; quare non poterunt ipsimet delinquentes cedere tali iure?

9 Si autem *ly inter te, & ipsum solum*, in Christi verbis contentum, indispensabiliter prius effectum habere debet, vt sonat, corrui profecto in dedecus Pastoris Summi potestas, & iurisdicō, per tot Sanctissima decreta, ab ipso DD. Inquisitoribus colata; quòd; quia aures horret, & ratio damnat, nullus Catholicorum firmabit.

10 Ergo vel in delincente est privilegium, quòd corrigatur, & quòd, ob bonum commune, ab illo auferat Pontifex; vel *ly inter te, & ipsum solum*, mediatè, vel moraliter immediatè, venit intelligendum. Si primum; ergo iddem de statu PP. Societatis dicendum venit, cum similiter à Summo Ecclesiæ Pastore accipiat robur. Si secundum: ergo sicut denuntians Dominis Inquisitoribus (& vt Iudicibus) delinquentem fratrem, vel proximum, per illos corrigit mediatè, vel moraliter immediatè; sic denuntians, in Societate Iesu, Prælati, per illos corriget mediatè, vel immediatè moraliter.

11 Nam, sicut Domini Inquisitores prima vice, & forte secunda, corrigentes (& salubriter) vna cum denuntiante, persona corrigens reputatur; sic similiter de denuntiantibus in Societate Iesu, & de Prælati eorum, dici potest; præsertim cum apertis verbis dicat statutum, talem denuntiationem debere fieri illis, tanquam patribus; secundum quam rationem minus distare ab illis videtur denuntians illis subditus, vt patribus, ac distat denuntians DD. Inquisitoribus, vt Iudicibus. Filius enim magis Patrem, & è contra, repræsentat, quam inferior Iudicem: ergo, &c.

12 Si autè ad hæc omnia dicas; quòd, ob vitandum detrimentum contra Fidem Catholicam, expedit pro Sanctissimo Inquisitionis Tribunali, sic disponere, decernereque; non verò pro vitan-

dis alijs, non tam grauibus peccatis. Dico primò, vt utrumque ab eodem Ecclesiæ Pastore Summo, Christi que Vicario descendere. Secundo, quòd Christus Dominus æqualiter de omnibus peccatis, eodem modo corrigendis, fuit loquutus. Et si præceptum est, indispensabile est per humanam legem.

13 Quòd si Pontifex illud declaret quoad ea, quæ ad Sanctissimum Inquisitionis spectant Tribunal, inter quæ plura sunt, quæ immediatè hæresis nō sunt; etiam declarauit illud quoad ea, quæ Societatis Iesu Prælati competere possunt. Tertio; quia Angelicus præceptor eodem modo loquitur de omnibus peccatis, etiam contra fidem, in ordine ad obligationem corrigendi.

14 Quarto; quia plures sunt causæ, ob quarum quamlibet excusatur quis ab obligatione corrigendi, & obligatur ad denuntiandum Superiori. Et certè mirum est; quòd inter tot causas, & particulares aliquas, non obtineat æqualem locum bonum commune præstantissimæ Religionis Societatis Iesu, ob particulare institutum, specialiter nominatum.

15 Probatnr rursus eadem pro Instituto Societatis Iesu conclusio; & illatio. Æqualis (imò & Maior) est actio, iusque; vniuscuiusque ad vitam, ac ad bonæ famæ opinionem, casu, quo vtriusque; amittendæ periculum imminet: at qui Chartusiani, morti propinquis, à quâ non, nisi carnes edendo medicorum iudicio, effugient, tenentur ex voto, vel statuto, per votum admissio, ab illis (non obstante tali periculo) abstinere, & ad minus laudabiliter faciunt ob cōmune suæ Religionis bonū; (quòd nullus rectè dñabit, nec in ipsis infirmis morti propinquis, nec in non præsentibus illis carnes) ergo & factis laudabiliter faciunt Societatis Iesu Patres cedendo, per vorū, actione, & iure, quo, vt ante denuntiationem corrigantur fraterne, gaudet; præsertim, cum non sit ita certum (imò nec secundum rationem esse debeat) periculum amittendi honoris, ac est in casu Chartusianorum amittendæ vitæ plusquam probabile periculum.

16 Maior est certa; confirmaturque amplius ex hoc, quòd in periculo mortis, respectu Chartusiani, solum interuenit instituti ipsorum observatio, ad com-

munè totiùs Religionis bonum spectās; in casu verò Patrum Societatis Iesu, vltra obseruantiam tam sancti, laudabilisque instituti, interuenit etiam salubrius, & efficacius remediū pro bono animæ delinquentis, vt patet; ergo (quia; in periculo mortis Chartusiani, solum interuenit instituti ipsorum cōseruatio) non ita minuitur ius, ipsorumque actio ad vitæ cōseruationem, ac minuitur secundum se in casu PP. Societatis; (cum contra illud equaliter militet bonum cōseruationis instituti ipsorum, & vltra hoc, obligatio per prius respiciendi bonum animæ delinquentis, quam vitam cōseruandam: Maior ergo propositio certa est: Minor autem cōmuniter à Doctōribus, & doctōribus, laudatur; ergo, & tanquam laude dignissima, admittenda est Consequētia. Eximuntur ergo à præsupposita conclusione septima Patres Societatis Iesu: Et hæc obiter, quia ex prædicta sequebantur conclusione, satis sint dicta. Ad intentum, ergo:

**PROPONITVR PRIMA
illatio.**

17 **E**X prædicta ergo septima conclusione infero primò; neminem teneri denuntiare illum, de quo à fide digno, sed postea obliuio, vel factò ad testificandum incapaci, aliquid denuntiandum audiuit. Probatur; (& euidenter) nam talis denuntiationis veritas, aut certitudo, vel eius veritatis, probabilitatisq; probatio; tota refunditur in illum; à quo audiuit: ergo si ille obliuio est, se tale dixisse, vel; si recordatur, testificandi est incapax, nullatenus probare poterit: ergo talis denuntiationo nullius erit momenti, quia neque in se, neque in illo, in quò refunditur, nullus est fidei; cum enim sit denuntiationo de illo, quò esse debebat per testimonium illius, à quo denuntians audiuit, nullam potest inferre veritatem, aut probabilitatem: Quia non entis nullæ sunt qualitates:

**PROPONITVR SECVN-
da illatio:**

18 **I**NFERO secundò, censuram latam, vt denuntientur Simonia-

ci, non obligare ad denuntiandos famulos inferuentes Episcopis, etiam cum præsumptione, quòd inferuiant propter obtinendum Beneficium. Constat primò: nam interna intentio, & nullatenus explicata, probari non potest, præsertim in hoc casu, in quo famuli inferuentes facillimè negare possunt, se cum tali intentione deseruire. Secundò: quia nullus præsumitur malus, nisi probetur: probatio autem ab externis rebus dependet: seruire verò; & si sit externum quid, de se tamen, nisi aliud externum accedat, nullum inducit crimen, vt patet.

Tertiò; quia dicti famuli, inferuentes Episcopis in Pallatio, intuitu, & sine; Beneficia obtinendi, nullatenus sub Simonia comprehenduntur reatu: quod hic pro viribus, licet obiter, probare intendo, quia semel rogatus fui. Igitur probò hoc:

19 Primò ex diffinitione Simonia: *Est enim Simonia studiosa voluntas, emendi, vel vendendi rem spiritualem; pretio temporali*: atqui præfati famuli, etiam tali inferuendi intentione apposita, non habent voluntatem emendi Beneficia spiritalia ob pretium temporale: ergo non sunt Simoniaci. Maior est certa: cumque sit adæquata talis diffinitio Simonia; omnes speciales Simoniaci casus in ea cōprehensi censentur: Minorem probò. Nā tales famuli (& si cum prædicto fine, intentioneque) communiter inferuiūt pro sustentatione, & vestitu; vt patet: ergo nihil præbent in pretium, cui Beneficium, tanquam res empta, correspondeat.

20 Secundò: nequit dari emptio, & venditio, vbi contractus, vel explicitus, vel implicitus non reperitur; atqui in prædictis casibus; non est explicitus contractus emendi, vel vendendi rem spiritualem, vt patet; & ex alia parte nequit implicitus assignari: ergo nullatenus potest ratio pretij reperiri, ac proinde nec Simonia, iuxta eius diffinitionem.

21 Quòd implicitus emendi, vel vendendi re spiritalē pretio temporali assignari nequeat contractus, sic probò: nam implicitus contractus, qui idem est, ac implicita emendi voluntas, in aliquo explicito debet contineri: non in fine, & intentione seruientis famuli,

quia ista non explicantur, nec pro compensatione possunt assignari: non in seruitio ipso, quod victu, & vestitu compensatur: nihil aliud restat, in quo contineri possit, vt etiam patet: ergo nec adest implicitus emendi, vel vendendi contractus.

22 Et confirmatur: etenim pretium, prout ad præsens attinet, adæquate clauditur, vel in munere à manu, (hoc est, pecunia, quæ proprie pretium est, vel quælibet alia materialis res, siue mobilis, siue immobilis, alias pretio æstimabilis, & consequenter æquiualeter pretium) vel in munere à lingua, (id est, laus, adalatio, vel preces pro aliquo interponendæ ex vi pacti expressi, vel taciti,) vel tandem, in munere ab obsequio, (scilicet, alia quæcumque obsequia, seu seruitia, alicui præstita, vel præstanda, absque vilo recepto salario in eo, qui seruit, vel obsequitur, cum obligationeque in eo, cui seruit, ad conferendum Beneficium Ecclesiasticum, vel rem aliam spiritualem, &c.) Atqui neutrum istorum pretiorum in prædictis inseruientibus, modo dicto, & communiter, famulis reperitur: ergo, &c.

23 Maior est communis DD. sententia, vt videre est apud Balseum in floribus Theologicis, verb. *Simoniam*, secundo, à num. 1. pro qua refert cap. *Saluator*, 1. 9. 3. cap. *Tua nos*, de *Simoniam*; Angelicum Præceptorem 2. 2. q. 100. art. 5. ad 3. Suarium, Nauarrum; Tolletum, Filliuc. Syltium, Lessum, Syluestrum, Laiman, Bonacinam, & alios; quod etiam in Sanctio rom. 1. consil. infra referendo, Diana, & alijs, de quibus infra reperies: Minor est euidentis: nam in primis, in præfatis famulis non est pretium, quod sit munus à manu, vt patet; similiter non reperitur pretium, quod sit munus à lingua, vt constat; denique nec est pretium, quod sit munus ab obsequio, vel seruitio; cum hoc compensatum salario supponatur: ergo nullum vilo modo pretium interuenit: ergo nulla vilo modo valet interuenire Simoniam: ergo non sunt sic inseruientes famuli in Simoniam reatu deprehensi: ergo non recte plures Authores eos absolute condemnant: ergo nec recte alij eos varijs scrupulis molestant: ergo non solum ob rationem in posita sept. in conclusione assignatam subiiciendi sunt

oneri, vt denuntientur; sed etiam quia nullatenus Simoniam labem committunt.

24 Secundo probatur hoc, declaraturque amplius: nam, in prædicto casu, si aliquid pronenire potest ex fine, & intentione seruientis famuli, solum est, ita exacte Episcopo seruire, vt ipsius alicuius, captereturque voluntas ad Beneficium conferendum: atqui huiusmodi in seruiente famulo promptitudo solum (ablato pacto, quod & expresse, & tacite ablatum censetur) inducere potest antidorale debitum, obligationemve antidoralem, quæ nullatenus sufficit ad causandam Simoniam: ergo, &c. Maior constat: Minorem autem sic probo: nam antidoralis obligatio, ca est, quæ oritur tantum ex virtute gratitudinis: atqui verius est, ex hoc nullam inferri Simoniam, cum verius sit, debitum antidorale non esse proprie debitum, nec pecunia æstimabile, vt docet Doctissimus Sanchez tom. 1. consil. lib. 2. cap. 3. dub. 28. & in alijs similibus Valentia, Tarranus, & Malderus, quos refert Diana in ultimo compendio, verb. *Simoniam*, num. 5. sequutus citatum Sanctium, qui omnes id, quod hic resolutum est, amplectuntur: ergo nulla ex parte adest in præfatis famulis Simoniam vitium.

Imò, (& sunt verba Sanctij supra numer. 7. propè finem) licet valde scrupulosum sit, & suspitione Simoniam non careat, si quis seruiat Episcopo gratis, eo quod speret ab ipso beneficium; at, si non sperat, vt mercedem seruitij, sed gratis, & ex beneuolentia, & gratitudine, licet principaliter speret beneficium, non est Simoniam. Sic Sanchez.

Deinde: (& verba sunt Balsei loco citato, propè finem numeri secundi:) *Tamen Simoniam non est, gratis alicui seruire, aut obsequia prestare cum spe, vt, in eorum remunerationem, ad Ecclesiasticum Beneficium quis presentetur, aut instruat, modo absit pactum implicitum.* Sic ille. Ergo supponit, quod adhuc in hoc casu potest non adeste implicitum pactum: ergo multo magis, vbi seruitium salario compensatur.

25 Hoc idem antea dixerat Sà Summa antiqua, verb. *Simoniam*, num. 1. his verbis: *Simoniam est dare spirituale, aut spirituali annexum, pro re æstimabili pecunia,*

per modum pretij : vbi autem non est obligatio ciuilib, seu ex contractu, non est Simonia, etiam si sit obligatio quedam naturalis : vt cum quis dicit, se intendere, vel sperare, sed non obligare ; vel seruire ob Beneficium, sed non velut pretium seruitutis. Hæc Doctissimus Sa. Nota tamen circa illa verba : *Aut spirituali annexum* : alios quos affirmare, posse aliquid accipi, vel dari pro labore intrinsece coniuncto actioni sacræ. Hos refert, & probat Bafcus supra, verb. *Simonia* 3. num. 6. in fine.

26 Tercio probatur : nam Simonia dicta est à Simone Mago, qui potestatem sancturam dandi spiritum peccunia voluit comparari, vt postea, signa vendendo, lucraretur ; de quo *Actor. 8. & 1. q. 1. Saluator.* Nec dicta est Giezia à Giezi, qui donum Dei vendidit solum. Et Angelicus Præceptor. 2. 2. q. 106. & in 4. dist. 25. & quodlibeto 2 & 8. ergo nisi donum Dei, vel quæcumque alia, spiritualis res, vel spirituali rei annexa, peccunia, vel alio peccuniæ æquivalenti, comparetur, non erit Simonia : atqui in prædicto casu nil horum interuenit, vt patet : ergo non committitur Simonia.

Rationem hanc ex Doctissimo Syluestro deduco, verb. *Simonia*, à principio ; vbi num. 3. infra principium, ita habet. *Tertia regula est, quod ad euitandum Simoniam coram Deo, & in conscientia sufficit, quod quis non intendat pro spiritualibus, vel eis annexis, aliquid temporale recipere quasi pretium, &c.* Sic ille. Ex quò sic ego : ergo non erit Simonia, vbi venditio non interuenierit. Patet Consequentia ; nam, si non est Simonia, nisi pretium, vel quasi pretium interueniat, non erit Simonia nisi venditio, vel quasi venditio interuenierit : atqui in prædicto casu nec est pretium, nec quasi pretium : ergo nec venditio, nec quasi venditio : ergo nec Simonia.

28 Vnde, oblata intentione dandi peccuniam, vel aliud æquiuale, pro pretio, vel quasi pretio, & consequenter pro emptione, vel quasi emptione (sicut in permutando, vel remittendo cum onere ; reperitur, de quò satis egregie citatus Syluester) non erit Simonia. Omnis namque quæcumque alia obligatio, præterquam ex iustitia stricta, & propria, Simoniam non inducit.

29 Ob quod Sapientissimus Syluester, statim post citata verba, sic habet : *etiam si intendat* (recipere intellige aliquid temporale, vel spirituale) quasi sustentamentum concessione iuris, vel piæ consuetudinis ; vt patet ex *D. Thoma* 2. 2. vbi supra art. 2. quoad Sacramenta, & art. 3. quoad spirituales actus, &c. sic Syluester. Atqui consuetudo tenet, quod inferuientes etiam sine, & intentione recipiendi Beneficium Ecclesiasticum non reputentur Simoniaci : ergo Simoniaci non sunt, præsertim cum non adsit pactum ; nec explicitum, vt patet, nec implicitum, & tacitum, vt etiam ex dictis constat, pro Beneficio seruitium impendendi : ergo absolute à vitio Simoniam exempti, & liberi sunt.

30 Eiusdem sententiæ est Machado 1. rom. lib. 3. p. 3. tract. 3. documento 4. num. 2. prope finem, referens in margine Sotum, Victoriam, Suarium lib. 4. de Relig. cap. 44. num. 8. Fillucium, Valentiam, & alios, quos refert, & sequitur Bonacina, & Bafcus, de quibus supra. Videatur ipse Machado supra, documento 1. num. 3. vbi in fine ita habet : *Pero es necessario, que interuenga algun precio temporal ; por que de otra manera, ni se vende y compra, ni propriamente Simonia ; sic ille ; in margine referens legem Sicur, §. Venditionis, ff. quib. mod. pign.*

31 Ex his igitur interpretationem accipiant in primis, cap. *Saluator*, 1. q. 3. secundo, cap. *Placuit*, 1. q. 1. & extra, de eo *Simoniacæ*, & cap. de *Regularibus*, & cap. *Nobis*. Denique omnia alia iura, quæ satis docte refert Syluester, verb. *Simonia*, per totum ; vbi, his omnibus non obstantibus, quod hic defenditur, satis abunde resoluit. Quibus omnibus accedit, cap. *Quam pio*. 1. q. 2. ex quo deducit Syluester supra, num. 13. §. *Quartum*, esse Simoniam ita se voluntate gerere : *Nunquam me viuente fiet Canonicus in ista Ecclesia, nisi fiat talis pro quo rogauit.* Vel si aliqui Canonici maiores dicant, *Canonizemus Nepotulos nostros ; Placeat tibi de meo ; & placebit mihi de tuo.* In vtroque hoc euentu est Simonia, iuxta citatum cap. *Quam pio*, & Syluestrum cum alijs.

32 Ergo à contrario sensu, vbi pactum nullum interuenit, & si alias æquitas urgeat, vel beneuolentiæ, vel antidotalis obligationis, non erit Simonia ;

licet hoc in quasi pactum deducatur: quod his explicat verbis Syluefter loco citato: *Tu* (inquit ille) *exauditus fuisti in una petitione; ego exaudiri debeo in alia.* Quādo preces sunt spirituales, cap. *Quia Sancta, dist. 63.* Imò absolute loquendo, de quibuscumque precibus, sic ibi addit Maximus Magister Syluefter: *si etiam* (ait ille) *esset consuetudo, quod, exaudito uno, alter exaudiat, petere posset illam consuetudinem seruari;* argum. cap. *Quia igitur, & cap. Cum omnes de constit.* Ex quo sic ego: ergo si antidotalis obligatio peteret, ut huic, v. g. famulo Beneficium conferatur, posset sic fieri postulatio: ergo idem est dicendum de quacumque alia obligatione, quæ non sit iustitiæ, & per contractum immediate deducta.

32 Ex quibus omnibus; sic tandem intentum probo: Optima est, & quæ semper præualere debet, legum interpret, consuetudo ipsa, fideliumque etiam timoratorum vsus: atqui circa præfatos inferuientes modo dicto famulos sic tenet vsus Doctissimorum virorum, de quibus supra, assensu firmatus: ergo sic debent omnes textus, in contrarium possibiles adduci, declarari. Adquid ergo scrupulis pungēdi sunt, quos, nedum ratio, nedum Doctorum maior authoritas, sed etiam vsus ipse, consuetudoque fidelium timoratorum à Simoniæ lebe excusat? & de hoc satis sint dicta, omittendo, plures alios me pro hac sententia referre posse Doctores.

Sed quia omnia, quæ in prædictis conclusionibus desiderantur, ut quis denunciare teneatur, simul esse possunt; placet alias causas, à denunciando excusantes, apponere, quæ aliquoties contingere solent. Pro quo.

PROPONITVR OCTAVA conclusio.

I EXCVSAT, perse loquendo, ab obligatione denunciandi metus gravis, cadens vè, in virum constantem. Imò, & secundum, aliquos, sola metus gravis suspicio. Item, esse socium criminis. Ac tandem, tacita Superioris licentia, (v. g. esse permixtos hæreticos cum Catholicis sciente Superiore. Excusat etiam conuersari cum illis, ultra ontes, secus si sit in Hispania, vel Italia.

Conclusio hæc multa continet; omnia tamen sub Patronis militant. Mihi probantur primum, & vltimum. Primum, ob grauem scilicet iniuriam, graue vè damnum, quod non tenetur admittere, qui metu cogitur graui. Vltimum vero; quia ex Principis, vel Superioris expressa, vel tacita licentia exculantur.

2 Nec me latet sententia Fagundez; de quò iam supra in præcedentibus conclusionibus, asserentis, neminem teneri solicitantem denunciare cum probabili periculo mortis, infamiæ, aut gravis alicuius damni proprii, vel Patris, aut Matris, mariti, aut uxoris, fratrum vè, aut aliorum, sibi coniunctissimorum. Quia (probat Fagundez) cum huiusmodi denunciatio ad proximi emendationem ordinetur, est Charitatis actus: atqui Charitas non obligat cum tanto detrimento, cum nullus sit magis proximus, quàm quisque sibi: ergo.

34 Ego in hac conclusione, in tota sua latitudine, & extensione, non comprehendo crimen hæresis, nec alia ad sanctissimum Inquisitionis Tribunal spectantia; nec ea, quæ fuerint contra bonum commune, immediatè, & proximè; nec alia, quæ communiter Authores excludere solent. Vnde quoad hæc sequor Doctrinam sapientissimi mei Leæder *1. p. disp. 13. per rotam*, vbi satis egregie, & attente omnia, quoad obligationem denunciandi solicitantes, pertinentia, pertractat, nihil, quod Authores cixere, omittendo; quare, quia nihil nouum occurrit, & omnia sæpe sæpius legi, illi in omnibus, quæ & affirmat, & censurat, eodem modo subscribo.

Si verò his omnibus remedijs, ab obligatione denunciandi liberantibus, quis destitutus sit, expectet adhuc, si forte sit spes, illum ab obligatione prædicta liberans; quàm sequenti conclusione explicabo. Igitur.

PROPONITVR NONA conclusio.

I EXCVSAT ab obligatione denunciandi cecitas negligentiæ Prælati circa remedium, denunciandi alias, delinquentis. Et secundum aliquos

quos sola probabilitas negligentiae. Ratio est; quia denuntiatio vel tendit ad punitionem, vel ad denuntiandi emendationem: his ergo deficientibus, ad nihil deseruit: deficient autem stante certitudine (quod planum est) vel probabilitate (& hoc probabile) negligentiae Superioris: ergo.

Superioris autem stante debita diligentia, sola denuntiandi emendatio obligationem auferre potest denuntiandi: pro quo.

PROPONITVR DECIMA conclusio.

I EXCVSAT communiter loquendo ab obligatione denuntiandi, delinquentem esse emmendatum. Haec conclusio multorum DD: est. Dixi tamen, *communiter loquendo*: quia (vt supra etiam dixi) excipio primo damnatum commune, & proximi; item crimen haeresis, & omnia illa, quae Sanctissimo Inquisitionis Tribunali subduntur. Primum; quia denuntiatio iustificatur tunc, ratione damni evitandi, vel compensandi; vel ratione punitionis, quam delinquens tunc meretur. Secundam vero, quia vel satis difficile est, Haereticum esse emmendatum, (& iddem iudico de delinquente in alijs rebus, & materijs, ad Tribunal Sancti Officij pertinentibus,) vel quia magis asscuratur proximi emmenda, absque ipsius punitione, si corrigatur per DD. Inquisitores, cum pietate, quam semper profiterentur.

2 In alijs vero materijs, vere emmendatum minimè credo esse denuntiandum. Ratio est, quia denuntiatio respicit emmendationem, qua posita, superfluum erit denuntiare. Ob quod Filiucius *tom. 1. fol. 509. cap. 2. de excommunicationibus ad denuntianda crimina*, ait, has excommunicationes duos requirere fines, primū, vt peccatū aliquod, iam commissum, corrigatur. Secundō, vt impediatur aliquod peccatum futurum, ne committatur. Ergo, si iam supponitur emmendatio, non erit peccatum futurum, ac proinde nec Monitorium obligabit. Ratio autem horum duorum finium ea est, quia excommunicatio est poena quaedam spiritualis; debet ergo semper adf.

se finis aliquis spiritualis, cuiusmodi sunt praedicti. Hec, paucis additis; Filiucius supra *num. 28.*

3 Aduerte primo, per sparium triū annorum praesumi emmendatum criminolum, secundum Mascardum *conclus. 600. num. 14.* quem sequitur Farinacius *in prax. q. 13. num. 26.* & secundum Seraphinum de Freitas cum alijs, apud Acunham *q. 13. num. 15. & 16.* Quod iddem tenet Fagundez supra; quatenus dicit, praemittendam esse correctionem, si sit spes emmendae. Sed quia isti Authores loquuntur de criminoso sollicitate, nullatenus audiendi sunt. Extra casus autem Haeresis, & alios Sanctissimae Inquisitioni spectantes, &c. minus temporis sufficit; vt aliquis emmendatus censeatur; quod, inspectis circumstantijs, & delinquentium qualitatibus, prudentum arbitrio iudico relinquendum.

4 Secundō aduerte, quod, quando dubitatur, an superior praecipiat denuntiare propter punitionem, non est praesumendum, ita praecipere, ac proinde ad correctionem accedendum; quidquid dicit Reginaldus.

5 Terriō aduerte, quod, quando aliquid sub secreto cognouisti, vt quia Aduocatus, Procurator, aut vt vir sapiens de ea re fuisti consultus, non teneris denuntiare. Sed ab hoc excipitur primō graue Repub. aut proximi damnus. Deinde crimen haeresis; & tandem ea omnia, quae Sanctissimo Inquisitionis pertinent Tribunali.

6 Denique aduertit Henriquez *lib. 13. de excommunicatione, cap. 18. num. 3. per totum*, excusari quem a denuntiando, quando Reus notus est, quod admitto, si Reus notus sit Iudici. Etenim si Iudici sit ignotus, & omnibus alijs notus sit, poterit contingere quod sicut ego me excusare volo, quia alijs notus est Reus, etiam alij ob eandem rationem; adinuicem se excusare velint; & maneat impunitum, & non emmendatum, delictum. Beneuerum est, quod communiter loquendo inclinentur homines ad declaranda peccata aliorum, cum saepius etiam occulta detegant, & (prohdolor) augeant. Vnde sic intelligo Henriquez loc. citato. Vt autem, quae singulatim sunt dicta, vnico comprehendamus sermone.

(?)

PROPONITVR VLTIMA conclusio.

1 **Q**UÆcumque ex conditionibus, in prædictis conclusionibus contentis, deficiat, sufficiens est, quemlibet à denunciandi obligatione excusare. Conclusio hæc omnium præcedentium conclusionum rationibus satis probatur. Quare solum superest dicamus, tam pro præcedentibus, quam pro dicendis infra; quando nam incipiat Monitorij, aut edicti obligatio?

2 Pro quò dico, incipere à die, & hora, quæ promulgatum fuit. Nam leges (& iddem est de edictis, & Monitorijs) statuuntur, cum promulgantur. Vnde, transacto termino, secundum supradicta, tenebitur, nisi vltimus dies termini incideret in diem festum. Nam tunc in sequentem feriatum diem translatus censetur terminus. Ita Abbas in *praxi*, cap. 14. num. 4. Lazarius, Clauis Regia, & alij. Vel nisi quis impeditus sit, vel infelix. Quia sicut impedito non currit tempus, sic neque infelix, seu ignoranti. Quare à die scientiæ, & potentiæ computandus est terminus. Sic Suarez tom. 3. disp. 20. sect. 3. num. 14. Henriq. Grassius, Lazarius, Alterius, & Bonacina, fol. 348. col. 1. in fine; addens, iddem esse dicendum de eo, qui post publicationem Monitorij, generaliter lati, incipit esse subditus illius, qui Monitorium tulit. Quod etiam, & rectè, prædicti sentiunt Authores.

3 Vt autem hoc melius perpendatur, in quæstionem vertitur: an dies publicationis Monitorij, seu edicti, numerandus sit intra dies, ad reuelandum constitutos, & assignatos? Videntur affirmare Suarez vbi supra; Filiuc. cap. 2. quæsitio 10. num. 41. & alij. Cuius oppositum sequuntur alij, iuxta illud axioma: *Dies termini non computatur in termino: cap. Statutum, de præbend. lib. 5.* Nisi forte dicatur in Monitorio: *Hinc ad 15. dies*; Hac enim forma loquendi videtur terminus statim inchoari; & tempus numerandum de momento ad momentum videtur: vt ex Iason, & Bartholo, ostendit Lazarius de *monitorio*, sect. 3. q. 2. num. 1. & alij apud Bonacinam fol. 348. num. 2. Elige quod volueris. Et hæc de Monitorijs pro foro conscientie dicta sufficiant.

Quia tamen Monitorium potest pro solo exteriori foro procedere, non erit abs re de illo, sic considerato, in præfenti sermonem instituere, vt adæquata de Monitorijs notitia, saltem in compendio, habeatur. Sit igitur.

§. VNICVS.

Et appendix: Proponitur unica conclusio.

1 **Q**UOTIES materia, præcepta manifestari, vel fieri, aut è contra, in foro conscientie iuste possidetur, vel ab illa quis iuste excusatur, non tenebit Monitorium pro ipso conscientie foro, sed tantum pro exteriori, & iudiciali. Hæc conclusio ab omnibus admittenda est DD.

PROPONITVR PRIMA illatio.

2 **E**X quâ infero primò, Monitorium, editum contra eos, qui ad comparanda debita, compensatione vsi sunt, non comprehendere eos, qui solum debitum certum compensarunt: (quidquid sentiant Armilla, & Rosella verb. *furtum*, num. 15. quatenus dicunt: teneri in conscientia, dum reuelando non timent obligari ad restitutionem) vt optimè Nauarrus, Angel. Tabiena, & Syluæter, quos refert, & sequitur Comitolus lib. 6. *respons. moral.* q. 4. num. 1.

PROPONITVR SECVNDA illatio.

3 **I**NERT secundò Henriquez lib. 13. de *excommunicat.* cap. 21. num. 1. lit. E. iddem dicendum esse, licet in compensatione mortaliter delinquerint. Imò Valerus verb. *compensatio*, *differentia* 4. iddem ait, quàmvis compensans sit Decimarum debitor; quia, licet sint priuilegiatæ; hoc tantum est pro foro exteriori. Idem etiam est dicendum de compensatione facta in Deposito seruatis cir-

circumstantijs, à Doctoribus communitè positris. Denique, iddem etiam dicendum est, de scientibus dictam compensationem, quos etiam Monitorium dictum comprehendere, tenet Romana practica. Vndè per tale Monitorium non tollitur compensationis ius, absolute; sed aut tantum incertum, aut non verum, vt aiunt Comitulus vbi supra, & Henriquez citatus, & sequitur Valerius supra, *verb. Monitoria*, qui videri etià poterit *verb. Iuramentum, differentia 5.*

PROPONITVR TERTIA illatio.

4 INFERTVR tertio, Monitorium editum, vt manifestentur facta contra leges, obligantes solum pro foro iudiciali, pro eodem foro tantummodo obligare. Ex quò prima facie videtur inferri, quoddam, & singularissimum sane, quod tractat. 2. in casu de promissorio iuramento referre omisi, & sic se habet: Inferri (inquam) videtur, excommunicationeni, latam contra disponentes, vel scientes, aliquos disponere de bonis suis, vel causa donationis, vel legationis, contra filiorum legitimas prescriptas iuxta diuersas diuersorum Regnorum leges, intelligendam esse pro solo foro iudiciali, seu exteriori. Sequella videtur probari ex eo, quod dictæ leges pro solo exteriori foro veniant intelligendæ; ergo & Monitorium in illis fundatum.

Antecedens probatur ex doctrina Cordubæ q. 124. *in fine*, asserentis, posse Patrem in foro conscientie disponere de bonis inter filios, siue in vita, siue in morte, tam per contractum, quam ex testamento, prout libuerit. Ex quâ doctrina infert Valerius *verb. testamentum, differentia 3.* prædictas leges tantum esse pro foro exteriori, non tamen obligare in conscientia ad earum obseruationem; quòd, maximò iure, dicit esse summe notandum. Vndè, quatenus contrarium putat verius, Cordubæ sententiam implicitè probat: ergo Monitorium, vt reuelentur facta contra dictas leges, pro solo exteriori foro tenebit.

5 Accedit ad hoc sententia Ludouici Lopez 1. p. *instrucl. 2. eddit. cap. 170. conclus. 10. & 11.* quem sequitur Vega

lib. 5. summ. casu 295. 296. & 297. (apud Sanctium *lib. 6. de matrim. disp. 36.* sententiam hanc implicite probabiliter referentem, *num. 3. cum sequenti*) dicentis, tempore mortis, posse Parentes, vltra quintum bonorum, legare ad quæcumque opera pia, saltem in foro conscientie, modo alimenta necessaria filijs supersint. Ergo, &c.

6 Sed, quia res est grauissima, placet illam alijs exornare rationibus, & Authoribus. Sic igitur probari videtur primo: Contractus irritus, & nullus per legem ex defectu formæ, per eam traditæ, est validus in foro conscientie, si vere partes in eum consenserunt: quâ ratione res, ira translata, potest in conscientia retineri, donec contrahens ad eam restituendam Iudicis sententia compellatur: sed dispositio circa filiorum legitimas irritat testamentum ex defectu solius formæ, per eam traditæ; ergo stante testatoris verò consensu, & si dictis legibus contrario, valebit in foro conscientie donatio, vel contraria dictis legibus dispositio.

Major est sententia Soti *lib. 4. de iust. q. 5. art. 3. §. Nunc igitur; vers. Crediderim;* quam valde probabilem dicit Sanchez *lib. 3. de matr. disp. 4. num. 1. & ultimo;* & valde cõmendat Emmanuel Rõdrig. post Fr. Ludouicum Lopez, *in sum. verb. Limosna, cap. 182. conclus. 6. in fine.* Tenet etiam probus ad Monachum, *in cap. 2. num. 76. de consit. in 6. & plures Iuris Consulti, ex quibus (& præsertim Innocentio) eam desumpsisse Sotum, ait Valerius, verb. Lex, differentia 8.* sed Minor propositio est certa: ergo Consequentia videtur probabilis. Et iddem de testamento minus solemniter factò, & de non insinuata donatione, & similibus, dicendum esse, ait Valerius vbi supra.

7 Et sic prædicta ratio confirmari videtur: nam electio facta de scienter indigno, licet sit nulla de iure Canonico, si tamen sine fraude facta fuerit, valet, & tenet in foro conscientie: iuxta ius naturale: ergo, &c. Antecedens est Innoc. *cap. Quapropter, num. 9. de elect. & cap. Si celebrat. num. 5. de Clerico excommunicato.* Ex quâ doctrina infert Panormit. *cap. 1. num. 19. de in integrum restit. in fine,* valere alienationem rei Ecclesie, Ciuitatis, vel Minoris, factam casu licito; &c.

& interueniente libero consensu illorum, qui alienationi consentire debent, licet forma, iuri Ciuili, vel Canonico tradita, non seruetur.

Iddem cum alijs, quos refert Valerius *num. 12.* ait Panoruit. de contractu mulieris, facto sine fraude, quamvis omittatur forma statuti, requirentis mariti, vel propinquorum consensum. Quæ omnia confirmantur ex *cap. 1. in principio l. 6. de sponsalibus*, probante, sponsalia inter contanguineos, vel affines, vel alios, quauis ratione nulla, modo non sint nulla ex defectu consensus, parere impedimentum publicæ honestatis. Ex quò textu infert Gemini. ibi, actum posse esse nullum de iure positiuo, & valere de iure naturali.

8 Et licet dicatur, illud ius antiquum, quoad sponsalia esse correctum modo per Tridentinum; vnde videtur rueri confirmationem. Contra est; nam *cap. Sponsa m. & cap. Accessit, de sponsalibus impuber.* decretum erat, ex matrimonio rato, & inualido alia quacumque ex causa, quam ex defectu consensus, consurgere publicæ honestatis impedimentum; eo quod Tridentini dispositio circa sponsalia, non sit extensa ad matrimonium quacumque ex causa inualidum; etenim, licet hoc affirmant Nauarrus, Conarr. Ludocicus Lopez, Sà, & alij, quos refert Noster Leander 2. p. pag. 428. q. 12. tamen contrarium certissimum dicit citatus Leander iuncto proprio motu Pij V. anno 1568. quem refert q. antecedenti.

Et ratio est. Quia à iure antiquo recedendum non est, nisi iure nouo cogente; atqui non cogimur ex Tridentino, aliter circa sponsalia disponente, iddem in matrimonio inualido admittere; vt patet ergo ex matrimonio irrito quacumque ex causa, præterquam ex defectu consensus, oritur publicæ honestatis impedimentum; & alia ex parte contractus est irritus, & nullus: ergo ex verò naturaliter consensu (quidquid de irritatione, & nullitate facti sit) aliquis produci valet effectus; ergo etiam ex testamento, per ius nullo, si verè consensus adsit: tenet ergo posita confirmatio.

Dixi; ex defectu consensus in matrimonio non oriri publicæ honestatis impedimentum. Et nunc dico, tunc dari de-

fectum consensus, quando vel sufficiens interuenit metus; vel error personæ, vel internus expressè non contrahendi animus; vt communiter à Doctoribus adnotatur. Quod ego iddem existimo in casu quò vir inualide contrahens, esset vere impotens ad matrimonij vsum. Eo quod consensus impotentis non est consensus, natura ipsa petitus, & desideratus, nec naturali iure ad matrimonium aptus; quidquid sit de sufficientia eius in ordine ad indiuiduam vitæ consuetudinem retinendam, ablata commixtione carnali; vel in ordine ad coniunctionem animorum, seu voluntatum; quæ vocatur copula coniugalis; non verò ad corporum coniunctionem, quæ copula carnalis nuncupatur.

9 Secundo probari etiam videtur generalis illa Soti sententia: nam irritatio actus est pœna, (quod ego intelligo, quãdo irritatio actus imponitur propter culpam facientis actum; secus, si ob defectum formæ requisitæ, vel alia ex causa) vt probat textus in *cap. Si Religiosus, de elect. lib. 6.* notat Glossa verb. *processus in cap. Decet, §. Ordinarij de immunit. Eccles. & Felinus in cap. 2. num. 3. de constit. & communem dicit Boerius decis. 1. nu. 16.* Sed pœna, etiam ipso iure, vel facto imposita. (Excipe excommunicationem, aliasque censuras) non debetur in foro conscientiæ, donec per iudicem ad eam quis condemnatur; vel in eam incurrit declaratur, (præsertim si ad incurSIONem eius hominis actionem requirat) vt cum alijs, & Glossa in *cap. Fraternitatis 12. q. 2.* tenet Felinus, quos refert Valerius *num. 15.* & tenet etiam Cai. 2. 2. q. 62. & Aragonius ibidem Bart. de Medina 1. 2. q. 96. art. 4. Dominicus Bañez 2. 2. q. 12. art. 2. ad 2. & Gregor. de Valentia tom. 2. disp. 7. q. 5. puncto 6. *questiunc. 3.* & plures alij, quos, approbans, refert Sanchez, de quò supra diximus, tract. de matr. ergo, &c.

10 Dixi, præsertim si ad incurSIONem eius hominis actionem requiras, quia absolute illam admittunt Angelicus Doctor 2. 2. q. 62. art. 3. vbi ait, neminem ante condemnationem per Iudicem ad pœnam teneri. Iddem sentiunt Adrianus, & Sylu. verb. *Heresis, 1. q. 8. vers. Tertia pœna, & verb. pœna, q. 25.* Conradus, Ioannes Medina, Nauarrus in *Manuali*, &c. ex Iuris Cōsultis, Archidiaconus, Phil.

Ippus Francus, & plures alij, quos refert Clavis Regia, tom. 1. lib. 3. cap. 9. de obligat. legis pœnalis, fol. 178. num. 25. & quos ego ex Sanctio retuli loco citato. Beneuerum est, & necessario fatendum in praxi, hanc rationem non tenere, in censuris, nec irregularitatibus, imò nec in priuatione petendi debitum, quam incurrit incæstuosus cum consanguineis alterius coniugis; quidquid, quantum ad hoc vltimum, dicat quidam, quem dicto tract. de matr. ex Sanctio retuli. Dicebat enim talem incæstuosum, aliàs priuatum iure petendi debitum, posse illud petere ante sententiam iudicis.

11 Tandem probari videtur tertia illatio hac ratione: lex, fundata in præsumptione, non obligat in foro conscientiæ, stante in contrarium veritate; vt probat tex. in cap. Is, qui fidem, de sponsalib. & ibi notant fere omnes DD. cum Panormitano, & alijs; (ob quod dicimus, sponsalia ante septennium (& iddem est de matrimonio ante pubertatem contracto) esse valida, si malitia in vtroque casu ætatem suppleat) atqui leges, formã certam constituentes, & contractus, contra eas factos, irritantes, fundantur in præsumptione, fraudis, vel violentiæ, aut doli, & ad eas obuiadas prædictæ formæ, sub pœna irritationis actus, statuuntur, vt docet Felinus cap. 1. num. 48. de constit. vbi dicit, Canonem, requirentem solemnitatem, fundari in præsumpta fraude; & sic, ea cessante, cessare Canonem apud Deum: ergo, &c. ac proinde Monitorium contra scientes, vel facientes aliquid contra leges, obligantes solum pro foro exteriori, pro illo solo tenebit.

12 Ego tertiam illationem absolute admitto: illud tamen, quod prima facile ex ea deduci videtur circa filiorum legitimas, ex sententia Cordubæ, & Valeri, quos refero num. 4. supra, non admitto. Nec rationes, quæ videntur sententiam Cordubæ, & Valeri confirmare, aliquid conuincunt. Nam (quid quid sit de metaphisica ratione, in qua etiam stando nihil contra communem inducunt sententiam) re vera illas ad prædictum casum contrahere, est profus contra rationem, quæ certe si melius declaratur, & vnice, per communem Ecclesiæ, & fidelium vsus, etiam con-

tra plures Doctores, quo magis contra paucos? Vnde, quidquid sit de talium rationum probabilitate, & veritate, quam docti facile perspicient, non rectè ad prædictam materiam applicantur, cum applicari nequeant ad censuras, vt patet.

Solum aduerto, quòd id, quod num. 8. §. dixi: ex defectu consensus: adnotavi, circa matrimonium nullum ratione impotentia: scilicet, ex eo nullum publicæ honestatis oriri impedimentum; mihi probabilius dicendum. Quod, quia expressè à nullo, quem viderim, Authore dictum reperio; hac, meo videri, efficaci probo ratione. Vbi non est consensus de iure naturali, primario saltem, nullus est absolute consensus: ergo matrimonium, sic contractum, nullum erit ex defectu consensus. Sed sic se habet matrimonium ab impotente perpetuò contractum, etiam potentia respectiua, iuxta sententiam affirmantem dari similem impotentiam: ergo, &c.

Minorem probo: nam potest quis ineptus esse ad contrahendum, vel iure humano, vel naturali, quod certissimum est: atqui in illis, qui solum humano iure ad contrahendum sunt inepti, nullus est consensus de iure humano, vt patet: ergo in illis, qui de iure naturali, & primario, seu radicaliter considerato, sunt inepti, nullus erit de naturali iure consensus. Rursus; sed nullus alius excogitari potest consensus; ergo illi, in quibus nullus ex prædictis fuerit consensus, si matrimonium contrahant, illud nullitèr contrahent ex defectu consensus: ergo in his non esse poterit publicæ honestatis impedimentum. Atqui, qui impotens est perpetuò, etiam respectiue, ineptus est ad matrimonium, iuxta fere omnium sententiam, etiam quomodolibet consideratam; & certum est, esse ineptum ad contrahendum in ordine ad copulam carnalem, & hoc iure naturali: ergo consensus eius defecto, nullo iure erit consensus: ergo erit nullum matrimonium ex defectu consensus: ergo non orietur publicæ honestatis impedimentum, in omnium sententia.

13 Ex ratione tamen vltima, supra nu. 11. appolita, infert Doctissima. Mag-

Sylu. *verb. Nauta, num. 1.* Cauponem, & stabularium, aliquid recipientes, vt solent, teneri etiam de culpa leuissima. Quod tamen solum pro foro exteriori procedit. Nam in foro animæ, (inquit ipse) solum de leui tenentur. Duciturque ex præsumpta fraude, ob quam, in odium illorum statutum fuit, illos etiam de leuissima culpa teneri: *leg. Et ita, §. at hoc edicto.*

14. Deinde inferri videtur, Iudices Sæculares, & Ecclesiasticos in causis temporalibus, pro ferenda iusta sententia recipientes aliquid, quo per leges priuaturis, qui dedit, ob turpitudinem, quam commisit, non ligari prædicta censura, si compositionis beneficio vsi fuerunt, pro illo, quod siue in pecunia, siue in specie acceperunt. Quod, ob parem, in dante, turpitudinem extēdunt quidam ad iudicem, recipientem aliquid pro iniusta ferenda sententia; de eo enim dicunt, non teneri conditionem implere; & rursus distribuere posse pauperibus, quæ accepit. Sic refert Henriquez *lib. 7. cap. 33.* Si enim per legem ita acceptum pauperibus applicatur, datur locus compositioni per Bullam; quæ posita compositione, non tenerur, nisi post iudicis sententiam, restituere. Et hæc procedunt de iudice, iniuste accipiente. Quando autem iuste acciperet, dicemus Deo dante 2. p. quam cum 3. promittimus.

Quod vero pauperibus potius, quam danti, restituendum sit acceptum, insinuare videtur Henric. *cap. 35. num. 3.* vbi, agens de quibusdam donationibus, iudici factis, ita habet in commento *lit. G. & H. sic posset iudex præsumere, ne reddat donanti, sed pauperibus; constat enim posse iudicem hanc præsumptionem* (subornationis, de qua loquitur Henriquez) *in huiusmodi donationibus habere.* Quæ autem non donanti, sed pauperibus sunt reddenda, materia sunt compositionis; vt tenuit Noster Eugenius in *Bulla compositionis, casu ultimo.* Et addit Emman. Rodrig. *num. 28.* quoties ex parte dantis, & accipientis est turpitudinis, posse compositionem adhiberi; quippe tunc non danti, sed pauperibus facienda esset restitutio, compositione ablata. Ego nihil ex his Authoribus in his, quæ dicunt, audeo condemnare. Quid tamen sententiam, alibi resoluendum relinquo,

PROPOSITIO QUARTA ta illatio.

15. QUARTO, ex posita cōclusionione, inferri videtur, edictum, laicum contra communicantes cum Petro, v. g. ob excommunicationem, esse tantum pro foro exteriori, Petro in foro animæ absoluto. Ex quo subinferri etiam videtur, quod, si Petrus, in articulo mortis existens, per laicum à censura absoluat, idem sit dicendum. Quia absolutio in mortis articulo, data à laico, valet pro foro conscientię, absente Sacerdote, vel Clerico, secundum Syluestrum, *verb. absolutio 1. §. 4. col. 2.* Angelum *eodem verb. in 3. §. 17.* & Henriquez, alios referentem; & hoc ex tacita Ecclesiæ, vel Papæ commissione.

Sed melius (sic dicunt alij) ex eo, quod in prædicto mortis articulo possit laicus, Clerico absente, concedere indulgentiam plenariam Bullæ Cruziatæ; vt docet Nauarrus *de indulg. notabili. 30. num. 9.* dicens, ita communiter teneri; & sequitur Henriquez, licet limitet ad tonsuratum; quod, necessarium non esse, inquit Nauarrus: & pro foro exteriori sic etiam sequitur Valerus *verb. absolutio, differentia 3. num. 3.*

Ad quod facit, quod laicus, etiam recenter Baptizatus, potest reconciliare pœnitentem; vt probat text. in *cap. Sanctum, de consecrat. dist. 4.* & tenet Nauarr. *cap. 1. §. tanta, de pœnit. dist. 6.* quamuis reconciliatio prædicta sit Episcopis referuata, *cap. Quadragesima 50.* & alijs; quod Præbyteris licet in tempore necessitatis.

Ex quo infert Felinus *cap. A nobis 2. num. 4.* post Abbatē, Petro, scilicet, mortuo, & antea à laico absoluto, non teneri. Hæredes adire Papam, nec excommunicantem, pro petēda absolutione. Quare poterunt sepelire defunctum in loco sacro, & pro eo facere Missas celebrare. Quod, vbi difficilis est ad excommunicantem recursus, pius asserit Valerus his verbis: *Non damnarem piuum Parrochum, prædictam sequentem sententiam, & iuxta eam, defunctum sepelientem, & pro eo Missam publice offerentem.* Sic ille.

Ego verò dico, attendendam esse consuetudinem, quæ est optima legitime interpretis; illa tamen ablata, dico, sententias, in his duobus immediate illatis contentas, esse nimis piass.

PROPONITVR QUINTA
illatio.

16. **I**NFERRI quinto videtur, non teneri nos vitare in foro conscientie eum, qui, licet graviter legatum a latere vulnerauerit, ab illo tamen absolutus fuit; quod efficere posse legatum in conscientie foro, omnem remittendo iniuriam, docet cum Felino Valerus supra *differentia* 13. & probat Grossa optima in cap. *Salonitana, verb. Relaxami*, 63. *distinct.* Sed ego in hac etiam illatione ad consuetudinem confugio, cum nimium pietatem excedat.

Hinc aduertit Valerus, infra citandus; statutum Chartusianorum, sic 2. p. cap. 7. §. 17. habens: *Si Prior, aut Monachus, in itinere constitutus, peccatum aliquod mortale alicui confessario extraneo confessus fuerit, tenebitur idem peccatum Vicario, vel alij ex confessorijs approbatis confiteri, cum primum ad domum reuersus fuerit*: solum currere pro foro exteriori, non tamen pro foro animæ. Nam semel rectè absolutus non indiget alia confessione, & absolutione, quoad Deum. Quod notandum, ait Valerus *verb. Sacramentalis confessio, differentia* 1. Et deducitur ex Nauarro cap. 26. numer. 12. Henriquez de *pœnit. lib. 2. cap. 16. §. 3.* & Beja 2. p. *casu* 1. Hanc illationem probò, dum sic absolutus compareat, extra Sacramentum, coram potente illum absolueret; aliter non.

17. Ultimo infert Sà, vel ex doctrina eius, *verb. restitutio, num. 9. infertur*, Monitorium editum, vt denuntientur, qui aliquid acceperunt pro eo, quod facere tenebantur, non obligare ad denuntiandum eos, qui aliquid acceperunt pro opere, quod tenebantur facere ex alia virtute, quam iustitia; v.g. si pro elemosyna, quam tenebaris facere lege charitatis, aliquid accepisti, vt faceres,

non teneris restituere in cuius Authoris sententia; ac proinde, qui te sic noxiu operantem, te denuntiare non tenebitur.

Deinde ex eodem Authore *num. 45.* infertur, iddem esse dicendum de illo, qui pro debito peccunie punitus est à iudice poena corporali. Rursus, de illo, qui alienam retinet rem, sed Dominus tam longe abest, vt difficile ad illum res posset missa peruenire. Item, de illo, qui domum vicini sui diruit, per quam incendiū ad suam erat perueniturum, *num. 50.* Item de eo, qui obligatus dare pauperioribus in genere, non talibus, sed tamen pauperibus dedit. Sic *num. 47.* Item de eo, qui falsas literas de induitria proiecit, vnde alius credens, læsus est, quia leuiter credit. Itemque de illo, qui, alienas literas aperiens, præripuit alteri lucrum, ad quem mittebantur emendis mercibus. Sic *numer. 41.*

Item de eo, qui sine vi, aut fraude impediuit liberam donationem, aut collationem Beneficij, ad quod non dum erat acquisitum ius; aut qui testamentum curauit mutare, etiam dolo: *Non dum enim* (inquit Sà) *per illud acquisitum ius secundum quosdam.* Item de illo, qui restituere nequit rem minoris ordinis, sine damno maioris; vt pecuniam, sine honoris detrimento; honorem absque nocumento famæ; famam sine corporis damno; & damnum corporis sine animæ interitu. Sic ille supra, *num. 26.*

Et tandem, iddem dicendum est de illo, cuius consilium ad furtum faciendum in efficax fuit, etiam effectu sequuto. Quia non sequitur ex consilio; eo quod ita fiat furtum, stante consilio, vt, eo nihilominus ablato, etiam fieret. Sic *num. 40.* Quorum omnium, in hac illatione contentorum, ratio, & si, proprie loquendo, non sit, quod Monitorium solum procedat pro foro exteriori, est tamen; quia in falsa præsumptione damni, contra iustitiam illati, fundetur. An autem omnia probabilia sint? Dico, plura ex illis, ab alijs etiam Doctoribus admitti; & omnia à Sanctissimo Inquisitionis Tribunali tollerari.

18 Sed, pro huius tractatus complemento, nota, quod, quia pro rebus furto ablatiis, vel occultatis, quotidie prædicta extrahuntur Monitoria, quæ vulgo dicuntur *Mandamientos, vel chartæ excommunicationis*. Nota (inquā) quod, si huiusmodi obtinens Monitoria contra fures, sciat, vel certò credat, non esse illos eis obtemperaturos, graviter delinquat, ob gravissimā damna, quæ sciens inferri inutiliter animabus prædictorum latronum, vel occultantium. Argumento textus in cap. *Ille, qui hominem, 22. q. 5. in fine*. Ibi: *Imò & tu perijisti, qui de illius morte satiare voluisti.*

Qui enim talia, contra præfatos, extrahunt, modo dicto, Monitoria, nihil aliud desiderant, nisi illorum morte satiare. Verum est, tales chartas extrahentem excusari in foro exteriori. Sicut, qui deferunt iuramentum parti neganti debitum, licet sciant, illam falsum iuraturam. Ut multis probat Valero *verb. Iuramentum different. 4. & 5.* Et hæc de hoc tractatu sufficiant dicta. Siquidem pro doctrina sufficiunt, ut quilibet ad imitationem eorum, quæ, in assignatis materijs, probata, vel reprobata sunt, possit in omnibus alijs materijs, alia illatiuè probare, aliaque, inferendo, reprobare.

ADVERTENTIA AD Lectorem.

19 ADVERTAS, quæso, (Amice Lector) quod supra tract. 2. huius l. p. pag. 134. col. 1. num. 4. promisi tractare de actione, & iure, quod, antiqua, & immemoriali, consuetudine confirmatum, Religio mea habet, recitandi officium, quod continebatur in Breuario Anglicano, de Sanctissimis Patriarchis meis, Sancto Ioanne de Mata, & Sancto Felice de Valois. Nunc tamen tractatum hunc (quem sub Compendio habeo) omitto, quia materiam eius extensius tractare intendo in principio secundæ partis.

20 Iam ergo primæ huius opusculi parti finem (Amice Lector,) & felicem imponere volo. Cum enim finis coronet opus, illud que ex Immaculata Dei Genitricis Conceptione inceperim, eisdem ipsum Marianis laudibus claudere volo. Illud in medio puritatis colloco, ut, sicut à Cytharistico pronuntiatur Rege, Psalm. 17. *Cum Sancto Sanctus eris, & cum viro Innocente innocens eris*: sic quidquid in tantæ puritatis, Sanctitatis, innocentiaque continetur consortio, doctrinam sanam redoleat. Sit igitur.



COROLLARIUM

VNICIVM, ET VLTIMVM:

ULTIMVM; QVIA IN EO, EX EOQVE, HÆC de examine veritatis Theologiæ moralis pars finem accipit prima: vnicumque; quia appendix est illius, iam sine quæstione, præambulæ quæstionis, quàm in ipsius initio de Immaculatæ Deiparæ Conceptionis puritate tractavi. Rursus igitur.

Dignare me, Laudare te iterum, Virgo Sacrata.

BEATISSIMÆ PATER.

1 **I**TERVM ad Marianas laudes redire incuendissimum est, & mihi adeo; vt, post quemcumque tractatum, imò & post quemcumque casum resolutum, quæstionem vè ventilatam, quæ in antecedenti opusculo continentur, de Marianæ puritatis laudibus memorarem.

Tria ergo alia (quia Trinitatis institutum teneo) Sacræ Scripturæ, mihi selecta, assumo testimonia, ad ostendendum rursus Deiparæ Conceptionem puram, & Immaculatam fuisse.

PROPONITVR PRIMVM Sacræ Paginæ testimonium:

2 **P**PRIMUM fit (quamvis ab Authore, infra referendo, mutuatum, & eleganter satis ponderatū) illud Mat. 11. vers. 7. *Capit Iesus dicere de Ioanne. Sed quid cepit dicere? Pro laudam principio illum super Prophetas extollit: Etiam dico vobis, & plusquam Propheta. Illum Angelis æquat, dum dicit: Ecce ego mitto Angelam meum. Et huic soli principio finem imponens, addit vers.*

10. *Amen dico vobis. Non surrexit, inter natos mulierum, maior Ioanne Baptista. Quæ verba Arias Montanus vertit in hæc: Non excitatus est in natis mulierum maior Ioanne Baptista.*

3 Circa quòd Dirus Chrysostomus tom. 2. in Matth. cap. 11. sic ait: *Iste autem mirabilis est, qui humana natura, Angelicam Sanctitatem transgressus est; & obtinuit, quòd non habuit natura, per gratiam Dei.* Quò posito, ad intentum accedamus. Difficultatem sic hoc loco Chrysostomus mouit: inter natos mulierum non surrexit maior, &c. Ergo maior Ioannes Christo, & Maria. Absit. Sic in substantia Chrysostomus.

4 Circa quòd omitto, quòd omnes omittere debent; videlicet, non esse ad rem, quòd aliqui excogitarunt: nempe; quòd Christus, ne præiudicium irrogaret Mariæ, de solis iuris, de mulieribus natis, fuit loquutus.

Omitto etiam, quòd aliqui dixerunt; scilicet; nomine mulieris, non virginem, sed solutam, aut à viro corruptam intelligi, vt Christus Dominus excipitur.

5 Quòd tamen conuincitur primò; iuxta illud Ioann. 19. vers. 27. *Mulier, ecce filius tuus.* Item; ex Paulo ad Galatas 4. versic. 5. *Misit Deus Filium suum factum ex muliere.* Ergo, quia Maria, mulieris, & non virginis, filia;

& quia Christus, mulieris, & si Virginitatis, Ioannem infinite, & finite excedunt; & Sacra Scripturae verba propria, dum non sequitur absurdum, sunt intelligenda; quid dicemus?

6 Suppono igitur, quod verbum hoc *Surrexit* iuxta omnium Evangelistarum sensum, significat *resurgere*. Mat. 9. *Surrexit puella; Non surrexit maior*: cap. 11. *Surgente Ninivite in iudicio; Regina Austri surget in iudicio. Surrexit à mortuis*. cap. 27.

Item: *surrexit* significat *surgere cadentem*. Probat hoc illud, in Thaboris monte: *Surgite, & nolite timere*. Matth. 17. Item Lucæ 15. filius Prodigus asseruit: *Surgam, & ibo ad Patrem meum: & surgens venit ad Patrem*.

Excitare autem, quid significat, nisi mortuos ab inferis excitare? Quod & asseruit Cicero *orat. de Topicis*. Vnde & Christus Dominus Ioann. 2. sic: *In tribus diebus excitabo illud: in tribus diebus excitabis: ut à somno excitem eum*: cap. 11. Et tandem: *Surrexit Christus: vel excitatus est*. Quibus positis, sic.

7 Ergo idem, qui mortuus est, & cecidit, ipse est, qui resurrexit, & excitatus est. Si ergo mortui, & cæsi supponuntur omnes, antequam nascantur, & excitentur, ij omnes minores sunt Præcurfore Christi. Quicumque ergo Baptistam excefferit, nullatenus, antequam nascatur, cæsus, mortuus vè fuit.

8 Inquirò ergo: in illis, qui de muliere nati sunt, quæ mors, antequam in lucem prodeant, reperiri valet, à quâ excitentur? Qui cæsus, à quò resurgant? Vel, quis infernus, à quò exeant, nisi originale contagium? Si ergo Christus de suo Præcurfore ait: *Inter natos mulierum non surrexit, vel non excitatus est maior Ioanne Baptista*: iudem est, ac si diceret: *De illis omnibus, qui ceciderunt, vel mortui sunt, nullus surrexit, excitatus vè est maior Ioanne Baptista*.

9 Ex quibus sic ego: Ergo in numero omnium, ex muliere natorum, qui surrexerunt, vel excitati sunt, non clauditur Christus, nec ipsius Mater, & Virgo; ne inferiores Ioanne dicantur, quod nec fides, nec ratio sustinet. Ergo, quia Virgo, Dei Genitrix, maior est Ioanne, inclusa esse nequit in omnibus illis, qui,

nati de mulieribus, surrexerunt, excitati vè fuerunt. Ego euidenter sequitur, Dei Genitricem, quia maiorem Ioanne, vt Catholica recipit Ecclesia, ante natiuitatem, exitum vè de ventre Matris suæ, Sanctissimæ Annæ in hunc mundum, nullam mortem, casum nullum, nullumque agnouisse infernum: ergo nec originale contraxisse peccatum.

10 Discursum hunc, proprio ex ingenio sumptum, affert quidam, quocum trina me coniunxit fraternitas. Naturalis; per sanguinem. Supernaturalis; per charitatem: Ordinis verò; per iddem, & Regulare, institutum. Naturalis, inquam; quia eisdem ambo Patrem, Matremque agnouimus. Charitatis; quia in lege gratiæ nos Christus Fratres effecit. Ordinis verò; quia sub eadem Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Regula viuimus. Discursum igitur hunc (& non me naturalis mouet Fraternitas) Sanctorum Doctorum ornatum testimonijs, eleganter satis (& omnibus, quia vulgari nostro idiomate, inseruiens) præfatus affert Frater, & Pater Fr. Ildephonus de Sancto Antonio, *tom. manu sua scripto*, & (Deo dante) prælo mandando; cuius titulus est: *Arbor Eucharistico*. In quò, mirabiliter etiam, ad intentum, quod sequitur, Sacrae Paginae ponderat testimonium.

*



PROPONITUR SECVN-
dum Sacræ Paginæ
testimonium.

II SECVNDVM Sacris ex litteris testi-
monium sit ex 25. cap. Exodi de
sumptam. Contempletur (humiliter
supplico) Sanctitas Vestra idæam illam,
illadque exemplar, ad cuius similitudi-
nem fabricaturus erat Moyſes Arcam
testamenti, Propitiatorium, Cherubi-
nosque: *facies Arcam testimonij* (sic Sacer
textus) *ex lignis Setim* (idest) *Impurtri-
bilibus, iuxta leptuaginta Interpretes) &
deaurabis eam auro mūdissimō intus, & foris.*
Hieronymus (apud Tirinum in *Bibliā
Magna*) asseruit, quod ligna illa, vitra
incorruptibilitatem, erant candidiora,
duriora, leuioraque, atque pulchriora.
12 Totam Arcam per circuitum au-
rea cinges corona, ibi: *Faciesque supra co-
ronam auream per circuitum.* In quā pones
testimonium, aut tabulas legis, ibi: *Po-
nesque in Arca testificationē, quā dabo tibi. Fac-
ies, & propitiatorij de auro purissimo. duos
cubitos, & dimidiū, &c. Duos quoque Cheru-
bim aureos, & productiles facies ex utraq; par-
te Oraculi, Cherub vnus sit in latere vno, & al-
ter in altero. Vtrumque latus propitiatorij te-
gant expandentes alas, & operientes Oracu-
lum;* (scilicet, ipsius Arcæ cœlum) *respi-
cientque se mutuo versis vultibus in propi-
tatorium, quō operienda est Arca; in quā
pones testimonium, quod dabo tibi. Inde præ-
cipians, & loquar ad te supra propitiatorium;
ac de medio duorum Cherubim, qui erunt su-
per Arcam testimonij. Cunctaque mandabo
per te filijs Israel. Sic Deus Optimus Maxi-
mus, architecturam Arcæ minutatim
Moyſi demonstrans.*

13 Nunc (Beatissime Pater) iterum
humiliter precor, vt Vestra Sanctitas no-
tet, quod, post hæc, in fine dicti cap. 25.
sic habetur. *Inspice, & fac secundum exem-
plar, quod tibi in monte monstratum est.*
Nunc sic ego. Si in monte Deus Idæam,
exemplarque Moyſi ad fabricandum
Arcam ostendit, ad quid minutatim
omnia signat, ad ipsius Arcæ structu-
ram deferitura? Rursus; si omnia expri-
mit, & singula, tam quoad substantiam,
quàm quoad qualitates, ad quid, quan-
do Moyſes ad fabricæ venturus est exer-
cium, illi præcipit, vt idæam, exem-

plarque contēplerur, sicq; illam efficiat?

Si in monte Deus Optimus Maximus
in idæa, exemplari, plantaque omnia
ea, quæ in relatione continentur prædi-
cta, figuravit; ad quid, rursus, illud: *In-
spice, & fac secundum exemplar?* Nonne
(Optimè Deus) Moyſes, in oculari pro-
phetia, iddem, quod postea vestra so-
nuerunt verba, ipsis oculis vidit, con-
templatusque est? Ita sane. Adquid ergo
(Dominè mi) recusas veluti, quod Moy-
ses ducat se, in structura fabricæ, per il-
la, quæ auribus percepit, cum illi præci-
pis, vt per ea, quæ in monte vidit, du-
catur; dum dicit: *Inspice, & fac secun-
dum exemplar, quod tibi in monte monstra-
tum est?*

14 Sed solutio in promptu est. Quid
vidit in monte Moyſes? Idæam, quæ (&
sola illa secundum omnia, quæ ad ip-
sam propriè spectant) exterius, & inte-
rius, aurum erat purissimum, vel de pu-
rissimo auro; quamuis Cherubim qualif-
cumque sint auri. Quid, rursus, verbis il-
li Dominus demonstrat? Vt delignis
Setim Arcam, & si intus, forisque, au-
ro circumdatam, fabricet. Rursus: In
monte apparuerunt ne res illæ, de qui-
bus Moyſes fabricaturus erat Arcam?
In monte solum aurum apparuit. Igitur,
si Maria, in illa testamenti Arcæ com-
muniter adumbrata, fabricanda est; fiat
hoc (ait Omnipotens Deus) secundum
Idæam solius auri, & purissimi. Vt,
quamuis in executione illius, de lignis
Setim, (hoc est de parentibus, humano
scilicet puluere, veluti rustica veste)
concupenda erat, attamen secundum pa-
rentum ipsius non exeat qualitates, sed
secundum solum, soliusque auri exem-
plar, quod tibi in monte monstrauit.
Ergo conceptio eius pura omnino, im-
maculataque fuit. Sic præfatus frater
meus.

PROPONITUR TER-
tium, & vltimum Sacræ
Paginæ testimo-
nium.

15 TERTIVM seligo Sacræ Scriptu-
ræ testimonium, ex Matth. 1.
Lucæque, cap. 3. Igitur Matth. 1. sic ha-
betur: *Iacob autem genuit Ioseph, virum
Mariæ,*

Maria, de qua natus est Iesus, &c. Lucas autem sic ait: *ut putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathab, qui fuit Leui, &c. qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei?* Sic præfati Euangelistæ. Quis, ergo, non videt (& ad literam) generationem Christi, & genealogiam, per vtrumque enarrari Euangelitiam, licet per Lucam putariue?

16 Inquiro ergo; quare, cum de Christo, putatio tantum Ioseph filio, loquitur Sacer Euangelista Lucas, in ascendentia non quiescit, vsque dum ad Deum ipsum perueniat, dum dicit: *qui fuit Deus?* Si primus homo, omnium pater, fuit Adam, cur Lucas Euangelista in Adamo non sistit, sed ad Deum peruenit; cum Matthæus, Sacer etiam Euangelista, Christi genealogiam, & propriam, generationemque, per descendentiam explicatam, sola Virgine claudit Maria, dum ait: *Maria, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus?* Si Euangelista ad Lucas tollendam existimationem (& in existimatione à peruersis funtum originale contagium) vsque ad ipsum Deum, in quò macula esse non potest, protendit ascendentiam; cur Matthæus ad tollendum, & auferendum à Christo, generale Parentum Christi contagium, dum Christum filium vocat, in sola Beata Virgine sustitit; dum dicit: *Maria, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus?* Misterium in his adesse, & per literam significatum, satis efficaciter, reor.

17 Et rogo, ut, quæ sequitur, ratio specialissimè perpendatur. Scio, (Christo in Iordane à Præcuratore suo Ioanne baptizato) de cœlis (idest de Æterno Patre, ut ex Patribus plures docent) vocem prodijisse tonantem: *Hic est filius meus dilectus.* Statim se se interrogationis offert occasio, quæ sic se habet. Cur hic Æternus Pater Christum filium suum recognoscit?

18 Germana est responsio, quæ testatur, quod, quia Christus Dominus tunc se exterius peccatorem ostentabat, oportuit, Patrem, ipsum Dominum Christum ab omni esse peccato immunem, sua testaretur voce, dicendo: *Hic est filius meus dilectus, &c.* Quibus positis, sic, & arguendo, prosequor.

Sicut Christus Dominus, Baptismo oblatus, quasi peccator ostendebatur

exterius, sic ipse Dominus Iesus, à progenitoribus suis maculatis descendens, iuxta Matthæi Euangelium, quasi maculatus ex radice ostēditur: in factò Baptismi Christi, ut Christus ipse ab omni immunis peccato, (prout secundum se erat) haberetur, occurrit Pater super abundans (quia ipse Pater omnino impeccabilis est) de ipsius Christi Filij sui impeccabilitate testimonium perhibens iuxta Matth. cap. 3. & Marci *primum*; scilicet; *Hic est filius meus dilectus, &c.* ergo, quia Sacer Euangelista Matthæus, generationem Christi, à macularis descendendo primis parentibus, narrat, ipsemet Euangelista, Diuino ductus Spiritu, dum ad Christum peruenturus est, ut à peccato secundum carnem (quòd fides testatur) credatur immunis, solam Virginem Mariam Matrem eius designat. Ergo, sicut Immaculatus per naturam Pater de filij sui Christi immaculata testimonium perhibet innocentia, sic (per participationem dico) Immaculata semper per gratiam Mater, de immaculato Filio suo Christo testificationem præbet, dum pro illa sic ait Matthæus: *Maria, de qua natus est Iesus, &c.*

19 Confirmatur hoc, & iuxta Matth. Euangelium, autoritate Aurei Augustini, *tract. 17. in Ioannem post initium*; vbi, loquens de paralytico illo Piscinæ, qui triginta & octo annos habebat in infirmitate, siede numero 38. habet: *Volo exponere, quare numerus ille, trigessimus, & octauus, languoris sit potius, quàm sanitatis.* Ergo, iuxta Augustinum, numerus 38. numerus est languoris, infirmitatisque. Sic autem prosequitur Doctor Sanctus: *Ergo, ut dicebam, Charitas implet legem: ad plenitudinem legis in omnibus operibus pertinet quadragenarius numerus. In Charitate autem duo præcepta nobis commendantur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. & diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus præceptis tota lex pender, & Propheta.* Sic Africanus, hoc in sequentibus plane demonstrans.

Ergo in his duobus numeris nulla adesse valet macula, nullumque peccatum. Probat Augustinus sic: *Binario ergo isto numero cum aliquid boni significatur, maximè bipartita Charitas commendatur. Si ergo quadragenarius numerus habet perfectionem legis; & lex non impletur nisi in gemino præcepto Charitatis: quid miraris, quia lan-*

linguebat, qui ad quadraginta duo minus habebat. Hæc Doctor Sanctus.

20 Nunc sic ego: ergo, ex Augustino, numerus 38. numerus est languoris, & infirmitatis; ergo, ex ipso Augustino, binarius numerus, Charitatis, & perfectionis numerus est. Redeo nunc ad Euangelistam Matthæum *cap. 1.* ubi ab Abraham incipiendo, & perueniendo ad Christum, quadraginta generationes solum inuenio. Ex quibus duæ vltimæ sunt generationes Mariæ, & Christi Domini. Attende nunc, quàm bene quadret Augustini doctrina cum Euangelica historia. Numerus 38. numerus est languoris, & infirmitatis. Sic 38. primæ generationes, ab Abraham incipientes, generationes sunt languoris, originalis scilicet contagij. Ergo duæ vltimæ generationes (quia binario isto numero, cum aliquid boni significatur (ait Augustinus) maxime bipartita Charitas commendatur) bipartitam significant Charitatem.

21 Tunc sic: hæc Charitas in amore Dei, & proximi perfectis clauditur; & Dei amor Virgini congruit Mariæ, proximique amor perfectissimus correspondet Christo, qui propter nos omnes, & propter nostram salutem passus est: ergo, (quia in bipartita Charitate nihil indecens, maculosum nihil, nilque indecorum esse potest) in Maria, & Christo nil vnquam extitit indecorum: ergo, dum Euangelista Matthæus Christum, Mariæ filium, ex antecedentibus, & maculosus, parentibus, segregat per Mariam, etiam ex Mariana puritate, de puritate carnis Christi testimonium perhibet: sicut ergo, per naturam impeccabilis, Pater Filij sui impeccabilitatem demonstrat, dum ait: *Hic est filius meus dilectus, &c.* sic, per gratiam impeccabilis, Mater, & Virgo, Maria, & pro ipsa Matthæus iddem perhibet testimonium, dum dicit: *Maria, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.*

22 Deinde confirmatur hoc iddem; & si mystice aliquantulum, perbelle tamen ex Sanctorum Doctorum dictis. Plures communiter Scriptores Sacri (& hic specialissimè attentionem exposco) per illam Noe Arcam, in quâ omne humanum claudebatur genus, in hunc mundum post diluuium intraturum, Omnipotentia Patris sinum intelligunt: ergo, sicut ex Arca, qui in ea continebantur,

in mundum hunc erant egressuri, sic ex Omnipotentia Dei, posito decreto, omnes per conceptionem, & natiuitatem in mundum hunc fuimus egressi. In illam Arcam Noe, per iddem ostium, omnes viuentes creaturæ (vt postea egredientes, quasi concepti, & nati, sic mundum occuparent) ingressi sunt, & æqualiter. Ergo omnes nos, antequam, per liberam Dei voluntatem, concepti, nati que essemus, per iddem quasi ostium non repugnantia, in Diuinam Omnipotentiam, quasi, sumus ingressi, quia in ea clauditur quidquid possibile est, & non repugnat.

23 Ergo, sicut de omnibus, in Noe Arcam, per commune ostium ingressis, soli duo per Arca fenestram, de pretioso confectam lapide, egressi sunt; sic de ipsius Dei Omnipotentia omnes, præter duos, per commune conceptionis maculatæ ostium sunt egressi; & per specialem Diuinæ, quasi fenestram, prouidentia Duo soli egressi fuerunt. Atqui per pulcherrimam Arca fenestram egressi, fuerunt Coruus, & Columba, & in Coruo Christus, in Columba, Maria significari: sic ergo ij duo de ipsius Dei Omnipotentia, per specialem pulcherrimamque ex parte termini, & viæ ad terminum, ipsius prouidentia quasi fenestram egressi fuerunt. Ergo Christus, (etiam prout in Coruo figuratus) maculatus non existit; quod fides testatur: ergo nec Maria, prout etiam in Columba adumbrata; quod de fide credendum exoptamus.

24 Perbelle Sacer Euangelista Matthæus *cap. 1.* Etenim in Euangelio suo, ad instar Arca Noe, ad instarque ipsius Dei Omnipotentia, omnes clausit Christi, & Mariæ progenitores, ab Abraham usque ad ipsum Christum. Incipiensque illos, ex Abraham deducendos, enumerare, & in mundum hunc ingressos proponere, omnes, per commune maculosa conceptionis ostium deducit, dicens: *Abraham genuit Isaac; Isaac autem genuit Iacob, &c.* Cum autem ad educendam Mariam, & Christum peruenit; scimus, illum, non per commune conceptionis ostium, communi antea modo declaratum, illos deduxisse; sed, per pulcherrimam, quasi, fenestram, (in Christo per naturam, in Maria per gratiam) Mariam, & Christum exeuntes monstrasse,

se; dūm, omittens Mariæ generationem per Ioachim, & Annam, solum ait: *Virum Mariæ; de quâ natus est Iesus, qui vocatur Christus*. Ergo B. Dei Genitrix Virgo Maria, in sui Conceptione, pura, immaculataque fuit.

25 Trina hæc, Sacris ex literis, de Immaculata Dei Genitricis Conceptione, literalis probatio, egregie satis (licet figuratim) trina, etiam Sacris ex literis, confirmatione roboratur. Primò, ex illo *Genesis 11. Mortuus est Aran ante Thare, Patrem suum, in Vr Chaldeorum*. Igitur, Hebræorum traditio fuit, (vt refert, & non condemnat Hieronymus) quod Chaldæi, inter quos natus fuerat Abraham, eiusque fratres, & in quorum habitabant terra, ignem, significatum in *Vr*, adorabant. Et quia Abraham, fratresque eius *Vr* adorare noluerunt, proiecerunt eos in fornacem ignis. vbi Aran mortuus est, igne consumptus, Abraham autem miraculosè illæsus exiuit. De quo beneficio illum oneravit Deus, cum postea illi dixit: *eduxi te de Vr Chaldeorum*.

26 Quo posito, dubitandi ratio se se offert: Cur è duobus fratribus, ob eandem fidei causam in ignem iniectis, vnus igne perierit consumptus, alter illæsus exierit? Ignis ille (sic ego respondeo) originale signabat peccatum; iuxta *Glos. super Zachariæ caput tertium*, ibi: *Ignis, de quo torris*. Ergo sic: perueniat ignis ille ad Aran, & moriatur igne combustus; nullatenus tamen Abraham lædat in aliquo. Quare? Quia in Abraham erat Maria: *in lumbis Abrahæ*: de Abraham, non de Aran, hæc Angelorum, hominumque, Regina descendit. Cumque ignis ille originale symbolizabat peccatum, disponat Deus, quod ille, & si Aran, ex quo Maria non descendit, illo sit consumptus, ad Abraham, in quo continebatur, & de quo Maria descendit, haud perueniat. Si ergo vbi, & tam remote est Maria, nec originalis adhuc peccati figuram non peruenit, quomodo ad illam personaliter deuenienda erat originalis culpa, & macula?

27 Confirmatur secundò; ex casu trium puerorum, qui, in fornacem Babilonicam fuerunt iniecti. Cur tri. isti pueri in fornacem missi, omnino libe-

ri euaserunt; & ex duobus fratribus, vnus (scilicet Aran) perijt, alius (videlicet Abraham) liber euasit? Equauit se Abraham tribus illis pueris; quia in Abraham erat, modo dicto, Maria. Tres illi pueri tres Angelorum Ierarchicos gradus designabant; quauis, nec originale, nec vllum actuale, sicut Luciferum eiusque socios, peccatum tetigit. Duo autem fratres, Aran, scilicet, & Abraham, omne genus signabant humanum; licet ergo ausus fuerit ignis Aran tangere, non audeat tamen ad Abraham accedere, eò quod in illo, & ex illo Maria, non in Aran, neque de illo.

28 Aquetur, adhuc in tam remota continentia, Maria cum Angelis, in illorum trium puerorum numero figuratis; quia æquum, & debitum est, fauorem, specialius Regina concedere, qui vassallis non denegatur: atqui vassallis (idest Angelis) in trium puerorum numero figuratis, locum non habuit, originalis figura peccati, in igne: ergo nec locum habeat in Abraham ob continentiam in ipsius lumbis Marianam. Si ergo, adhuc in figura, hoc, & non leuiter ex Sacra pagina deductum, sic disposuit Deus; nomē admittenda est in Matre Dei, & proprie, Maria, facta quasi proprietaria, quando in ipsius figura tam remotaque eius causali existentia, adhuc originalis peccati figuram exulare fecit Deus Optimus Maximus?

29 Confirmatur tertio supraposita probatio trina; & ex eodem *Genesis cap. 12. ibi: Dic, obsecro, quod soror mea sis*. Sic Sacer textus affirmat, dixisse Abraham vxori suæ, Sarra. Si in Abraham Deus, & in Sarra, adumbratur Maria, vt plures ex Patribus, Doctoresque Catholicis restantur; quid intererat Deum, vt Maria soror eius foret, dum dixit: *Dic, obsecro, quod soror mea sis?* Ego dico: nupsit Sanctus Spiritus Mariæ: nam illa sponsa est Spiritus Sancti, & de Spiritu Sancto concepit: Si ergo hoc ita est, rectè dictum antecedenter fuit in figura Mariæ (scilicet Sarra) quod dictum manet: videlicet; *Dic, obsecro, quod soror mea sis*.

30 Nam (& conceptum explico) vt omni ex parte acceptæ sint nuptiæ, inter personas, aliquatim æquales, esse debent. Dic ergo (ait Spiritus Domini in

in Abraham significatus, ad Mariam, in Sarra adumbratam) quod soror mea sis. Quasi diceret: contētus non sum, quod vxor sis mea; esto etiam, & mea soror. Simus ambo; quasi ex vna radice descendentes. Ego per naturam; tu per gratiam; Origo mea, & naturalis, ex Patre, & filio, vno Deo mecum: origo tua, & moralis; & gratiosa, sit etiam ex ipso Deo; vt tu possis dicere: *Ego ex ore Altissimi prodii.*

Ergo, Ego per naturam, tu per gratiam fratres simus, vt sic, possibili modo, inter Nos, sicut in acceptissimis coniugis, seruetur æqualitas. Sed Origo mea nullas, per naturam, tenebras agnouit; ergo origo tua, vt soror mea sis, talis sit per gratiam, quod per illam tenebrarum nihil nūquam agnoscat. Atqui originale peccatum tenebræ sunt: ergo illud Mariam nūquam attigit. Ergo B. Dei Genitrix in sui Conceptione semper, & pro semper, existit Immaculata.


31 Quod nouissimè; egregieque defendit, Reuerendiss. Sapientissimus.

que P. Fr. Ioseph de Iesu Maria, Carmelitanæ Discalceatorum familiæ filius, tom. cuius titulus est: *Vida, y excelencias de la Virgen Maria Nuestra Señora*, præsertim à cap. 8. vsque ad 26. Sed de hoc non miror; cum antiquissima hæc tantorum Patrum familia, Immaculatam Deiparæ Conceptionem pro rostris defendere, semper professâ fuerit. Videatur etiam, ex insigni Societate Iesu, Doctiss. Pater Andreas Men do, recenti tom. de iurè Academicò, tract. appendice pag. 420. num. 129.

32 His ergo tribus Sacræ Paginæ testimonijs, & eorum cōfirmationibus, Immaculatam Dei Genitricis Conceptionem testantibus, huius opusculi primæ parti finem (in omnibus, ò vtinam, felicem) impono, ad laudem Sanctissimæ Triados, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Venerandi, Tremendique Sacramenti Altaris, ipsius Immaculatæ Virginis, Sanctorum Patriarcharum meorum; totiusque cœlestis Curia Sanctorum: Amen.

FINIS PRIMÆ PARTIS.





INDEX PROPRIARVM SENTENTIARVM, RERVMQVE NOTABILIVM, quæ in huius opusculi vnoquoque casu, quæstione- que continentur.

Litera P. paginam, N. numerum designat.

Aborsus. Vide verb. Denuntiatio 2.

Abrogare.

A Brogare legē quid sit? pag. 111. n. 9.

Absolutio.

An possit absolui moribundus, qui nula contritionis præbuit signa, & quomodo? p. 358. à num. 1. vsque ad vltimum.

Adoptio.

Adoptionis impedimentum ad matrimonium non potest Princeps sæcularis dispensare; aducitur tamen ab Authore non vulgaris ratio ad affirmatiuam partem probandam: p. 55. à n. 3. vsq; ad 14.

Adulterium.

Vnicum tantum est adulterij numero peccatum, etiam si adulter, & adultera sint coniugati: pag. 444. nu. 10.

Ancilla.

Si Ancillā testator hæredibus reliquit ea cōditione, vt nec illam vendidissent, nec ferro signassent; aliàs libera maneret. Quæritur; an talis Ancillæ filij, eodem, ac mater, potiantur iure? pag. 153. à num. 1.

Quòd probatur ibidem à num. 11. vsq; ad 32.

Arguere.

Arguere ex duabus opinionibus inter se contrarijs, circa aliquam materiam, ad effectum inferendi probabilitatem in alia materia, vnanimè ab omnibus reprobata, est solum fallaciter arguere; quia est destruere materiam: p. 13. à nu. 7. vsque ad 46. & p. 24. nu. 4. 5. & 6.

Audire Sacrum. Vide verb. Denuntiatio 1.

Baptismus Baptizatus.

An Baptizatus solo Baptismo flaminis possit in aliquo casu Eucharistiam sumere? p. 430. à nu. 37. vsque ad vltimum.

Beneficium.

Beneficium sæculare, à Domino Nuntio collatum Religioso, cum clausula, vt intra annum, nouam illius obtineat à Summo Pontifice prouisionem, non vacat, licet intra annum talis prouisio non

obteneatur. Immo necessaria non est: p. 185. à num. 1.

Collatio Beneficij, facta à Capitulo suspenso, & non denuntiato, cuidam ante legitimam ætatem scienter ordinato, & postea sæpius celebranti, an valida sit, præcipuè, si tale Beneficium triennio pacifice possessum fuit à prædicto? pag. 186. à num. 1.

Quomodo distribuendū sint fructus Beneficij inter Beneficiatum defunctum, & nouum successorem, iuxta constitutionem quandam Episcopatus Pampilonensis Ciuitatis? p. 197. à num. 1.

Quomodo intelligenda sit clausula hæc Pontificia: *Soluas pensionem tantam, Petro v. g. ex fructibus tui Beneficij?* pag. 200. à num. 1.

Quomodo intelligendus sit vsus in Ecclesiastica Communitate de Calatayud, circa Beneficia, quæ sunt Patronatus locorum, &c. à pag. 201. à num. 1.

An tres anni seruitij, Episcopo præstadi iuxta Tridentinum à famulo, vt possit ad Ordines promoueri, & Beneficij fructibus potiri, componi possint, ex seruitio, ante Episcopatum præstito? pag. 212. à num. 1.

An probabilis sit sententiā, dicens, licitum esse Beneficia Curata dignis conferre, dignioribus relictis? p. 246. à nu. 1. vsque ad 12.

Ex quibus dignitas in oppositoribus pensanda est? pag. 251. à nu. 11. vsque ad vltimum. Ex quibus constabit, an etiam sit peccatum contra iustitiam.

Bona.

Bona semper sunt quid accessorium personæ communiter loquendo: pagin. 11. num. 8.

Bulla Cruciatæ.

An virtute illius possit quis à referuatis, quoties in ea incidit, absolui? pag. 401. à nu. 1. vsque ad finem. Quòd rogo vt videas, Amice Lector.

An finita Bulla, vel termino durationis eius, possit absolui à referuatis ille,

I N D E X.

qui antea ab illis absolvi noluit, cū posset? p. 49. a nu. 1. vsque ad finem. Hoc vide, & non pigebit.

Canonicus. Canonicatus.

Quomodo intelligenda sit clausula Leonis X. scilicet, *Oriundus ex Regnis Castellæ, & Legionis dumtaxat*, circa Canoniciatus, Canonicosque Magistralis Ecclesiæ SS. Iurii, & Pastoris Complutensis Vniuersitatis? p. 135. a n. 1. vsq; ad vltimam *Capellania.*

Quomodo intelligenda sit hæc clausula: *Y pasado el primer Capellan, por mi nõ brado, los que despues huuiere de ser Capellanes, sean Sacerdotes Presbiteros y presvidos los Doctores en Teologia, a los que nõ lo fueren?* Item hæc: *y que el que huuiere de ser Capellan, aya de ser vn año antes Sacerdote?* p. 203. cum antecedentis, a num. 1.

Cardinales. Vide lex.

Causa ad dispensandum in matrimonij impedimentis.

Causa hæc, meo videri, vnica est, scilicet, Mariam v. g. inupram fore futuram nisi Pontifex dispenderit. Vnde quando allegatur paupertas, vel defectus aliquis feminae, &c. huiusmodi allegationes nõ sunt causæ finales, sed finalis causæ probationes: p. 45. a nu. 1. & præcipue, nu. 3.

Censura. Vide verb. Denuntiatio 2.

Cessario finis.

Cessante fine legis contrarie, & priuatiue, etiam in particulari, certum est cessare legem in particulari: p. 341. nu. 4.

Cessante fine adæquato (scilicet extrinseco, & intrinseco) legis, etiam negatiue solum, etiam in particulari, probabile est, cessare legem in particulari: p. 341. a num. 5. vsque ad 20.

Cessare nequit finis ieiunij adæquate: p. 342. nu. 10. Non obstat quod cessante fine gratiæ, non cesset gratia: p. 343. nu. 11. Nequit cessare finis intrinsecus, ob quem prohibetur fornicatio; ibid. n. 13. & 14. Non obstat lex prospexit, ff. qui, & a quibus: p. 344 n. 13. & 16. Non poterit cessare finis à Trident. sess. 24. cap. 1 de matrim. intentus; ibid. n. 17. 18. & 19.

An possit cessare finis matrimonij potestatis cum impotente: p. 345. n. 20. Cessante fine inadæquato solum, vel intrinsecè, vel extrinsecè, legis in particulari, nequit cessare lex ipsa; ibid. nu. 21. cum sequentibus.

Clausula.

Clausula hæc: *Offero me cum bonis meis:*

facit cessare oblationem bonorū, si cessauerit oblatio personæ, sic bona offerentis: p. 10. a nu. 4. Ex clausula tamē ista; lego *Ancillam cum natis*, etiam nati debentur; pag. 11. num. 5.

Si tamen quis dicat sic: *Offero me, & bona mea:* tunc, & si deficiat offerentis se ipsum oblatio, non deficiunt bona oblata. Quia tunc independentem a persona se offerente, bona ipsa offeruntur, ex iuris dispositione.

Si autem quis dicat: *Offero me Religioni:* & nil de oblatione bonorum curaret, dixisset. Tunc si professio fuerit nulla, nulla etiam est bonorum oblatio: si verò valida fuerit professio, bona erunt Religionis; p. 11. num. 10.

Collegium, Communitas, & Congregatio.

An iusticiant duo, vel tres personæ ad constituendum Collegium, Congregationem, & Communitatem? p. 378. vbi quoad specialem casum, qui in Ordine meo occurrit, hoc resolutum inuenies; a n. 1. vsq; ad vlt.

Compensatio.

An compensatio debiti fieri possit actione ad hereditatem, per iniustam sententiam ablatam? p. 164. a num. 1.

Concepcio Immaculata B. V. Mariæ.

Veritas hæc probatur in principio huius primæ partis, ante primum tractatū; roboraturque amplius in fine huius opusculi; a p. 307. vsque ad finem.

Confessio Sacramentalis.

Qui solum venialiter peccauit toto fere anno, & sæpius confessus est de solis venialibus, etiam die Iouis Sancti, & in Pascha, si antequam finiatur annus, quomodo libet computatus, in mortali incidat; fere certum exillimo teneri illo anno de peccato illo confiteri; p. 417. a num. 15. vsque ad 26.

An excusetur ab obligatione confitendi (hoc anno v. g.) qui solum habet Confessorem ex priuilegio? p. 419. a nu. 1. vsque ad vltimum inclusiuè.

Tenetur quis confiteri peccata externa, & qua ratione? p. 490. a nu. 30. vsque ad vltimum.

Consuetudo.

Consuetudo introducta ex errore obligationis alicuius legis, alias non existentis, non obligat ad peccatum. Vnde si introducta sit cū falsa exillimatione de precepto ad mortale obligante, non obligat ad mortale. Et idem dicendum est, si con-

consuetudo introducta fuerit animo non obligandi, vt patet: p. 13. n. 4.

Consuetudo præter ius, potest probabiliter extendi de loco ad locum: p. 351. nu. 1. & 2. Fallit hoc in Religiosis professis ad chorum destinatis, vbi non est introducta propria propriis consuetudo; ibid. à n. 3. Admittitur hoc quoad consuetudinem, in aliqua Ciuitate introductam, de sufficientia minoris numeri testium ad testamentum condendum: p. 353. n. 11.

Quomodo consuetudo probari possit, & an illam alleganti incumbat onus probandi? pagin. 367. vsque ad 378. Per septem conclusiones. Consuetudo luxuriandi, & faciendi vsurarios contractus, quando detur? pag. 488. à num. 23. vsque ad 28.

Debitum coniugale.

Debitum coniugale petere valet femina, quæ, credens maritum suum mortuum, solennem emisit professionem, si à viro extrahatur, & hoc absque vlla dispensatione: p. 32. à n. 1.

Decima. Vide verb. Denuntiatio 6.

Exemptione à Decimis soluendis potitur mea Religio, stando in Pontificum priuilegijs, & specialiter in Maximo mari, à Felice Recordationis Vrbaano VIII. nobis concessio: p. 295. à nu. 1. vsque ad vltimum: item à p. 301. cum sequentibus, & specialiter, p. 305. à nu. 1. vsque ad 53.

Item: specialiter exempti sumus à Decimis hortorum fructibus, domibus vnitorum: pag. 320. à num. 1.

An soluenda sit prius Decima, ante elemosynas in area, seu torcularibus dadas Religiosis? p. 333. à num. 1. vsque ad vltim.

Denuntiatio 1.

Omnes illi, qui sub iurisdictione Iudicis, Monitorium, vel edictum, ac tandem legem ferentis, non sunt, à denuntiandi obligatione sunt exempti: p. 462. nu. 2.

Exemplificatur hoc primo, probaturque in sententia Genuensis; ibid. nu. 3. & confirmatur in præcepto audiendi Sacrum, & in Sacro dote Græco, qui extra Græciam existens, quomodolibet, potest in absente consecrare: ibid. num. 4. & 5.

Exemplificatur 2. in Oratoribus, seu Legatis Principum: p. 463. à nu. 6. vsque ad 11.

Exemplificatur 3. quoad DD. Inquisitores, qui possunt sibi quemcumque simplicem, alias idoneum, Sacerdotem in Confessorem eligere: p. 464. à nu. 12. vsque ad 18.

Exemplificatur 4. in Reo in causa sanguinis: pag. 465. à num. 19. vsque ad 21.

Exemplificatur 5. in Cruciferarijs, Commendatoribus, & Clericis omnibus, quoad posse adire Sacrum tempore interdicti: p. 466. à

n. 22. vsque ad 28. Exemplificatur 6. in fertoribus, & familiaribus Regularium, qui tempore interdicti possunt ad Diuina Officia, & sepulturam admitti: p. 467. nu. 29. 30. & 31. Exemplificatur tandem in Regularibus, quoad posse ordinari tribus Dominicis diebus, vel festis continuis: p. 467. n. 32. & 33. de quo vide verb. Ordo.

Denuntiatio 2.

Quoties materia præcepta sub potestate Monitorium, edictum, vel legem ferentis non cadit, non est denuntiandi obligatio: p. 468. nu. 1. & 2.

Exemplificatur hoc primo, quoad censuras ibid. quoad Parrochos non residentes; ibid. à nu. 3. vsque ad 10. Exemplificatur 2. & si falsò, quoad censuram excommunicationis; an scilicet illam incurrat, qui Clericum sibi dicentem *mentiris*, occidit? p. 471. à n. 16. vsque ad 23. inclusiuè. Exemplificatur 3. quoad censuram (si poneretur) contra eos, qui post sumptum cibum Eucharistiam sumunt; an comprehendantur, sumpta terra, pro cibo: p. 472. à num. 24. vsque ad 29.

Exemplificatur 4. quoad peccatum abortus; pag. 473. num. 30.

Exemplificatur 5. quoad secundum contrahentes matrimonium: p. 474. n. 32. Et hoc in singulari casu; ibid. à nu. 33. vsque ad 38. inclusiuè. Exemplificatur 6. & si falsò, in Sacerdote consecrante magnam materiam panis, vel vini; p. 475. nu. 39. & 40. Exemplificatur 7. in non recitante psalmos, si lectiones recitare non valet; p. 476. nu. 41.

Exemplificatur 8. in obligato ducere Mariam in uxorem, ratione solius promissionis; ibid. num. 42.

Exemplificatur 9. in obligato ieiunare determinato die in pane, & aqua; ibid. num. 43.

Exemplificatur 10. in vouente recitare Rosarium B. V. Mariæ; ibid. n. 44. Exemplificatur 11. in vouente recitare septem Psalmos Pœnitentiales; ibid. n. 45. & 46. Exemplificatur tandem in expulsiōe incorrigibilium: p. 477. toto n. 47.

Denuntiatio 3.

Nullus tenetur denuntiare sub mortali, quando res denuntiari præcepta, paræ materiæ limites non excedit: p. 478. n. 1.

Exemplificant hoc quidam, primò, in materia furti; ibid. à num. 2. vsque ad 5. inclusiuè.

Exemplificatur 2. in omittente visitare vnam Ecclesiam, vel vnicum diem ieiunij, ad Iubilæum requisita; pag. 479. num. 6. per totum.

Exemplificatur 3. in potestate Prælati ad dispensandum vna die in qualitate Officij Diuini in Choro: pag. 480. num. 7.

I N D E X.

Denuntiatio 4.

Omnes illi, quos iudex nullatenus obligare intendit, ab obligatione denuntiandi sunt exēpti: p. 480. n. 1. Idem dicendū de parte, ad cuius petitionem edictum, vel cēsurā lata fuit: *ibid.* exemplificatur 1. in materia furti: *ibid.* à n. 2. vsq; ad 3. inclusivè. Exemplificatur 2. in etate requisita ad obligationem seiunādi sub præcepto: p. 481. à n. 6. vsque ad 11. inclusivè. Exemplificatur tandem in donatione Nonitij morientis, facta Monasterio, quo uis probationis tempore: pag. 483. num. 12.

Denuntiatio 5.

Si monitorium tempus præscribat ad finiendam obligationē denuntiandi, transacto illo, & si peccaminosè, cessat denuntiandi obligatio: p. 483. n. 1. Secus si tēpus sit signatū ad non differendā: *ibid.* à n. 2. vsq; ad 5. Exemplificatur (& si falsò) primum, quidam, in eo, qui omisit recitare Matutinum vsq; ad prandiū, dicentes, talē iam peccasse, & non teneri Matutinum recitare: p. 484. n. 6. Sed falsum dixerunt: *ibid.* à n. 7. vsq; ad 12. Exemplifico ego 2. in eo, qui recitat Matutinum ab hora 4. immodò & 3. præcedentis diei: p. 485. n. 13. immodò; & ab hora 2. post meridiem: *ibid.* nu. 14.

Denuntiatio 6.

Omnes illi, qui in verbis monitorij non cōprehenduntur, ab obligatione denuntiandi sunt exēpti: p. 485. n. 1. Exemplificatur 1. in illis, qui communicant apud Mendicantes in Pascha, ut impleant præceptū: *ibid.* n. 2. Exemplificatur 2. in illis, qui extra acta & processus periuri sunt, licet coram iudice falsum iurent: p. 486. n. 3. Exemplificatur 3. de eisdem periuris in actis inuālidis: *ibid.* n. 4. Exemplificatur 4. in eisdē periuris, in actis impropriè actis, & processis: *ibid.* n. 5. & 6. Exemplificatur 5. de excommunicatione contra non soluentes decimas: *ibid.* à n. 7. vsque ad 14.

Exemplificatur 6. in Regularibus detrahēribus ad populum Ecclesiæ Prælati: p. 487. à n. 15. vsq; ad 22. In quibus reperies, quas Indulgentias possint Regulares prædicantes cōcedere. Exemplificatur 7. In assuetis facere vsurarios contractus: p. 488. à n. 22. vsque ad 28. In quibus de assuetis luxuriare tractatur. Exemplificatur 8. In Regularibus matrimonio assistentibus absque Parrochi licentia: p. 490. n. 29. Exemplificatur eadem (& si falsò) in obligatione consistendi peccata merè interna: *ibid.* à nu. 30. vsque ad vltimum.

Denuntiatio 7.

Nullus tenetur denunciare, ut accusator, id, quòd probare non posse, prudenter indi-

cat; exceptis aliquibus casibus 92. n. 1. de quo vide a nu. 2. vsque ad 6. Exemplificatur hoc n. in illo, qui audiuit crimen a fide digno, sed postea obliuio, vel factò ad testificandum incapaci: p. 495. n. 17. Exemplificatur 2. in excommunicatione lata, ut denuntientur Simoniaci, quæ excommunicatio non videtur ligare famulos inseruientes Episcopo, etiam cum præsumptione, quòd inseruiant propter obtinendum Beneficium: *ibid.* a nu. 18. vsque ad 32. inclusivè.

Denuntiatio 8.

An excuset ab obligatione denuntiandi, per se loquendo, metus grauis, immò, & sola metus grauis suspicio; item esse socium criminis; item tacita Superioris licentia, &c: p. 498. nu. 1. Quomodo autem hæc intelligantur? *ibid.* n. 2. & 3. An excuset etiam cecitudo negligentia Superioris circa remedium denuntiandi? p. 498. n. 2. colum. 1. An excuset etiam a denuntiandi obligatione, delinquentem esse emmendatum? p. 499. a num. 1. vsque ad 6.

Quando nam incipiat obligatio denuntiandi? p. 500. nu. 1. 2. & 3. Quoties materia præcepta manifestari, vel fieri, aut è contra, iuste in foro conscientia possidetur, non tenebit monitorium pro foro cōscientia: p. 500. col. 2. n. 1. Exemplificatur hoc in compensatione debitorum: *ibid.* n. 2. Licet in compensando, quis moraliter deliquerit: *ibid.* Exemplificatur etiam in legibus disponentibus de filiorū legitimis: p. 501. à n. 4. vsque ad 14.

Exemplificatur etiam in communicantibus cum Petro excommunicato, absoluto tamen in foro conscientia: p. 505. toto nu. 15.

Exemplificatur etiam in percussente grauitèr Legatum à latere, ab illo tamen absoluto: p. 505. nu. 16. Et in statuto Carthusianorū circa obligationem confitendi: *ibid.* Et in eo, qui aliquis accepit pro re, quam ex alia virtute, quā iustitia, facere tenebatur: *ibid.* Vbi etiam de alijs similibus dict. numer. 16. Quæ omnia resoluuntur, ex eo, quòd lex sit in falsa præsumptione fundata.

Dispensatio. Vide verb. Professio.

Dispensatio ad contrahendū, data ratione paupertatis, anvalida sit, eo præcisè, quòd femina dispensata sit filia familias, & non dū possideat parentum suorum hereditatem? pag. 45. numer. 1. Causa mortua, ut Pontifex ad contrahendum matrimonium dispenset, vnicuique in omni euentu mihi videtur; estque, quòd hæc, v. g. femina, nisi dispensetur, inupta remanebit æquali: vnde siue allegetur paupertas, siue infirmitas, siue infamia,

vel quidquid aliud; hæc potius sunt probationes causæ motiæ, quam motiæ causæ. Ex quo, licet id quod allegatur, tanquam probatio causæ motiæ sit falsum, si tamen reuera verum fuerit, quod femina inupta remansura sit; nisi dispensetur, valet dispensatio: pag. 45. casu 12. per totum.

Clausula illa in dispensationibus apponitur solita; scilicet: *Dispensetur nisi prius copulam habuerit*, non esse conditionalem; sed modalem, asseruit Henriquez, lib. 1. nu. 7. Quando Tridentinum ait *carcat spe præsumptæ dispensationis*, quomodo, & quando intelligendum sit? p. 47. casu 15. per totum. Dispensatio postulata à Legislatore propter finem; falso suppositum, potest esse valida; paginæ 2. casu 15. à num. 1. Dispensatio voti Castitatis, facta alicui pro vna vice, ut matrimonium contrahat, si fuit propter evitandam incontinentiam, mortua vxore, etiã valet, & potest virtute illius iterum contrahere matrimonium: pag. 71. casu 22. num. 2.

Si verò talis dispensatio fuit propter propagationem suæ domus, si vxor sine liberis decedat virtute eiusdè dispensationis iterum potest contrahere, ibid. n. 1. Etiã si talis dispensatio propter nullum ex assignatis finem sit facta, non obitante illo verbo, *pro hac vice*, potest virtute illius, iterum contrahere: ibid. n. 3. & sequentibus.

Declaratoriæ litteræ, & si sint falsæ, dum tamen in rei veritate sit assecuta dispensatio impedimenti, matrimonium relinquunt validam: pag. 73. nu. 5. & 6.

Religiosus, dispensatus a Pontifice in voto Castitatis, etiã sine causa, validum potest contrahere matrimonium: pag. 79. casu 25. à num. 3.

Dispensatio in voto, iuramento confirmato, valida est, licet solius voti, in Narrativa mentio fiat: pag. 120. à n. 52. vsque ad 55. & à num. 62. vsque ad finem casus.

Dispensatio in lege quid sit proprie loquendo? p. 116. n. 30. An late sit interpretanda? ibid. à n. 31. vsque ad 43. Dispensandi potestas late est interpretanda, p. 118. n. 44. Aliquas hoc patitur limitationes, pag. 119. à nu. 45. vsque ad 47. Vide etiã à nu. 48. vsque ad 50. Quibus casibus amplianda sit dispensandi potestas? p. 120. à n. 50. vsque ad 56. Idem est in ordine ad dispensationem, in formare de iuramento, ac de voto, p. 221. num. 3.

Donatio

Quibus casibus donatio non firmetur iuramento? p. 228. à nu. 28. vsque ad 32. Donatio ioluitij quomodo valere possit? pag. 483. num. 12.

Edictum. Vide verb. Denuntiatio, per totum.

Emptio.

Quomodo intelligendum sit, quod possit quis licite rem vendere eodè pretio, quo illam empsit, si deteriorata non sit? pag. 171. à num. 1. in casu 21.

Episcopus. Vide; verb. Illegitimus.

Videtur, quod possit Episcopus, in foro conscientie, dispensare, quando duo concubitus impedimenta, matrimonium dirimentia, respectu quorundam, disiunctine, malam habent fidem contrahentes: pag. 51. à num. 16.

An possit Episcopus dispensare in impedimento, orto ex Ordine Sacro, suscepto à coniugato post consummatum matrimonium, invita vxore, posteaque illa defuncta, cum altera contrahente, dum aliter separari non possunt, &c. pag. 58. à num. 4. vsque ad 7.

Episcopus potest, in foro conscientie, dispensare in impedimento, iure humano matrimonium dirimente, licet talè impedimento impeditus, nõ sit eius subditus, pag. 65. à num. 3.

Episcopus, vel quicumque alius Ordinarius, potest cum suis subditis dispensare in aliquo casu, in impedimento, matrimonium dirimente, etiã, si sit ad fori contentiosum delatum: pag. 70. à num. 4.

Ætas.

An ætatis computatio, tam in ordine ad matrimonium contrahendum, ad Ordinesque recipiendos, ac ad solemnem emitendam professionem, fieri possit à die conceptionis, an verò à die natiuitatis? p. 26. à n. 4. Quid de Maioribus, & alijs rebus? ibid. à nu. 7. stando in Iure Ciuili.

Eucharistia. Vide, verb. Denuntiatio 6.

Melius est ex obiecto quotidie Eucharistiam sumere, quam ab illa abstinere: pag. 275. num. 7. & 8.

Sufficienter est ad hoc dispositus, qui non est in mortali, nec accedit ob inannem gloriam, prauumvè finem; nec vrget præceptum aliquod, implendum tempore, quo recepturus est Eucharistiam: pag. 278. à n. 17. vsque ad 28. inclusiuè.

Cum hac dispositione melius facit comunicando, quam à comunione abstinendo, p. 273. à n. 9. vsque ad 16. inclusiuè.

I N D E X.

Excommunicatio. Vide; verb. Homicidium;
verb. Monitorium, & verb. lex.

Excommunicatio minor, incurſa etiã ob peccatum mortale, poteſt tolli à ſimplici Sacerdote, pag. 9. num. 6. & 7. ubi exponitur illa maxima: Qui non poteſt tollere cauſam, non poteſt tollere effectum.

Expulſio incorrigibilium. Vide; verb. Denuntiatio. 2.

Femina.

An femina, que, contra alicuius impedimenti dirimentis, matrimonium contraxit, poteſt permittere ſui corporis exteriã corruptionem, dum proponat interius in delectationem non conſentire, ſi, in ſeparatione à viro, ſcandalum, vel viri periculum interueniat? pag. 75. caſu 24. per totum.

Finis. Vide; verb. Ceſſatio finis.

Fornicatio. Vide, verb. Ceſſatio finis.

Furtum; furti que materia; vide verb. Denuntiatio. 3.

Gratia. Vide verb. Ceſſatio finis.

Hæreditas.

Quid intelligatur, nomine renuntiationis Paternæ, Maternæ que hæreditatis? pag. 165. caſu 19. per totum.

Hæreticus. Vide verb. lex.

Homicidium. Vide verb. Peccatum, & verb. Denuntiatio 2.

An, qui Sacerdotem, vel Clericum, ſibi dicentem mentiris occidit, peccet, & excommunicationem, irregularitatem, que incurrat? pag. 471. à num. 16. vſque ad 23.

Hora Canonica. Vide verb. Denuntio 2. & 3.

Ieiunium. Vide, verb. Denuntiatio 2. & 4. & verb. Ceſſatio finis; & verb. Sumpſio Chocolate.

Qui ſemel vſus eſt opinione, aſſente,

tempus non eſſe de eſſentia ieiunij, ſicque mane, hora 8. comedit, non poteſt iam animum mutare, & ad aliam attendens opinionem, aſſerentem, tempus eſſe de eſſentia ieiunij, dicere, ſi iam fregiſſe ieiunium, ſicque ab illo excuſari. Quia hoc eſt deſtruerè materiam, in omnium ſententiã obligantem, pag. 24. num. 4. 5. & 6.

Qui p. voto tenebatur ieiunare Vigiliis quorundam Sanctorum, quorum dies feſtiuos ex voto etiam obſeruabãt, ſi Pontifex feſtos illos dies auferat, vt fecit Feliceſ Recordationis Urbanus VIII. non tenetur poſtea ieiunare. Quia, ablato principali, ceſſat acceſſorium; & ob alias rationes? pag. 256. in caſu 42. à num. 1. vſque ad vltimum.

In collatione Serotina Vigiliæ Natiuitatis Domini, non poſſe tantam ſumi de piſcibus, & ouis, nec de iſtorum quolibet, quantitatem, quanta de rebus, cõſuetudine introductis, ſumitur, euidenter. (y ſobre apueſta entre dos Doctores) oſtenditur: pag. 263. à num. 1.

Item; &, quod non poſſit mane, in eadem Vigilia Natiuitatis Domini, aliqua fieri commeſtio, ſimiliter oſtenditur euidenter, reſpondendo planiſſimè ad non vulgaria argumenta: ibid.

Illegitimus. Vide verb. Profeſſio.

Vndè illegitimitas proueniat? pagin. 269. à num. 3. Quomodo diſpenſandus ſit quis, inter Regulares, vt ad Prælaturas aſcendat? pag. 270. à num. 10. vſque ad 15.

Illegitimum occultum eſſe irregularem, negant quidam: pag. 1. num. 3.

Non eſt illegitima proles, vel filius habitus ex profeſſo, & profeſſa; qui, poſt contractum matrimonium, & non conſummatum, de communi conſenſu, ingreſſi ſunt Religiones approbatas, in eiſque ſolemniſter profeſſi ſunt: ibid. num. 4. & 5. In quo, quoad probabilitatem eius, ſui oblitus aliquantulum oſtenditur Doctiſ. Thomas Sanchez. pag. 2. nu. 6. Vndè iſte talis filius poteſt, abſque vlla diſpenſatione, ad Ordines promoveri, in foro conſcientiæ; non obſtante cap. Litteras de filijs Præbyterorum: pag. 7. à num. 28. vſque ad 33. Poſſet tamen, ob maiorem ſecuritatem, Epiſcopus diſpenſare: pag. 8. num. 34.

I N D E X.

Impedimentum. Vide, verb. Adoptio, & verb. Denuntiatio 8.

Impotentia ad matrimonium sufficienter probatur triennali experientia, cum iuramento contrahentium, & septimæ manus propinquorum: pag. 30. à num. 1. in casu 7. vbi alia quoad hoc necessaria, tam probabilia, quam certa reperies.

An detur casus, in quo coniugati, ultra triennalem experientiam, à Iudice assignatam, possint amplius expectare? pag. 40. à num. 1. in casu 11.

An contrahat spiritualem cognationem, qui in Baptismo infantem tetigit, non respondit tamen pro baptizato? pag. 42. in casu 13. à num. 1.

Quidam coniugatus promisit feminae virgini cum ea, post vxoris obitum, contrahere, si illa in adulterium consensisset. Recusauit illa; invita tamen per illud deflorata fuit. Mortua fuit deflorantis vxor; & iterum ille ipsi feminae promisit cum ea contrahere. Accepit illa. Queritur, an in hoc casu adsit criminis impedimentum? Conclusio certa negatiua est; quæ varijs vijs comprobatur: pag. 36. à num. 1. in casu 9.

Non datur hoc criminis impedimentum, (ratione scilicet promissionis) si Adulteri voluntatem suam sic declararent: *Matrimonium contrahemus mortuo fene*: pag. 38. à num. 1.

Indulgentia. Vide verb. Regulares.

Infamia. Infamis.

Quid, & quotuplex sit infamia, vtroque iure? pag. 270. à num. 6. vsque ad 9.

Domini Inquisitores.

Possunt sibi eligere in Confessorem, quemcumque simplicem Sacerdotem, aliàs idoneum: pag. 464. à num. 12. vsque ad 18.

Interdictum.

Qui possint audire Sacrum tempore interdicti? pag. 466. à num. 22. vsque ad 28. Item; qui possint sepeliri, & ad Diuina Officia admitti? pag. 467. num. 29. & 30.

Interpretatio legis.

Interpretare legem, quid sit? Quorupliciter hoc fieri possit? pag. 111. à num. 10. vsque ad 29. In quibus numeris exemplaria inuenies non contemnenda.

Irritatio legis.

Irritatio legis quid sit? pag. 109. à num. 1. vsque ad 8. vbi exemplaria reperies.

Iuramentum.

Iuramentum, factum contra leges, & si Ciuiles tantum, non tenet pro foro exteriori, iure Ciuili: pag. 218. à num. 3. vsque ad 13.

Item; nullum iuramentum, superaditum promissioni, vel contractui, Ciuili iure prohibito, est validum adhuc iure Canonico: pag. 220. à num. 1. vsque ad 36.

Explicatur *cap. Debitores de iur. iur.* pag. 230. à num. 37. vsque ad 50.

Qualis sit culpa; iurare absque intentione iurandi, promittendi, & adimplendi? pag. 225. num. 18.

Ius Patronatus.

Quomodo intelligenda sit sequens clausula. *Acabados estos, suceda el mas proximo consanguineo*? pag. 194. à num. 1. in casu 28.

Iobilaus. Vide verb. Denuntiatio 3.

Lacticinia.

Lacticinia, oua, & his similia edere in Quadragesima, absque Bulla, non esse mortale, asseruit meus Fagundez, & probabiliter, stando in rigore iuris, & consuetudinis, antea introductæ: pagin. 13. num. 4.

Laicus. Vide verb. Denuntiatio 8.

Legatus, vel Orator Principis. Vide verb. Denuntiatio 1.

Lex. Vide, verb. Denuntiatio 8.

Lex desinit obligare, ratione impossibilitatis, inutilitatis, indifferentiæ materiæ, aut quia materia est maioris boni impeditiua: pag. 346. à num. 1.

Exem-

Exemplificatur hoc in casu singulari: pag. 367. num. 3. Proponitur probatio, à numer. 4. vsque ad 17. Et quid ego sentiam? pag. 350. num. 18.

Quomodo sit practicanda veritas illa: scilicet, à lege excusari, qui in verbis, legis aliquomodo non comprehenduntur: pag. 355. à num. 1.

Contrahitur hæc veritas in Hæretico, ibid. Contrahitur etiam in DD. Cardinalibus, ibid. à num. 2. vsque ad 4. inclusiuè. Item contrahitur ad excommunicationem, pag. 354. à n. 5. vsque ad 7. inclusiuè. Contrahitur item ab alijs in lectione librorum Hæreticorum, ibid. à num. 8. Sed hoc non recte contrahitur, pag. 355. à num. 9.

Matrimonium. Vide verb. Denuntiatio 8.

Matrimonium celebratum coram Parrocho nullius excōtrahentibus, nullum est, vt testatur communis omnium DD. cōsensus, Ecclesiæque Catholicæ vsus, seu consuetudo. Et hoc non obstantibus argumentis incontrarium, prima facie validis, re tamen vera nullius momenti. Hoc vide, & te non poenitebit, pag. 12. à num. 1. vsque ad vltimum.

Stante matrimonio tantummodo probabiliter, illicitum, & iniquum est coniugibus, etiam ablato scandalo, se separare ad tempus, eligendo probabilitatem nullitatis talis matrimonij; & rursus mutata voluntate, & attentata probabilitate valoris talis matrimonij, ad illud redire ad tempus, pagin. 23. casu 5. à num. 1. vsque ad vltimum.

Validum est matrimonium ante legitimam ætatem contractum, si malitia ætatem supleat, p. 26. num. 3. Ad matrimonium quomodo cōputanda sit ætas, an à Conceptione, an verò à natiuitate; ibid. à num. 4.

An aliquo in casu valeat clandestinū coniugium, sine Parrocho, & testibus; vel cum Parrocho sine testibus? pag. 42. casu 13. per totum.

Quæ verba sufficiant ad valorem matrimonij; & quæ assistentia Parrochi, vel testium sit sufficiens, vt non sit clandestinum: p. 82. casu 28. per totum.

Validum est matrimonium, cum Medico temporali contractum, si Medicus nollit te mederi, nisi filiã ei in vxorem des, & illa illi nubat: p. 81. n. 1. & l. q. An

sit matrimonium validum, si his verbis, coram Parrocho, & testibus contrahatur; scilicet: *Hic est meus coniux; hæc est mea vxor;* à pag. 82. vsque ad 98. An validum sit matrimonium Patrini, in Baptismo sub conditione dato, cum matre, sic Baptizati? p. 106. à num. 1. vsque ad vltimum.

Monitorium. Vide verb. Denuntiatio 23.

Monitorium, seu (vt vulgo dicitur) *cartas de excommunication*, quando iniuste petantur? pag. 506. num. 18.

Mutuum.

An forus Regni Aragoniæ, agens de Mercatoribus, vt possint pro centum mutuatis nouem deferre, disponat hoc in conscientia, an verò in foro exteriori tantum? pag. 239. à num. 1. vsque ad vltimum.

Novitius.

Novitius quouis probationis tempore, potest morti propinquus, donare Monasterio: pag. 483. num. 12.

Officium Diuinum.

Quænam requiratur Diuini Officij recitandi omisio, vt ad restitutionem obliget? pag. 470. à num. 11. vsque ad 15. inclusiuè.

Ordo. Ordinari.

Ordinum susceptio in coniugato post consumatum matrimoniū, invita vxore defuncta, pag. 58. à num. 1. An Ordinarius possit iure communi dispensare, in aliquo casu, in impedimento dirimente matrimonium? pag. 98. à num. 1. vsq; ad finem. Vbi plura inuenies non vulgaria.

Ad Ordines promoueri valet in foro conscientiæ absque dispensatione occisor Clerici, in vno singulari casu; p. 449. numer. 2. cum ante cedenti, & conseqq. Quomodo Regulares possint ad Ordines promoueri tribus diebus Dominicis, vel festis continuis, &c. non seruatis interstitijs? pag. 467. nu. 32, & 33.

I N D E X.

Parrochus. Vide verb. Denuntiatio 2.

Parrochus quidam, cui centum aurei pro Rectore correspondere debebant, & Episcopus stipendium minuerat, abstulit quotannis a Decimis, Episcopo correspondentibus, id, quod ad complēdos centum aureos deficiebat. Quæritur, an hoc licitè potuerit efficere? p. 209. cum antecedenti; à nu. 1. An Parrochus omittens facere denuntiatiōnes festiuis diebus, & eas faciens alijs diebus non festiuis stante populi concursu, incurrat pœnas Tridentini? p. 80. nu. 1. & 2.

Peccatum.

An Confessor excommunicatus, & non tolleratus, peccet, si obrimorem æternæ mortis, quia ipsi temporalis mors ab aliquo minatur, si non absoluat aliquem extrâ mortis articulum existentē, illum, vt mortem euitet, absoluat? pag. 111. num. 10. & 11.

Qui rem aliàs grauem, cognitam tantum, vt malam, operatur, non peccat mortaliter. Quod non solum Scholasticè, & moraliter, sed etiam ex Iurisprudētia comprobatur? pag. 414. à nu. 1. in casu 1. Peccata in instanti Baptismi commissa, fere certum existimō, non ad Baptismum, sed ad Sacramentum Poenitentia spectare? p. 421. à n. 1. vsque ad 27. in quibus Scholasticè hoc probatur. Roboratur hoc iddem Iurisperorum stylo: p. 428. à n. 28. vsque ad 36.

An peccatum, vt dubium confessum, si certò postea occurrat, sit de necessitate confitendum? p. 434. à n. 1. vbi ponitur ratio dubitandi vsque ad n. 10. inclusiuè. Resoluitur hoc quo ad praxim: pag. 438. à nu. 11. Speculatiue verò: p. 439. à n. 15. vsque ad vltimum.

Vnde nam sumenda sit vnitas numerica peccatorum? p. 442. cum antecedenti in casu speciali, à nu. 1. vsq; ad 38. in quibus plura inueniēs exemplaria, interque vnum est, quod sit tantum vnicum peccatum plures successiuè, in peccato existens, absoluerē. Alterum, & quod probabile iudico, iddem esse dicendum, si in eadem rixa, eodem impetu, ira, &c. plures successiuè homines quis occidat; quod nullatenus admittēdum est in pluribus fornicationibus cum eadem femina, in eadem occasione. Vndè rogo,

(Amice Lector,) vt totum percurras.

Non peccat, nec sacrilegij, nec homicidij externam peccatū, qui, volens loānem, v. g. Clericum, occidere inimicum suum, alium, talem seridè existimatum, etiam Clericum, Clericali que habitu indutum, occidit. Et si hoc fiat in loco Sacro, non manet pollutus talis locus, quantum est ex parte facti; quidquid in exteriori iudicetur: p. 449. à n. 1. (in casu 6. & singulari) vsque ad vltimum. Vbi validissimas replicas, earumq; solutiones inuenies. Potest autem iste talis in foro conscientia absque dispensatione ad Ordines promoueri: ibid. à nu. 2. Vide totū casum; quia, ex materia, singularis est valde.

Non audeo improbare sententiam Eminen. Card. Cai. asserentis, peccata contra naturam esse eiusdem speciei, si communicationem cum dæmone, vt tali, semoneas, & alias circūstantias specie diuersas, & extraneas excludas: p. 456. in casu vltim. à n. 1. vsque ad 25. inclusiuè. Proponitur contraria; & communis sententia, & quæ ex illa singulariter sequitur, adnotantur, à num. 26. vsque ad vltimum.

Præceptum Superioris Regularis.

An præceptum Superioris obliget sub mortali, quando materia præcepta non obligat ex vi Regulæ sub mortali? pag. 357. à nu. 1. vsque ad vltimum.

Prelatus.

Prelatus potest dispensare in qualitate Diuini Officij in choro vna die: pag. 480. num. 7.

Professio.

Quando, post contractum matrimonium, & non consummatum, vt etque coniux profiteretur de communi consensu, tunc additio professionis vnus ad alterius professionem facit, vt neuter coniux renuntiet vinculo matrimonij; ac per consequens professiones illæ non soluent vinculum talis matrimonij: p. 3. à n. 13. vsque ad 26. inclusiuè. Tales coniuges, post matrimonium ratum tantum, professi de communi consensu, si è Religione expellantur ob atrocita delicta, nō possunt dispensari ad vsum matrimonij,

I N D E X.

nij, quoad vinculum non dissoluti, nisi à solo Summo Pontifice: pag. 8. à num. 3. vsque ad 8.

Femina, quæ, credens Maritum suum esse mortuum, Religionem ingreditur, & proficitur; si postea à Marito extrahatur, potest debitum petere, nec tenetur ad Religionem, Marito postea mortuo, redire, sed valet ad alias nuptias transire: pag. 32. casu 8. à num. 1. per totum.

Explicatur Nauarri sententia, asserentis, Professum, è Religione expulsam, & iterum receptam, teneri nouam emittere professionem; ibi. num. 2. cum sequentibus, & præcipue, num. 9.

An valeat professio fœminæ in Monasterio virorum occultè facta? Item, an si è professus ad aliquid astringatur? & an ex errore professus, professus censendus sit? pag. 40. casu 12. per totum. Professi Religiosi sub mortali tenentur ad Diuinum Officium: pag. 351. à num. 3. vsque ad 10. Professiones factæ in manibus Prælati, aliàs illegitimi, an sint validæ? pag. 54. à num. 9.

Promissio.

Voluntarius, seu gratiosus effectus promissionis, alicui factæ, & ab eo acceptatæ, suspensus manet pro toto tempore, quo, acceptans illam, voluerit, & cessabit, si ille, cui talis facta est promissio renuntiauerit: in promittente autem effectus promissionis necessarius est: pag. 7. num. 26. An promissio aliquid dandi alicui Monasterio, si acceptata tantum fuerit à quodam Monacho subdito, possit ante acceptationem Prælati, & Monasterij, in aliud commutari? pag. 212. à num. 1. in casu 36.

Recitatio Diuini Officij.

An peccet mortaliter, qui, visu discurrendo per librum, mentaliter recitat? pag. 133. à num. 1. vsque ad 12. An Regulares possint ex priuilegio, absque peccato, mentaliter recitare? pag. 134. num. 4. An Beneficiarius, qui mentaliter tantum recitat, teneatur ad restitutionem fructuum, recitationi correspondentium? pag. 136. num. 13. & 14. & pag. 138. à num. 23. vsque ad vltimum. Qui semper, & omni tempore, pro Officio dici recitat Officium Resurrectionis,

peccat mortaliter: pag. 137. à num. 15.

Regularis; vide verb. Denuntiatio 6. & verb. præceptum Superioris Regularis.

Quas indulgentias possunt Regulares prædicantes concedere? Vide *Verb. Denuntiatio 6.*

Regularis Prælati an possit in aliquo casu in voto simplici, & absoluto, castitatis dispensare? pag. 102. à num. 1. vsque ad vltimum.

Regularis Theologiæ lector an possit Dispensatorias quoad matrimonium literas in foro conscientie aperire? pag. 109. casu 30. cum pag. 122. à num. 57. vsque ad 61.

Religiosus. Vide, verb. Beneficium.

Quomodo facienda sit à Religioso distributio bonorum inuentorum, quæ illi traddita sunt, vt restituantur? pag. 157. in casu 22.

Renuntiatio. Vide, verb. Hereditas.

Renuntiatione maioratus in certas personas directa, finitis illis, ad renuntiantem deuoluitur Maioratus; pag. 168. à num. 1. in casu 20.

Restitutio. Vide verb. Compensatio debiti; & verb. Denuntiatio 4. & verb. recitatio.

An filius, qui ex Petro, v.g. & Maria professus, antea tamen conjugatis matrimonio tantum rato, & de communi consensu in Religionem ingredientibus, ortum habuit, teneatur restituere bona Patrum suorum, quæ abstulit à Religione, in qua illi cum omnibus suis bonis professi sunt? pag. 10. num. 8. 9. & 10.

An talis filius, qui se cum bonis suis obtulit Monasterio, & in eo professus est, posteaquæ expulsus ab eo, ratione nullitatis professionis suæ secundum talis Religionis statuta, teneatur restituere, bona à se tali Monasterio data, & occultè ab ipso in expulsionem ablatæ? pag. 10. à num. 2.

Obligatus restituere ante 12. vel in duodecima hora noctis, & si possit ad alia

alia horologia appellare, non potest tamen propter horologiorum probabilitatem, a restitutione excusari: pag. 124. a num. 1. vsque ad 12. vbi argumenta aliqua contra veritatem facta, resoluta inuenies.

Qui Francisco, alias creditori suo, Hcet ignoto, donauit centum aureos, quos alias illi debebat, debitum suffeienter compensauit donatione ipsa: pag. 127. a numer. 1. vsque ad 7. An filius Petri, v.g. relictus incapax hereditatis Petri per Principem, si tale v.g. Monasterium ingrederetur, valide incapax remaneat: pag. 128. a num. 1. vsque ad 13.

Quamuis testator disponat singulis annis distribuendam esse tantam quantitatem in pauperes, si Testamentarius aliquid deferat pro electione pauperis, vel operis p*ij*, nil restituere tenetur: pag. 130. num. 1. & 2. Qui eo die, quo titulo Beneficij, etiam plinguisimi, ordinatus est, non recitauit horas, ordinationem sequentes, nec aliquid tenetur restituere, nec peccat mortaliter, iuxta probabilis placitum: pag. 131. a n. 1. vsque ad 14.

Qui furto accepit centum aureos, & occurrere illi extrema necessitate, illos consumpsit, posteaque ad pinguiorem rediit: statum, probabiliter a restitutione excusatur: pag. 140. a num. 1. vsque ad vltimum. Vide circa hoc: pag. 195. in casu 26. a num. 1.

An famulus, qui a Domino suo rem accepit vendendam viginti aureis, illam ob diligentiam suam vendidit triginta, possit illos decem sibi retinere: p. 142. num. 1. & 2. quid si de illis decem, quos diligentia acquisiuit, quinque erant vltra iustam intrinsecum, vel morale pretium, petiti, & delati; an tunc famulus illos quinque teneatur emptori restituere: ibid. a num. 3.

An qui defacto solum minatus fuit malum Francisco, v.g. sine animo inferendi, nisi Franciscus illi mille donasset aureos, teneatur illos restituere: ibid. pag. 143. a num. 1. Quidam, existimans, Mariani esse consanguineam suam, donauit illi mille aureos. Maria erat affinis solum, & adhuc hęc affinitas dubia erat. Quæritur: an teneatur Maria illos mille aureos reddere Donantis: pag. 144. a num. 1.

Quidam legauit Mariæ pauperimæ

mille aureos, hac lege, *si Casse viueret*; Castitatem violauit Maria: quæritur, an possit legatum retinere: pag. 145. a num. 1. an qui accepto salario conuicti fuerunt a Domino, vel Arrendatario siluæ ad venandum, si aliquid amplius sibi de uenatione accipiant, restituere teneantur: ibid. pag. 147. a num. 1.

An correspondentes in pecunia cambio tradenda, possint duci ad inuicem auctoritate, vel signatura contenta in libris vulgo *de la Caja*; vt alias a restitutione excusentur: pag. 149. casu 13. a n. 1. vsque ad vltimum.

An qui habebat in deposito centum aureos censuales, & illis negotiatus est, interimque diminuta fuit pecunia (scilicet, la baxa de la moneda) integros centum aureos teneatur restituere: pag. 152. a num. 1. An accipiens a Maria, v.g. filia familias, in mortis articulo existente, pecunias, resq. pretiosas, ob sui corporis vsum lucratas, expendendasque in Missæ Sacrificijs, si Pater Mariæ excommunicationem petat, vt bona filiæ sibi restituantur, teneatur illas Patri reddere: pag. 162. a num. 1. vsque ad vltimum.

An aliquid restituere teneantur, qui causa sunt, ne fideles Missarum stipendijs Religiosos adiuuent: pag. 179. in casu 23. a num. 1. An Testamentarij qui annum censum, ex testatoris dispositione, singulis annis cuidam Monasterio distribuendum, simul totum cum redditibus applicarunt, & traddiderunt, teneantur aliquid restituere: p. 188. a n. 1.

An est peccet, qui consulens abscessionem brachij aggressori volenti occidere, ipsum adiuuat aggressorem ad abscedendum brachium, vt mors non sequatur (de quo pag. 190. a num. 1.) teneatur iste adiuuans aliquid restituere: pag. 193. cum sequenti num. 18. An qui fructus habet Diuini Officij recitationi correspondentes, excusetur a restitutione, si incipiat recitare Officium diei antecedentis a prima pulsatione 12. horæ sequentis diei: pag. 210. in casu 35. a num. 1.

Qui promissit, & iurauit, coactus metu mortis, dare Latroni mille aureos, non teneatur iure ciuili, adhuc ratione iuramenti, & hoc non solum iure ciuili, sed nec etiam Canonico: pag. 217. a num. 1. vsque ad vltimum. Qui ratio-

I N D E X.

ne voti non obseruati tenebatur aliquid in poenam fractionis talis voti donare, ab obligatione tali liberatur cessante illo voto: pag. 256. in casu 42.

Quid in promissis cognato suo, alias illegitimo, & per Pontificem ad Sacros Ordines, & ad Parrochiale Beneficium dispensato, dare decem millia aureorum, si Religionem ingrederetur, & in ea ad Prælaturam ascenderet: impleta fuit hæc conditio absque noua dispensatione: quæritur, an ius habeat, & per illum Religio, ad prædictam aureorum quantitatem: pag. 269. casu 44. & a nu. 16. vsque ad finem.

Quidam votum vouit de ieiunandis omnibus diebus Veneris per totam vitam, & si hoc frangeret votum, aliud in poenam vouit de communicando omnibus diebus per tempus biennij: rursus si hoc secundum violasset, tertio vouit se ponere in occasione subeundi Martyrium, & tandem, hoc non adimpleto, vouit dare cuidam Ecclesiæ tria millia aureorum. Contigit, vt propter festiuitatum solemnitatem ieiunium anteposuerit. Item octo, vel sex diebus illius biennij communicauit sumpto cibo post quadrantem horæ 12. noctis. Denique induplici occasione, sibi de Martyrio oblata, illud subire recusauit. Quæritur an teneatur tria illa millia restituere: pag. 273. nu. 1. & à nu. 29. vsq; ad vltimū.

Quidam fecit votum Castitatis, & in poenam fractionis eius, votum vouit ieiunandi ter in hebdomada per integrum annum, & si hoc frangeret, vouit dare cuidam Monasterio mille aureos. Primum votum fregit, secundum ieiunij peregit sumpto, mane, & vespere, *Chocolate*. Quæritur, an teneatur illos mille aureos restituere: pag. 288. in casu vltimo à num. 1. vsque ad vltimum, & præsertim num. 22. 23. & 24.

Reus vide, verb. Denuntiatio.

Sacramentum.

Dari potest Sacramentum Poenitentiae informe, etiam cum peccato mor-

tali, & quibus modis: pag. 389. à num. 2. vsque ad vltimum.

Simonia.

An sit Simonia, vendere oleum Sacrum in magna quantitate: pag. 215. à num. 1.

An sint Simoniaci famuli in seruientes Episcopo, intentione obtinendi Beneficium: pag. 495. à num. 18. vsque ad 32. inclusiue.

Sponsalia.

Sponsalia, mutuo dissoluta consensu, auferunt publicæ honestatis impedimentum: pag. 47. num. 2. 3. 4. & 5.

Stipendium Missæ.

Nullatenus mihi probatur sententia quorundam, dicentium, posse Sacerdotem, pro Sacrificij parte, sibi correspondente, aliud deferre stipendium: pag. 181. à num. 15.

Nulla est, quam sciam, his temporibus Religio, habens priuilegium, vel mare magnum, (sic quidam voce tenent, & absque fundamento dicunt) vt duplicata stipendia pro vno Missæ Sacrificio deferat: pag. 179. à num. 4.

Sumptio Chocolate.

An sumptio *Chocolate* ieiunium frangat: pag. 288. à num. 1. vsque ad 21. inclusiue.

Testamentarij. Vide verb. Restitutio.

Visitare quinque Ecclesias. Vide verb. Denuntiatio 3.

Votum.

Votum de recitando Rosario B. V. Mariæ, & de recitandis septem Psalmis Poenitentialibus, quomodo cesset: Vide, verb. Denuntiatio 2.

An de omni re, de qua potest esse lex, præceptum, vel statutum, possit esse votum: pag. 403. à num. 1. vsque ad 16. inclusiue.

Vsura; Vsurarij.

Vide, verb. Denuntiatio. 6.

L A V S D E O.

Con Priuilegio en Madrid. Por Gregorio Rodriguez.
Año de 1655.